Wiegeri.

<36606602810014

<36606602810014

Bayer. Staatsbibliothek

Rr

Eo 1986 2

I. germ. 140 m

THESAVRVS PAROEMIARVM GERMANICO-IVRIDICARVM,

Teutsch-Juristischer Sprichwörter-Schatz,

IN QVO
MILLE ET QVOD EXCVRRIT
GERMANORVM DICTERIA, CVMPRIMIS
IVRIS, RECENSENTVR,

RATIONIBVS, LEGIBVS AC DECLARATIONIBVS ILLVSTRANTVR,

ET QVIDEM EIVS

CENTVRIA PRIMA.

OPERA ET STVDIO
GEORG. TOB. PISTORII, I. V. L.
Ill. Comiti Hohenloico-Weickersheimensi a Consiliis & Cancellariæ Directoris.

EDITIO ALTERA AVCTIOR
ET CORRECTIOR.

LIPSIAE,
TYPIS JOH. CASP. MVLLERI,
1716.

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

ILLVSTRISSIMO COMITI
AC
DOMINO,
DN. CAROLO LVDOVICO
COMITI HOHENLOICO ET GLEICHENSI, DYNASTAE LANGENBVRGENSI ET CRANICHFELDENSI,

COMITI AC DOMINO SVO CLEMENTISSIMO,

CENTVRIAM HANC PRIMAM THESAVRI PAROEMIARVM IVRIDICO-GERMANICAVM

dicat & consecrat

Humillimus Ejus Servus

AVTOR.

PRÆFAMEN.

TAnta eſt proverbiorum dignitas, tantaque eorum jucunditas ac utilitas, ut non ſolum artium, & ſapientiæ Magiſtri frequentiſſime iis uſi ſint in ſermonibus ſuis ac ſcriptis, ſed & ſummi quidam Principes, Imperatores, & Pontifices non exiſtimaverint inferius eſſe majeſtate imperiali & dignitate pontificali, ſi maximis de rebus conſulti, proverbio reſponderent. Conf. *Eraſmus Roterodamus*, *&* *Joannes Agricola in adagiorum præfationibus.* Exemplum luculentum in *Divo Severo* & Imperatore *Antonino* habemus, quippe qui quæſtionem illam, an ab omnibus abſtineri deberet xeniis? Græcorum proverbio: ὄτε πάντα, ὄτε πάντη, ὄτε παρὰ πάντων (h. e. neque omnia, neque quovis tempore, neque ab omnibus) dijudicare non erubuerunt, quia, *ut l. ſolent.* *6. §. 3. ff. de offic. Proconſ.* habet, valde inhumanum eſſet, a nemine accipere; ſed paſſim, viliſſimum; & omnia, avariſſimum. Conf. *L. 1. C. quando Lic. Unic. L. 13. §. 1. ff. ad L. Jul de Adult.* Ubi illud Homericum affertur: *nec ſoli Atridæ uxores ſuas amant. & l. ſi chorus 79. §. 1.*

de

de Leg.3. ubi de Proculo legitur, quod audiverit rusticos senes ita dicentes: *pecuniam sine peculio fragilem esse.* De jure Canonico vid. *c. etsi 13. X. de Judæis*, ubi Pontifex Innocentius Archi-episcopo Senonensi & Episcopo Parisiensi per proverbia ita respondit: *Isti in familiaritatem nostram admissi nobis illam retributionem impendunt, quam mus in pera, serpens in gremio, & ignis in sinu.* Quid! quod Regum omnium sapientissimus, omniumque sapientum Rex, Salomon, & qui major adhuc Salomone, Christus, fons ipse sapientiæ, Rex Regum, & Dominus Dominantium, haud raro proverbiorum usu oblectati sunt. Proverbia Salomonis integro libro comprehensa in ipso Scripturarum V. T. Canone deprehendimus. Quam sæpissime vero ipse Servator noster proverbialiter locutus fuerit, Evangelistarum historiæ satis abundeque comprobant. *Vid. Joh. Vorstius in Philolog. Sacra 1705. Herbornæ edita in Diatr. de Adagiis N. T. c.3. p. 12. 13. & c. 10. p. 50.* Quid hodie in nostris obtineat judiciis? de eo testantur Scriptores, proverbia passim allegantes, ad quos Te, Benevole Lector! remittimus, hoc solummodo monentes, quod tunc maxime causarum decisioni inserviant, quando scriptis destituimur legibus. *Speidelius in speculo juridico-politico sub voc.* Sprichwörter *p. 1173.* adeoque intelligenda veniant: *Ceteris paribus*, & quatenus

 tenus

tenus ratio juris non lædatur, nec lex aliqua expresse sit contraria. *Dn. Joh. Nicolaus Hertius, Giessensium quondam Antecessor famigeratissimus, in prolegomenis ad parœmias juris germanicas, quæ reperiuntur in ipsius selectis & rarioribus ex jurisprudentia universali argumentis p. m. 382. §. 4. Sonnemannus in Prælectionibus Publicis ad LL. Notabiliores lit. J. n. 16. p. 175. seq.* Quapropter etiam modo laudatus *Dn. Hertius* operam non inanem se positurum quondam existimavit, si ad exemplum *Antonii* Matthæi, JCti illius Batavi, novem proverbia belgica exponentis, quasdam parœmias, Germanorum jus continentes, congereret & commentariis dilucidaret. Nec me in cassum laboraturum credidi, si illas parœmias & sententias, quas olim in Thuringia, Misnia, Saxonia superiori & inferiori, Holsatia, Guestphalia, Hassia, Wetteravia, Belgio, & hactenus in Franconia ex ore hominum excepi & consignavi, aut ex aliis Autoribus collegi, in unum volumen combinarem & publici juris facerem, adeoque ordine tertius essem (primus enim fuit dictus *Ant. Matthæi* & secundus *Dn. Hertius*) qui proverbia juris germanica explicaret, probe animadvertens, quam sinistre ista sæpius intelligantur, & quod pejus adhuc, applicentur. Conf. huc, quæ disseruit *Celeberrimus Dn. Thomasius de usu brocardicorum in Disput. juridica, de præsumtione*

tione bonitatis, *sub præsidio ejus Halæ Magdeburgicæ habita* §. 2. *p.* 4. & *Dn.* Gerber *P.* 1. von denen unerkannten sünden der welt *c.* 97. *p.* 1435.

Ut autem de scopo nostri argumenti eo rectius constet, notandum, vocem parœmiæ (cujus synoyma sunt, Proverbium, Adagium, Diverbium) capi vel in stricta & propria significatione pro oratione vulgata allegorica, quæ scita novitate insignis est; vel in latiori & minus propria, quatenus etiam sententiam, cujus sensus simplex est & apertus, comprehendit. Et hæc latior acceptio hujus loci est. Deinde considerari potest, vel grammatice, vel logice, vel metaphysice, vel philologice. Grammatice considerata, aut continet nomen v. g. ein Schwedischer trunck, de quo vid. *Fritschius in Contin. Thess. Pract. Besoldi sub voc.* Schwedischer trunck, *p.* 819. Altfränckisch, *Speidelius in Speculo sub voc.* Francken, *p.* 347. Böhmische Dörffer, *Zeilerus in opere Epist. P.* 2. *p.* 95. Berckenmeyer im vermehrten *curiösen Antiquario p. m.* 314. Eselsfresser, *Dissert. Phil. Dn. M. Sommeri de Onophagia Silesiorum*, *Vitembergæ edita.* Hermann Sude in seinem gelehrten *Critico*, *Q.* 267. Böhmischer ohr-löffel, *Zeilerus in itinerario Germ. c.* 1. *p.* 65. Schufft, *Vagedes in Oper. Academ. p.* 250. & 233. Rädleins-führer, *Limnæus Tom. I. L.* 2. *c.* 9. *n.* 146. Troden-Düfel, Erpolt Lindenbruch *in Chronic.* derer geschichte *Caroli Magni*, *p.* 128. & Geier *in Spicilegio*

cilegio Speidelio-Besoldiano sub voc. Trode, p. 31. Stockmann in Elucidario Heresium p. 85. Armer Jeck, Sigmund von Bircken, in der erinnerung des spiegels der ehren des Ertz-hauses Oesterreich, L. 5. c. 5. p. 552. Undanckbarer Guckguck, Dn. Tentzel in Monatlichen Unterredungen, de Anno 1690. p. 921. Schneiders geiß, Zeilerus in dicto opere Epist. Cent. 3. Ep. 56. p. 761. Herings-Nase, idem Dn. Tentzel, d. Anno 1689. pag. 380. Saal-Bader, Harsdörffer in seinem grossen Schauplatz, P. V. n. 125. pag. 90. Vierschrötig, Idem P. VI. n. 144. p. 156. Teutscher Michel, Burgoldensis, ad Instrum. Pac. P. I. disc. 1. §. 81. p. 92. Pumpernickel, Dn. Tentzel in Bibliotheca Cur. de Anno 1704. p. 564. seq. Nüchterner Doctor, Zeilerus in opere laud. Epist. P. 2. p. 165. Schulfuchs, M. Haaß in seinem geistlichen Redner, c. 9. p. 570. aut continet verbum, v. g. kalmäusern, calendern, de quo Dn. Tenzelius d. l. An. 1692. p. 195. Fenestriren, Burgoldensis d. l. §. 53. p. 66. Logice considerata orationem, aut enunciationem, & quidem rursus vel imperfectam, v. g. einer der da hörner auffsetzet, de quo idem Dn. Tenzelius d. ult. l. p. 365. Den krebs in das wasser werffen, idem in Anno 1690. p. 97. seqq. Hund führen, Lehmann in der Speyerischen Chronick, L. V. c. 4. p. m. 389. Jodut ruffen, Vagedes in Oper. Acad. p. 288. Stockmann in Elucidario Deorum, p. 139. Strich durch machen, Nolden. de success. ab intest. pag. 62. Faule fische,

Vage-

Vagedes in Operibus Academicis p. m. 234. Einem das capitel lesen, *Limnæus ad Capitul. imp. in Proleg. S. I. n. 17 p. 2. seq. Wehnerus in observ. Pract. p. m.* 317. Einen drucken, daß er möchte öl geben, *Ockel de Præscript. immemoriali p.* 121. Auf gut alt-teutsch, *Ventura de Valentiis in Parthenio Litigioso p.* 116. Aus Käysers Rudolphi leichen-stein ein glaß wein kosten, de quo vid. *Nova Literaria Mens. Mart.* 1709. *p.* 143. Daß dich der Limbach schlage, *Burgoldensis ad Instrument. Pac. p.* 130. Durchgehen wie ein Holländer, *ibid.* 105. Kalant halten, *Schottelius* in denen teutschen rechten, *p. m.* 207. & *Autor* des allgemeinen teutschen *Historischen Lexicons*, *sub voc.* Calender-brüder; vel perfectam comprehendit, v. g. Dem narren muß man den kolben lausen; Ist die Jungfer beringet, so ist sie bedinget; Wer sagt A. muß auch sagen B. Alienis literis ne inguckas, man schlägt dich sonst auf das korvas; Der müller ist fromm, der haar auf den zähnen hat; Die huren pfeiffen; Die weiber haben lange röcke und kurtzen sinn; Wer kein Edelmann ist, passirt vor einen bauer. Et hæc ultima acceptio, maxime impræsentiarum, locum sibi vendicat. Quod si vero metaphysice & ratione objecti ac materiæ contemplari velis parœmiam, tunc continet vel rem theologicam, v. g. GOttes allmacht ist allezeit excipiret, quorsum pertinent adagia sacra Zehneri; vel id quod justum aut injustum est, v. g.

Kauf geht vor mieth; Wer acceptirt, muß bezahlen. Die älteſten briefe gehen vor; Die tauben haben keine gall, und ſind der leute all. Lübiſch recht, Klüpiſch recht; Recht muß doch recht bleiben; Hundert jahr unrecht, iſt nicht eine ſtunde recht. Vel rem medicam, v. g. An waſſerſucht und quartan, ſtoßen alle Medici an; Es iſt beſſer, daß einem der Medicus, als der Juriſt das leben abſpricht; vel vitam moralem, v. g. Böſe geſellſchafften verderben gute ſitten; Vel vitam civilem & politicam: Wo der König ſitzet, da iſt es oben an; Wer nicht kan durch die finger ſehen, kan auch nicht regieren; vel vitam privatam & œconomicam, v. g. Eigener heerd iſt golds werth. Die wieſen ſind gut nähren; Mertzen-ſchnee thut den früchten weh; vel hiſtoriam quandam, v. g. Die holſten vertheidigen ihr recht mit dem ſchwerd. Nos pro objecto primario habuimus parœmias rem juridicam continentes. Pro ſecundario vero reliquas, ſive morales ſint, ſive politicæ, ſive hiſtoricæ, inſertis quibusdam, ſed perpaucis, theologicis ac medicis, repetitisque ad normam methodi noſtræ illis omnibus, quas jam tum recenſuit ſæpius laudatus *Dn. Hertius*; non eo quidem animo, quaſi in ejus parœmiographia aliquid deſideraretur, neutiquam! ſed ut eo perfectius noſtrum foret opus. Quapropter fideliſſime illum ſemper allegavimus. Philologice demum & ratione idiomatis conſiderata parœmia, variat pro diver-

diverſitate idiomatum: hinc eſt vel Hebraica, vel Græca, vel Latina, vel Gallica, vel Hiſpanica, vel Germanica, vel Anglica &c. Huc ſpectant tantummodo Germanicæ, de quarum collectoribus vid. *Daniel Georgius Morhofius in Polyhiſtore Tom. 1. L. 1. c. 21. n. 110. p. 278.* & quidem tam ratione Germaniæ inferioris, ſive Belgii, quam ratione ſuperioris, niſi quod ſequentes illas latinas: *Herbipolis ſola judicat enſe ſtola. Tres faciunt collegium. In Inſtitutis comparo vos brutis &c. Omne Collegium eſt nequam; Bonus Inſtitutiſta bonus Juriſta; Cantores, amant humores; Erubeſcit, ſalva res eſt; Rota ſæpe rotat; Practica eſt multiplex; Narra mihi factum! jura novit curia; Politicus non curat; Laudo meos Francos; Moguntia ab antiquo nequam; Boni Zechi, magni mæchi; Eraſmus innuit, Lutherus irruit; Volenti non fit injuria; In Camera non eſt Chriſtus; Nos docti male pingimus; Superflua non nocent; Os miniſtri eſt os Principis; Duo cum faciunt idem, non eſt idem, &c.* Et unicam hanc Gallicam: *Lignager ſur lignager n'a point de droit;* Germanicis inſeruerimus.

Methodum elaborationis quod concernit, ſoliciti fuimus ante omnia de eruendo ſenſu, deinde ſubjecimus parœmiæ rationem, & pro ſubſtrata materia oſtendimus ejus convenientiam, vel diſconvenientiam cum jure, & in hoc uſum, additis, ubi per indolem parœ-

miarum

miarum licuit, declarationibus, ampliationibus & exceptionibus, in jure vel genere morum necessariis. Quoad ordinem, primitus placebat imitari *Wehnerum*, *Barbosam*, *Speidelium ac Besoldum*, & congruis titulis subjicere parœmias, secundum ordinem Alphabeticum dispositis. Postquam vero illas centuriatim edere in animum induximus, consilio quorundam Amicorum usi, omisimus titulos, & adjecimus tales indices cuilibet centuriæ, qui facile in unum redigi, & sic toti operi tandem aliquando prodesse possunt. Suscipe igitur B. L. bona mente & manu primam parœmiographiæ centuriam, quam secunda insequetur, simul ac prima hæc distracta fuerit, & sic deinceps continuabitur: habemus enim totum opus ita paratum, ut etiam post obitum nostrum, si hic DEO placeret, istud publici juris fieri possit. In his omnibus, si quid humani passi simus, nobis, quæsumus, ignosce, perpendens, omnium habere memoriam & in nullo penitus peccare, divinitatis potius quam mortalitatis esse.

Nullum est opus, inquit Vir ille Sapiens, *in quo non accusentur homines; difficile namque est, ita quicquam peragere, ut nihil erres. Quod si etiam sine errore quisquam aliquid peragat, difficile est, non iniquum reperire judicem.*

INDEX

INDEX PAROEMIARVM,

quæ in hac centuria recenſentur.

1 ABſchlag iſt gute bezahlung.
2 Wer acceptiret, muß bezahlen.
3 Es iſt kein amt ſo klein, es iſt henckens werth.
4 Anwerbung machet keine verbindung.
5 Den erſten April, ſchickt ein ieder ſein'n narren wohin er will.
6 Wer die augen nicht aufthut, thue den beutel ꝛc.
7 Allen thieren iſt friede geſetzet, auſſer bären und wölffen.
8 Wer den kopf hat, ſchiert den bart.
9 Bekennen bringt um den halß.
10 Beten gehöret vor die pfarrer.
11 Bibel Bubel Babel.
12 Biſchof oder bader.
13 Wer geld auf bodmerey giebt, laufft riſico.
14 Es iſt nichts ſo böß, es iſt zu etwas gut.
15 Bürgen ſoll man würgen.
16 Omne collegium eſt nequam.
17 Stiehlt mein vater, ſo hängt ein dieb.
18 Aller guten dinge müſſen drey ſeyn.
19 Kinder zeugen bricht eheſtifftung.
20 Erbar und fromm dringet durch die wolcken ꝛc.
21 Eyd macht mündig.
22 Der ſachen feind, der perſonen freund.
23 Lieber aus der flaſchen als aus der taſchen.
24 Ein ledernes goller, und die frantzoſen ſind eine ewige tracht.

25 Wer freuen will, muß ausdienen.
26 Freymann, freygut.
27 Was hilffts, einen guldenen galgen haben, und daran hencken müssen.
28 Daus eß hat nichts, sechs zinck giebt nichts, quatuor drey helffen frey.
29 Die geistlichen sollen bey ihrer Bibel bleiben.
30 Geld ist die losung.
31 Gemein ist selten ein.
32 Eigen gewissen ist mehr dann 1000. zeugen.
33 Es wird dir glücken, wie denen Schwaben bey Lücken.
34 Ein jeder vor sich, GOtt vor uns alle.
35 In GOttes nahmen, so beisset dich kein schaf.
36 Ein ehrengriff geht wohl hin.
37 Guter wille ist kein erbe.
38 Haar um haar, wer vom andern betrogen ꝛc.
39 Dem der hagen, dem ist auch der graben.
40 Die lincke hand soll nicht wissen, was die rechte thut.
41 Seven und seventig Hänse, ꝛc.
42 Man hencket keinen zweymal.
43 Was der hencker mit dem schwerdt erreichet, ist sein.
44 Keine henne fliegt über die mauren.
45 Eigener heerd ist goldes werth.
46 Ein Herr, kein Herr.
47 Alte diener, hund und pferd, sind bey hof ꝛc.
48 Die grössesten hümpler machen die meisten spähne.

49 Zu Jngolstadt zeigt man einem die feigen.
50 Bieten und wieder bieten macht den kauf.
51 Ein spitziger kinn, bedeutet einen bösen sinn.
52 Kirchenbuß ist kein staupbese n
53 Alle kühe sind kälber gewesen.
54 Wo kein lehenmann, da ist auch kein handlohn.
55 Längst leib, längst guth.
56 Die lufft macht leibeigen.
57 Wann Leipzig mein wäre ꝛc.
58 Lübisch recht, glüpisch recht.
59 Hüte dich vor der that, der lügen wird wol rath.
60 Hätte Lyra nicht geleyret, so hätte Luther nicht gedantzet.
61 Auf eine maulschelle gehöret ein dolch.
62 Der mergel macht reich den vater, und arm den sohn.
63 Es ist ein geringes mittel, wer wolte es nicht ꝛc.
64 Mund-köch und mund-räth, sind bey hof in gleichem werth.
65 Die natur geht über die lehr.
66 Wen GOtt und die natur zeichnet, vor den soll man sich hüten.
67 Mit denen nachbarn hebt man den zaun auf.
68 Wo nichts ist, hat der Käyser sein recht verloh-(ren.
69 Es giebt kein pfaff ein opffer wieder.
70 Otter und bieber haben keine hege.
71 Wann der teufel die pfaffen reitet, so reitet er sie recht.
72 Quinquennellen kommen aus der höllen.
73 Unrecht ist auch recht.

74 Was

74 Was billig und recht ist, ist GOtt lieb.
75 Das retardat frisset die kure.
76 Ritters weib, hat ritters recht.
77 Roth-barth schelmen-arth.
78 Rota sæpe rotat.
79 Scalliren gehöret nicht auf die cantzel.
80 Das kind fället wieder in der mutter schooß.
81 Dem teufel ist man keinen schwur zu halten 2c.
82 Seinsheimer die ältisten, Einheimer die stöltzisten, 2c.
83 Wer von sieben redet, leugt gern.
84 Der nächste zur sippe, der nächste zur erbschaft.
85 Mit gestohlen, mit gehencket.
86 Seckel und stifft gehöret zusammen.
87 Die ärgsten Studenten werden die frömmsten prediger.
88 Die tochter frisset die mutter.
89 Wer stiehlt truncken, wird nüchtern gehencket.
90 Die mutter sagt es, der vater glaubt es.
91 Heimliche verlöbnüß stifften keine ehe.
92 Unwissend sündiget nicht.
93 Kinder und narren sagen die warheit.
94 Alle waffen müssen gold oder silber haben.
95 Christus hat viel diener, aber wenig nachfolger.
96 Die wiese gehet in das heu zu S. Georgen-tag.
97 Der wolff frißt kein ziel.
98 Wer sagt, daß wucher sünde sey, der hat kein geld 2c.
99 Wer sein leben wagen will, ist zollfrey.
100 Dem zweifler gebühret nichts.

THESAVRI PAROEMIARVM IVRIDICO-GERMANICARVM

CENTVRIA PRIMA.

PAROEMIA I.

1. **Abschlag (a) ist gute bezahlung;** Compensatio est solutio, h. e. *quando debitori creditor vicissim aliquid debet, & hæc duo debita inter se contribuuntur, & compensantur, tunc hæc contributio & compensatio vicem optimæ solutionis sustinet.*

2. (a) Abschlagen est abrechnen, compensare; compensare autem nihil aliud est, quam debitum & creditum, sive quantitates, quæ in genere suo functionem recipiunt, adæquare, *Hahnius ad Wesenbecium tit. de compens. n. 1. sive ut verba l. 1. ff. d. t. habent:* compensatio est debiti & crediti inter se contributio. Alias abschlagen denotat partis debitæ prænumerationem, wann man etwas zu dem ende bezahlet, daß es nachgehends an der gantzen summa abgezogen werden solle. Unde etiam alii, & quidem rectius, dicunt: abrechnung ist gute bezahlung.

3. Ratio 1.) quia commodissimum est declinandis inutilibus solutionibus, utrumque suum retinendo, solutione defungi. *Puffendorff. de offic. hom. & civ. L. 1. c. 16. §. 2. p. m. 200. ut & de jure nat. & gent. L. 1. c. 16. §. 5. p. 779.* 2.) quia nostra potius interest, non solvere, quam solutum repetere, *l. 3. ff. de compens.* adeo ut dolo agere dicatur, qui petit id, quod protinus restituere debet, *l. 173. §. 3. ff. de R. J.*

3.) quia ex uſu Reip. eſt, ut lites minuantur, quod fit compenſatione, *Hertius de Parœmiis Jur. Germ. in tract. ſelect. & Rar. ex univerſ. jurisprud. arg. L. 1. par. 38. §. 1. p. 149.* & 4.) quia, quod poteſt fieri per pauca, non debet fieri per plura. Quod per unum actum poteſt expediri, longius ducendum non eſt. *l. dominus 53. ff. de Condict. indeb.* Conf. *Tabor apud Barboſam ſub voc. plura ax. 1.*

4. Declara (1.) compenſationem eſſe ſolutionem effective, h. e. habere vim & effectum ſolutionis. Solutio igitur hic generaliter accipitur, quatenus ſignificat omnem actum, quo tollitur obligatio, *Hoppius in Comment. Inſt. Tit. quibus mod. toll. oblig. pr. p. 770.* Formaliter enim compenſatio non eſt ſolutio, ſed habetur tantum pro ſolutione: unde etiam quidam dicunt: compenſans videtur dediſſe & ſolviſſe, *Bertazolius de clauſ. inſtrument. c. 41. g. 8. no. 3.*

5. Declara 2.) quatenus utrinque quantitas debetur pecuniæ, vel ſpeciei debitæ, v. g. equo, bovi æſtimatio adjecta, quia æſtimatio ſpeciem facit degenerare in quantitatem, *Mev. P. 2. dec. 231. alleg. ab illuſtri Dn. Stryckio, Præceptore quondam meo fideliſſimo apud Barboſam in Theſ. Loc. Com. ſub voc. compenſatio ax. 3.*

6. Ampl. (1) etiam in retractu compenſationem pro ſolutione eſſe. *Mev. P. 8. d. 68. Hertius d. l.* ut & (2) in debitis publicis, quando debitores publici propterea, quod ſimul ſint creditores Reipubl. a ſua obligatione, quoad quantitatem concurrentem vel in perpetuum vel ad tempus liberantur, *l. ult. ff. de compenſ. add. Diſſ. D. Ferdinandi Chriſtoph. Harprechti de compenſatione debitorum publicorum Tubingæ 1703. habita per tot.*

7. Ampl. (3) etiam delicta (paria ſcilicet) inter ſe compenſari, *l. 39. l. 47. ff. ſolut. matrim. Stryk. d. l. ax. 1.*

ax.1. Ex. g. quando & maritus & uxor adulterium commiserunt, tunc neuter ad divortium agere potest, sed adulterium adulterio compensatur, salva tamen manente facultate Magistratui illos puniendi.

8. Fallit 1.) quando utrinque species debetur, v. gr. ex una parte bos, ex altera vero equus, vel ab utraque parte equus vel bos, ratio, quia aliud pro alio solvi nequit invito, *Stryck. d. l. ax. 2.* ratio rationis, quia equus & bos diverso constant pretio. *Mevius d. l. & P. VII. d. 264. no. 4. & d. 289. n. 2.*

9. Fallit 2.) si res moram non patitur, prout exemplum in spolio & alimentis habemus. *Stryck. d. l. ax. 4.*

10. Fallit 3.) si id, quod in compensationem dandum, non liquidum est: illiquidi enim cum liquido nulla compensatio est. *Tabor d. l. apud Barbosam sub voc. liquidum ax. 2. Mevius P. 1. d. 122. n. 1. P. 2. d. 208. no. 3.*

II.

1. **Wer acceptiret, (a) muß bezahlen;** Qui acceptat, ille tenetur solvere, vel debet.

2 (a) Acceptiren h. l. est terminus technicus, mercatoribus usitatus, significans acceptare cambium; einen wechsel-brief annehmen, ita, ut sensus sit: ille mercator, qui literas cambiales acceptat, hoc ipso ad tantum solvendum se obligavit, quantum in illis continetur.

3. R. quia illa acceptatio est loco solennis stipulationis, *Simon in dissert. de jure mercatorum, Jenæ habita, c. 8. §. 7.* ita ut ex pura acceptatione acceptans constituatur debitor præsentantis. *Stryck. in Dissert. de Cambialium literarum acceptatione cap. penult. §. 30.* Ratio rationis consistit in necessario pere-

grinantium & liberiori expeditiorique commerciorum usu. *Hertius in select. & Rar. ex univ. Jurisprud. arg. L. 1. de Paræmiis Jur. Germ. par. 28. p. m. 437.*

4. Declara (1.) siquis cambium simpliciter & sine omni conditione acceptat, ibid. *Zipfel in Differt. de literis collibisticis sect. 4. §. 24.*

5. Declara (2.) & quidem intra illos dies, quos mores cujusvis loci indulgent. *Zipfel d. l. sect. 7. §. 4. 6.*

6. Ampl. 1.) sive literæ cambiales acceptentur disertis verbis, sive tacita earum retentione, *Simon & Zipfel d. l.*

7. Ampl. 2.) in tantum, ut neque exceptio non numeratæ pecuniæ, neque ordinis, possit opponi. *Simon d. l.* bene tamen solutionis, præscriptionis & doli mali, *Hayneccius de mercatura th. 121.* nisi in continenti illa ab acceptante probari possit; publica enim utilitas exigit, ne frustrentur commercia. E. gr. ego committo campsori (qui etiam trassans, der Wechsler dicitur) solutionem centum thalerorum, alibi faciendam. Campsor tradit mihi ea propter literas cambii, ad Mevium directas, in quibus fatetur, se *valutam* h. e. pecuniam a me, tanquam a remittente recte accepisse, quam tamen revera non accepit. Mevius acceptat literas cambii, & deinde campsor bancam facit ruptam. Quodsi ego, ceu remittens, exigere vellem a mercatore Mevio illam summam centum thalerorum, jure mihi opponi posset exceptio non numeratæ pecuniæ, si statim hæc doceri & probari posset, quia naturalis æquitas non patitur, ut quis cum alterius injuria locupletetur, quod hic contingeret, si acceptans pecuniam illam mihi, tanquam remittenti, solvere, meque cum sua injuria, dum nihil ab obærato campsore recipere potest, locupletiorem reddere teneretur. *Celeberrimus Dn. Zollius in discursu juridico de exceptione non numerata*

ratæ

ratæ pecuniæ §. 4. *th.* 9. *p.* 56. Plura vide apud *laud. Dn. Stryckium in cit. Dissert.*

III.

1. Es ist kein amt so klein, es ist henckens werth; Maxime exiguum officium suspendio etiam dignum est, h. e. *infimi etiam muneris occasione, quis suspendii reus fieri potest.*

2. R. quia nulla muneris publici functio est, quæ non sua habet arcana. Quando igitur quis ista edoctus est, & cupidini habendi indulget, facile furtum committere adeoque suspendii reus fieri potest.

3. Declara 1) intelligendum esse verbum non tam de ipso munere, quam ejus administratore, & quidem non hoc sensu, quasi omnis administrator dignus esset pœna mortis, sed quod etiam in minima functione quis occasionem habeat tale quid perpetrandi, quod ultimo expiandum supplicio.

4. Declara 2.) valere illud imprimis quoad administratores rationum, die verrechnete diener und beamten oder schösser, juxta illud: wilt du geld haben, so werde ein schösser, so hast du sein gnug, de quo vid. *Agricola* in der auslegung gemeiner sprich-wörter *P.* 1. *n.* 291. *p.* 179.

5. Ampliatur ad alios officiales secundum rhytmos illos:

Amtleut und pfleger,
Förster und häger,
Schaffner und jäger,
Schösser und Procurator,
Verwalter und Curator,
Haben nicht grossen lohn,
Werden gleichwohl reich davon.

Rath, wie mag das zugahn?
Ihre räncke weiß nicht jedermann.

Conf. Latherus de Censu L. 1. c. 15. n. 14. p. 140. Naurath de Rationariis p. m. 68. Döpler in seinem getreuen rechnungs-beamten, *P. 3. c. 18. n. 1. p. 98. Richterus in Axiomat. Polit. n. 377. p. m. 804.* Unde quoque cuidam rationario, subditos nimis divexanti, talis cippus positus fuisse legitur:

Hier liegt begraben unser schösser,
Ihm ist sehr wohl, und uns noch besser,
Verzeih GOtt ihm, dem armen sünder,
Und behüte uns hinfort für einen solchen schinder.

Sed enim sæpe ipsi domini in culpa sunt, dum ministris suis non sufficiens constituunt salarium. Nam

Furari famulos dominus compellit avarus.

Vid. Constantinus Germanicus in Epist. ad Justum Sincerum p. 167. & Reinhold von der Schad *in Hodosophia viatoris Christiani p. m. 359.*

IV.

1. **Anwerbung macht keine verbindung.** Procare non est obligare, h. e. ***quando quis aliquam ambit virginem, nondum obligavit se ad ducendam illam.***

2. R. quia procare est tantum tractare de sponsalibus ineundis. Sicut autem tractatus in nullo negotio juris inducunt vinculum, *Stryck. de dissensu sponsalitio Sect. 1. §. 26. p. m. 22. Tabor apud Barbosam in Thes. loc. com. sub voce tractatus ax. 1.* Ita quoque nec in causa matrimoniali, cum duo requirantur ad sponsalia, mentio scilicet, h. e. oblatio, die anwerbung, & repromissio, h. e. acceptatio futurarum nuptiarum, das jawort, *l. 1. ff. de sponsal.* exigit enim natura synallagmatis, ut utraque pars obligetur, *l. Julia-*

Julianus 23. §. 27. ff. de Act. Emt. utraque autem tam diu obligari non poteſt, quam diu oblatio non fuit acceptata, *l. quod ſæpe 35. §. 1. ff. de Cont. Emt.*

3. Effectus 1.) eſt, ut reſilire ab ejusmodi oblatione ſemper jus ſit offerenti, quam diu a virgine vel ejus parentibus reſponſum affirmativum, das jawort, non recepit, *Mullerus ad Struv. Syntagm. exerc. 29. tit. de ſponſalibus th. 20. p. 314.* 2.) ut in concurſu ejusmodi tractatibus, nondum perfectis, præferantur ſponſalia concluſa. Vid. *Brucknerus in deciſ. matrim. c. 4. n. 9. p. 192.*

4. Limitatur, niſi quis jam alteri fidem dederit, ſe velle contrahere ſponſalia: hoc enim caſu quamvis nondum ſint contracta ſponſalia; adeſt tamen promiſſio & acceptatio, adeoque nexus obligatorius de contrahendis ſponſalibus. *Conf. illuſtris Stryck. d. l. p. 23.* cui idem effectus tribuitur ac ſponſalibus de futuro, *Brucknerus, d. l. c. 1. n. 14. p. 39.* utut de jure civili ejusmodi nudo pacto nulla tribuatur efficacia. Sufficit, quod omne pactum honeſtum ſit hodie apud nos obligatorium. *Add. diſſert. inauguralis D. Adami Balthaſaris Werneri de quæſtione: an conſenſus ſponſalitius a matrimoniali differat? Altdorffi habita per tot.*

5. Ampliatur, etiamſi procus ſimul dederit deſponſandæ aliquem annulum, dummodo hæc ſententiam ſuam ſuſpenderit: alias enim ſi tractatus honeſti amoris præceſſerint, & procus verbis promiſſionem continentibus uſus fuerit, annulus utique deſponſationis ſignum eſt. *Petrus Mullerus de Annulo pronubo th. 14. no. 13. p. 28.*

V.

1. **DEn erſten Aprill** (a) **ſchickt ein ieder ſeinen narren, wohin er will;** Calendis

Aprilibus quilibet suum stultum circummittit, & ridendum propinat.

2. (a) Ita dicitur ab aperiendo, quia scilicet illo tempore omnia se ad fœtum & germina aperiunt, juxta illud Ovidii:

Aprilem memorant ab aperto tempore dictum.

Alias derivationes vid. apud *Rosinum in antiquitatibus Romanis, l. 4. c. 8. ab initio p. m. 264.* Originem quod concernit hujus paroemiæ, illam nonnulli ex passione historica Servatoris nostri Christi derivare solent, Vid. **Leutweins göttl. Andencken Suf.** *cent. 1. c. 28. p. 168.* ibi: etliche meinen, diese unarth habe daher den anfang genommen, daß, weil um solche zeit der HErr Christus, da er vor die sünde des menschlichen geschlechts zu leiden sich vorgenommen (wie er dann am 3ten Aprill gestorben) von einem ungerechten richter zu dem andern, von dem geistlichen zu dem weltlichen, und von diesem zu jenem, als ein thor und simpel im Aprill hin und hergeschicket worden. Alii ab antiquissima illa consuetudine, cujus mentio fit apud *Ovidium l. 4. Fast. v. 133. & 145.* originem petendam esse volunt, de qua conferri potest laudatus *Rosinus d. l. Add. Dietherrus in contin. Thes. Pract. Besoldi sub voc.* **narren** *p. m. 453.*

3. Declara, injuriarum istum conveniri posse, qui familiaris non est, & tamen aliquem ita ludificare audet, nisi id fiat ex simplicitate, & absque animo injuriandi. Optimum est, ut plane omittantur ejusmodi ludificationes, quippe charitati christianæ e diametro contrariæ.

4. In matrimonium senis decrepiti cum puellula, & vetulæ cum juvenco contractum, & calendis Aprilibus consummatum, poeta quidam Germanicus sequens composuit carmen:

Es war der erste tag vom Venus-mond gekommen,
So hat der alte Veit ein junges weib genommen,
Und wie derselbe tag nach neuem styl kam an,
Nahm vettel Acca ihr noch einen jungen mann:
Ich glaube Venus hat ein narren-spiel gehalten,
Mit narren zweyer art, dem jungen und dem alten,
Doch schicket Acca sich viel besser in die zeit,
Sie wählt den neuen stiel, weil sie den jungen freyt.

Vid. **Tentzel in denen Monatlichen Unterredungen,** *Mens. Apr. 1690. p. m. 414.*

VI.

1. **WEr die augen nicht aufthut, thue den beutel auf;** Qui non vult aperire oculos, ille aperiat crumenam, sive marsupium. Similis est illa parœmia: **Licht, tag, klare augen;** Luci oculi nostri clari sunt, h. e. contractus fieri debent interdiu, quia tunc oculi nostri suo fungi possunt officio. Male agens odit lucem. *l. 1. § 10. ff. de Vent. Insp. Conf. Barbosa in Thes. Loc. Com. sub voc. malum ax. 3.* Græci dicunt: φῶς ἐμπολήμασι πρέπει, lux convenit contractibus. Vid. *Hertius in Select. & Rar. ex Jurisprud. Univ. arg. de Parœmiis Germ. L. 1. par. 53. p. 500.* Hinc nota phrasis: oculata die emere, **vor baar geld kauffen.**

2. R. Sibi enim quisque imputet, quod ita supine negligens fuerit, & rem emtam, vel alio modo acquisitam, recte non inspexerit, *conf. l. 15. §. 1. l. 43. §. 1. ff. de cont. emt. l. 1. § 6. l. 3. l. 4. pr. l. 14. §. ult. l. 48. §. 3. l. 55. ff. de Ædil. Edict. l. 4. §. 5. de dol. mal. except.* Damnum enim, quod quis sua culpa sentit, non sentire videtur, *l. 203. ff. de R. J. cap. damnum 86. de R. J. in 6.*

3. Declaratur quoad vitia externa, & in sensus incurrentia, quæ quis ex inspectione scire potuit. *Struv. in Jurispr. Rom. Germ. For. L. 3. t. 20. aph. 5. p. m. 669.* & ibi allegatus *Cölerus de Proc. execut. P. 1. c. 1. n. 82. Carpz. P. 2. c. 24. d. 17.* nec non *Crusius ad jus statutarium Mindense L. 1. tit. 9. art. 14. p. 124. & Schilterus in manuductione Philosophiæ Moralis c. 8. §. 14. p. 306.*

4. E. gr. Quando venditor dicit, domum bene esse ædificatam, emtor vero postea contrarium deprehendit, aut servum esse procerum, cum tamen sit gibbosus, venditor ea propter non conveniri potest ab emtore, si hic vitiosam ædificii structuram videre & servi gibbositatem animadvertere potuit, *arg. l. 43. §. 1. ff. de cont. emt.* Idem dicendum, quando quis porcos leprosos vendat, leprositatis vitium intelligentibus, *Dn. Hertius d. l. Add. Brunnem. ad l. 28. ff. de Ædil. Edict.* Dubito autem, an sententia hæc Christianæ doctrinæ satis conveniat: Das ist der wille GOttes, inquit *Paulus 1. ad Thess. 4.* daß niemand seinen bruder vervortheile im handel, denn der HErr ist rächer über dieses alles. Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris. Conf. omnino *Dn.* Gerber, in denen unerkannten sünden der welt, *P. 1. c. 97. p. 1443.* Facit huc exempli loco Nobilis ille, qui se & omnia sua bona dedicaverat monasterio, & cujus meminit *Zinckgravius in Apophthegmat. p. 313.* Denn als dieser neben andern verrichteten geschäfften des Abts auch einsten mit etlichen abgeführten alten closter-eseln zu marckt geschicket worden, selbe zu verkauffen, hat er denen käuffern ohne scheu der esel gebrechen entdecket, deßwegen er sie nicht verkauffen können, und wieder in das closter gebracht, aber vom Abt gescholten ward, darauf er sich also entschuldiget: Ich habe meine schöne schlösser und güter, um des HErrn und meiner seele willen, verlassen; solte ich

nun

nun dieſe, um der loſen eſel willen, zur verdammnüß bringen?

5. Fallit cumprimis parœmia hæc, in vitiis latentibus & internis, quæ ſenſibus non ſtatim percipi poſſunt, ubi adverſus venditorem actionem habet emtor, ſive evictionem ſibi ſtipulatus fuerit emtor, ſive non, quia contractus emtionis venditionis præſupponit mercem probam, cujusmodi non eſt, quæ vitium continet, es iſt kein kauffmanns-guth, quod non tantum in emtione venditione, ſed & in permutationibus, diviſionibus, ac dationibus in ſolutum, non vero in donatione & locatione procedit, *Struv. d. l.* Quid vero, ſi quis v. g. vendat equum, morbo quodam laborantem, quem bene ſcit venditor, emtor vero ignorare poteſt, & tamen tale pactum ineat cum emtore, ignaro hujus morbi, daß er ihme nur vor die 4. haupt-mängel gewähren wolte? Reſp. tale pactum non juvat venditorem, ſed ille tenetur pretium una cum damnis & expenſis emtori refundere, cum venditor juxta indolem hujus contractus debuiſſet certiorem facere emtorem de morbo. *Bechmannus in Comment. ff. Theoret. Pract. Vol. 1. P. 2. Exerc. 7. n. 69. p. 180.* Breviter, contractus emtionis venditionis nullum admittit dolum, cujus utique ſe reum facit, qui alicui ignoranti ſciens vendit rem vitioſam. Aliud ergo ſi venditor vitium, quo equus venditus affectus fuit, ignoravit: ſic enim cum effectu eapropter conveniri nequit, cum tantum ad quatuor illos caſus exceptos ſeſe obligaverit, *Add. Sonnemannus in legibus notabilioribus ſub lit. V. n. 11. p. 510.* Von denen roß-mängeln, um welcher willen der contract heut zu tag wieder pfleget aufgehoben zu werden, kan Herr *Franciſcus Philippus Florinus in Oeconomia prudenti & legali L. V. c. 26. p. 930.* nachgeleſen werden, item *Melonius in Theſauro tit. 5. no. 50.*

no. 50. p. 79. Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Com. sub voc. equus ax. l. Besold. in Thes. Pract. sub voc. Roß-Kauf.

VII.

1. Allen thieren ist friede gesetzt, ausser bären und wölffen; Quælibet bestiæ tutæ sunt a persecutione, præter ursos & lupos. *Est venatorum Paræmia, hunc habens sensum: nemini licet persequi & capere feras, exceptis ursis & lupis, quos impune quilibet lædere potest.*

2. Rat. Quia ursi & lupi sunt bestiæ rapaces, quæ banno ferino, dem wild-bann, valde damnosæ existunt, ideo nullius esse censentur, & hinc occupanti cedunt; cum e contratrio cervi, capreoli, apri, lepores &c. speciali lege muniti, sanctitatem quandam attraxerint.

3. *Confirm. per Specul. Svevicum L. 1. t. 352. §. 2. & constit. Friderici Imperat. de Pace tenenda, & ejus violat. §. si quis rusticus.*

4. Declara scilicet moribus & statutis: de jure enim civili omnes bestiæ, quæcunque etiam sint (etiam leones *l. un. C. de venat. ferar.*) nullius sunt, & occupanti cedunt, *§. 12. I. de R. D.* Quæ ipsa declaratio tamen non ita intelligenda venit, quasi privatis solenniter venari liceat lupos ac ursos, non! sed quod data occasione quilibet illos possit occidere & extirpare.

5. Exceptio 1) est, nisi ursi ac lupi in alicujus custodia sint, hos enim qui capit, rem alienam contrectat, adeoque furtum committit, *B. Dn. Petrus Mullerus in Diss. de Persecutione luporum th. 24.*

6. Exce-

6. Exceptio 2) est, nisi contrariis moribus etiam ursorum & luporum captio privatorum persecutione exemta sit. *Vid. tamen Speidelius in Speculo sub voc.* Jagen.

VIII.

1. **WEr den kopff hat, schiert den bart;** Cujus caput est, illius quoque est tondere illud. Est Svevorum parœmia, cujus mentionem facit *B. Dn. Lauterbachius in Collegio Theoretico-Practico P. 2. de successione juris novissimi th. 50. p. 1334.* quo nihil aliud significare volunt, quam quod conjuges omnibus in bonis sibi invicem succedant.

2. Rat. Quia bona, tanquam accessorium, personas, ceu principale, sequuntur: Noxa, ut ita proverbialiter loquamur *in l. 1. §. 14. ff. depos. l. 20. & l. fin. de Nox. act.* caput sequitur.

3. Declara, quod in illis locis procedat, ubi successio conjugum ita recepta, v. g. Hasso-Cassellæ, Ulmæ, Reutlingæ, Eslingæ &c. teste *Lauterbachio d. l. ubi allegat insimul dissertationem D. Bardili de successione conjugum, th. 43.* & Coburgi *B. Dn. Roslerus in Decision. Sect. 2. dec. 7. p. 139.* Nihil scilicet pactis dotalibus aliud fuerit provisum. *Hertius in Epidipnidibus Parœmiarum Juris Germanicarum par. 17. p. 21.*

4. Fallit de jure civili Romano, ubi conjuges nonnisi certis casibus sibi invicem heredes existunt, *vid. Auth. prætereà C. unde vir & uxor Nov. 117. c. 3.* & quidem non aliter, nisi quoad certam portionem. *B. Struv. in Jurispr. Rom. Germ. For. L. 2. t. 30. aph. 26. p. m. 448.* Quid jure Saxonico statutum, vid. ibidem *aph. 27.* De jure Franconico conf. *Demerath.*

in

in Differentiis juris Franconici & civil. p.m. 85. sqq. De jure Coburgico *Roslerus d. l. Sect. V. dec. 1. p. 211.* De Brandenburgico - Baruthino kan das gedruckte Scriptum: Hemmer-Ellepaß-wie auch Schladebach-Treuschelischer - geschichten weitere betrachtung beliebig nachgelesen werden.

IX.

1. **BEkennen bringt um den hals;** Mortifera est confessio, h. e. *facinus suum qui confitetur, illud ultimo supplicio, sive pœna capitis, luere solet.*

2. Rat. quia confiteri non facile quis crimen creditur, cujus reus non est, *Carpz. P. 4. con. 33. d. 1. n. 6.* 2) quia habetur pro judicato, *l. 1. ff. de confession:* 3) quia de confessis nullæ sunt partes judicis, nisi ut condemnet, *l. proinde 25. §. 2. ad L. Aquil. vel* potius puniat, quia confessio habetur pro sententia; *Lauterbach. mox d. l. Add. Petr. Mullerus in not. ad Struv. Syntagm. Tit. de confessis aph. 23. lit. α p. 228.*

3. Declara (1) si sc. confessio sit judicialis, (2) specialis, definita, clara & expressa, ut constet de corpore delicti, utpote sine quo perveniri non potest ad ultimum supplicium, *Lauterbach in Compend. Jur. Tit. de confess. lit. D. p.m. 581.* corpus enim delicti nihil aliud, quam veritas delicti commissi est, vid. *Sonnemannus in legibus Notabil. Lit. C. l. 25. p. 29. & Josuæ c. 7. v. 22.* (3) si confiteatur is, qui dominus causæ, non procurator est, & qui potest obligari; nec errat, uno verbo: reus, (4) si sit spontanea; *Carpz. P. 4. c. 33. d. 11. n. 12. Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. com. sub voce confessio ax. 7. & 9.* (5) si facinus prohibitum sub pœna mortis, adeoque (6) causa criminalis sit.

4. Fallit ergo (1) in causis civilibus, utut enim in hisce etiam judicialiter confessus habeatur pro judicato, *Sonnemannus d. l. l.3. p.55.* non tamen mortis pœna plectitur, (2) quando confessio per torturam extorta, hæc enim non sufficit ad pœnam capitis infligendam, nisi ratificata & verificata fuerit cum omnibus suis circumstantiis. *Brunnem. in Processu Crim. c. 8. m. 5. n. 71. p. 171. Fuchs in introd. ad Praxin L.4. C. 2. §. 38. p.513.* adeo ut pœnæ ordinariæ subducatur & extra ordinem puniatur, qui confessionem coram carnifice in actu torturæ factam revocat. *Berger in supplementis ad Electa jurispr. Crim. ob. 46. p. 138.* 3) in confessione extrajudiciali, quæ sufficit quidem ad torturam inferendam, non tamen ad condemnandum, multo minus puniendum, nisi repetita illa fuerit, & verificata in judicio. *Brunnem. d. l. & Muller. d. l. lit. 5. p. 228.* 4) quando defensor vel advocatus crimen fatetur, reus vero negat, 5) si causa quidem criminalis non tamen capitalis sit, & 6) si confessio non satis definita, & ad corpus delicti sufficiens sit, alias enim ultra relegationem vel fustigationem procedi non potest. *Carpz. Q. 108. n. 29. Lauterbach. d. l. Tabor d. ax. 11.* Quid de tacente dicendum? Resp. hic in criminalibus pro confesso non habetur, *Sonnemannus d. l. Lit. S. l. 4. d. 1.*

5. Declarationi quartæ, quod sc. confessio esse debeat spontanea, obstare videtur vulgatum illud: *Parcitur sponte confitenti.* Sed Resp. quod sponte confitenti parci quidem soleat in modo puniendi, ita ut mitius puniatur quam pertinaciter negans, convictus tamen, unde quoque dicitur: Bekannt ist halb gebüsset; non tamen ita, ut impune plane abeat, E. gr. si quis rota plectendus sit vel laqueo suspendendus, puniri potest gladio, modo confitea-

tur,

tur, antequam in carcerem conjectus sit, *Sonnem. d. l. Lit. N. l. 28. p. 241.* cumprimis si delictum non nimis atrox, sed leve, ejusque pœna judicis arbitrio infligenda relicta sit, *ibid.* aliud ergo dicendum, si pœna jure divino statuta sit, sic enim illud obtinet: *non est confessi causa tuenda rei*, quamvis & illo casu locum habet, ubi quis sponte confitentem ab omni plane pœna immunem pronunciare vult.

6. Obstat 2) quod & convictus & confessus quis esse debeat, si ad ultimum rapiendus sit supplicium. Resp. de jure non requiri copulative convictionem & confessionem, sed probatione legitima convictum æque condemnari posse ac confessum, *Carpzov. Pract. Crim. P. 3. qu. 114. n. 1. 2. & 4. qu. 116. n. 35. seqq.* quia alias quilibet pertinaciter negans impune auferre posset sua delicta. *Add. D. Barthii Dissertatio, quam Lipsiæ publici juris fecit, de convicto non confesso, c. 1. cui parallela est disputatio D. Ittigii ibid. de confesso, non convicto habita*, ubi hæc omnia in longum & latum prolixe discutiuntur.

X.

1. **Beten gehöret vor die Pfarrer (Geistlichen;) Clericorum est orare.**

2. R. quia eorum officium hoc efflagitat.

3. Declara, verum hoc esse quoad preces illas publicas & solennes, quæ in ecclesia a verbi divini ministris recitari solent, ita tamen ut non excludatur das nachsagen, oder nachbeten, nec enim cum vulgo hominum putandum, das seye des Pfarrers amt und werck, da habe er den lohn davon, und lassen das mitbeten fein hübsch unterwegs.

4. Fallit quoad preces, quas quilibet privatus in salutem sui suorumque ad DEUM fundere debet, sive id fiat in, sive extra ecclesiam. Vulgatum illud:

Ora

Ora & labora! universale est, omnesque tangit. Sed quam pauci sæpe in fundendis precibus sint homines, magna eorum veræ devotionis ignorantia comprobat, dahero sich nicht zu verwundern, wann mancher nicht einmal das Vater Unser beten kan, und jenem bauer gleich ist, der, als er in einer kirchen-visitation gefragt worden, ob er auch das Vater Unser beten könne? zur antwort gegeben: die weise könne er wohl, und da er weiter gefragt worden, was er damit meine? geantwortet: O ihr hochgelahrte Herren! wir einfältige leute, wann wir in die kirche kommen, so halten wir den hut vor das gesicht: und das nennen wir die weise, oder mit jenem sagen: pfeiffen könne er wohl das Vater Unser, aber nicht beten. *Conf. B. Brunnemanni Jus Ecclesiast. L. 1. c. 6. p. 204. seq.*

XI.

1. **Bibel (a) Bubel, Babel, Biblia, bublia, bablia.**

2. (a) Bibel h. l. denotat scripturam sacram, Bubel personam larvatam, & Babel magnam illam in Mesopotamia urbem Babyloniam, die grosse Babel, quæ per contemtum h. l. sacræ scripturæ junguntur. Facit autem hujus parœmiæ mentionem ipse *Lutherus Tom. 2. Altenb. f. 790. allegatus a Stockmanno in Elucidario Hæresium p. 41.* eamque adscribit Anabaptistis, tempore Lutheri longe lateque grassantibus, qui parvi admodum æstimarunt sacram scripturam. *Dietherrus in Con. Thes. Pract. Besoldi sub voc.* Bibel *& Joh. Forsterus in homil. lat. p. 662.* sine dubio autem hoc ipso indicare volebant, quod Sacra scriptura magis confundere quam confirmare homines, (Babel enim a confusione linguarum nomen habet) & instar idoli babylonici ab illis adorari soleret. Sicut autem excogitatoris hujus dicterii

ratio omnino fuit impia, ita istud etiam prorsus damnandum erit. Veris Christianis bibel non dicitur bublia & bablia, sed anagrammatice belieb.

Die bibel GOttes wort ist mein belieb im leben,
Sie kan mir trost in angst, und rath in nöthen geben,
Die bibel GOttes wort, ist mein belieb im sterben,
Wo sie mich weiset hin, da kan ich nicht verderben.

Misand. delic. Bibl. V. T. 1690. p. 945. seq.

XII.

1. **Bischoff oder bader.** Aut episcopus aut balneator, vel prout *Conradus Gesnerus in Epitom. de Historia Quadrupedum sub voc. Asinus* habet: Rex aut asinus, h. e. victus aut victor, subaudi! evadere studet; Er will König oder bader seyn. Est dictum, quod originem suam Wurtenbergico Duci, *Vlrico*, debet, qui an. 1522. à suevici fœderis sociis ducatu ejectus dixisse fertur: Wir wolten bischoff werden, so sind wir bader worden. *Burgoldensis ad instrum. Pac. Osnabrugo-Monasteriensis, P. 1. disc. 29. §. 6. p. 491.* Simile est illud BORGIÆ: AUT CÆSAR AUT NIHIL, & illud magni cujusdam Principis nostri ævi: AUT CORONARI AUT RUMPI. Et hoc vitium fere omnis habet ambitio: inter fortunam maximam & ultimam non agnoscit intermediam. *Conf. par.* Wann es auf das euserste kommet 2c. Pertinent huc quodammodo vulgata ista, corporal oder general, küster oder minister. Quilibet ergo sua

sua sorte contentus sit, ne & ejus juris jacturam faciat, in cujus quieta hactenus possessione fuit, & deinde ludibrio fiat mundo.

XIII.

1. **Wer geld auf bodmerey giebt, laufft risico (a) davor:** Pecuniæ, fœnori nautico datæ, periculum creditoris est, h. e. ***pereunte nave, perit etiam pecunia, creditori in navem illam concredita.***

2. (a) est vox exotica, per barbaralexin hic posita, significans die gefahr, gallice RISQUE; hinc risquer, in gefahr kommen, courir risque, in gefahr seyn. Quid *Bodmeria* autem sit, & unde derivetur, vid. *Excell. Dn. Stryk. in Annot. ad Lauterbach. tit. de Exercit. Act. p. 407.* scilicet est talis contractus, ubi quis credit pecuniam sub periculo; Si NAVIS SALVA REDIERIT, propter quod etiam gravissimas percipit usuras, es wird ihme verpfändet der boden des schiffs.

3. Ratio, quia credit pecuniam suam in fundum navis, quæ facile perire potest; pereunte autem nave suam amittit pecuniam, quod periculum compensatur spe immodici & jure alias prohibiti fœnoris nautici, *Conf. Schottelius* von unterschiedlichen rechten in Teutschland, *c. 22. §. 3. p. 418.* unico verbo: exigit hoc natura bodmeriæ. *Celeberrimus Dn. Bodinus in dissert. sub ejus præsidio Halæ de bodmeria habita, th. 11.* & quidem contra naturam mutui, *Schottelius d. l.*

5. Ampl. in tantum, ut ne obulum quidem debitor reddere obstrictus sit nave pereunte, *Dn. Bodinus d. l.*

6. Ampl. 2) ut hodie procedat, etiamsi ita expresse conventum non sit, sed sufficit, si creditor dicat, se velle hanc vel illam pecuniam fœnori nautico dare, *Bodinus d.l.*

XIV.

1. Es ist nichts so bös, es ist zu etwas gut. Nihil tam malum est, quin ad aliquid conducat, vel pessima etiam res ad usum apta est.

2. R. quia DEUS omnipotens, ceu summe bonus, non sinit, ut aliquid mali sit in ejus operibus.

3. Declar. si non per se & sua natura, sapientissima tamen DEI directione, *Joh. Weise in Compend. Metaphysico c. 5. ax. 9. p. 96.* adeoque relative & per accidens, quatenus malum aliquod refertur ad bonum finem, adeoque bonum alteri tantum est. *Hartungius in Metaph. Jurid. c. 15. §. 8. p. m. 465.*

4. Ampl. 1) ita ut non solum malum triste, sed & malum turpe ad bonum tendat finem, Weiße *d. l. Sic* v. g. pœna est malum triste, tendens ad correctionem & emendationem hominum. Idem de tribulationibus & calamitatibus dicendum, quæ quoad terminum a quo & ad quem bonæ sunt, *Forsterus in homiliis Dom. Jubilate p. m. 216.*

Es ist so böse nichts, es ist zu etwas gut,
Das creutz plagt zwar den leib und bessert doch den muth.

Abele *in Metamorph. telæ jud. P. 1. cas. 71. p. 435.* Peccatum vero est malum turpe, & tamen ad id conducit, ut peccans humilior fiat & præcautior, denen die GOtt lieben, muß jede sach zum besten dienen, *Rom. 8. v. 28.* MARCET SINE ADVERSARIO VIRTUS juxta symbolum imperatoris MAXIMINI.

5. Ampl.

5. Ampl. 2) ut valeat etiam vice versa, es ist nichts so gut, es ist zu etwas bös. Nil prodest, quod non lædere posset idem, *Conf. Zeillerus in Epist. 99. P. 1. p. 546.* nimirum itidem non per se, sed per accidens. E. g. Sacra cœna in se bona est, & cibus vitæ, per accidens tamen impœnitentibus in perniciem vergit, sie essen und trincken ihnen selbst das gericht *1. ad Cor. 2.* Evangelium bonum est, eine krafft GOttes seelig zu machen *ad Rom. 1.* per accidens autem wirds ein geruch des tods zum tod denen ungläubigen. Nec obstat canon ille Metaphysicus: bonum nullius mali causa est. Responsionem vide apud eundem *Weisium ax. 7. p. m. 94.*

XV.

1. **Bürgen soll man würgen;** (a) Sponde, noxa præsto est.

2. (a) Würgen h. l. non proprie capitur, sed idem est, ac obtorto collo, & invitum etiam trahere aliquem ad carcerem, & tam diu ibi detinere, donec fidem suam, quam interposuit pro alio, liberaverit. Sine dubio locutio hæc mutuatitia & desumta est ex *Math. c. 18. v. 28.* ubi de creditore, debitum importune exigente, dicitur: und er grief ihn, (den schuldner) an, und würget ihn, und sprach, bezahle 2c.

3. Nihil igitur aliud populari hoc indigitatur proverbio, quam quod illi, qui fidem suam dant pro aliis, ad præstandum debitum vel cum jactura rei suæ familiaris, exigentibus id ipsum creditoribus, adigendi sint. vid. *Zehnerus in adagiis sacris, cent. 1. ad. 24.*

4. Concordat autem hoc ipsum non tantum cum sacra Pagina, & quidem cum *Sirac. c. 8. p. 16. ibi:* Werde nicht bürg über dein vermögen, thuest du es aber, so dencke und bezahle, *Proverb. 6. v. 1. 3. & c. 11. v. 15.*

Sed & cum jure Romano, *t.t. ff. & C. de fidejuss.* in specie vero *cum l. fidejussores 68. §. 1. ff. de fidejuss. & l. initio 5. C. de pactis int. emt. & vend.*

5. R. quia sibi certam obligationem imponi passi sunt, & se sponte periculo solutionis exposuerunt, vid. *Gail. L. 2. ob. 29. n. 3.*

6. Declara, si principalis non solvendo existat, *illustri Dn. Stryk. in diss. de abusu Rescriptorum Morat. c. 2. p. 36.* an autem debitor principalis solvendo sit, nec ne, de eo constat vel ex notorietate, vel ex ejusdem excussione.

7. Decl. 2) modo obligatio talis sit, ut ei fidejussio accedere possit, de quo vid. *Francus in Tr. de fidejussoribus, c. 3. per tot.*

8. Decl. 3) ita, ut tamen fidejussores, antequam solvant, actiones petere possint cedendas a creditore contra debitorem principalem competentes.

9. Decl. 4) ut, si plures sint, uti possint beneficio divisionis, nisi expresse illi fuerit renunciatum; obligatio enim samt und sonders, einer vor alle, und alle vor einen non sufficit, *Dn. Stryk. de Caut. Contr. S. 2. c. 6. §. 25.* Inducunt quidem hæc verba correalem obligationem, sed non tollunt beneficium divisionis, *ibid.* In Praxi tamen hanc illustris *Dn. Stryckii* doctrinam, receptam non esse extra Electoratum Saxoniæ, probabiliter tradit *Hopp. in Comment. ad §. 4. Inst. de fidejuss. Add. Mevius in discussione levaminum &c. c. 4. n. 57.*

10. Ampliatur hæc parœmia, ut locum habeat etiam in fidejussorum heredibus, *Coll. Jur. Arg. d. l.* Active in heredes creditorum, passive in heredes fidejussorum, transit actio ex fidejussione competens. *Hahnius disp. Select. 5. th. 20. p. 289.* nisi scil. expressis verbis aliud cautum, aut ex causa delictorum fidejussio facta. *Francus d. l. c. 5. n. 86.*

11. Fallit

11. Fallit 1) quando fidejussor diu in obligatione stetit, vel si bona sua dissipet debitor, & ea propter fidejussor se fidejussione liberari petat. *l. Lucius 38. §. 1. ff. Mandati ibique Sonnemannus in leg. notab. Conf. Dn. Stryck. de caut. contr. S. 2. c. 6. n. 30. Gail. L. 2. ob. 29. Hopp. d. l. ad. 5. 6.*

12. Fallit 2) quando fidejusserunt illi, qui vel natura vel lege inhabiles sunt ad fidejubendum, de quibus vid. *Francus d. l. c. 2.*

13. Fallit 3) quando dolus causam dedit fidejussori.

14. Fallit 4) quando debitor principalis literas impetravit moratorias, sive quinquennales, quinquenell oder anstands-briefe, siquidem hæ regulariter prosunt quoque fidejussoribus, utut nulla expressa inibi horum facta sit mentio. *Limnæus de Jur. Publ. L. 4. c. 8. n. 337.* Consultius tamen esse, ut impetrantes rescriptum moratorium curent inibi quoque exprimi fidejussores, tradit *Antonius Faber in Cod. L. 1. t. 9. d. 14.*

15. Optima igitur cautela est, ut ne ad fidejubendum alienamque sarcinam, in nos suscipiendam, proni simus. *Conf. C. J. A. d. l. th. 3. p. 294.* Nihil enim exinde regulariter provenit nobis utilitatis, quam ut argento, quo onusti sumus, emungamur. Æris alieni atque litis comes, dicit ille sapientissimus Græcus, *Chilo*, est miseria, & scriptura sacra ait: Wer für einen bürg wird, der wird schaden haben. *Prov. c. 11. v. 15.* Quod tamen recte temperat *Mevius in discuss. Levam. c. 4. S. 14. n. 1.*

Plura vide apud *Heinricum Cnaut* in peculiari libello, cui titulus est: Bürgen soll man würgen. Famigeratissimum *Dn. Hertium, Prof. apud Giessenses olim celeberrimum, in Select. & Rar. ex univers. Jurispr. ARG. L. 1. de Paræmiis Jur. Germ. Paræm. 53. p. 552. Hering. de fidejuss. c. 1. n. 22. Cœppen Decis. L. 1. Q. 51. p. 214. & Q. 56. p. 254.*

XVI.

1. OMne collegium eſt nequam, h. e. *per Synecdochen totius integralis pro parte integrali, illis, qui in collegio aliquo ſunt, & extra collegium aliquid dicunt vel faciunt, fidendum non eſt*, prout dictum hoc explicat maximè Reverendus Dn. Friedrich Ernſt Meiß, *Superintendens Schleuſingenſis meritisſimus in concione funebri Dn. Joh. Wilhelmo Webero habita, p. 15.*

2. R. quia in collegio aliquo conſtituti ſæpe aliud, & illi, quod extra collegium privatim dixerunt, planè contrarium ferunt ſuffragium, ſe ad nutum alienum vel etiam pluralitatem votorum accommodantes, vel clamore, aut etiam rationibus in contrarium adductis, ſuperati, nec ad iſtas reſpondere valentes, in aliam ſe trahi ſententiam, vel alio modo ſe flecti patiuntur.

3. Declara, quod ſi dolo id fiat, verum eſſe noſtrum proverbium, cum virum bonum non deceat, ſententiam mutare in alterius præjudicium. Aliud dicendum, ſi dolus abſit, E. G. quando quis in theoria aliter ſentit, quam praxi receptum, & hinc in collegio, ubi ſecundum praxin pronunciandum, voto ſuo praxin, non vero theoriam juvat, ſalva mihi res eſſe videtur, modo praxis illa conſcientiis non refragetur, nec alioquin irrationabilis ſit: ſic enim minime addendus eſſet calculus. Quid vero, ſi quis culpa ſua, utut non dolo, in alienam trahatur ſententiam? Reſp. tali caſu mutantem ſuam ſententiam non reum quidem fieri nequitiæ & infamiæ, abſit; certum tamen eſt eum conſcientia teneri conſtrictum, & id verum manere, quod extra collegium aliquid dicentibus fidendum non ſit.

XVII.

1. Stiehlt mein vater, so hångt ein dieb. Quando pater meus furtum committit, fur suspenditur, h. e. *non ut pater meus, sed ut fur suspenditur.*

2. R. quia non deliquit intuitu paternitatis, sive qua pater meus, sed quatenus fraudulenter contrectavit rem alienam, per *l. 26. ff. de Pœn. l. 2. §. 2. ff. de Decur.*

3. Declaratur, quatenus filius frugi, & furti paterni non particeps est.

4. Effectus, quod delicta parentum non nocere debeant honori & existimationi liberorum, ab omni reatu immunium.

5. Quapropter etiam filiis ex patre, ob crimen aliquod capitali pœna affecto, dandæ sunt legitimorum natalium literæ, *Dn. Linck. in Disp. de literis natalitiis, c. 3. §. 18.* nec denegari potest receptio in collegia opificum, *Carpz. P. 2. dec. 192. p. 468.* Nisi scilicet pater lædat majestatem, utpote quo casu etiam liberos (non tamen nepotes) comitatur infamia paterna, *B. Dn. Struv. in Syntagm. Jur. Civ. Ex. 49. th. 20.* Nec obstat, quod persona filii & patris, jure Romano, pro una eademque habeantur persona. Respondetur enim, intelligendum hoc esse quoad favorabilia, non vero quoad pœnalia & odiosa, *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Com. sub voce pater ax. 8.*

6. Ampliatur, idem valere quoque quoad matrem, *Vid. tamen infra Parœmiam*, Quad ey, quad kücken.

XVIII.

1. Aller guten ding müssen drey seyn. Omnium bonarum rerum tres requirun-

tur, sive omnes bonæ res trinis repeti debent vicibus. *Aristoteles L.1. de cœl. c.1. dicit:* Τὰ τρία πάντα ἐςί.

1. R, quia omne trinum perfectum est, creditur enim inesse numero ternario aliqua perfectio. . rationis, quia complectitur initium omnium n - merorum, nempe 1) unitatem, 2) numerum p - rem, 3) numerum imparem, *Dn.D.Treuner in Colleg. Dialect. MSCto P.3. th.29. n.1.* unde etiam ipse Deus etiam trinunus est, *l.1. C. de summa Trinit.* & ge tilibus quibusdam trinitatem notam, & hinc numerum ternarium pro mensura qua am, & norma perfectionis, habitam fuisse nonnulli credunt. Conf. *Dn. M. Joh. Heinrich Schmidii, Amici nostri veteris Dissertatio de ignorantia Philosophorum laudabili pos. 6. §. 2.* Pertinet huc ille Gentilium notus versiculus:

Ter bibo, terque hæc pronuncio mystica verba.

2. Declara, procedere hoc in moralibus, non vero in physicis, fierique debere absque superstitione: plerumque enim ita hodie comparatum est, ut nihil recte posse fieri credat hominum vulgus, nisi trina vice istud repetitum fuerit, adeo ut etiam ab urina reddita prius non discedant, quam in istam trina vice despuerint. In jure equidem civili itidem nonnulla, quæ numerum ternarium continent, habentur, sed ex nulla alia ratione, quam quia legislatori iste placuit. *Conf. l. ult. C. de Error. Advocat. pr. Inst. de Usucap.* Quid? quodsi dicendum sit, quod res est, per τὸ drey non tam numerus ternarius præcise intelligendus, quam quod res aliqua bona sæpius repetenda sit, ita ut drey idem sit ac viel. Sic capitur apud *2. Corinth. 12. v. 8.* dafür ich dreymal den Herrn gebeten habe, h. e. oft. add. *Math. 26. v. 44. & illud Christi Matth. 7. v. 7.* αἰτεῖτε, ζητεῖτε, κρέετε, bittet,

bittet, ſuchet, klopffet an. Conf. *Bidembach in Promtuario connubiali them. 65. p. 302.* imprimis autem *M. Joh.* Roſenberg *in Triade Theologica, Philoſophica & Hiſtorica, nuper in lucem edita, per tot.*

XIX.

1. **Kinder zeugen bricht eheſtiftung.** Liberorum procreatio rumpit pacta dotalia. Alii dicunt: **Kinder-tauf bricht eheſtiftung**, quod eodem recidit.

2. Confirmatur ſpecialiter per Ordinationem provincialem Hertzogthum Franckens, *P. 3. t. 107. §. 6. p. 270.*

3. R. quia pacta dotalia in modum ultimæ voluntatis ſæpe fiunt, illisque ſemper ineſſe videtur hæc conditio: *ſi ſine liberis ſit matrimonium. Hert. in tract. ſelect. & Rar. ex univ. Juriſpr. arg. l. 1. de Parœmiis Jur. Germ. par. 74. p. 526.* Ratio rationis, quia teſtamenta agnatione ſui heredis rumpuntur, *§. 1. Inſt. quibus teſtam. infirm.* hinc quoque dici aſſolet. Wann das kind gebohren iſt, ſo iſt das teſtament ſchon richtig, oder gemacht. Et conſequenter ceſſant pacta dotalia ſub dicta conditione inita, adeoque parœmia hæc tantummodo quoad illos caſus, qui poſt mortem unius vel alterius conjugis, ſine prole decedentis, contingere poſſunt, reſtringenda & limitanda venit: horum enim intuitu rumpuntur pacta dotalia liberorum ſupervenienția.

4. Declar. modo liberi nati quoque vivant poſt parentes: nam ſi illi his viventibus, rurſus decedunt, tunc pacta dotalia reviviſcunt, *arg. l. 12. pr. de injuſt. & irrit. teſtam. Hert. d. l.*

5. Fallit in Saxonia, ubi maritus dotem integram capit, ſi in mobilibus ea conſiſtat, ſive liberi adſint, ſive non. *Lyncker. in analectis ad Struv. Synt. jur. Tit. ſoluto matrimonio th. 49. p. 284. & ibi allegat. Carpz.*

6. Fallit

6. Fallit quoad illa pacta, quæ unionem prolis continent: hæc enim nativitatem liberorum præsupponunt, adeoque illa non tolluntur, sed corroborantur, ita ut liberi per pacta dotalia acquisiti etiam post mortem conjugis, sine prole decedentis, maneant liberi Parentis superstitis, & consequenter pacta dotalia eatenus valeant, quam diu ille non ad alias convolaverit nuptias.

XX.

1. **ERbar und fromm dringet durch die wolcken, das andere muß zurück bleiben.** Honestus & pius penetrat per nubes, reliqui remanebunt. Vel: **Frömmigkeit ewig bestehet, leichtfertigkeit zu scheitern gehet.** Pius stabit in æternum, malus peribit.

Omnia cum pereant, est virtus sola perennis:
Hæc immortales reddere sola potest. Ovvenus.

2. R. quia non solum Deus æternum beat pios ac honestos, sed etiam illis externa interdum adjicit præmia, v. g. bono Principi sceptra & dignitates. Conf. *Lipsius Lib. 4. Polit. c. 2, n. 7.* nec permittit, ut adversus pios ac probos aliquid possint calamitates, damna & injuriæ. Wer einfältig und aufrichtig wandelt, der wandelt getrost, wer aber seine wege verfälschet, wird offenbar werden, *Proverb. Salom. 10.*

3. Declara, quod valeat in foro poli, non vero soli, imprimis hodie, da diese wörter: Erbar und fromm dermassen veracht worden, das kein bauer, viel weniger ein bürger mehr erbar und fromm heissen will, denn das erbar, ist gar zu gering (obschon vordessen die bischöffe erbare fürsten genennet worden, *Besoldus in thes. Pract. sub voce* Titul *p. 933.*) auch altförmisch, altfränckisch,

und altväterisch. Das fromm seyn aber macht, daß man vor einen einfältigen, abgeschmackten mann, pour une bonne ame, bey der heutigen welt passiren muß. Es will dahero fast ein jeder gern ein gescheider, raffinirter, verschmitzter, gewickelter, und durchtriebener kopf seyn, der die capacität oder vielmehr malice hat, ein solches gehäng, gewirr und gewerr in einander zu machen, daß auch der teufel nicht einmal klug daraus werden möchte, contra *1. Cor. 3. 18. ubi verus* Christianus stultus vocatur, quia stultus mundo videtur, non quod revera talis sit, collat. *cum Lucæ 16. 18. 1. Corinth. 2. 6. 7.*

XXI.

1. **Eyd machet mündig.** Juramentum ex minori facit majorem, h. e. *si minor contrahit, & contractum juramento confirmat, tam valide obligatur, ac si major esset.*

2. Prob. *per auth. sacramenta puberum C. si advers. vend.*

3. R. quia juramentum inviolabile est, adeoque impedit restitutionem in integrum, & negotium, alias invalidum, convalidare potest, *l. 3. inf. C. si min. se maj. dix.*

4. Declar. quatenus nimirum minor sufficientem habuit intellectum juramenti, nec ad illud dolo aut errore inductus fuit, nec juravit super negotio in se se turpi ac illicito; paucis: modo juramentum minoris tres suos habuit comites, judicium nimirum, veritatem & justitiam, de quibus *vid. c. et si Christus 26. X. de jurejur. & dissert. inaugur. Dn. Lic. Dœrenii, de juramento nullo, Rinthelii habitam, sect. 2. p. 2. §. 4. p. 25.*

5. Declar. 2) modo juramentum a minori corporaliter fuerit præstitum. *Sonnemannus in legibus*

Nota-

Notabilioribus Lit. R. n. 5. lim. 1. p. 370. & quidem tali minori, qui curatorem habet.

6. Limit. nisi minor sit enormiter læsus, *Beust. in lectura Tit. ff. de jurejur. p. m. 268. n. 4.* Sic enim minori, utut juramentum corporale excludat remedia, ratione ætatis competentia, querela *ex l. 2. C. de Rescind. Vend.* datur, nisi juraverit, quod nec ratione ætatis, nec alio quocunque modo contractum impugnare velit, *Sonnemannus d. l. & ibi allegatus Lauterbach ad Tit. de Rescind. Vend. p. 346.* Conf. *Dissertatio de juramento actus puberum confirmante sub præsidio Wildvogelii, Jenæ 1709. habita.*

XXII.

1. **DEr sachen feind, der personen freund.** Causæ inimicus, personæ amicus, h. e. *ob rei alicujus controversiam, non statim ipsam personam, cum qua illa intercedit, persequi debemus odio.* Uno verbo: Vitia & malos mores odio habeamus, non personam. *Judas Epist. v. 23. vid. Schilter in manud. ad Phil. mor. c. 5. §. 26.*

2. R. quia res diversum quid est a persona, quam convenimus, vel cum qua nobis lis est, nec ab una ad alteram valet consequentia. Odio habenda sunt peccata, non homines. *c. 2. dist. 86.*

3. Declara, dicterium hoc potissimum ad lites, in judicium deductas, pertinere, *Limnæus in Aur. Bull. c. 1. §. 16. ob. 3. p. 104. Hert. in select. & Rar. ex univ. jurispr. arg. L. 1. de Par. Jur. Germ. par. 101. p. 565.* Quapropter etiam litem invicem habentes non arcendi sunt a sacra communione. *ibid. Mevius P. 4. d. 208.* in tantum, ut si injuriatus quis sit a Pastore, nihilo-

nihilominus, lite adhuc pendente, coram eodem peccata confiteri, & absolutionem ab eo petere teneatur. Vid. *Dissert. D. Simonis de actionibus injuriarum sacerdotem concernentibus Membr. 2. th. 12. & Carpz. in Jurisprud. Consist. L. 3. tit. 9. def. 105.* Vid. tamen *B. Bechmannus in Theologia conscientiaria S. III. tit. 1. cas. 2. p. 118. seq.*

4. Fallit PLERVMQVE quoad lites injuriarum, cum impossibile fere sit, ut in actione injuriarum omnis abjiciatur rancor. *Vid. Exc. Dn. Stryck. in tr. de jure sensuum, diss. 9. n. 25. p. 526.* Hoc certum est, paucos esse, in quos eo casu, ubi de honore vindicando agitur, parœmia nostra quadrat. Conf. *Carpz. dec. 99. n. 11. p. 226. & P. 1. Const. 1. def. 10. Ventura de Valentiis in Parthenio litigioso L. 1. c. 3. n. 45.* Sed plerumque hoc usu venit, quod alio proverbio dicitur: das recht scheidet wol, aber es freundet nicht. Jung-Michel *in Advocato Sax. Jurato p. m. 98. Add. omnino Petrus Friderus in tr. de continentia causarum c. 2. n. 2. p. m. 15. & Brandes de Vera & simulata JCtorum Philosophia p. 73.*

5. Egregium exemplum in exercendis operibus charitatis & misericordiæ præbet nobis *Samaritanus ille Lucæ 10.* qui osor religionis judaicæ, sed amicus Judæi erat.

XXIII.

1. Lieber aus der flaschen, als aus der taschen. Præstat dare e lagena, quam ex crumena. Nimirum cum anno isto rusticis maxime fatali, millesimo scilicet quingentesimo vigesimo quinto in Franconia nostra, cives Kittingenses, illis se sociaturi, apud magistratum oppidanum de variis rebus valde que-

quererentur, caupo quidam, cui nomen erat GEORGII BAMBERGERI, immunitatem a gabella cauponaria (quæ potulentorum nōmine penditur, & vulgo das umgeld dicitur, de quo videri possunt *Besoldus in Thes. Pract. sub voc.* umgeld *p. 966. & Dietherrus in continuat. sub ead. voc. p. 606. Wehnerus in observ. Pract. p. m. 473.*) postulabat dicens: er wolte es lieber aus der flaschen, als aus der taschen geben, man solte die maas desto grösser machen, und das umgeld nicht geben lassen. Quo ipso justitiam hujus muneris suggillare volebat, melius esse ratus, ut mensura cauponum die schenck-maas ad ordinariam quantitatem reduceretur, und dem andern gemäß gleich groß gemachet würde, quam ut hæc vini accisia solveretur; denn die maas der wirth pfleget man um deßwegen zu verringern, damit sie durch das umgeld nicht allzusehr beschweret werden; wie dann in der Würtenbergischen landes-ordnung *tit.* von der Eich 72. also versehen: Doch sollen die schenck-maas ringer seyn, also daß eilf schenck-maas gerade zehen maas lautern eich thun sollen, damit, so er vom ausgeschenckten wein das umgeld zu reichen schuldig, er dasselbe wieder erholen und erstatten möge. Und soll also auch ein eimer halten 160. eich- und 170. schenck-maas.

Conf.

Conf. *Franciſcus Philippus Florinus in Oeconomo prudenti & legali L. 2. p. m. 363.* Ratio ſine dubio erat odium illud, quo tunc temporis ſubditi proſequebantur ſuum Magiſtratum, 2.) quia, quo majores ſunt menſuræ, eo plures quoque dantur hoſpites; quamvis enim per impoſitionem hanc poſitive nihil damni accreſcere poſſit cauponibus; attamen iſtis decedere poteſt aliquid lucri, abſonderlich, wann die höcken-wirthe von dem umgelde befreyet ſind, weiln alsdann das gemeine volck ſich dahin zu ziehen pfleget. Refert ita parœmiæ hujus originem *Georgius Arnold in Chronicis manuſcriptis præcipuas res geſtas ab anno C. 310. usque ad annum 1611. continentibus p. m. 198.*

XXIV.

1. Ein ledernes goller (a) und die frantzoſen (b) ſind eine ewige tracht. Tunica coriacea & morbus gallicus perpetuum veſtimentum ſunt, h. e. diu durant.

2. (a) Goller, koller, köller dicitur a kehle ſecundum ſententiam des Spatens im teutſchen ſprachſchatz *p. 915.* vel etiam dicitur a latino COLLARE ein halskragen: Galli vocant COLLET, quod a COL derivatur, quoniam de collo pendet. Conf. *Goldaſtus Tom. I. P. I. p. 197. Rerum Alamannicarum.*

(b) Frantzoſen eſt vox æquivoca, interdum gentem, quæ Galliam inhabitat, interdum morbum illum contagioſum, & difficulter curandum, qui alias *lues venerea*, *ſcabies hiſpanica*, *pudendagra*, *Siphilis* dicitur,

dicitur, ſignificans. De cujus cauſa, notis & cura vid. *Florinus* **in dem klugen und rechtsverſtändigen haußvater**, *L. 8. c. 30. p. 60.* & de origine *Speidelius in ſpeculo ſub voc.* **Frantzoſen** *p. 353.* & de quo OWENUS canit:

Itala terra mihi patria eſt, Gallique parentes.
Gallicus, in dubio eſt, Italicusne vocer.

4. R. poſterioris membri, quod principale objectum noſtræ parœmiæ eſt, hæc dari poteſt, quia morbus gallicus totam maſſam ſangvineam inficit, & hinc difficulter curabilis eſt. Semper aliquid remanet. Conf. *D. P. A. Irenicum Numæ p. 151.* unde quoque ſcite exclamavit ille heros:

GOtt bewahre mich für den frantzoſen,
Im lande und in hoſen.

5. Effectus, quod, quando quis ſponſalia contrahit cum ejusmodi homine, qui lue iſta aliquando infectus fuit, juſta detur diſſentiendi & recedendi a ſponſalibus cauſa, ſi nimirum, tempore ſponſaliorum contractorum, morbi illius inſcius quis fuit. Vid. *illuſtr. Dn. Stryck. de diſſenſu ſponſalitio S. 2. §. 41. p. 85.* etiamſi apparenter priſtinæ valetudini ſit reſtitutus. *Quo ſemel eſt imbuta recens ſervabit odorem teſta diu.* Concubitus facile excitare poteſt morbum recidivum. Add. *Carpzov. Defin. Conſiſt. L. 2. th. 10. d. 187.*

XXV.

1. **WEr freyen will, muß ausdienen.** Qui vult inire matrimonium, ille terminum, ſervitiis præſtitutum, expectare debet, vel, matrimonia non liberant a contractu locationis conductionis.

2. R. quia matrimonia non referuntur inter modos finiendæ locationis conductionis, ſed ſicut hæc

mutuo

mutuo contrahentium, locantis ſc. & conducentis operas conſenſu, initur; ita etiam eodem modo, mutuo nimirum diſſenſu, diſſolvitur. *l. 35. 100. 135. ff. de R. J.* Stamm *de ſervitute perſonali, L. 2. c. 26. p. 505.*

3. Declarat. quod ita ſit de jur. civ. vid. *Mevius ad jus Lubecenſe, L. 1. t. 4. art. 5. n. 5.* non vero de jure Saxonico, quo illud valet: Freyen geht vor mieth. Vid. *Specul. Saxon. L. 2. art. 33. Jus Lubecenſe & Hamburgenſe, Dn. Hertius in Select. & Rar. ex univ. Jurispr. arg. de Parœm. jur. germ. L. 1. par. 37. p. 488.* & quidem ita de jure Lubecenſi, ut pro rata temporis recentibus debeatur merces, *Mevius ibid. n. 3. & 4.* de jure civili vero, ſi famulus vel ancilla ante diſcedit, quam tempus locationis finitum, non tantum pro rata merces detrahitur, ſed & eo nomine intereſſe debetur a recedente famulo ac ancilla, *Hertius d. l.*

4. Ampl. ut procedat etiam vice verſa, ita ut nec dominus, ob matrimonium initum, prius poſſit dimittere famulitium, quam finito contractus tempore, aut teneatur eo nomine intereſſe præſtare.

XXVI.

1. **Frey mann, (a) frey guth.** Liber homo, liberum prædium.

2. (a) per hominem liberum h. l. intelligas virum nobilem, a tributis immunem, ita, ut ſenſus ſit: quando aliquis nobilis bona, oneribus publicis ſubjecta, acquirit, tunc bona illa novi nobilis poſſesſoris privilegio gaudent, & itidem ab illis oneribus libera fiunt.

2. Contrariatur jus civile, in ſpecie vero *l. 3. §. 11. l. 6. §. 4. de mun. & hon. l. f. C. de præd. & omn. reb. nav. t. t. C. ſine cenſu avth. item prædium, C. de SS. Ecl. l. ſi divina domus f. C. de Exact. tribut.*

4. R. quia res in locum pecuniæ privilegiatæ ſurrogata, eodem gaudet privilegio immunitatis. *Faber in Cod. L. 9. t. 19.*

5. Procedit, ubi per ſpeciale privilegium aut conſuetudinem id introductum, prout de ſua patria teſtatur *Faber in Cod. L. 9. t. 29. d. 3. & 19.*

6. Fallit hodie apud nos in Germania, ita ut non concludat argumentum: eſt nobilis, ergo bona ejus non ſubſunt tributis, ſed ita concludendum: bona ſervitiis equeſtribus ſunt addicta, ergo immunia ſunt a collectis ac tributis. Scharnhorſt *in conciliatione deciſionum Mevianarum p. 90.* quæ fallentia in tantum vera eſt, ut nec Princeps, nec Eccleſia, immunes fiant a tributis, intuitu bonorum acquiſitorum, præſtandis.

XXVII.

1. **Was hilfts, einen güldenen galgen haben, und daran hencken müſſen.** Quid aureum patibulum prodeſt ſuſpendendo Eſt interrogatio virtualiter negans, ita ut ſenſus ſit: nihil prodeſt aureum patibulum, ſi quis illi affigendus eſt.

2. R. eſt in promtu, quia nimirum argentum, aurum & gemmæ, mortuis nobis nulli plane uſui ſunt, nec mortem ipſam, nec ejus ignominiam auferunt, ſi fune pereundum, ſive ille ſit holoſericus, ſive ſtuparius, perinde eſt. Hinc recte dicitur: wann es an dem galgen gelegen wäre, ſo würde kein dieb einen finden, der ihme zum hencken gut genug wäre; *Schilterus in Not. ad Wehneri Obſerv. Pr. ſub voce* Galgen *p. m. 148. & ibi allegatus Rittershuſius in Parat. Feud. L. 2. c. 9. q. 12. ut & ſub voc.* Zeit *p. 527.* Græci quidem dicunt ἀπὸ καλᾶ ξύλα πᾶν ἀπάγξασθε h.e. de pulchro ligno

ligno omnem ſtrangulari convenit; ſed miſerrimum miſerrimæ mortis hoc ſolatium eſt, cumprimis ſi peccatum reſpiciatur, cujus intuitu omnis ſuſpenſus DEO deteſtabilis eſt. Ein gehenckter iſt verflucht bey GOtt. *Deut. 21. v. 23.*

XXIIX.

1. DAus-eß hat nichts,
Sechs-zinck giebt nichts,
Quatuor-drey helffen frey.

Eſt proverbium a ludo teſſerario deſumtum, ubi Eß idem eſt ac Eins, Daus vero idem ac deux oder Zwey, uno verbo: es ſind die wenigſten augen, wer dieſe würfft, hat wenig hoffnung zu gewinnen, juxta illud, Daus-eß inprimis eſt ſignum perditionis, Daus-eß haſt du mein pferd nicht geſehen, de qua vid. *Agricola* in der auslegung gemeiner teutſcher ſprichwörter, *P. 2. n. 420. p. 82. h. l.* autem per jactum teſſerarum infimum, Daus & Eß intelliguntur ſubditi inferioris & pauperioris ſortis; per Sechs & Zinck Principum Primicerii ac Proceres; per quatuor & drey illi qui mediæ conditionis ac fortunæ ſunt, ſenſus ergo huc redit: *Pauperes parum aut nihil contribuere poſſunt, primicerii divites immunes ſunt a contributionibus, mediocriter poſſeſſionati ingens Reip. onus ſoli ferunt.*

2. R. conſiſtit in malis receptis moribus, ac Principum intempeſtiva indulgentia.

3. Procedit narrative non approbative, & qui-

dem imprimis apud nos in Germania. In Gallia aliter res habet. Conf. *Mathias de contributionibus*, *c. 3. n. 45. p. 70.* Döpler in seinem getreuen rechnungs-beamten *P. 1. c. 18. n. 90. p. 464.* & *Dn. Wildvogel in Dissert. de Jure Collectarum th. 13. p. 16.* Quadrant huc quodammodo rhytmi illi germanici:

Der Käyser will haben sein treu und pflicht,
Der Pastor will seyn frey und quitt,
Der edelmann spricht: ich bin frey,
Der jud treibt seine wucherey,
Der soldat spricht: ich gebe nichts,
Der bettelmann spricht: ich habe nichts,
Da spricht der bauer: das muß GOtt walten,
Muß ich diese alle erhalten,
So geb ich mich gedultig drein,
Und will es so zu frieden seyn;

Vid. *Burgoldensis ad instrum. Pac. P. 1. disc. 2. 2. pag. 419.*

XXIX.

1. Die geistlichen sollen bey ihrer bibel bleiben. Clericis commercium sit cum bibliis, h. e. *clerici incumbant sacris bibliis, & ex eorum sensu ac intellectu judicent actiones humanas.*

2. R. quia sacra scriptura est norma clericorum, secundum quam normam, tanquam ad lydium lapidem, actiones humanas examinare & dijudicare possunt.

3. Declara, procedere vulgatum hoc normative, non vero exclusive, ita ut non excludantur objecta civilia a consilio conscientiæ, seu publico seu privato, sed ut ex unica notitia sacræ scripturæ, quæ universale est omnium humanarum actionum directo-

rectorium, non vero ex legibus civilibus ac politicis, judicandum sit Theologo, *Dietherrus in Contin. Besoldi Thes. Pract. sub voc.* **Bibel.** Cum grano salis igitur & de ejusmodi casu, ubi clericus semet ingerit in regimen, & ad clavum Reip. sedere gestit, intelligendus est, *Burgoldensis ad Instrum. Pac.* alicubi inquiens, **daß ein geistlicher im regiment so viel nutz sey, als ein marder im taubenschlag**, nec non locus ille 2. *Paral. 25. v. 16.* **Wer hat dich zu des königs rath gemacht, warum wilt du geschlagen werden?** Conf. *Parœm.* **wo die soldaten sieden und braten** &c. & **Reinkingk in der biblischen policey**, *L. 2. ax. 68. p. 363. L. 1. ax. 35. Brandes de vera & simulata JCtorum Philosophia p. 180.*

4. Declara 2) quod obtineat parœmia tantum a tempore novi testamenti: olim vero, tempore scilicet V. T. non erat sic, ubi sacerdotes civilia etiam negotia, & res status tractabant, uti videre est exemplis *Aaronis, Eliæ, Esaiæ, Jeremiæ &c.*

5. Declar. 3) quod tamen clerici minime fiant ἀλλοτριοεπίσκοποι, si quid a Politicis in Regimine, & aliis negotiis civilibus contra conscientiam patrari vident, & eos hac de re ex S. Scriptura decenter admonent, præsertim si vocatio eos ad id obligat. Quousque autem Clerici alias negotiis secularibus sese immiscere possint, de eo vid. *Schilterus in instit. Jur. Can. L. I. t. 17. §. 6. p. 120. seq. Brunnem. Jur. Eccles. L. I. c. 6. m. 10. n. 8. p. m. 247. Zieglerus ad Lancellotum L. 3. tit. 2. §. 11.* &, qui primo loco nominari debuisset *D. Andreas Keslerus in Theologia Casuum Conscientiæ c. 35. p. 186. seqq. Carpzov. L. I. Jurispr. Consist. d. 63.*

XXX.

1. **GEld ist die losung.** (a) Pecunia pro symbolo est.

 2. (a)

2. (a) Losung varias habet significationes, 1) denotat tesseram militarem, die *Parole, le mot.* 2) indicium, quod explosione sclopetorum datur, hinc die losung geben. 3) sortitionem, das losen, wann man um etwas loset. 4) lucrum ac quæstum pecuniarium, v. g. die tägliche losung. 5) jus retractus & protimiseos, das einstand-recht, die einlösung. Spate im teutschen Sprach-Schatz, *sub voc.* **Los**, *p. 1181. & 6.*) demique collectationis solutionem, quia cives, solutione collectæ, quasi se pro illo termino liberant, inde Losungs-Herren idem sunt ac Steuer-Herren, quæ significatio Noribergæ imprimis obtinet, *Wehnerus observat. Pract. sub voc.* Losen *p. 352.* Quarta & sexta significatio maxime hujus loci sunt, & proverbio nostro sine dubio originem dederunt. Sensus est; *Pecunia loquitur & rem conficit.*

3. R. quia pauci sunt, qui non capiuntur & vincuntur amore pecuniæ, geitz ist der vater zu dem kind: Geld ist die losung. Pecunia generaliter omnes sollicitat. R. rationis, quia non tantum autoritatem suo possessori tribuit pecunia, sed & quælibet alia bona, quibus indigemus, illa comparari possunt. Vid. illustris *Dn. a* Seckendorff *in addit. ad tract. de Lutheranismo p. 275.* E. contrario juxta illum vulgarem Latinorum versiculum;

Deficiente pecu deficit omne nia.

4. Declaratur, quod imprimis quoad illos, qui ex myrmidonum genere, & privati commodi studio dediti sunt, procedat. Conf. *Meisnerus* in wiederlegten Sprich-Wörtern *n. 133. p. 142.* Quamvis enim naturale sit, quod omnes pecuniam appetant, *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. com. sub voc. pecunia ax. 11.* attamen alter altero magis lue hac infectus, & ad accipiendum avidus est, in dispensatione vero tenacior.

XXXI.

1. GEmein, (a) ist selten ein. Communio raro concordat, Græci dicunt: ἰσοτιμία μάχην ποιεῖ.

2. (a) Vox gemein h. l. non adjective sed substantive pro communione die gemeinschaft, gemeinhabung sumitur, quatenus societatem, quæ alias a communione differt, (vid. *Felicius de communione seu societate, c. 11. n. 23. p. 124.*) comprehendit.

3. R. quia naturalis est hominibus ad dissentiendum facilitas, *l. 17. §. 6. ff. de Recept. arbit.* Crevit enim cum ipso homine livor, indeque oriunda maximorum vitiorum semina, ut singuli non nisi suos extollerent labores, aliorum contemtis, sibi solis communium rerum usum vindicarent, alios utentes lividis oculis intuerentur. *Dietherr. in Cont. Thes. Pract. Besoldi sub voc.* Gemeind *p. 230.* Unde quoque communio mater rixarum dicitur, & a nonnullis additur: allein mein, oder laß gar seyn, *ibid. Add. Burgoldensis ad Instr. Pac. P. 1. d. 26. p. 463.* zwey hund an einem knochen vertragen sich nicht.

4. Prob. *per l. 77. §. 20. ff. de Legat. 2. l. 26. ff. de serv. præd. urban. & Genes. c. 13. v. 7.*

5. Effectus est, quod nemo in communione stare cogatur, *l. in communione f. C. commun. div. l. 26. §. 4. ff. de Condict. ind. Barbosa in Thes. Loc. Com. sub voc. Communio ax. 4. p. m. 120.* Quod ipsum in tantum ampliatur, ut nec pacto nec præscriptione quacunque induci possit perpetua rerum communio. *Hertius in Select. ac Rar. ex univ. jurispr. arg. L. 1. de Paræmiis Jur. Germ. par. 25. p. 434. Add. Diss. D. Fromanni de condominio territorii, p. 155. & inclyti Dn. Bernhardi Ludovici Molenbeccii JCti Giessensis dissertatio sub ejus præsidio de renunciatione divisionis in communione, habita, per tot.*

XXXII.

XXXII.

1. EIgen gewissen, ist mehr dann 1000 zeugen. Propria conſcientia pluris eſt, quam mille teſtes, ſive ut vulgo dicitur: *Conſcientia mille teſtes eſt*, quod *Ovvenus* in ligata ita reddidit:

Accuſent te mille licet, mens conſcia recti,
Stat tamen, & nunquam judicis ora timet.

2. R. quia propria conſcientia melius nos convincere poteſt, quam mille teſtes, & hinc ſi bona eſt, h. e. bene facta vel facienda approbat, nos tranquillos, ſin mala eſt, h. e. male facta vel facienda improbat, inquietos nos reddit. Idcirco etiam dicitur teſtis domeſticus, ſævus carnifex animi, & aſſiduus pectore teſtis, optimum tormentum prodendi maleficii. Conf. *Balduinus Caſ. Conſcient. L. 1. C. 5. p. m. 9.*

3. Declar. 1) valere hoc in noſtris actionibus moralibus & civilibus, non vero in alienis, ubi omnino adminiculo teſtium opus eſt, ſi negantem convincere volumus facinoris, ita ut neutiquam ſufficiat, ſi judex in condemnatorio judicio dicat: Ich weiß gewiß, daß er es gethan hat, mein gemüth ſagt mir es ꝛc.

4. Declar. 2) modo in argumentationibus rite procedamus, veram concluſionem ex præmiſſis certis ac indubitatis elicientes, adeoque conſcientia vera ſit, non erronea. Vid. *Exc. Dn. Thomaſius in Inſt. jur. div. L. 1. c. 1. §. 58. p. 21. Buddeus in Element. Phil. Pract. P. 1. c. 2. §. 17. p. 19.*

5. Unde ille, qui facinus aliquod perpetravit, ſed teſtibus coargui nequit, exiſtimare non debet, quod ea propter innocens ſit, utut impune evadat, propria

pria enim conſcientia ipſum ſatis convincit, perturbat, inſequitur, inquietat usque ad mortem

- - - quos diri conſcia facti
Mens habet attonitos & ſurdo verbere cædit,
Nocte dieque ſuum geſtare in pectore teſtem.
Nil conſcire ſibi, nulla palleſcere culpa,
Hi ſunt, qui trepidant, & ad omnia fulgura pallent,
Cum tonat, exanimes primo quoque murmure cœli.

Quapropter etiam *Lutherus* proverbium hoc annotavit *ad c. 28. v. 1. Prov. Salom.* Der gottloſe fleucht und niemand jaget ihn, quia conſcientia ipſum exagitat. Hinc porro omnes illi actus, qui contra conſcientiam ſunt, & mala fide fieri in jure dicuntur, vid. *Schilt. in Man. Phil. Mor. c. 7. §. 7. p. 260.* de jure vitioſi & injuſti ſunt in tantum, ut contra conſcientiam agens ædificare dicatur ad gehennam, *c. per tuas 32. de Simon.* v. g. qui intelligit, ſe alienum poſſidere, is vitioſe & contra conſcientiam poſſidet, adeoque præſcriptione legitima illud ſibi acquirere non poteſt, ſed ſimul ac malæ fidei reus, illud reſtituere tenetur. Quodſi vero illius convinci non potuerit, rem quidem in foro ſoli, ſed in foro poli neutiquam retinet, ubi ipſum conſcientia propria accuſat & convincit. Add. quæ habet *Tabor apud Barboſ. in Theſ. Loc. com. ſub voc. Conſcientia.*

6 Declar. ergo 3) quod imprimis quoque valeat noſtra parœmia in judicio divino, ſive foro poli. Drum wohl dem, der kein böſes gewiſſen hat, und ſeine zuverſicht ihm nicht entfallen iſt.

Sirac. c. 13. n. 2. Add. Erneſtus Fridericus Schrœterus in faſcic. caſuum in foro conſcientiæ deciſorum, p. 1. ſeqq.

XXXIII.

1. Es wird dir glücken, wie denen Schwaben bey Lücken (a). Felix eris, ſicuti Suevi ad Luccam.

2. (a) Lucca eſt oppidum Miſniæ, Zeizium inter & Bornam ad Pleiſſam, ubi Philippus Naſſovius a Friderico Marchione Miſniæ occiſus A. C. 1308. *Buno ad Cluverium L. 3. introduct. in Geograph. c. 17. §. 2. p. m. 232.* Scilicet tunc temporis multis damnis Marchiones Miſniæ afficiebantur ab Imperatoribus: tandem vero patientia in furorem verſa, Fridericus, Miſniæ Marchio, Imperatoris Alberti exercitum, Suevorum milite auxiliari multum firmatum, & a Comite Naſſovio ductum, ad Luccam feliciſſime proſternebat. Lohmeyer *in tabulis Genealogicis P. 2. n. 14.* Hinc proverbium noſtrum natum: es wird dir glücken, wie denen Schwaben bey Lücken. *Autor* derer Monatlichen Unterredungen *de an. 1689. menſ. Apr. p. 402.* intelligas igitur illud in ſenſu ironico de eo, qui minime felix erit. Add. *P. 3.* zu Herrn Samuels von Puffendorff Einleitung *c. 7. §. 4. p. 298.* & Lairiz im Palmwald *Tab. V. c. 1. §. 22. p. 220.* Georg Nicolas *in Syllog. Hiſtor. Lib. 21. p. 630.* Ad exemplum hujus parœmiæ nuper de Gallis dici cœptum: Es wird dir glücken, wie denen Frantzoſen zu Oliva. Poſtquam enim ibi Galli, & cum illis Princeps Conty, Polonorum thronum conſcenſurus, fugam ibi capeſſere & per mare in Galliam redire cogebantur, ſpe vana lactati, apud Boruſſos res proverbio increbuit: Es wird dir glücken, wie denen Frantzoſen zu Oliva. Berckenmeyer in dem vermehrten curiöſen *Antiquario p. 366.* h. e. minime res tibi feliciter cadet.

XXXIV.

XXXIV.

1. EIn ieder vor sich, GOtt vor uns alle. Quilibet pro se, DEUS vero pro nobis omnibus, scilicet vigilet & curet. Est parœmia in se, & prout verba jacent, satis bona, quia utique DEUS, tanquam creator, conservator & gubernator noster omnium ac singulorum hominum totius orbis terrarum curam gerit, & quilibet nostrum sui ipsius utilitatem & conservationem quærere potest. Quodsi vero quis illam ita intellectam velit, quasi nostrum commodum principaliter respicere, & pro illo vigilare possimus, id vero quod omnium ac publice interest, soli DEO committendum, aut saltim secundario & minus principaliter curandum habeamus, sic egregie utique fallitur. Res enim vertenda, & bonum publicum primario, privatum vero secundario, curandum venit. Quod ipsum non tantum de civitatum & integrarum Rerumpublicarum, sed & de universitatum, communitatum, pagorum, & collegiorum quorumvis commodo intelligi oportet, ita ut singuli ante omnia ordinis sui utilitatem quærere, posthæc vero & suo studere debeant commodo, und muß man es in gemeinnützlichen dingen nicht machen wie die Herren von Calais, welche es regnen lassen, wann es regnet, sondern man muß dafür gebührende sorge tragen. De locutione

tione illa, permittere ut pluat, vid. *Puffendorff. de jur. Nat. & Gent. L. 1. c. 5. §. ult. p. 87.* idem dicendum, si explicatio talis fieret: quilibet vigilet tantum pro se, & aliorum curam committat DEO, cum non tantum de nostro, sed & de proximi commodo esse debeamus solliciti, **ein jeder sehe nicht auf das seine, sondern auf das, so des andern ist.** *1. Cor. 10. v. 24. & 33. Add. Philipp. 2. v. 4.*

XXXV.

1. **In GOttes namen, so beisset dich kein schaaf.** In nomine DEI, sc. fac vel age, & sic ovis te non mordet. Est dictum valde impium, quo non solum sanctissimum DEI nomen profanatur, sed & Numen ipsum divinum proterve contemnitur, ab illis usurpari solitum, qui animum meticulosis addere, & lepidi esse volunt in suis adhortationibus. Sane manifestum peccatum ab illis committitur contra secundum Decalogi præceptum, nomen DEI sanctificare jubens. Similis fere abusus ab iis etiam admittitur, qui vel pessimum patraturi facinus DEUM in auxilium vocare assolent, sic rem bene se gessisse existimantes, & *Chæream*, juvenem istum ethnicum apud *Terentium in Eunuch. A. 2. sc. 3.* imitantes, qui Eunuchi vestem capiebat, & Pamphilam, pulchram illam puellam, vitiaturus in hæc verba erumpebat: *Dii vortant bene!* vel

vel etiam rusticum istum, der im namen Gottes seine Frau todt schlug. *Geislerus in Dissert. Lipsiæ sub ejus præsidio A. 1672. de Probatione vulgari habita* §. 22. Conf. *Actenmäßige Relation* wie es mit des gewesenen Müllers zu Fockendorff bey Altenburg in Meisen, Thomä Langens entleibung zugangen, utpote qui itidem in nomine DEI ab uxore enecatus fuit laqueo. Non mirum esset, si tale quid a simplicioribus tantum, verbum DEI non satis intelligentibus, fieret: sed id dolendum, quod alii etiam, illud melius edocti, in rebus illicitis versantes, nomen DEI vocare soleant in auxilium, quemadmodum apud duello congredientes mihi aliquando animadvertere licuit. Sed quomodo, quæso, DEUS in tali actione, quam tam sancte prohibuit, suam auxiliatricem potest præbere gratiam? Ejusdem fere farinæ illud est: *In GOttes namen ist nicht geflucht.* Unum ex pessimis vero istud est: *Du solst nicht eher reden, biß die kuhe nieset, alsdenn solstu sagen: helff dir GOtt! liebe großmutter*, de quo vid. *Dn.* Gerber in denen unerkannten Sünden der Welt. *P. 1. c. 97. p. 1449.*

XXXVI.

1. EIn ehren-griff (a) geht wol hin. Tactus honoris licitus est.

2. R.

2. R. quia tangere aliquid in se nihil turpitudinis continet, sed res indifferens est. Multo ergo minus prohibitum est, ex honesta causa aliquid tangere.

3. Declar. 1) quod si intelligatur de tactu vere honesto, aut etiam indifferenti, vera sit parœmia. Quodsi vero per antiphrasin, uti communiter fit, intelligatur tactus illicitus & libidinosus, das unkeusche befühlen, (Conf. omnino *dissert. de Hanreitate*, *§. 41. p. 24.*) quando quis attentat pudicitiam alicujus puellæ, fallit regula, in tantum, ut etiam attentator alapa repelli possit, cum omnino ad infamiam pertineat, pudicitiam alicujus attentare. *l. 1. §. 2. in f. ff. de injur. §. 1. Inst. eod. Stryck. in dissert. de Alapa c. 3. n. 5.* adeo, ut ne quidem inter conjuges, ex Moralistarum sententia, licitum sit, secretiores partes corporis tangere extra præparationem copulæ carnalis, ärgert dich deine hand, so haue sie ab, *Matth. 18. Stryck. in Tract. de jure sensuum diss. 7. c. 5. n. 21. seqq.*

4. Declar. 2) Quod genitalium & mamillarum tactus referri possit ad tactus honoris, si chirurgi aut medici ex necessitate quadam illud faciant, aut si maritus alludat ad uxorem mamillas ejus contrectando, vid. *Genes. c. 26. v. 8.*

5. Ampl. (1) ut vera sit parœmia, sive tactus ille honoris manibus sive ore expediatur. De hoc vid. *parœm.* ein kuß in ehren ꝛc. *sub voc.* Kuß; *de illo Stryck. ult. d. l. n. 16. seqq.*

6. Ampl. (2) ut procedat quoad clericum & laicum, *idem Exc. Stryck. d. l. n. 15.*

7. Effectus, quod ex actu libidinoso præsumatur (ceteris paribus) crimen stupri & adulterii, *ibid. n. 17.*

XXXVII.

XXXVII.

1. GUter will ist kein erbe. Arbitrium sive beneplacitum non est hereditarium, h. e. *non obligat heredes, sed semper revocari potest, & morte concedentis solvitur.*

2. R. Quia ad beneplacitum concedens se valide non obligat accipienti, nullique legi se subjicit, *l. fideicommissa 11. §. 7. ff. de Legat. 3.* Quodsi igitur vivus illud non revocaverit, morte concedentis demum exspirat, cum quilibet moriendo velle desinere præsumatur, scilicet moriendo naturaliter, non vero civiliter, *Tabor ad Barbosam in Thes. Loc. Com. sub voc. beneplacitum ax. 3. in f.*

3. Corroboratur hoc diverbium *per l. locatio 4. ff. loc. cond. & cap. gratiose de Rescript. in 6.*

4. Declara justam adesse debere revocationis caussam, quando vivus revocare vult beneplacitum, quia minimum tam diu censetur concedere voluisse privilegium, donec justa causa aliud dictitet. *Tabor l. c. ax. 2.*

5. Lim, (1) nisi ad beneplacitum sanctitatis Papalis aut Cæsareæ Majestatis quid concessum sit: hoc enim casu privilegium morte Papæ vel Imperatoris non extinguitur, utut tantum ad beneplacitum fuerit concessum. Ratio, quia eo casu dignitas Papalis & Imperialis, quæ semper durat, non autem persona consideratur, *Tabor d. l. ax. 3.* Et de hoc casu intelligendus mihi videtur *Wehnerus in obs. Pract. sub voc.* wohlgefallen *p. m. 511.* & qui eum secutus est *Gailius L. 2. ob. 60. n. 15.* ubi ita habet: Sed usu observatur, morte concedentis talia privilegia non revocari, E. G. Quando Imperator auf wohlgefallen der Käyserl. Majestät civitati cuidam concedit privilegium nundinarum, morte concedentis non extinguitur.

guitur. Conf. *Ahasverus Fritschius in Sylloge Var. Tract. P. 1 de Nundinis c. 12. §. 8.* Aliud ergo, quando concessio facta ad beneplacitum Papæ vel Imperatoris, *Tabor l. c.*

6. Lim. (2) Quoad contractus & conventiones, quæ obli ationem in se habent, *Medices in tract. mors omnia solvit, P. 2 concl. 16. p. 87.* Add. *Dn. Baronis de Lyncker Consilia & Responsa Cons. 179. n. 18. seqq. p. 114.*

XXXVIII.

1. **Haar um haar, (a)**
Wer vom andern betrogen ist,
Wirds wohl werden gewahr.

Pilus pro pilo (sc. detur); qui deceptus est ab altero, ille damnum persentiscet.

2. (a) Haar h. l. Synecdochice ponitur pro tali bestia, quæ pilos habet, v. g. equo, bove, asino &c. Locum autem sibi tunc vindicare solet hæc parœmia, quando duo speciem specie, sive philosophice loquendo, individuum permutant, & quidem ita, ut neuter eorum evictionem præstet, aut aliquid in supplementum det, nec consequenter actioni redhibitoriæ invicem locus sit, sondern man beutet gleich auf, und erlässet einander alles anspruchs.

3. R. Quia hic res cum ipso vitio permutatur.

4. Declar. modo bona fide illud fiat, & dolus absit: nam si aliquis vitium rei sciat, & vel negando vel extenuando illud imperitum ad emendum inducat, datur contra illum redhibitoria actio, etiamsi venditio aut permutatio facta cum omni vitio, haar um haar, wie ein und der andere geht und steht, sonder nachspruch und wandel. *Petrus Mullerus in Not. ad Struv. Synt. Ex. 27. L. 21. t. 1. de Ædilitio Edicto, p. 76.* Nec

obstat,

obſtat,(1) quod verbis illis: wer vom andern betrogen iſt, dolus videatur eſſe approbatus ab ipſis paciſcentibus ſive contrahentibus: Nam Reſp. quod intelligenda iſta ſint de dolo improprie tali, qui ex ipſa re citra fraudandi animum, oritur & læſionem parit, de qua vid. *l. 2. C. de Reſcind. vend.* E. G. quando ego equum vitioſum accipio pro ſano, venditione facta cum vitio, dolus quidem latet in reipſa, ſed eapropter nulla mihi competit adverſus alterum actio, quia dolus hic formula illa remiſſus fuit, modo alter vitium iſtud ignoravit, aut ſi ſcivit quidem, debito plus non extenuavit. Nec obſt. (2) *l. in cauſæ 16. §. pen. ff. de Minor.* ubi dicitur, quod licitum ſit contrahentibus ſe invicem decipere usque ad dimidium juſti pretii: intelligenda enim hæc lex eſt non de fraudulento venditoris conſilio, ſed de illa deceptione, quæ reipſa contingit, vid. *Tabor apud Barboſam in Theſ. Loc. Com. ſub voc. deceptio ax. 3. p. m. 168.* Add. *Sonnemannus in Prælect. Pub. ad LL. Notabiliores ſub lit. I. n. 7. p. 167.*

XXXIX.

1. **Dem der hagen/ dem iſt auch der graben.** Cujus eſt ſepimentum, ejus quoque foſſa eſt, quæ illi adjacet. Alias dicitur, *cujus ſunt vepreta, ſeu fruticeta in littore foſſæ poſita, ejus etiam foſſa ipſa eſt.*

2. R. Quia foſſam fodiens littus plerumque fruticetis, & ſepimento munit, ne terra evacuata iterum irruat. *Hert. in ſelect. & rar. ex univ. Jurispr. argumentis de Paræm. Jur. Germ. L. 1. par. 23. p. 432.* Ratio rationis, quia ſecundum naturam eſt, commodum cujusque rei eum ſequi, quem ſequitur incommodum, *l. 10. ff. de R. J.*

3. Declar. 1) quod de jure Romano non nisi quoad fossas agrorum siccandorum (non secandorum) per *l.1. §. sed & fossas l. 2. §.1. ff. de Aqua & aqu. pluv. arc.* causa factas valeat, adeoque fallat quoad fossas finales, *Hert. d. l.*

4. Declar. 2) De jure civili Rom. ita ut, si ex utroque latere vicini fossam muniant sepimento, ista quoque utriusque partis sit communis pro regione utriusque fundi, *arg. §. 22. Inst. de Rer. Div.*

5. Praxin quod concernit, parœmiam nostram observari testis est *Hertius d. l.*

XL.

1. **Die lincke hand soll nicht wissen, was die rechte thut.** *Nesciat sinistra, quid facit dextera.* Est locutio proverbialis & hyperbolica, quatenus manibus tribuitur intellectus, quasi dicas; adeo fuge virtutis tuæ ostentationem aut testes, ut, si oculos haberet sinistra manus, videre non posset; benefac quam potes occultissime, animo simplici da, nec cura, ut aliis innotescat, cave ne per ambitionem ostentes ei, qui ad sinistram assidet, id quod dextera tua porrigis, *Polus in Synopsi Criticorum Math. 6. P. 3. p. 194.*

2. Fundatur in dict. *c. 6. Math. v. 3.*

3. R. Quia liberalitas non obstentationis & vanæ gloriæ, sed solius honestatis & indigentiæ aliorum sublevandæ causa exercetur. Non tantum ingratum sed & invisum est beneficium superbe datum, *Senec. 1. de beneficiis.* Maxima est merces ejus, qui dat in occulto, ita, ut qui accipit, nesciat, a quo accipiat, & debet homo facere præcepta propter ipsa

in

in nomine DEI ad honorem DEI, non ut laudetur ab hominibus, Hebræi inquiunt. *teste Polo d. l.*

4. Declar. Imprimis quoad eleemosynas, valere nostrum dicterium, unde quoque Matthæus Evangelista addit: Wann du allmosen gibst.

5. Ampl. In tantum, ut ne conjunctissimis quidem ostentetur beneficium, ita, ut si fieri possit, ipse nescias, quod facis. *Polus d. l.*

6. Fallit, si non ostentationis, sed bonæ sequelæ causa, aliis notum sit beneficium, ut exemplum inde capiant, & eo largius succurrant. Vid. 2. *Cor. 8. v. 24. c. 9. v. 2.* Huc pertinet etiam illud *Matthæi c. 5. v. 16.* Lasset euer licht leuchten für den leuten, daß sie eure gute wercke sehen, und euren vater im himmel preisen.

XLI.

1. Seven und seventig hånse,
Seven und seventig gånse,
Bieten mie nich die gånse,
Frag ick nich een schiet nan die hånse.

Septem & septuaginta hansæ (a)
Septem & septuaginta gansæ (b)
Si me non mordent gansæ,
Æstimabuntur ut merda a me hansæ.

2. (a) Hansa est vox fere obsoleta, quæ veteribus, & hodienum Belgis, fœdus conventum significat, *Scharschmid ad Schuz de statu Rei Rom. Ex. 8. th. 25. p. 705. Schottelius* von teutschen rechten *c. 26. p. 498.* Spath im teutschen Sprach-schatz *sub voc.* Hänse *p. 766.* Hinc hänseln idem est ac dato symbolo aliquem in sodalitium recipere Spathe *d. l.* & Hans proprie significat socium in commercio aliquo,

 Schot-

Schottelius d. l. p. 499. Sicut autem pleræque civitates maritimæ boreæ fœdus aliquod iniverant, ad defendendam commercii maritimi libertatem in regnis exteris, *Conringius Exerc. Acad. 3. de Urbibus Germ. th. 98. pag. 126.* ita quoque ab hoc fœdere sive hansa, dictæ fuere hanseaticæ, Hansee-städte. Aliam rationem, quare illæ civitates maritimæ appellentur hanseaticæ, vid. apud Spath *d. l. Besold. in Thes. Pract. sub voc.* Hans *p. 367. Speidelium in speculo sub ead. voc. p. 572.* Cur autem tantum hic numerentur 77. cum alii earum 80. alii plures recenseant, vid. *Scharschmid. d. l. p. 702. & Conring. d. l. p. 129.* ratio sine dubio est, quia illo tempore, ubi nata hæc parœmia, tot earum actu extiterunt in fœdere.

3. (b) Propter rhythmum vox teutonica Gans mutata in latinam, & pro ansere posita.

4. Scilicet dictum hoc natales suos Daniæ Regi VVoldemaro debet, qui feciali a civitatibus hanseaticis ablegato, & ipsi bellum intimanti, in contumeliam harum civitatum probose & salse respondisse legitur, seven und seventig hänse &c. quasi voluisset dicere: parum metuo anseres, sed minus adhuc civitates hanseaticas. *Schottelius d. l. p. 493.* Sed enim male cessisse Regi & toti Daniæ hunc contemtum, cum vi hanseatica ad durissimas conditiones fuerit adactus VVoldemarus, tradit *idem Schottelius d. l.*

5. Declara, quod hodie magis procedat quam olim, postquam nimirum societas illa hanseatica fere tota expiravit, & ad paucas urbes est contracta, *Conringius d. l. p. 131. Speidelius d. l. p. 572.*

XLII.

1. MAn henckt keinen zweymal. Nemo bis suspenditur, s. nemo bis laqueo adficitur.

2. R. Quia nemini bis adimi poteſt vita. Quando ergo ſuſpenſus ſuſpendio non moritur, ſed rupto laqueo vivus decidit in terram, adhuc ſemel alligandu eſt laqueo, quæ alligatio reiterata non tam nome ſecundæ, quam continuatæ primæ ſuſpenſionis nomen meretur; Denn ſo lang der dieb nicht todt iſt, hat er ſein recht nicht ausgeſtanden, & quamdiu non ſatisfactum legi, tamdiu illi adhuc ſatisfaciendum erit. *B. Struv. in diſſert. de Furibus a pœna laquei immunibus*, von ungehenckten dieben. *c. ult. §.1. Berger. in Elect. Jurispr. Crim. c.2. §.6. p. 40.* (diſſentiunt *Carpz. Gomez. Weſenbec. Decius ex rationibus a prælaudato Dn. Struv. alleg.*) Nec enim furti pœna in hoc conſiſtit, daß der dieb nur ſoll einmal aufgeknüpfet, ſondern durch den ſtrang vom leben zum tod gebracht werden, peinliche halsgerichts-ordnung, *art. 162.* Conf. *Boityn in diſcurſu jurid. de Mero imperio, p. m. 42.*

3. Declar. ita, ut ſi fur inanimatus cadat in terram, & deinde rurſus erigatur in patibulum, proprie non poſſit dici, quod ille adhuc ſemel ſuſpendatur, quia ſuſpendium exercetur in furem, & hominem vivum, hic autem ſaltem firmius alligatur furis cadaver ad id ſemel condemnatum, ut in patibulo pereat.

4. Ampliatur quoque ad milites ad ſuſpendium condemnatos, qui etiamſi laqueo rupto vivi in terram procidant, nihilominus tamen ob nondum perpeſſam pœnam rurſus laqueo alligandi veniunt. Antequam autem hoc fiat, putarem judicem conſcientioſe facere, ſi executionem tamdiu differat, donec melius in facti & perſonæ circumſtantiam inquiſiverit. *Struv. d. l.*

5. Exemplum ſolenne & maxime memorabile alicujus puellæ, quæ in Anglia laqueo ſuſpenſa, ſed non enecata, gratiam impetravit, vid. in ſcripto illo:

Etwas neues vom tod. Quod idiomate anglico prodiit, & in vernaculam translatum, deinde Norimbergæ recusum fuit Anno 1655. item alicujus fœminæ, aqua suffocatæ, & deinde reviviscentis, apud *Dn. Tenzelium* in denen Monatlichen Unterredungen *de An. 1697. p. m. 511.*

XLIII.

1. **WAs der hencker mit dem schwerd erreichen kan, das ist sein.** Quod carnifex potest attingere gladio, hoc ipsi cedit.

2. R. non liquet, cum sit consvetudo valde irrationabilis.

3. Contrariatur *art. 135. C. C. C. V.* ubi omnis illa consvetudo improbatur, quæ propricidæ bona fisco addicit. *Generosus Dn. a Stætterroggen, Amicus olim in academia Wittebergensi & Hallensi jucundissimus, in diss. elegantissima de Hæmorrhagia vulneratorum c. 1. n. 21.* & consequenter adhuc magis illa, quæ carnifici aliquid vindicandum relinquit. Conf. *D. Fridericus Ludovici in dissert. de jure carnificum in bona propricidarum, & quæ circa eos requiruntur, §. 18. seqq.*

4. Declar. quod hoc πολυτρύλλητον germanicum intelligendum sit de casu propricidii ita, ut carnifex stans juxta cadaver omne illud rerum mobilium sibi vindicet, quod gladio suo tangere potest, *Illustr. Stryck. de jure sensuum disp. 7. c. 3. n. 39.*

5. Decl. 2) ita, ut procedat tantum in illis locis, ubi consvetudo hæc recepta est, *Stryck. d. l. Bechmann. in Exerc. ff. 1. tit. de J. & J. n. 88. Philippi in usu Pract. L. 4. t. 18. Ecl. 86. n. 9.* & quidem non de jure, sed facto.

6. Ampliatur, ut omne illud ibi cedat carnifici, quod

quod gladio suo sursum, deorsum, prorsum retrorsum, in circumferentia tangere potest. *Stryck. d. l.*

7. Fallit in illis locis, ubi hæc consvetudo non viget. Add. *Diether. in Cont. Besoldi Thes. Pract. sub voc.* **sich selbst entleiben.** *p. 549.*

XLIV.

1. **Keine henne (a) fliegt über die mauern.** (b) **Gallinæ mœnia non transvolant.**

2. (a) Intelligitur hic **eine leibhenne, rauchhenne,** quæ in signum dominii ab hominibus propriis penditur. *Wehnerus in obs. Pract. sub voc.* **Rauch-hüner,** *p. 502. &* **leibeigene leute** *p. 368. Hertius in select. & Rar. ex univ. Jurispr. argumentis de Paræmiis Jur. Germ. L. 2. par. 11. p. 608.* Dici autem putant **rauch-hüner,** quia sicut gallinæ in altius evolant, & ibi requiescunt, ita altum quoque jus est, quod dominus in proprium suum habet hominem, *Besoldus in Thes. Loc. Com. sub voc.* **Rauch-hüner** *p. m. 786. & sub voc.* **leibeigen** *p. 579. & Wehnerus sub voc.* **Fastnachts-hüner.** Sed enim, si dicam, quod res est, mihi hæc ratio non placet. Veritati magis consonum videtur, si dicatur, **rauch-henne** nomen suum habere a camino, sive fumario **dem rauchfang,** quatenus denotat synecdochice domum, sive ædificium, quod caminum habet, & de quo, quatenus est emphyteuticum, & sic dominum directum agnoscit, plerumque gallina pendi solet, quæ **rauch-henne** appellatur. Quæ vox deinde etiam ad homines proprios, qui itidem annuatim certum canonem de suo corpore, quod alteri quasi proprium est, præstare tenentur, applicata, ita ut & hic canon in nonnullis locis dicatur **eine rauch-henne.**

3. (b) Sicuti gallinæ h. l. metonymice ponuntur pro re signata vel correlata, sc. homine isto, qui in

signum status sui, quodammodo servilis, pendere debet gallinam; ita mœnia synecdochice denotant ipsam urbem, ita ut sensus sit: *qui gallinas tenetur annuatim præstare, & sic proprius homo est*, ein leib-eigener, *non potest habitare intra mœnia, sive in aliqua civitate.*

4. R. Quia intra mœnia in civitatibus proprii non tolerantur homines. *Hert. d. l. p. 607.*

5. Declara hoc ibi locum habere, ubi gallina in signum status propriorum hominum, der leibeigenschafft, præstari solet.

6. Fallit ergo apud nos, ubi gallina nec signum jurisdictionis, nec status propriorum hominum est, sed tantum nexus emphyteutici & canonis, des handlohns, Conf. *Par.* die henne trägt das handlohn auf dem schwantz mit sich.

XLV.

1. **Eigener herd, ist goldes werth.** Foculus proprius, multo pretiosior auro, sive: proprius focus, amicus focus, eigen was, wie gut ist das, *Hert. in Epidip. p. 17.* h. e. domus amica, domus optima, οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος, foculus enim per synecdochen partis, h. l. sumitur pro toto, scilicet domo. Debet autem parœmia hæc originem suam testudini: cum enim, prout fabula habet, Jupiter omne animantium genus ad nuptias rogasset, venissentque reliqua, præter unam testudinem, quæ peracto demum convivio, advenerat, & Jupiter admirans percunctatus esset, quidnam illi fuisset in mora? respondit illa,

illa, οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος. Quapropter etiam ille iratus jussit, ut quocunque iret, domum suam secum ferret. *Franzius in historia animalium, sub voc. testudo. p. 310.* & *Erasmus Roterod. Adag. Chiliad. 3. Cent. 3. n. 38. p. 516.* Hispani dicunt, der auf eines fremden hand hoffet, der frühstücket übel, und isset noch übler zu nacht, indem ich in meinem haus ein könig bin, *Zeilerus in opere Epistolico, P. 1. Ep. 93. p. 271.*

2. Quia nusquam commodius, nusquam lautius, homini vivere contingit, quam domi suæ. *ibid.* Conf. *Matthias Abele in Metamorph. telæ jud. P. 2. p. 247. l. sicut. 8. ff. si servit. vind. 2.)* quia circa eam libere respondere potest, etiamsi illa dispositio vergat in præjudicium tertii, *l. 24. §. ult. & l. 26. ff. de damn. infect.* modo absit æmulatio & studium alteri nocendi.

3. Declar. modo domus propria etiam libera & immunis sit ab ære alieno, der eigene herd muß bezahlet seyn.

4. Ampl. etiamsi proprius focus egeat, ist er gleich arm, so ist er doch warm. Es ist besser geringe nahrung unter einem bretern eigenen dache, denn köstlicher tisch unter denen fremden, *Sirac. c. 29. v. 29.* Eodem fere illud Germanorum recidit: Heymath mein, was mag besser seyn. h. e. Es isset und schläfet einer nirgends besser, als wo er zu hause ist, wann auch gleich das haus einem nicht eigenthümlich zustehet, und das bett etwas hart ist. Vid. tamen *Sirac. d. l. v. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35.*

XLVI.

1. Ein herr, kein herr. Unus dominus, nullus

nullus dominus, Belgæ dicunt: **een heer, geen heer, tween heeren, een heer.** Un seigneur point de seigneur, deux seignieurs, un seigneur. Sensus est: *Quando duo vel plures in aliquo loco habent dominium, tunc unus solus nihil potest præcipere vel prohibere, ita ut,* si *unus dominorum aliquid præcipiat, vel prohibet, tunc illius præceptum aliter non consideretur, ac si a non-domino datum fuisset; quodsi vero a singulis condominis illud factum, tunc demum a domino illud factum esse censetur.*

2. R. Quia unus solus in re communi non habet jurisdictionem sive imperium in solidum, adeoque solus nihil mandare potest, ratio rationis, quia alias disponeret de parte alterius, quod tamen fieri non deberet. *Hertius in Select. ac Rar. ex Univ. Jurispr. argum. de Parœmiis Jur. Germ. L. 2. par. 4. p. 600.*

3. Declara, 1) valere parœmiam hanc in Dyarchiis, **wo ihrer zweene an einem ort her seyn.** In triarchiis oporteret dici: **ein und zweene herren, kein herr, drey herren, ein herr.** R. quia illi tres domini non faciunt collegium, sed singuli imperium pro indiviso tenent, & hinc adesse & consentire debent, adeoque major pars non prævalet, sed potior conditio est prohibentis, *l. Sabinus 28. ff. commun. divid.* ita, ut uno contradicente, res in suo statu manere, ac nihil fieri debeat. *Hertius d. l.* etiamsi major pars in hoc casu sanior sit.

4. Declar. 2) quousque nimirum dominium commune, sive condominium se extendit: quod enim illa jura & res concernit, quæ pro divisis possidentur, aliud dicendum. Sic v. g. apud nos in Franconia multæ dantur communiones, ita tamen, ut subditi

pro

pro divisis possideantur, v. g. jus centenæ, jus patronatus, jus Episcopale, jus decimarum, possunt esse communia & pluribus competere cumulative, ita, ut unus condominorum solus illa exercere nequeat, subditi ceteroquin ita sint divisi, ut quilibet condominorum in illos, quorum dominus est, habeat & exerceat superioritatem territorialem privative; hinc potest illos solus collectare, civiliter punire, ad servitia & obsequium adigere &c. Ultimum vero supplicium de illis sumere, & causas eorum consistoriales decidere, aliam religionem inducere solus non potest, quatenus nimirum hæc communia sunt. Conf. Lindenspuhr *in Tract. de imp. & famil. orig. mut. c. 33. n. 41. p. 157. Leuchtius in Tract. Acad. de jurisdictione Vogtejæ c. 3. §. 11. p. 446. Speidelius in speculo sub voc.* gemeine gesamte herrschafft.

5. Limit, nisi res communis destinata sit ad certum usum, & usum illum unus condominorum impedire, alter vero conservare, & in hunc finem aliquid facere velit; Sic enim potior ratio facientis quam prohibentis est.

XVLII.

1. **Alte diener, hund und pferd, sind bey hof in einem werth.** Senes ministri, canes & equi in aula idem habent pretium, sc. parvum.

2. R. 1) Consistit in ingratitudine mundi, qui senes de ponte dejicit, man dencket nicht daran, was man guts gethan, sondern daß man nichts mehr thun könne, 2) quia in aula omnia splendere debent, es muß alles galant seyn, senes cani, equi & ministri autem parum splendoris (sc. externi) habere solent. Hinc recte Themistocles ejusmodi ministros senes

com-

comparavit triremibus veteribus, quæ abjectæ & contemtæ ſunt, vid. *Lipſius L. 3. Pol. c. 11. n. 21. in Not.* 3) quia talis eſt humanorum animorum inconſtantia, ut præſentia bona & præſentes amicos facile faſtidiant, & novos appetant *Richterus in Axiomat. Hiſtoric. n. 195. p. 266.* ubi **alte hunde, und alte freunde,** conjungit.

3. Declarat. 1) Quod vox SENES referatur quoque ad canes & equos; catuli enim & generoſiores equi juvenci utique magno æſtimantur in aula, quid? quod magis plerumque curæ cordique ſunt, quam homines.

4. Declar. 2) Quod ſæpe vetulus canis & caſcus equus magis ametur, quam ſenex miniſter, **denn jene füttert man zu todt, dieſe aber ſchafft man ab.** Et κύριε! qui ſonuere, canunt ἐλέησον in aula. Conf. *Schrœteri Diſſ. de ſingulari ſenum jure, Erfordiæ habita th. 40.* Notabiliora verba ſunt quæ hanc in rem habet **Reinkingck in der Bibl. Policey**, *L. 2. ax. 92. p. 410.* **So giebt es bey vielen die erfahrung, welche bey hof in Herren-dienſten ſich abmatten, alt und kalt daran werden, hernacher, wann ſie nicht mehr dienſte leiſten können, müſſen ſie in armſeligkeit abziehen**, miſeriam **ſchmeltzen, und wol gar der almoſen leben ꝛc.** quomodo intelligendum illud dicterium ſit: **ein alter hofmann, ein altes ſchiff**, judicandum ex illo eſt; **du biſt aufrichtig, wie ein alter hofmann.** Add. *Zeilerus in opere Epiſt. P. 1. p. 319.*

5. Ampl. 2) Ut etiam extra aulam ſenes miniſtri & officiales non multum honorentur, ſed vel ludibrio habeantur, vel cum indignatione dimittantur, **wenn alte beſen ſtumpf werden, wirfft man ſie weg.** Quam damnoſum autem ſit, dimittere ſenes conſiliarios, exemplum REHABEAMI, filii Regis SALOMONIS, docet. Unde quoque *Siracides c. 27.*

v. 25.

v. 25. & 26. emphatice tradit: zwey stůck sind, die mich verdriessen, und das dritte thut mir zorn: Wenn man einen streitbaren mann zuletzt armuth leiden låsset, und die weisen råthe zuletzt verachtet.

6. Declarat. tamen, quod hoc universale non sit, cum inveniantur adhuc, qui emeritos clementer & benigne admodum respiciunt. Conf. *Roth. Prof. olim apud Jenenses in Dissert. de Emeritis, c. 7. §. 8.* Tentzel in denen Monatlichen Unterredungen *de A. 1697. p. 324.* ubi vulgatum illud: Wer nahe bey hof ist, ist nahe bey der hóllen, declarat, nach dem der hof oder der Herr ist. Sed enim raræ aves in his terris.

Cur animam, nummos, tempusque impendimus AULÆ
Præmia pro tantis quæ retributa nobis.
AULA dedit nobis monumenta rescripta papiro,
Sunt sine voce manus, sunt sine mente sonus.

Bey hof verwendet man, leib, seele, geld und zeit,
Was aber wird dafůr uns zur ergótzlichkeit,
Nichts als ein hauffen wort und gůldene Promessen,
Die, wann sie kaum geredt, schon wieder sind vergessen.
Wort sind bey hofe wort, ohn hertze sinn und willen,
GOtt tróst den, der sich låßt, mit wort die hånde fůllen.

Addatur *Woldenbergius in Micario juris p. 2.* ubi rhythmos illos latinos recenset:

In aula Regis non multum est legis,
Si qui sunt boni, coguntur esse ὄνοι,
Si qui sunt mali, sunt in gratia regali,
Si qui sunt reliqui, ferme sunt bibuli.

Conf. *Richterus in Axiom. Polit. ax. 180. p. 401.*

XLVIII.

XLVIII.

1. DIe grösten hümpler (a) machen die meisten spähne. Fabrorum lignariorum miserrimi plurimas faciunt assulas. h. e. *interpolator faciendo ex materia speciem aliquam, plus in materia illa perdit & corrumpit, quam utilitatis præstat.* Est dictum ab ineptis fabris lignariis desumtum, qui tot & tanta sæpe lignis abscindunt segmenta, ut modica exinde fiant ligna.

2. (a) Dicitur ab humpen, quod pigere significat ita, ut hümpler nihil aliud sit, quam homo miser, deses interpolator, stümpler, Spate im teutschen sprachschatz, *sub voc.* Hümp. *p. 866.* qui artis suæ non satis peritus est. Vid. *Famigeratissimus Dn. D. Beierus in advocato rerum opificialium c. 29. p. 292.*

3. R. Quia nesciunt modum tractandi corpus sive materiam, ex qua aliquid conficiendum. Idem *Beierus in Tract. de Instrumentis opificum, c. 6. §. 11. pag. 48.*

4. Concordat sacra scriptura, ita enim Rex Salomon *Proverb. 26. v. 10.* ein guter meister machet ein ding recht, wer aber einen hümpler dinget, dem wirds verderbet, & *Plautus in Pœnulo A. 4. S. 2.* habet: Proba materies data est, si probum adhibeas fabrum. Et eatenus illud verum est: vor der rechten schmieden, wird man recht beschlagen. Conf. *B. Martinus Geierus in Commentario supra proverb. Salomonis c. 26. v. 10. pag. 1389.* und heisset es insgemein mit solchen hümplern: kleb! kleb! biß ich dich heimgeb, h. e. halt nur so lang biß ich dich loß werde. Vid. Herrenschmied in der Sünden-roll. *p. 169.*

5. Effectus, quod ejusmodi imperiti opifices non sint testes omni exceptione majores in re, quæ professionem & artem eorum concernit. *Laud. Dn. D. Beierus c:l. Advocati rerum opificalium.* artifici enim, non vero inepto cuivis magistro, in sua arte credendum.

6. Ampl. idem quoad omnes artes liberales & illiberales, nec non scientias valere, utut vas vacuum plerumque altius resonet pleno. Sic v. g. Rabulistæ maximas sæpe exhibent deductiones non nisi ex verbis & juribus male applicatis constantes.

XLIX.

1. **Zu Jngolstadt (a) zeiget man einem die feigen (b). Ingolstadii medius ostenditur unguis.**

2. (a) Est oppidum munitissimum ad Danubium in Bavaria situm & Academia ornatum, quasi Angelostadium Engelsstadt ab Angelis Svevis dictum.

3. (b) Feige h. l. denotat cunnum, le con, membrum muliebre; hinc feigen weisen, faire la figue, est sannæ genus, quod manu fit, non quidem ciconia, auriculis asini, aut canis lingua, sed pollicis porrectione inter duos priores digitos, puta indicem & medium, manu cæterum compressa. Spate im teutschen Sprach-schatz, *p.m. 456.* man macht eine faust, steckt den daumen durch die zwey vordersten finger und weiset solchen. Et hoc proprie est medium ostendere unguem, differtque a phrasi illa: medium ostendere, vel porrigere digitum in eo, quod hoc fiat medium digitum elevando in alterius derisum, man sticht einem den esel oder münch, *Tessaurus dec. 229. n.6.* ubi Erasmum Roterodamum, virum alias eruditissimum refutat, quod tradiderit, idem esse apud scri-

ptores antiquos, medium unguem ostendere, vel medium digitum porrigere, cum tamen diversa sint, cum hoc fiat, quando subductis duobus utrinque digitis, & medio extenso penis formatur. *Lubinus ad Juvenalem L. IV. Satyr. 10. p. m. 356.* Unde quoque infamis & impudicus hic digitus dicitur: utut cæteroquin in hoc phrases illæ conveniant, quod utraque irrisionem, spretionem & despectum significet. *Tessaurus d. l.* Add. *Mylerus ab Ehrenbach in Hyparchologia c. 8. §. 33. p. 433.* Conf. *Schilterus ad Wehnerum sub voc.* Feigen weisen, *p. 117.* ubi illum injuriarum actione teneri asserit, qui ficos facit. Unde autem suam habeat originem hæc ratio loquendi, de eo vid. omnino *Burgoldensem ad Instrum. Pac. P. 1. Disc. 1. §. 101. p. 121.* nimirum Ingolstadii in excelsa turri ad D. Mariæ, reponitur aliquod tormentum, quod die feige appellatur: cum autem Rex Sveciæ in tricennali bello propugnaculum hoc tentaret, & globus tormento isto emissus, ipsum, cui insidebat, prosterneret equum, Bavaris res hæc in proverbium abiit, & ab eo tempore dici cœpit: Zu Ingolstadt weiset man einem die feige, *Burgoldensis ad Instrum. Pac. P. 1. d. 1. §. 101. p. 121.* Aliam rationem invenire licet apud *Zeilerum in opere Epistolico t. 1. p. 539.* Dicitur autem hodie parœmia hæc in omnes illos, qui aliquid tentant, & sectantur, nec tamen illius potiri possunt, sed repulsam patiuntur ignominiosam.

L.

1. **Bieten und wieder bieten (a) macht den kauf.** Pretium indicare, & offerre, inducit emtionem venditionem.

2. (a) Nota, quod primus gradus emtionis venditionis esse soleat, explorare pretium, eine sache feil-

schen

schen oder zuhören, was sie gelte, secundus, pretium indicare, bieten, tertius, pretium de-vel offerre, wieder bieten, ein gebot darauf legen, quartus, oblato pretio aliquid addere, liceri, licitari, Vid. *Calvinus in Lex. Jur. sub voc. liceri & licitari.* Quintus denique consensus reciprocus super merce & pretio est.

3. R. Quia sic pervenitur ad tractatus, tractatus autem facile abire possunt in contractum.

4. Declar. 1) quod indicatio pretii & licitatio non tantum verbis, quod regulariter fit, sed & facto, v. g. nutu, gestibus, expediri queat, quod imprimis usu venire solet, quando cum hominib9, idiomatis nostri ignaris, & imperitis, nobis intercedit commercium.

5. Declar. 2) modo æqualitas & proportio quædam sit inter indicationem pretii & licitationem; alias enim, si illa immodica est, respondetur: darauf lässet sich nichts bieten, sin hæc nimis modica est, venditor respondet: da wird nichts draus. Interim hoc verum est: Es ist sünde, eine sache zu theuer bieten, sünde, sie zu wolfeil haben wollen. Es solle billich gleich seyn, nicht daß einer ruhe, der andere trübsaal, h. e. der eine nutzen, und der andere schaden habe. *2. Cor. 8. v. 13.* Conf. *Sirac. 26. 28. 27. 1-4.*

6. Declar. 3) modo sc. venditor in pretio, quod emturus offert, acquiescat, & sic consensus utrinque vere initus sit; alias enim, si cætera non sint paria, indicare & offerre pretium, per se contractum emtionis non constituunt, sed nudi tractatus & præparatoria tantum ejus sunt.

7. Ampl. ut idem quoque procedat in aliis contractibus, v. g. locatione conductione.

LI.

1. Ein spitziger kinn,
Bedeutet einen bösen sinn.

Acutum mentum malam indicat mentem. Simile de acutum nasum habentibus circumfertur dicterium: Sie ist böß, hat eine spitzige nase.

2. Rat. nulla alia dari potest, quam quod Physiognomiæ studiosi id ita observarint.

3. Decl. 1) Quod dictum hoc sæpius fallat, cum nitatur signo physiognomico, signa autem chiromantica & physiognomica valde dubia sunt & incerta. *Dn. Thomasius de fundam. Jur. Nat. L. 1. c. 1. §. 108.* Conjecturam tamen probabilem ex physiognomia, respectu actuum moralium, desumi posse, recte tradit *Exc. Dn. Stryckius in Dissert. de Physiognomia c. 1. n. 25.* Aliud de signis faciei impressis dicendum, quæ certa sunt, & a potentiis operationum impressa, *Laud. Dn. Thomasius d. l. §. 107. & 108.* imprimis quoad passionem hominis dominantem, *ibid. §. 110.* vitiosam sc. adeo, ut communi hominum sensu æque certo cognoscatur eorum affectus dominans in animo latens, ac ex fumo ignis. Notanter dictum: VITIOSAM; nam quod signa affectuum bonorum concernit, illa sæpe fallunt. *d. l. §. 113.* & opus habent ratiocinatione, quia homines etiam simulant & dissimulant suos affectus, *ibid. §. 112.*

4. Declara 2) quod accurata educatione & disciplina corrigi possit mens & indoles mala, sub acuto mento vel alio signo latens. Conf. *Exc. Dn. Stryckius d. l. n. 26.* Exemplum habemus in *Socrate* quem *Zopyrus* luxuriosum & stupidum existimavit, qui tamen virtuosus erat & eruditus. Vid. *Mascardus de Probat. concl. 832. §. 30.* Conf. *Langius in Anthologia sub voc. Physiognomia p. m. 434.*

5. Pertinet huc vulgatus ille rhythmus, indolem fœminarum significans:

Lang

Lang und frisch, klein und plerrisch.
Fett und frölich, bleich und herrisch,
Braun und stoltz, schön und närrisch,
Mager und traurig, roth und mürrisch.

Add. omnino *Alexander ab Alexandro Genitalium Dierum L. 2. c. 19. p. 79. seqq. & Schilterus in Dissert. de disciplina Pythagorica, §. 21. p. 534. & §. 25. p. 538. Vid. infra Par.* Roth barth, schelmen arth.

LII.

1. Kirchen-buß ist kein staup-besen. Pœnitentia ecclesiastica non est fustigatio, h. e. non infamat.

2. R. Quia crimen & pœna infamat, si judicii sententia sequatur *l. infamem 7. ff. de publ. jud.* Pœnitentia autem ecclesiastica neque crimen neque pœna est, etiamsi illa solenniter & publice agatur, sed tantum reconciliatio peccatoris cum ecclesia offensa est, quæ in ejus satisfactionem fit, ita, ut per illam infamia potius aboleatur, quam irrogetur. Vid. *Petrus Mullerus in Dissert. Acad. de Pœnitentia ecclesiastica, c. 4. n. 5. p. m. 57.* & ibi allegatus *Dedekennus Vol. I. Sect. 3. edit. nov. p. 897.* qui etiam autor hujus dicterii esse videtur.

3. Declara scilicet de jure divino & ecclesiastico: de jure enim canonico publice pœnitentes manent infames, *c. canones 60. dist. 50.* adeo, ut etiam ab infimis officiis clericorum excludantur. Add. *Lancellottus in Instit. Jur. Can. L. 1. t. 25. §. 13. & l. 2. t. 5. §. 2. ibique Zieglerus in Comment.*

4. Effectus, quod regulariter nemo immunis sit a pœnitentia ecclesiastica, *Mullerus d. l. c. 3. per tot. Schilterus in Institut. Jur. Canon. Lib. 2. t. 4. th. 27. pag. 204.*

 5. Obstat,

5. Obstat, quod pœnitentia fiat in satisfactionem ecclesiæ (deprecatur enim pœnitens scandalum) adeoque pœnæ rationem habet, *Carpz. L. 3. def. Eccl. 85. n. 9. seq.* omnis autem pœna, ob delictum dolosum imposita, infamat, per *alleg. l. 7.* Add. *Hoppius in Comment. Instit. §. 2. de Pœn. temere litig.* quia sic adest certitudo delicti commissi. Sed enim distinguendum est inter pœnam civilem & ecclesiasticam, non hæc sed ista infamat; deinde aliud est habere rationem pœnæ & esse pœnam: pœnitentia non est vere pœna, utut a vulgo pro tali habeatur, sed habet saltem in quibusdam rationem & effectum pœnæ. Porro si rem accuratius inspiciamus, ne pœna quidem de jure civili infamat, sed crimen ejusque reatus *per l. ictus fustium 22. ff. de his, qui not. infam.* Unde si innocens fustigetur, per hanc fustigationem non fit infamis. Dicis: Atqui tamen unusquisque fere contrarium credit, & pœnam ejusque modum infamare opinatur, Resp. ita quidem est, sed hæc erronea opinio non potest præjudicare veritati, *cap. nuper 4. X. de Bigam. non ordin. cap. cum 18. X. de sent. & re jud.* Quando itaque publice pœnitens infamis est, certe non ob pœnitentiam publicam, sive qua publice deprecatus est, sed ob reatum perpetrati criminis, sive quia delictum commisit, infamis factus est.

LIII.

1. **Alle kühe sind kälber gewesen.** Omnis vacca fuit vitulus, h. e. *usus & tempus perficit, non nativitas.* Latinius dicitur:

Ante fuit vitulus, qui nunc fert cornua taurus.
Item:
Quem taurum metuis, vitulum mulcere solebas.

2. Ratio

2. Ratio consistit in eo, quia omne, quod habet incrementum, oportet etiam habuisse suum ortum & tempus. Eine jede sache muß ihren anfang haben. Ratio rationis, quia impossibile est, & contradictionem involvit, ut aliquid habeat incrementum vel finem, & tamen careat initio.

3. Declar. 1) procedere hoc dicterium, quantum ad unum idemque pertinet subjectum; aliud quoad subjecta diversa, ubi utique vaccam præexistere oportet ad hoc, ut inde generetur vitulus. *Celeberrimus Dn. D. Beierus in Logica Juridica L. 3. c. 11. §. 2. pag. 296.*

4. E. g. Quia magister alicujus artis est, illum etiam tyronem antea fuisse, necesse est, cum fiant, non nascantur artifices. *Idem modo laudatus Dn. D. Beierus in Tyrone c. 8. n. 402.*

5. Exceptio est in illo bove lapideo, qui Norinbergæ in porta officinæ lanionum conspicuus est, de quo noti sunt versiculi:

Omnia habent ortus, suaque incrementa, sed ecce!
Quem cernis, nunquam bos fuit hic vitulus.
Eh was vollkommen wird, muß es mitweil genesen,
Und gleichwol ist der ochs allhie kein kalb gewesen.

Vid. *Descriptio Circuli Franconici p. 229.* Alii ita rhythmice istos exprimunt.

All ding sein anfang und gewächs hat,
Aber der ochs in dieser stadt,
Wie du ihn siehst, zu keiner frist,
Ein junges kalb gewesen ist.
Bos ego sum, non bos vituli natura negata,
Non natura tamen deest, mihi cornua sumsi.

Paulatim gemina in sylvis eductus, in urbe
Formatus, quasi nunc numen custosque fidelis.
Nec terris jaceo, nec sidere postus.

B. Dn. Wagenseil de S. R. I. libera civitate Norib. c. 17. p. 116. Cultis magis rhythmis idem extulit *Joh. Clajus:*

Ein ieglich ding allhie durch wachsthum muß genesen,
Der ochse, den du siehst, ist nie ein kalb gewesen.

Idem Dn. Wagenseil in addend. d. l. p. 374. Sed jocosa magis quam vera hæc exceptio est. Morale inde fluit, quod etiam Parentes considerare debeant, quod pueri fuerint, *Nov. 115. c. 5. in pr.*

LIV.

1. **Wo kein lehenmann (a) da ist auch kein handlohn (b).** Ubi non est emphyteuta, ibi nec laudemium est.

2. (a) Alias ein erbzins-mann. Dicitur autem emphyteuta lehen-mann, non quasi proprie sit vasallus, sed abusive tantum, cum feudum & emphyteusis quandam habeant inter se affinitatem, revera tamen differant, vid. *Struv. in Synt. Jur. feud. c. 2. th. 10. n. 11.* Quemadmodum etiam abinde differt ein gůldmann oder gůldbauer, qui alicui de certo quodam fundo annuam frumenti vel vini summam v. g. ein malter korn, eymer wein, tenetur præstare, ita tamen, ut maneat dominus, & fundus saltem realiter onere hoc affectꝰ sit, quamvis in nonnullis locis nostræ Franconiæ etiam die erbzins-leute appellentur gůldmånner. Conf. *Reibelt. in Corpore Jur. Miscell. Rub. 2. cap. 3. pag. 74.*

(b) Dicitur quoque weeglösen, lehen-wahr, lehen-geld, handlösen, laudemium, relevium, interdum abso-

absolute, interdum cum addito, emphyteuticum, quod domino directo persolvitur, & in eo differat a censu, sive canone, quod hic singulis annis, laudemium vero in casibus alienationis, intuitu fundi emphyteutici, debetur, opponiturque laudemio consvetudinario, quod ex bonis feudalibus & censualibus debetur. Vid. *Franzkius de laudemiis c. 3. n. 2. 3. p. m. 26.* Ratio denominationis est, quia dominus laudat & approbat contractum venditorem inter & emtorem boni emphyteutici initum, vel etiam, quia laudat novum emphyteutam. *Demrath in responsis Juris, quæ in fine Differentiarum Jur. Civ. & Franconici annexa sunt. qu. 4. p. 35.* Sensus ergo est: *ubi non mutatur emphyteuta, sive ubi non datur novus emphyteuta, ibi nec datur laudemium.*

4. R. Quia ob investituram & approbationem novi emphyteutæ datur laudemium; cessante autem novo emphyteuta, cessat quoque laudemium tanquam effectus, *Demerath d. l. p. 36.*

5. Fundamentum habet hæc parœmia in *l. fin. C. de jur. Emphyt.* vid. *Wehnerus in observ. Pract. sub voc.* hand-lohn.

6. Declara 1) ergo dari ibi laudemium, ubi novus possessor emphyteusis datur, quem laudare & approbare debet dominus, modo defuncti emphyteutæ non sit filius, quoniam dominus approbando defunctum jam tum satis etiam approbavit ejus heredes. Vid. tamen *Whenerus d. l. p. 203.* Ergo ad id, ut laudemium debeatur, duo requiruntur (1) novus possessor, & (2) alienatio voluntaria, loquendo scil. von dem kauf- und nicht von dem sterb-handlohn. Notandum tamen hæc ex cujusvis loci consvetudine judicanda esse; cum non ubique quævis alienatio involvat laudemium; sicuti de Episcopatu Herbipolitano constat, quod in sola emtione venditione,

in permutatione vero non nisi quoad illam pecuniam, quæ rei adjicitur, von der aufgab, laudemium regulariter debeatur Porro & illud de Episcopatu Herbipolitano notari meretur, quod, si heredes in ipsa divisione sibi invicem vendant bonum aliquod emphyteuticum, de illo non solvi debeat laudemium, bene tamen si post divisionem semel factam fiat emtio-venditio. Conf. *Demerath d. l. p. 38. seqq.*

7. Declara 2) quod etiam valeat affirmative: wo ein lehen-mann, da ist auch hand-lohn, REGULARITER nimirum: diffitendum enim non est, multa dari bona emphyteutica, (lehen-güter,) quæ tamen non sunt laudemio obnoxia.

LV.

1. **Längst leib, längst gut.** Diutius corpore, diutius bonis sc. fruitur, h. e. *Superstes conjux bonorum administratione & usufructu gaudet.*

2. R. Ut superstes conjux bene recordari possit defuncti, 2) quia illa societas & communio bonorum non nisi morte utriusque conjugis quoad effectum tolli creditur.

3. Declara tamen ita, ut procedat secundum illa jura, quæ communionem bonorum inter conjuges admittunt, quorsum pertinet die Fränckische Land-gerichts-ordnung, Vid. *ejus P. 3. Tit. 90. §. 1.* ut & consvetudo & mores inferioris imprimis Saxoniæ, Statuta Mindensia, Wurtenbergica &c. Conf. *Hert. in Select. & Rar. ex Jurispr. univ. argument. L. 1. de Parœmiis par. 68. p. 520.* Contrariatur jus civile Romanum, vid. *auth. præterea C. unde Vir & Ux. Schluter* von dem erb-recht derer Eheleute, *P. 4. n. 27. p. 102.* Jus Saxonicum scriptum vero tacet, *ibid. n. 19.*

4. Ampl.

4. Ampl. 1) ut tam amplam & liberam habeat superstes conjux potestatem circa administrationem bonorum defuncti conjugis, ut nihil ei desit præter alienandæ proprietatis facultatem, ita, ut liberi a defuncto relicti sint domini, conjux vero superstes usufructuarius, *ibid.* Quid vero si nulli liberi, bene tamen cognati, adsint? Tunc puto superstitem conjugem heredem esse defuncti. Vid. *Stat. Mindensia L. 2. t. 2. art. 4. p. m. 227.* nisi scilicet expresse aliud statutum, vel moribus receptum vid. **Landgerichts-ordnung des Hertzogthums Francken,** *P. 3. Tit 90. §. 1.*

5. Ampl. 2) etiamsi uxor relicta vel superstes conjux ad alia transeat vota, nec præstet, quæ Romana jura a tutricibus requirunt, *Hertius d. l.*

6. Limit. nisi pactis dotalibus, ubi consvetudo hæc obtinet, aliud, & quidem contrarium conventum sit, *ibid.* Ratio quia pacta dotalia ante omnia sunt inspicienda. *Stryck. de successione ab intest. Diss. 4. c. 3. §. 20. p. 344.* juxta illud: **Willkühr oder gedingt recht bricht land-recht.** Loquitur ergo parœmia nostra saltem de illo casu, ubi pactis nihil cautum. Quid vero, num conjux moriens etiam testamento aliud in præjudicium conjugis superstitis disponere potest? Non puto, quia instar legitimæ esse videtur hereditas defuncti, *arg. eorum, quæ habet Dn. Stryck. d. l. §. 2. p. 332. Nolden de successione ab intestato, p. 146. & 145.* [Add. *Dn. Bodinus in Dissert. sub ejus tutamine, Halæ de donatione propter nuptias habita. p. 18.*

LVI.

1. **DIe lufft macht leibeigen.** Aer propriorum hominum statum inducit, h. e. *Quando liberi homines cœlum mutant, & ibi incolæ fiunt, ubi status propriorum hominum obtinet,*

obtinet, tunc & ipsi in eum conjiciuntur, non aliter ac si aer ipse eos inficeret.

2. R. Quia in quibusdam locis non nisi proprii tolerantur homines. Ratio rationis, quia ita ab initio conventum cum censito vel agricola, ut accepto manso se suosque futuros successores ita obligaverit, & onus hoc prædio imposuerit. Vid. *Speidelius in Speculo sub voc.* Frohn-dienst, *p. m. 377.* & ibi allegatus *Colerus de Processu Executivo, P. 1. c. 9. n. 66. seqq.*

3. Declarat. ita, ut procedat in illis locis, ubi hoc ita receptum, prout de Algovia *Speidelius d. l.* & de quibusdam Weteraviæ partibus *Hertius in Select. & Rar. ex Jurispr. Argumentis de Paræmiis Jur. Germ. L. 2. par. 12. p. 608.* testatur.

LVII.

1. **WAnn Leipzig (a) mein wäre, wolte ich es in Freyberg (b) verzehren.** Si mea esset Lipsia, eam consumerem Frybergæ. Est Misnensium proverbium, teste *Bunone ad Geograph. Cluverii L. 3. c. 17. §. 1. p. 232.*

2. (a) Lipsia denominationem suam habet a voce Sorbica Lipzick, vid. Tentzel in denen Monatlichen Unterredungen *de Anno 1689. mens. April. p. 378*, welches einen linden-wald bedeutet, *ibid. p. 385.* [Jocosa ergo magis quam seria est illius allusio, qui dixit: Leipzig idem esse ac corpus capræ, der Leib einer Ziege, & hinc dixit:

Ad corpus capræ venduntur bona stapellis.

zu Leipzig werden gute stiefeln verkauffet: Similis ludus est, quando dicitur: AD FUSCUM TACE (Braunschweig,) FACIUNTUR BONA CAVETO;] & est una ex tribus pulcherrimis totius Germaniæ

maniæ urbibus, literarum & mercatorum nobiliss. emporium, in Misnia ad Pleissam situm. Conf. *par.* München soll mich nähren, In Ingolstadt will ich mich wehren.

3. (b) Freyberg, est itidem urbs Misnica a bonitate soli & metallifodinis valde celebris. *Buno d. l.*

4. Ratio consistit in bonitate soli & salubritate aeris, qua gaudet illius civitatis regio. Unde quoque Electoralis Familia Saxonica, cum An. 1680. & 81. pestis incederet per Misniam, & Provinciam hanc, imprimis vero Lipsiam, & Dresdam miserum in modum vexaret, se Frybergam recepit. Quod enim alias vitæ delicias concernit, Frybergam sine dubio vincit Lipsia. Vid. *Cluver. d. l. L. 3. c. 17. §. 1. p. m. 231.* Dicitur quoque: Wann Hamburg mein wäre, wolte ich es in Paris verthun. Item: Wann ich Nürnberg hätte, wolte ich es in Leipzig (Bamberg) verthun; It: Wann Naumburg mein wäre, wolte ich es in Jena verzehren. Wann Franckfurt mein wäre, wolte ich es in Mayntz verzehren.

5. Declara, improbandam esse parœmiam, quando per eam nostram prodimus prodigalitatem, prout eam capit *Dn. Meisnerus* in wiederlegten sprüchwörtern *n. 106. p. 122.* Aliud vero est, quando unius loci præ alio indicare volumus prærogativam.

LVIII.

1. Lübisch (a) recht, glüpisch (b) recht. Jus Lubecense, jus captiosum.

2. (a) Jus Lubecense nomen suum ab urbe Lubeca habet, ubi illud conditum est, de quo vid. *Mevius ad jus Lubecense statim ab initio de Historia Juris Lubecensis Qu. 1. per tot.*

3. (b) Glüpisch, vel rectius klüpisch, adjectivum est a voce klüppe descendens, quæ decipulum & machinam,

chinam irretiendis avibus aptam, significat, Spate im teutschen sprach-schatz, *sub voc.* Klüppe, *p.* 984. ita, ut sensus parœmiæ huc redeat: Jus Lubecense est jus fallax, quo decipiuntur homines. Alii dicunt: Es sey ein rollwagen, den man schieben könte, wie man wolte. *Mevius d. l. n.* 49. Quo ipso simul suppeditatur ratio proverbii.

4. Sed enim invidiam isti dedisse causam, jus vero Lubecense in se æquum esse ac bonum, cognitio ejus docet. *Mevius d. l.* Multa eveniunt, quæ juri imputantur, quæ tamen litigantium malitiæ adscribenda, quæ sæpius vel optimas leges huc atque illuc detorquet & depravat.

LIX.

1. Hüte dich vor der that,
Der lügen wird wohl rath.

Abstine a factis, mendaciis parata sunt remedia, h. e. *innocenti nocere nequit mendacium.*

Conscia mens recti famæ mendacia ridet.

2. R. quia veritas manet, mendacium vero perit, sive ut Judæi dicunt, mendacium non habet pedes, lügen mag nicht bestehen. Mendacium cito venit, & cito abit, quod cito fit, cito perit. Vid. *Joh. Agricola* in den gemeinen Sprüch-wörtern. *P.* 1. *n.* 52. *p.* 32.

3. Prob. per illud *Matthæi* 5. Seelig seyd ihr, so die leute allerley übels von euch reden, wenn sie daran lügen.

4. Declar. ita, ut, quamvis non semper procedat in foro soli (dum sæpe quis mendaciis, & falsis testimoniis occubuit) attamen in foro poli innocenti non damnosum sit mendacium. Vid. *Zeilerus in opere Epistolico P.* 1. *p.* 380. Seyd frölich und getrost, es wird euch im himmel wohl belohnet werden, *Matth.* 5.

in

in cœlis enim nullum magnum malum præter culpam, & contra magnum solatium vacare culpa.

LX.

1. Hätte Lyra (a) nicht geleyret, so hätte Luther nicht getantzet (b). Nisi Lyra cantasset, Lutherus non saltasset; Alii loco vocabuli: *cantasset*, substituunt barbarum verbum *lyrasset*, accomodantes se ad genium idiomatis germanici. Rursus alii parœmiam verbis aliquantum immutatis, ita proferunt: *Si Lyranus non lyrasset, nullus Doctorum in Biblia insultasset.*

Hätte Lyra nicht über die Bibel geschrieben,
Wär mancher Doctor ein esel geblieben.

2. (a) *Nicolaus de Lyra*, ordinis minorum Doctor, Theologus Parisiensis, An. 1340. clarus, e *Lyra* Brabantiæ, vel ut alii putant, Normanniæ oppido in Diœcesi Ebroicensi ad Riselam (la Rille) amnem sito, oriundus, & e Judæo Christianus factus, varios scripsit libros nimirum de *corpore Christi*, *in libros 4. sententiarum* contra Judæos, *de Visione DEI*, & commentarium in universa *Biblia*, qui præ cæteris æstimatur. *Valerius Andr. Desselius in Bibliotheca Belgica, Lit. N. p. m. 624. seq.*

3. (b) Lyra canere, seu lyram pulsare & saltare improprie & allegorice hic capiuntur, ita, ut Lyra canere nihil aliud sit, quam præire, viam alicui sternere, glaciem scindere, saltare vero idem sit ac sequi, & inchoatum opus ulterius provehere. Sicut enim ille, qui saltat, choreas agit ad fidium vel lyræ

modos,

modos, & mensuram; ita etiam qui aliquem sequitur, illius vestigiis inhæret, & ad ductum ejus agit, ita, ut sensus sit: Si lyra non scripsisset suos commentarios, Lutherus non potuisset adeo bene exponere sacram scripturam. R. quia Luthero commentarii isti, quibus usus ille fuit, multum profuerunt, ita, ut inde ortum quoque sit proverbium: Si lyra non contasset, Lutherus non saltasset. *Anonymus in præf. ad Matthæi Poli Synopsin Criticorum Sect. 1. Francof. Edit. in quarto.*

LXI.

1. **Auf eine maulschelle, gehöret ein dolch.** Alapa ictu pugionis luitur, vel: alapa per cædem vindicari potest.

2. R. Quia alapam pati valde injuriosum est; adeo, ut gravior injuria per illam inferatur, quam per vulnus: Es thut eine wunde, einem ehrl. mann nicht so wehe, als eine ohrfeige. *Diether. in addit. ad Besoldi Thes. Pract. sub voc.* maultasch *in f.* Honor autem & vita pari passu ambulant, prout Moralistæ statuunt, quos tamen recte refutat *Grotius de jure Belli & Pacis L. 2. c. 1. th. 10. n. 2.*

3. Contrariantur leges saniores, quæ nullam proportionem inter alapam & vitam hominis esse, & arma armis opponi licere docent. *Stryck. de jure sensuum Diss. 7. c. 5. n. 5. Petrus Mullerus in Diss. Acad. de calore juvenili Sect. 5. th. 12.* Imprimis vero adversatur huic proverbio exemplum & doctrina Christi *Matth. 5. v. 39.* Add. *accuratissimus Dn. Thomasius in jurispr. divinæ institutionibus, L. 2. c. 2. n. 118. p. 172.*

4. Declara, olim processisse, parœmiam, vid. *Beierus ad Schulzii Synopsin Inst. d. l. Aquilia p. 1098.* hodie vero vix illam applausum mereri apud honestiores;

ſtiores; minimum pœna extraordinaria, fuſtigationis v. g. lueretur ejusmodi exceſſus. *l. 14. §. 6. ff. de bon. libert.* Add. *c. ſignificaſti 18. in f. X. de homicid. Stryck. in Diſſert. de alapa c. 4. n. 15. p. 27.* etiamſi quis aliter defendere ſe non potuerit, aut miles ſit, qui alapam paſſus. *Stryck. d. ult. loc. n. 20.* quæ ſententia in foro conſcientiæ etiam tutior eſt, utut diſſentiat *Damhouder in Prax. Crim. c. 79. n. 1. Berlich. P. 4. concluſ. 13. n. 65. & Grotius, d. l.* admittat ejusmodi defenſionem, ſi mera juſtitia expletrix reſpiciatur. Conf. *Vagedes in Oper. acad. p. 238. §. 31.*

LXII.

1. **DEr mergel** (a) **macht reich den vater, und arm den ſohn.** Marga ditat patrem, filium vero depauperat.

2. (a) Mergel quaſi marckel a voce marck, medulla, eſt terra ſive creta foſſitia ſtercorandis agris inſerviens, **Spathe im teutſchen Sprach-ſchatz** *ſub voc.* **mergel** *p. 1294.* Latine appellatur Marga a marco, cum ſit quaſi terra macida & putris, h. e. ſolubilis. *Beſoldus in Theſauro ſub voc.* Roth *p. m. 490.* Thuringi eam appellant mår & meer, **Spathe** *d. l.* A marga differt ſmiris der ſchmergel, quæ eſt lapis, quo vitrum finditur.

3. R. Quia marga terram quidem pinguem facit (unde etium alii eam dictam volunt eſſe a murr & geil *Beſoldus d. l.*) cum mollis ſit & fœcunda, & hinc quoque uberiores fruges in eo loco colliguntur, qui illa ſtercoratus fuit, *ibid.* ſed teſte experientia latenter & pedetentim ita ſimul terram exugit, ut tandem nulla amplius ubertas exinde colligi queat; hinc quoque vox ausmergeln, idem eſt ac emacare, emacire, attenuare, macilentum facere, macrum facere, infirmare, debilitare, frangere, enervare.

4. Margæ comparantur vectigalia, adaucta vel multiplicata, quæ ab initio quidem usui esse videntur, reipsa tamen valde nociva sunt, cum cursum commerciorum ita impediant, ut minuantur tandem, si non plane destruantur. Vid. *Exc. Dn. Bodinus, Regis Borussiæ Consiliarius, & Professor apud Hallenses celeberrimus, Adfinis colendus in tractatu ab ipso edito & dicto* Fürstliche macht-kunst, *c. 4. §. 11. p. m. 74.* ubi vocem schmergel positam deprehendes pro mergel.

LXIII.

1. **Es ist ein geringes mittel, wer wolte es nicht brauchen?** Res parvi pretii est, quis ea non uteretur? Est vulgatum πολυτρύλλητον, quo illi utuntur, qui superstitiosum aliquod adhibent remedium.

2. R. in promtu hæc est, quia juvat, unde quoque plerumque subjicitur: es hilft ja. Ita nostro in Consistorio habuimus casum, ubi puerulus, hernia laborans, mediantibus sequentibus versiculis efficaciter curatus fuit:

Grüß dich GOtt traut-neuer mond,
Wie steht dem kind dieß zeichen an,
Stehts ihm wol an, so laß es stahn,
Stehts ihm übel an, so laß vergahn.
Das helff GOtt Vater Sohn und H. Geist.

Processus erat hic: Der knab wurde drey monat nach-einander bey zunehmenden aufgehenden mond, in den mondschein gestellet, von der frauen, so vor ihn niederkniete, der schade in den leib gedrucket, dabey obiger seegen gesprochen, und hernach der schade mit fuchsfett geschmieret.

3. Declaratur, quod si remedium istud ejusmodi involvit vitium, quo quis ineptis factis, gestibus, sermonibus, aut omissionibus procurare intendit bo-

num

num aliquod, five temporale five ſpirituale, quod tamen nec naturaliter, nec ſupernaturaliter cum illo cohæret, aut procurari poteſt, binis verbis: vanam obſervantiam, tunc remedium iſtud utique damnandum ſit. Vid. omnino *B. Dn. Danielis Jacobi Bodini Diſſert. Theolog. quam olim ſub præſidio conſummatiſſimi illius Theologi Dn. D. Joh. Gvilielmi Baieri Jenæ de ſuperſtitione habuit, per tot.*

4. Exemplo nobis ſunt induſium illud neceſſitatis, noth-hemd, quo priſci Germani induebantur, ut in bellis a quocunque telorum ictu, & armorum injuriis liberos ſe defenderent. *ibid. c. 7. §. 1.* Conf. *Mullerus in Inſtit. Jurisprud. Gent. c. 1. §. 38. p. 244.* Die waſſer-prob derer hexen, Vid. *B. Struvii Diſſert. de indiciis & proba per aquam frigidam ſagarum, quæ Jenæ 1683. prodiit,* & *Vagedes in operibus Academicis Q. 9. p. 274.* Purgatio, quæ fit per candens ferrum aut aquam ferventem, de qua vid. *can. 2. q. 5. c. 20. & Ziegler. in not. ad Lancellot. Inſtit. Jur. Can. L. 4. t. 2. §. 1. nec non M. Eberhardi Rudolphi Roth Diſſertatio Hiſtorico-Politica de more, quo rei olim apud plerosque Europæos per ferrum candens, ardentes prunas, rogumque, probabantur, quæ Jenæ prodiit, 1676.* De ſuperſtitione adhibita, tanquam arcano dominationis, legi poteſt erudita *Diſſertatio Clariſſimi Bierlingii Rintelii evulgata.* An virgula Mercurialis, die wünſchel-ruthe, huc quoque pertineat? videri poteſt apud *Hoppium in Commentar. Inſtitut. Tit. de Rer. diviſ. §. 39. p. m. 297.* Will *in Tractat. de ſalis origine pag. 47.* & *Vagedes l. c. pag. 264. Qu. 2.* De pulvinari morientibus non ſubtrahendo, legi poteſt Diſſertat. Academica *Caſparis Queſtelii* Jenæ 1678. impreſſa.

LXIV.

1. Mund-köch und mund-räth, sind bey hof in einem werth. Archi-magiri, & adulantes consiliarii aulæ chari sunt, & autoritate valent.

2. R. Quia conveniunt in uno tertio; sicut enim archimagiri dominorum suorum gulæ rationem habentes, ad eorum palatum coquunt esculenta; ita etiam consiliarii isti adulantes hariolari solent dominorum suorum animum, & ad horum nutum ac beneplacitum consilia sua accommodant, optimeque describi possunt, daß sie solche räthe sind, welche rathen oder errathen können, was ihres Herrn wille sey, es sey gleich recht oder unrecht, es gerathe wohl oder übel. Reinkingck in der Bibl. Policey, *L. 2. ax. 63. p. m. 352.*

3. Declara 1) scilicet ad tempus, & quamdiu impostura illa non detegitur, dann diese gnade, weiln sie ohne Gottes huld und schutz ist, ist gleich einem köstlichen Venetianischen glaß, welches, wañ es einmal auf die erde fället, seine schöne gestalt gantz verlieret. *Reinkingk. d. l.*

4. Declara 2) ita, ut valeat imprimis nostris temporibus ac moribus, da man insgemein brey in dem maul hat, wenn man um den brey reden soll, seine meynung öffters nur heraus köcket, oder wohl gar die achsel zucket, und ein stummer hund ist, den deckel niemals von dem hafen herunter heben, oder der katz die schellen anhängen will, sondern lediglich nur als ein fuchs seinen balg bewahret, contra illud *Psalm. 58. v. 1.* Seyd ihr denn stumm, daß ihr nicht reden wollet, was recht ist, und richten, was gleich ist, ihr menschen-kinder? Quæ pessima lues adeo longe lateque grassatur, ut etiam ministros verbi divini & consiliarios ecclesiasticos corripiat & corrumpat, plane immemores moniti illius divini: sage es, und du hast deine seele errettet, *Ezech. 33, 9.*

XLV.

1. **DIe natur** (a) **geht über die lehr.** Natura ſuperat doctrinam, vel præſtat doctrinæ. Conſonum huic illud Ciceronis pro Archia eſt: ***natura ſæpius ad laudem atque virtutem ſine doctrina, quam ſine natura valuerit doctrina.***

2. (a) Natura h. l. denotat potentiam naturalem ſive qualitatem naturalem, qua res ad agendum, reſiſtendum vel recipiendum aliquid eſt accommodata, cujusmodi eſt aptitudo peculiaris ad diſciplinam aliquam, ad procreationem ſobolis &c. de quo videantur logici, imprimis vero *Bechmannus in Inſtit. Logices L. 1. c. 8. n. 30. p. 138.* Complectitur, quoad literas ſive ſtudia, occultam & naturalem ad aliquam rem propenſionem, ſolertiam ſive *ἀγχίνοιαν* dexteritatem, judicium & memoriam, de quibus vid. *Schilterus in diſſert. de Diſciplina Pythagorica, §. 21.*

3. R. Quia natura ſæpe id largitur, quod vel plane non, vel non niſi pertinaci induſtria acquiri poteſt.

4. Exemplum alicujus Galli, qui ſingulari diſpoſitione ad linguas exoticas inſtructus erat, affert *Autor* derer Monatlichen Unterredungen, *in A. 1689. menſe Martio p. 281.*

5. Declara tamen ita, ut magis procedat in naturalibus, quam moralibus, cum natura magis generationi quam intellectui ſtudeat, magisque de eſſe rerum, quam de ſcientiis curet. *Tabor apud Barboſam ſub voc. natura ax.* 7. Sic v. g. quomodo juvenis conſveſcere debeat cum puellula, natura facile edocet, ſed quomodo prudens, doctus, fortis, liberalis &c. eſſe debeat, id absque ſudore & labore parari non poteſt.

6. Exinde sua sponte sequitur, quod non omnes promiscue ad literarum sacra irruere pati debemus, sed quos natura idoneos judicat, die ein gutes naturel haben, *Schilterus d. l.* Quomodo vero id intelligendum, quod causa naturalis potentior sit quam accidentalis, de eo videri potest *Barbosa in Thesauro Loc. Com. sub voc. causa ax. m. 28.* E. G. Ob ein natürlicher verstand, dem gelehrten verstand vorzuziehen? vulgo quæritur, & a *Trajano Bocalino P. 1. Relat. 41.* affirmatur: quod concedi potest, si intellectus eruditus & informatus tantummodo consistat in scientia & destitutus sit judicio solido; aliud si judicium solidum simul etiam informatum & eruditum sit; sic enim præstat hoc illi. Conf. *Brandes de vera & simulata JCtorum Philosophia p. 126.*

LXVI.

1. **WEn GOtt und die natur zeichnet/ vor dem soll sich roß und mann hüten.** Quem DEUS & natura notarunt, ab illo & equus & homo, h. e. omnes, sibi cavento.

2. R. Quia mala corporis constitutio bonum signum mali animi est. *Daniel Otto de jure Publico c. 8. p. 160.* DEUS enim & natura nihil faciunt frustra, sed membra ita componunt, ut animæ quodammodo conveniant: οἵα ἡ μορφὴ, τοία ἐστιν ἡ ψυχή. Qualis forma, talis est anima, ridicula anima, ridiculo circumvestitur corpore. Vide sis *Richter. in Axiomat. Oeconom. ax. 17. p. 88. seqq.*

Ex operum specie clarescunt intima cordis.
Propert.

3. Declara, 1) h. l. de vitiis congenitis & nativis sermonem esse, gebrechen, so man mit auf die welt gebracht, e. g. qui gibbosi, claudi, cœci &c. nati sunt.

Clauda

Clauda tibi mens est, ut pes, natura notasque
Exterior certas interioris habet. it.
Ut pede, sic animo es claudus, namque extera membra,
Internæ mentis sunt simulacra tuæ.

Quod *RICHTERUS d.l.* ita reddidit:

Gleich wie du bist ein hinckepertz,
Also ist hinckend auch dein hertz.
Die glied von aussen zeigen frey,
Daß innerlich auch mangel sey.

Aliud ergo quoad illos dicendum, qui post nativitatem suam deformati sunt.

3. Declara 2) parœmiam nostram probabiliter saltem procedere, *Illustr. Stryck. in Diss. de Physiognomica c. 1. §. 1. n. 25.* & monstrosam formam in genere quidem indicare animum ad delinquendum pronum, in specie vero aliquod delictum non probare. *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Com. sub voc. Physiognomia ax. 1.* Sæpe enim illud *Ovidii* locum habet:

Si mihi difficilis famam natura negavit,
Ingenio formæ damna rependo meæ.

5. Declara 3) imprimis verum esse nostrum dicterium, quando Physiognomia insimul mala est: in jure enim non verificatur dictum illud: *fronti nulla fides. Illustr. Dn. Stryck. in Disp. de Physiognomia, c. 1. §. 5. n. 21.* nec tamen ad territionem sufficit, *Crusius de indiciis delictorum P. 1. c. 22. p. 110.*

6. Effectus, quod deformitates ejusmodi nativæ & signa congenita inducant præsumtionem communem de singulis. *Mullerus in not. ad Casus Conscientiæ Bruckneri Cent. 10. Q. 83. p. 366. Crusius d. l.* quæ tamen probationem admittit in contrarium, cum natura interdum corrigi possit, prout id docet

exemplum Socratis. Quapropter etiam gibbosi & distorti sacrificiorum munere fungi verbo divino prohibentur. Vid. *Levit. c. 21.* & in electione Imperatoris vel Regis Romanorum inter alia quoque ad elegantiam figuræ corporis respiciendum esse scribunt Publicistæ. *Otto d. l. Schuz. de stat. Rei. Rom. Vol. 1. Ex. 2. th. 9. pag. 92. ibique Scharschmidius.* Etenim:

Gratior est pulchro veniens e corpore virtus.

Et bona corporis figura bonæ mentis est argumentum: *Menochius de A. J. Q. cas. 226. n. 5.* quamvis & hoc fallere possit, quemadmodum id comprobat exemplum *Eliabi, Sam. c. 16. v. 6.* Add. *Dn. Thomasii fundamenta Juris Nat. L. 1. c. 1. §. 108. p. 36. seqq.*

LXVII.

1. **Mit denen nachbarn hebt man den zaun auf.** Ope vicinorum erigitur sepes horti, h. e. *quando collapsa est sepes horti, tunc mutuo vicinorum adjumento illa reparatur.* Quæ parœmia apud nos in hac regione Franconiæ non ubivis procedit, ubi sepimenta horto prætenduntur non communi vicinorum auxilio, sed eorum exstructio illi incumbit, qui umbram solis orientis habet: **Wer den morgen-schatten hat** (h. e. **auf dessen grund und boden des morgens der schatten von dem zaun fället) der muß den zaun auch machen lassen.** Ratio autem idonea, cur ille, in cujus fundum umbra solis orientis cadit, teneatur reparare sepimentum, nulla dari potest, sed ab antiquo ita constitutum ac receptum

ceptum est, ut saltem medium terminum & normam habeamus ad controversias, ex exstructione vel reparatione sepimentorum ortas, decidendas. Quod ergo jam tum suo tempore JCtus *Julianus in l. 20. ff. de LL. dixit:* non omnium scilicet, quæ a majoribus nostris constituta sunt, reddi posse rationem, id etiam in præsenti locum sibi vindicat. Quomodo *Agricola* in der Auslegung gemeiner Sprüch-wörter nostrum applicaverit adagium, videre ibidem est, *n. 589. p. 152.* & conferri potest infra *par.* mit nachbarn ist gut stadel bauen.

LXVIII.

1. WO nichts ist, da hat der Käyser sein recht verlohren. Ubi nihil bonorum datur, ibi Cæsar juris sui jacturam fecit. *Cantabit vacuus coram latrone viator.*

2. R. Quia non-entis nulla sunt prædicata, *Rudinger in obs. Cent. 1. ob. 33. n. 12. p. 565. Georg. Mundius a Rodbach Vol. 2. cons. 5. n. 31. p. 60.* wer nichts hat, dem kan man nichts nehmen. Privatio præsupponit habitum.

3. Confirmatur egregie per varios juris textus, imprimis autem per *l. nam is 6. ff. de dol. mal.* quæ ita habet: *nam is nullam videtur actionem habere, cui propter inopiam adversarii inanis est actio,* h. e. quando quis obligatum sibi habet plane inopem, & qui non solvendo est, debitorem, tunc effective ac in rei veritate nullam habet actionem, cum paria sint, plane non habere actionem, aut, propter inopiam

adversarii, non posse eam cum effectu instituere, ac debitum suum exigere, cum talis inops pro absente habeatur. *l. 10. ff. de V. O.* Conf. *Metaph. Jur. Hartungii c. 3. Reg. 7. p. 186.*

4. Declar. 1) modo notorie constet de inopia debitoris, *Sonneman. in LL. notab. p. 217.* quæ notorietas probatur 1) per famam vicinorum, 2) proprio debitoris juramento, 3) si bonis cedat, 4) ex sententia priori, qua debitor pro eo, qui non est solvendo, pronunciatus est, 5) per confessionem, & interlocutoriam Principis, 6) per factam inquisitionem, *Francus de fidejussoribus c. 5. a n. 300. usque ad 343.*

5. Declar. 2) ita, ut tamen actio non sit inanis, si debitor per sententiam quidem pro inope sit declaratus, postea tamen bona solutioni sufficientia acquirat; Hoc enim casu debitor ad meliores facultates redactus cum effectu denuo conveniri potest. *Sonneman, d. l. p. 218 Schuz. in Coll. Jur. publ. Vol. 2. Ex. XI. d. 6. in Not. p. m. 748.* nec enim actio prorsus erat extincta, sed tantum suspensa. *Beierus in Tr. de Magistro c. 8. n. 228. p. 80.*

6. Declar. 3) modo culpa sua debitor inops factus non sit; alias enim dubium non est, quin statuto introduci possit, ut talis conjici possit in carcerem, vid. *Besold. sub voc.* Schuld-thurn, *Berlich. P. 2. c. 28. per tot. Carpz. P. 2. c. 22. d. l.* vel etiam talis levis debitor cogi potest ad operas creditori præstandas. Quod remedium non tantum utile est reipublicæ, cum sic incaute negotiantes discant negotiari cautius, sed & juri divino utique consonum est ac conveniens, vid. *2. Reg. 4. v. 1.* Obst. quidem *L. 12. C. de O. & A.* sed quin derogari huic possit ob salutem Reip. uti non est dubium, ita quoque, ut remedium illud adhiberetur, publice omnino conduceret ac privatim. E. G. si debitor principalis notorie non

est

est solvendo, fidejussori beneficium excussionis non competit, sive fidejussor non potest cogere creditorem, ut prius agat adversus debitorem principalem inopem, quam actione ex stipulatu experiatur. *Sonneman. d. l. Sichard. ad l. fin. C. de O. & A. n. 2. p. m. 325.* Aliud exemplum vide apud *Friderum de Processibus L. 1. c. 49. §. 7. p. 181.* & rursus aliud *Gothofredus in Not. ad l. 9. §. 5. ff. Loc. cond.* affert. Quid vero, si debitor principalis ex parte sit solvendo? Equidem *Sichardus ad l. 2. C. de fidejuss. n. 6.* etiam hoc casu beneficium excussionis negari existimat, cum minus nihilo comparetur. Sed enim nos quoad facultates existentes conveniri debere prius principalem putamus, nisi adeo levidenses istæ sint facultates, ut non mereantur actionis ventilandæ pretium.

7. Fallit, 1) in bonis in fraudem creditoris alienatis. Hæc enim non tantum revocari possunt, sed & alienans debitor arbitrarie puniri potest a judice. *Sonneman. d. l.*

8. Fallit 2) quando agitur ex delicto, tunc enim obtinet illud: *Luat in corpore, qui non habet in ære.*

9. Fallit 3) quando quis tenetur ad factum aliquod præstandum; hoc enim casu non liberatur ob paupertatem. *Mevius discuss. levam. c. 5. n. 51.*

10. Fallit 4) in personalibus muneribus, ubi paupertas non excusat, & ideo corpori indicta obsequia, als herren-dienste pauperes etiam præstare tenentur, *Gail. de Arrest. c. 9. n. 20. p. m. 352. Schuz in Coll. Jur. Publ. Vol. 2. Ex. 11. §. 6. in not. p. m. 748. Rudinger d. l.*

11. Ampliatur 1) hoc quoad illos, qui beneficio competentiæ gaudent, ita, ut actio sit inanis, utut adhuc aliquid habeant in bonis. Ratio est, quia non sunt ad saccum & peram usque excutiendi, sed tantum retinere possunt, ut exinde commode vivere

queant.

queant. Conf. *Dn. Lauterbach Diss. inaug. de beneficio competentiæ, Tubingæ habita, p. m. 56. & 97.*

12. Ampliatur 2) a nonnullis ad collectas, ut si subditi illas solvere plane non possint, Magistratus nihilominus contentus esse debeat, Döpler in seinem Rechnungs-beamten, *c. 18. n. 169.* Liebenthal *in Coll. Pol. Ex. 15. n. 53. p. 714.*

13. Plura qui desiderat, ille evolvat *P. ab Eyndhofen JCti Batavi Tr. de inani actione propter inopiam, qui prodiit Trajecti ad Rhenum, 1688. & Diss. inaug. Dn. Zinckii Rostochii sub Festingio de hoc proverbio habitam.* Add. *Mullerus in Comment. ad l. 25. ff. d. R. J.* ubi cautelam suppeditat creditoribus.

LXIX.

1. Es giebt kein pfaff ein opffer wieder. Victimam sive hostiam clericus non reddit. Latinorum dicterium ita habet: Exusta est vitula, nil reddit Jupiter, h. e. *quæ DEO semel consecrata, illa semper maneant consecrata.*

2. Quia hoc ipso dominio privatorum eximuntur, dum rite DEO consecrantur, *§. 8. Institut. de Rer. Div.*

3. Declara, 1) dummodo moribus Romano-Catholicorum solennis facta consecratio, in Ecclesiis vero Protestantium res aliqua ad usum sacrum perpetuo destinata sit & adhibita. *Hoppius comment. Instit. d. l.*

4. Declar. 2) quod adeo abuti soleat hac parœmia vulgus, ut quilibet fere ad istam provocet, qui rei, ad alium pertinentis, compos factus, & ea propter interpellatus illam restituere detrectat, sive ea potitus sit clam, sive vi, sive precario, sive detentor homo

homo secularis sit, sive clericus. Imprimis vero officiales detentionem rerum, inique interceptarum, defensuri dicere amant: Es giebt kein pfaff ein opffer wieder. Quasi sc. contra eorum dominos non daretur condictio indebiti, aut quasi illi privilegium haberent, rem aliquam mala fide & conscientia retinendi, contra illud *Ezechielis 33.* Wann der gottlose bezahlt, was er geraubet, so soll er leben, und nicht sterben. Scilicet abutuntur vulgato illo JCtorum axiomate: favorabilior est retentio, quam petitio: de quo vid. *Tabor ap. Barbosam in Thes. Loc. Com. sub voc. retentio ax. 1.* non cogitantes, quod illud præsupponat jus aliquod radicatum, competens contra illum, cujus res retinetur.

LXX.

1. Otter und bieber haben keine häge. Lutræ & Castores (vel quod idem est canes pontici) non foventur, h. e. *ab omnibus impune capi possunt.*

2. R. Quia sunt bestiæ valde noxiæ ac perniciosæ, & hinc reipublicæ interest, ut interficiantur.

3. Declara ita ut procedat secundum Jus Civile Romanum, & peculiarem nonnullorum locorum consuetudinem *Geyer in Spicilegio Speidelio-Besoldiano sub voc.* Bieber und otter-fang, *p. 23.* modo canes incommodo cæterarum ferarum non in sylvas deducantur, *ibid.*

4. Fallit hodie plerumque per consuetudinem contrariam & constitutiones plurimorum locorum venatorias, per quas jus capiendi lutras & castores, vel banno ferino accensent, & juri forestæ, quod facit *Besoldus in Thes. Pract. sub voc.* Fischerey *p. m. 257.* vel juri piscandi adscribunt, prout *Wehnerus in obs. Pract. sub voc.* Forst quodammodo *Speidelius in speculo*

speculo sub voc. Otter-und bieber-fang, *p. m. 928.* Ertel *in Praxi Aurea de Jurisdictione inferiore civili C. VII. ob. 3. p. 293.* Vel etiam utrique domino sc. juris venandi & juris piscandi adjudicant, *Geyerus d. l.* ita, ut major ratio sit prævenientis, wer eher kommt, der mahlet eher, & quidem domino aquæ ideo, quod recursum & alimentationem exinde habeant, foresti vero domino quoniam in ripis eorum se exhibent. *Ibid.* Add. omnino elegans *Diss. de castore vel fibro Coburgi sub præsidio B. Fromanni, Medicinæ Doctoris a Joh. Bernhardo a Bibra habita*, ubi natura & essentia hujus amphibii satis fuse exponitur, *Solinus in Polyhistore, c. 23. p. 83. & Franzii Historia animalium p. 282. & seqq.*

LXXI.

1. **Wann der Teufel die pfaffen reitet, (a) so reitet er sie rechtschaffen.** Quando diabolus agitat clericum, illum haud superfunctorie agitat.

2. (a) Est locutio valde catachrestica, quæ de illis usurpari solet, qui acheronta movent, & talia gerenda suspiciunt, quæ nonnisi a maligno provenire possunt spiritu. *Lutherus* ipse usus est dura hac phrasi, de Antwerpiæ illo Sectario, LOY dicto, publice dicens: der Teufel reitet ihn. Vid. *Stockmannum in Elucidario hæresium sub voc. Loistæ p. m. 327.* Et hodienum vulgus adhibere illam solet, admirans hominis alicujus malitiosam audaciam, & audacem malitiam. Sensus igitur hic est: *Clericus quando se dedit malitiæ & improbitati, tunc toto animo se illi dedit*, sive *summe malitiosus & improbus est.*

3. Quia probe ipsi constat, quod non facile vocari possit in judicium, multo minus condigna affici pœ-

na:

na. Hinc sub pallio pietatis & sub specie zeli impune quemvis sæpe lacessit, affligit proximum, vindicat se ab injuria, scandalum præbet populo, se ipsum jugiter prostituit, & DEUM Optimum Maximum cordis humani scrutatorem graviter offendit. *Theologi* inquit Autor Dissertationis Epistolicæ ad *Severinum Wildschussium*, *proprium in quarto modo est, zelum absque discretione ubique ostentare, nullam excusationem aut idoneam interpretationem admittere, quod semel damnaveris, jure an injuria, intellectum vel non intellectum, pertinaciter insectari, & ubi alia tela non suppetunt, mendaciis, calumniis atrocissimarum hæresium, & cumprimis Atheismi, tam familiari nobis convicio urgere.* Sed absit, illam sententiam Anonymi facere nostram, & statuere, hoc vitium inesse Theologis ceu proprium quarti modi, quin potius illud uni alterive subjecto tantum adhærere existimemus. Vitium autem quorundam non est imputandum universo ordini.

LXXII.

1. **Qvinquennellen, (a) kommen aus der Höllen.** Quinquennales, veniunt ex inferno, h. e. damnandæ sunt.

2. (a) Quinquennellen, Quinquennales est vox ratione originis latina, descendens a quinquennio, quod tempus quinque annorum denotat, eine zeit von 5. jahren, & subinrelligitur: *Epistolæ.* Sunt autem quinquennales epistolæ tale beneficium, quo debitoribus, fortuito casu damnum passis, conceditur, ne ad certum tempus creditoribus satisfacere teneantur, *Schneidevvinus ad §. jus civile n. 11. Instit. de Jur. Nat. Gent. & Civ.* & dicuntur quinquennales, quia plerumque ad quinquennium conceduntur, man lässet sich auf 5. jahr eisern machen, *Mevius in Discussione*

cussione levaminum inopiæ debitorum c. 4. n. 1. p. 268. Synonyma sunt: rescriptum moratorium, literæ moratoriæ, induciales, securitatis, vulgo anstands-briefe, eiserne briefe, schutz-briefe.

3. R. Quia in præjudicium ac damnum creditorum conceduntur.

4. Declara, quatenus abusum continent, de quo vid. integra *Diss. Exc. Stryck. Halæ Magdeburg. 1694.* habita. Spectant huc rhythmi illi *Froschmæusleri P. 2. c. 14.*

Da bringt der Teufel aus der höll,
Ein schutz-brief mit der Quinquennell,
Da wird der fleischmann stahl und eisen,
Da will man ihm die güt erweisen.

E. G. quando bancæ-ruptoribus, decoctoribus, conceduntur, vel etiam adversus pauperes, opifices, intenduntur. Add. *Zieglerus de juribus Majestaticis, L. 1. c. 48. p. 791. Mylerus ab* Ehrenbach, *de statibus Imperii P. 2. c. 55. p. 505. seq.*

LXXIII.

1. **Unrecht ist auch recht (a). Injustum etiam jus est.**

2. Probatur per *l. jus pluribus pen. ff. de J. & J.* ubi dicitur, quod prætor jus reddere dicatur etiam, cum inique decernit.

3. Declar. 1) quatenus nimirum alicui jus dicitur, sed non secundum regulas & leges a jure præscriptas. Unde quoque fœmina illa Saxonica Electorem obnoxie rogabat, er wolte ihr doch das rechte recht wiederfahren lassen. Vid. *Zinckgr. Apopht. p. 221.*

4. Quod si igitur judex decretum facit, ex quo protractio litis timetur, non potest pars de denegata & protracta justitia conqueri, quia judex decernit

& jus

& jus dicit, sed opus est appellatione. *Brunneman. ad d.l. pen.* & ibi allegatus *Mevius P.5. dec. 105.* aut etiam querela nullitatis.

5. Declaratur 2) ita, ut imprimis procedat, si sententia aliqua in rem judicatam transiit, utpote, quæ de albo nigrum & de nigro album facit, *Barbos. in Thes. Loc. Com. sub voc. Res judicata ax. 8.* falsumque mutat in verum, non-ens in ens, indebitum in debitum, *ibid.*

6. Declar. denium 3) verum esse quoque nostrum proverbium, quatenus lege aliquid cavetur, quod in se æquum bonumque non est, sed aliquid iniquitatis habet, cum omne illud, quod prohibetur vel præcipitur a superiori, lex, & hinc quoque jus sit, utut Juri naturæ vel divino repugnet. Alia tamen quæstio est, an & quousque ejusmodi jus obliget?

7. Sic jus dicebatur, cum Imperator Henricus, Luzelburgicus, quæstionem illam: an omnes res, etiam privatorum propriæ, Imperatoris essent? inter duos Ictos diu multumque sub hac conditione, ut victori equus daretur, ventilatam decidebat pronunciando: recte dici, omnia esse Imperatoris, utut enim inique, & in propria causa fuerit pronunciatum, sententiam tamen illud pronunciatum continebat, & eatenus jus erat dicendum. Hinc pentameter ille:

Dixerat hic æquum, sed tulit alter equum.

Sive, ut alii perhibent, sequens hexameter:

Dixi æquum, tulit alter equum, quod non fuit æquum.

Nimirum iniqua erat hæc sententia, si de dominio privato, non eminente, intelligatur. Conf. *Nova Liter. Hamburg. Mens. Jan. 1708. p. 22. seq.* Ubi simul habetur, quod occasio horum dicteriorum a BODINO paulo aliter recenseri soleat.

LXXIV.

1. **WAs billig** (a) **und recht ist,** (b) **das ist GOtt lieb.** Quod æquum & justum est, id DEO placet.

2. (a) Æquum h. l. sumitur, quatenus convenit cum dictamine rectæ rationis, quo indicatur convenientia vel disconvenientia cum ipsa ratione naturali; nihil enim aliud ars æquitatis præstat, quam ut juris obscuritatem & ambiguitatem ex lumine talis dictaminis illustret atque determinet, *Huberus in Digressionibus L. 1. c. 5. §. 1.* cui adstipulatur accuratissimus *Thomasius in Not. ad Strauch. Diss. 1. th. 12.* Hoc autem dictamen, pergit *Huberus*, est ipsum jus naturale. Quod autem æquitas non differat a jure N. ex eo patet, quia æquitas est correctio juris; jus autem naturale corrigi nequit, cum sit regula omnis recti, & cujus dictamine omnia in rebus civilibus dijudicantur, *Huberus d. l.* Dissentit *Joh. a Felde in Element. jur. P. 1. c. 9.* Add. *Dn. D. Kestneri Dissertat. de præferentia æquitatis in puncto juris Rinthelii ad Visurgim habita.*

3. (b) Per justum h. l. potest intelligi id, quod jure naturali justum, & proin quoque synonymon æqui est; deinde jus scriptum, utpote cui soli æquitas opponitur, *Huberus d. l.* Priori significatione sensus est, *quod illud, quod juri naturali conveniens est, DEO placeat;* posteriori vero, *quod id, quod juri N. & juri scripto conveniens, DEO placeat.*

4. Quia sic morem gerimus DEO, & voluntati ejus satisfacimus. Conf. *Psalm. 45. v. 8.*

5. Declar. 1) tamen ita, ut si τὸ justum **recht** accipiatur, in posteriori significatione, prout nimirum æquo opponitur, justum debeat esse conveniens & juri naturali sive æquo & divino positivo, aut minimum

mum illis non contrariari, & versari circa res indifferentes. Non ergo præcise requiritur, ut jus scriptum juri naturali sit formaliter conveniens; sed sufficit, si juri naturali vel divino non sit contrarium. Quid vero, si judex aliquam legem cum æquitate naturali pugnare deprehendit? Resp. aut ille emendationem iniquæ legis petere a superiori, aut, si hoc obtineri nequit, decisionem alii relinquere debet; nec enim subalternus Magistratus abinde deflectere, & aliter, quam lege cautum, judicare potest, adeo, ut si aliter judicet, quam lex disponat, infamis fiat, *l. prospexit 12. ff. qui & a quib. manum.* non obstante *lege 90. ff. de R. J.* utpote quæ ad superiorem magistratum, sive legislatorem ipsum pertinet, vid. *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Com. sub voc. judex ax. 21.*

6. Declara 2) ut tamen æquum & justum synonymice sumtum ex dictamine rectæ, non vero pravæ aut imaginariæ, rationis fluere debeat, ne tot constituantur æquitates, & jura naturalia, quot capita, adeoque præter necessitatem multiplicentur entia, qui modus interpretandi jura calumniosus esset, & callidus. Conf. *Dn. Ernesti Dissert. inaugur. de applicatione juris ad factum Rinthelii habita, §. 32. p. 65.*

LXXV.

1. Das retardat (a) frisset die kuxe (b).

2. (a) Dicitur a retardando. Scilicet quando largitores, die gewercken, symbolum indictum, die zubuse, debito tempore non solvunt, nomina eorum in librum morosorum consignantur, sie werden in das retardat gesetzet.

3. (b) Ita dicitur pars illa fodinæ, quæ sumtibus privatorum laboratur, vid. *Berlich. P. 3. concl. 35. n. 3.* & alias quoque kuckus dicitur, de cujus differentia a proventibus, von der ausbeute, vid. *Carpz. P. 3. c. 25. d. 1. & 2.* Qui vero sumtus suppeditant, appellantur die

gewercken, & sunt vel neufänger, vel haupt-gewercken, vel lehen-hauer, vel affter-gewercken, vid. *Diss. Dn. Happelii Marburgi de fodinis earumque jure habitam, m. 2. n. 5.* Intellectus igitur hujus dicterii est: *quando quis cessat solvere symbolum, tunc perdit suam portionem*, vel potius: *symbolorum morosa collatio consumit partes metallicas.*

4. R. Consistit in publica salute, quæ maximopere exigit, ne metallica res ob morosam symbolorum collationem damnum sentiat. *Eisenbart de regal. metall. jur. c. 5. in f.* Hinc quoque natum aliud proverbium: Wer berg-werck bauen will, muß geben geld, oder räumen gar das feld. *Leiserus de jure Georgico L. 3. c. 24. n. 109. Richterus in Axiomat. Histor. ax. 96. p. 109.*

5. Declaratur de jure Saxonico Electorali, ita ut, si intra sex septimanas ab eo tempore, quo quis in numerum morosorum relatus est, in das retardat gesetzet worden, non solvat, pars demum metallica pro consumta habeatur, alsdann wird erst scharff retardat gehalten, und die kuxe vor verstanden erkläret. Hinc facile intelligi potest illa Germanorum phrasis: in kuckus gehen.

6. Ampliatur ita, ut nec egestas, nec minor ætas excusationem mereatur, *Heigius P. 1. Qv. 13. n. 50.*

7. Per fraudes tamen metallicorum communiter hoc adeo stricte non observari tradit *Dn. D. Heberer, Profess. olim Witteberg. in Dissert. de defraudationibus metallicorum in re metallica.*

LXXVI.

1. Ritters weib, hat ritters recht. Nobilium uxores nobilium gaudent jure.

2. R. Quia uxor splendet radiis mariti, & uxori a lege communicatur omnis mariti qualitas. *Antonius*

nius Faber in Cod. Sabaud. L.9. t. 29. d. 16. n 4. Ratio rationis, quia uxor & maritus finguntur una eademque esse caro.

3. Confirmat hoc *arg. l. fin. C. d. Palat. sac. larg. l. 8. ff. de Senat. l. cum te. 10. C. de Nupt.*

4. Declar. 1) ita, ut privilegium personale mariti uxori non prosit, nisi connexionem necessariam mariti & uxoris inducat, *Sonnem. in Leg. notab. p. m. 133.*

5. Declar. 2) modo non obstent pacta dotalia: per hæc enim impediri posse, quo minus uxor gaudeat radiis ac nobilitate mariti, experientia docet. Conf. *Struv. Synt. Jur. Feud. c. 9. §. 5. n. 8. Sonnem. d. l. p. 134.*

6. Declar. 3) valere parœmiam effective saltem, non formaliter: revera enim uxor non fit nobilis. *Petrus Mullerus ad Struv. Synt. Tit. de ritu nuptiarum th. 28. p. 362.*

7. Ampl. (1) ut etiam post mortem mariti tam diu hoc duret, donec ad alia vota convolaverit vidua. *Consil. Marburg. Vol. 3. cons. 17. n. 49.* quæ ampliatio tamen ad ea non extendenda, quæ ratione officii defuncto marito competebant. *Stephani de nobilitate c. 5. n. 61.*

8. Ampl. (2) ut etiam liberi ex patre nobili, & matre plebeja nati, nobiles sint, & dignitate patris gaudeant. *Cons. Marb. d. l. n. 46.*

9. Fallit in illis casibus, ubi etiam ex latere uxoris sanguis requiritur nobilis, vid. *Stephani d. l. n. 66. 67. Bocerus de Regalibus c. 2. n. 16. seq. p. 67.* In hoc enim casu uxor & plebeja gente oriunda, non acquirit jus marito competens, nec quoque consequenter id ad liberos suos transmittere potest. E. g. jus torneamentorum &c. illustris *Dn. Stryck. in Diss. de jure illustrium & nobilium communi, c. 2. § 4. n. 14. Besoldus in Synopsi Polit. P. 2. L. 1. c. 16. §. 10. p. 175.* Liebenthal *Exerc. 10. Polit. Q. 5. p. 520.*

LXXVII.

1. ROth=bart, schelmen=art. Ænobarbus nequam, h. e. ille, cui barba rufa est, non censetur ingenuæ indolis esse; ita enim *Martialis:*

Crine ruber, niger ore, brevis pede, lumine luscus
Rem magnam præstas, Zoile! si bonus es.

2. R. Quia creditur sanguinem & temperamentum illud, quod rufos profert capillos, male constitutum esse, unde etiam aliud natum est proverbium: Roth=haar und ellern=holtz, wächst auf keinem guten erdboden: & Hispani hanc circumferunt vocem: Einen roth=haar und bärtiges weib, grüsse von fernen. *Zeilerus in Opere Epistolico, P. 1. p. 42.* Unde quidam interrogatus; ubinam locorum bonus thesaurus optime occultaretur? respondebat: SUB BARBA RUFA, quia nemo sub illa quæreret aliquid boni. Sed enim falsum hoc esse diverbium, quotidiana docet experientia. Dantur enim rufi, qui boni sunt, & nigri ac albi, qui VAPIDO GESTANT SUB PECTORE VULPEM, teste Poeta ita canente:

Niger hic est, hunc tu Romane caveto.

Negatur ergo, quod contra ænobarbos militet aliqua præsumtio. Vid. tamen *Excell. Dn. Stryckius in Diss. de Physiognomia c. 3. & supra paræm.* spitziger kin, bedeutet einen bösen sinn. An autem ille, qui ad alterum dicit, er wäre ein roth=bart, oder er wäre schon ein guter mann, wenn er nur keinen rothen barth hätte, injuriarum conveniri possit, ex circumstantiis judicandum est. Conf. omnino Abele *in continuat. Metamorph. judic. telæ cas. 149. p. m. 388.* & *Celeberrimus*

mus Dn. Thomasius Dissert. Jur. IV. c. 5. §. 120. p. 358. Hoc certum est, dudum fuisse creditum, quod *rufitas*, ut ita dicam, valde deformet homines. Hinc quando Comicus ὑποτύπωσιν deformis alicujus puellæ facere vult, ita inquit: *rufamne illam virginem, cæsiam, sparso ore, adunco naso &c. in Heavt. Act. 5. sc. 5.* Add. *Dn.* Kirchgesner *in tribunali just. p. 158.* Consolari rufos quodammodo potest, quod & Justinianum barbam rubram habuisse nonnulli credant. Gaudeant itaque rubri, exclamat *Signorol. in consil. 129.* quia participant in colore cum Imperatore. Conf. *Erasmus Ungepauer in Exercit. Justin. R. 1. Q. 3. p. 6. Richterus in Axiom. Oeconom. ax. 17. p. m. 88. seqq.* & *Hertius in Epidipnidibus Parœmiarum Juris Germanicarum par. 35. p. 49.*

LXXVIII.

1. R*Ota* (a) *sæpe rotat.* Est *CASTARELLI*, Romani Advocati dicterium, cujus sensus est: Curia vel Dicasterium Romanum sæpe errat, prout vocabulum rotare explicat *Dn. Stypmannus in Tr. de Referendariis c. 7. n. 195. p. 120.* quod alias idem est ac circumagere, versare herum treiben: hinc: fatum rotat omnia, das glück kehret alles um.

2. (a) Rota h. l. denotat dicterium vel Curiam Romanam, quæ res & causas intra terras Pontificis judicat. *Lyncker in Analectis ad jus Can. Desselii Prooem. Q. 2. p. m. 5.* Quare autem ita dicatur, non satis liquet: Hoc certum, esse, qui in Rom. Curiæ Rota eadem vertigine rotant lites, qua olim ipsi apud inferos in Ixionis rota dem glücksrad se circumagendos norunt. *Ventura de Valentiis in Parthenio Litigioso, L. 1. c. 1. n. 20. p. 9.*

LXXVII.

1. ROth-bart, schelmen-art. Ænobarbus nequam, h. e. ille, cui barba rufa est, non censetur ingenuæ indolis esse; ita enim *Martialis:*

Crine ruber, niger ore, brevis pede, lumine luscus
Rem magnam præstas, Zoile! si bonus es.

2. R. Quia creditur sanguinem & temperamentum illud, quod rufos profert capillos, male constitutum esse, unde etiam aliud natum est proverbium: Roth-haar und ellern-holtz, wächst auf keinem guten erdboden: & Hispani hanc circumferunt vocem: Einen roth-haar und bärtiges weib, grüsse von fernen. *Zeilerus in Opere Epistolico, P. 1. p. 42.* Unde quidam interrogatus; ubinam locorum bonus thesaurus optime occultaretur? respondebat: SUB BARBA RUFA, quia nemo sub illa quæreret aliquid boni. Sed enim falsum hoc esse diverbium, quotidiana docet experientia. Dantur enim rufi, qui boni sunt, & nigri ac albi, qui VAPIDO GESTANT SUB PECTORE VULPEM, teste Poeta ita canente:

Niger hic est, hunc tu Romane caveto.

Negatur ergo, quod contra ænobarbos militet aliqua præsumtio. Vid. tamen *Excell. Dn. Stryckius in Diss. de Physiognomia c. 3. & supra parœm.* spitziger kin, bedeutet einen bösen sinn. An autem ille, qui ad alterum dicit, er wäre ein roth-bart, oder er wäre schon ein guter mann, wenn er nur keinen rothen barth hätte, injuriarum conveniri possit, ex circumstantiis judicandum est. Conf. omnino Abele *in continuat. Metamorph. judic. telæ cas. 149. p. m. 388.* & *Celeberri-*

licæ obſervaverit, eapropter reprehendi non poſſit. Conf. huc *Diſſ. de denunciatione Evangelica, ſub præſidio D. Bechmanni Jenæ habita per tot.* & *B. Brunnemannus in jure Eccleſiaſt. L. 3. c. 2. §. 2. p. 807. ſeqq.*

6. Declar. 2) Illum miniſtrum non incurrere reprehenſionem, qui de delictis publicis ac notoriis pro ſuggeſtu verba facit. Fritſch in dem rechtlichen bedencken von anzüglichen und ehrenrührigen predigten, *Q. 1. n. 107. ſeqq. p. 36. Ventura de Valentiis in Parthenio Litigioſo, L. 1. c. 6. n. 20. p. 85.*

7. Ampl. (1) ſive injuriæ tendant in ignominiam alienæ religioni addictorum, ſive auditorum. Illud interdicit *Inſtrum. Pac. d. l.* hoc vero ſcriptura ſacra & jus privatum.

8. Ampl. (2) ut ex *l. diffamari 5. C. de ingen. manumiſſ.* vel etiam actione injuriarum conveniri poſſit ille miniſter, qui in verba, honorem alicujus ſuggillantia, erumpit, & circumſtantias contra ſe habet militantes, Fritſch *d. l. n. 43.*

9. Ampl. (3) etiamſi rumor vel fama aliquid divulget, vel etiam ſuſpicio aut præſumtio delicti contra aliquem militet: peccat enim verbi divini præco, quando vitia a garrulis & vetulis, ſine certo autore & calumnioſe delata, pro roſtris vivis depingit coloribus, Fritſch *d. l. n. 41. p. 23.*

LXXX.

1. **DAs kind fället wieder in der mutter ſchoos.** Liberi recidunt in matris gremium. Eſt locutio allegorica, & phraſis: *recidere in gremium* hic nihil aliud ſignificat, quam in matris poteſtatem venire, ita, ut ſenſus ſit; *ſicuti liberi e gremio veniunt matris; ita bona ab illis poſt mortem relicta hereditario*

jure quoque ad eam pertinent; paucis: *in hereditate a liberis relicta sola mater succedit.*

2. Confirm. per jus Franconiæ consvetudinarium, vid. Landgerichts-ordnung Hertzothums Francken, *P. 3. Tit. 83. §. 3. p. m. 249.* Contrariatur jus Romanum, quo fratres germani cum parentibus æqualiter succedunt in capita. *Nov. 118. c. 2.* Vid. *Stryck. in Tr. de success. ab intest. diss. 2. c. 1. §. 28.*

3. R. Postquam nimirum, tam in quota, quam tempore ratione legitimæ, contra jus commune, consvetudinario Franconiæ, multum gravati sunt parentes, ea propter, quod non habeant in bonis liberorum legitimam; deinde quod multis casibus adhuc in vivis existentes ad legitimam exsolvendam teneantur, *Demradt Diff. J. Com. & Franc. P. 3. diff. 14. n. 7. p. 151.* hinc ut propter incommoda hæc sentiant quoque aliquod commodum, & sic satisfiat rationi naturali, *l. 10. ff. de R. J.* ideo parentes quoque soli & sic exclusive liberorum declarati sunt heredes.

4. Ampl. 1) ut, quod dicitur de matre, etiam extendendum sit ad patrem, avum & aviam, proavum & proaviam, ita, ut ab his omnes collaterales, fratres sororesque & eorundem liberi, jure Franconico, a majoribus in linea recta ascendentibus excludantur. Landgerichts-ordnung *d. l.*

5. Effectus, quod in hereditate a liberis relicta excludantur & fratres & sorores eorundem a legitima successione per Parentes.

LXXXI.

1. **DEm Teufel ist man keinen schwur zu halten schuldig.** Jusjurandum, diabolo præstitum, nemo servare tenetur, h. e. *juramentum, quo quis se obligavit ad peccatum, implere nemo tenetur.*

2. R.

2. R. 1. Quia alias bis peccaretur, nimirum ita jurando, & illud præstando. 2. Quia juramentum rei, in se turpi, honestatem conciliare non potest, *c. 25. X. de jurejur.* cum alias degeneraret in vinculum iniquitatis.

3. E. G. quando quis conjuravit in alterius mortem, vel in aliud scelus, v. g. adulterium committendum, neutiquam obligatus est, sondern er hat ursach GOtt um vergebung seiner sünden zu bitten, daß er sich so sehr mit dem schwören übereilet. Tale juramentum erat illud SAULIS magæ *Endorensi* præstitum, *1. Sam. 28.* Conf. *Joh. Mullerus in Acerra Biblica n. 84. p. 823.*

4. Ampl. adeo, ut præstans ejusmodi turpe juramentum non opus habeat absolutione, cum minime obligatorium sit contra bonos mores præstitum juramentum *cap. 58. de R. J. in 6. ibique Brunnemannus in Prælect. Publicis.* Add. *Barbosa in Loc. Comm. sub voc. juramentum ax. 1.*

5. Idem dicas de diris illis execrationibus, quibus quis se devovet ad aliquid perpetrandum, v. g. der Teufel solte ihn holen, wann er dem Mevio nicht den hals brechen würde. Quid vero, si quis rem alias in se non turpem, sed indifferentem se facturum ita impie promittat, v. g. Es verspricht einer bey Teufel holen, er wolte Bellinam heyrathen. Resp. majus vinculum ejusmodi execrativa assertio non inducit, sed majorem animi deliberationem probat. Hinc si cætera requisita non paria sint, h. e. si cætera requisita ad justitiam sponsaliorum necessaria non absint, promittens ad consummationem illorum non tenetur. Vid. *Petrus Mullerus in diss. de literis amatoriis th. 10.* Putarem tamen, quod hoc attinet, promittentem probe examinare debere suam conscientiam, quando implementum unice ab ejus dependet voluntate.

LXXXII.

LXXXII.

1. Seinsheimer (a) die ältisten,
Einheimer (b) die stöltzsten,
Grumbacher (c) die reichsten,
Seckendörffer (d) die meisten.

Est dictum Ostro-Francis solenne, quo Nobiles illos, qui ἐξοχὴν quandam præ aliis habent, significare volunt, hoc sensu: Inter Nobiles Franconiæ sunt

Seinsheimii antiquissimi,
Einheimii splendidissimi,
Grumbachii opulentissimi,
Et Seckendorffii numerosissimi.

2. (a) Domini a *Seinsheim* olim in liberæ, immediatæ Nobilitatis Franconiæ album se referebant; postea vero A. 1429. sub nomine Dynastarum in ordinem Liberorum S. R. I. Baronum & Statuum assumti, tandem vero tempore Leopoldi ad principalem dignitatem provecti sunt. De eorum vetustate insignibus & juribus vid. Imhof *in not. Proc. Germ. L. 5. c. 10. p. 262. ut & Conradus Dinnerus vulgo Trasybulus Lepta de ortu, vita & rebus gestis Georgii Ludovici Seinsheim, de quo Zeilerus in Epistol. Opere P. 1. Ep. 85. dixit:* Tant de peine pour bien amasser, puis mourir, & tout laisser. Add. *Dn. Laurentius Marquard in Dissert. sub præsidio ejus de Schvvarzenberga gloriosa Herbipoli habita p. 6. seqq.* Dantur præterea Barones a Seinsheim in Bavaria degentes, qui itidem e Franconia nostra oriundi sunt.

3. (b) Vel potius *Ehenheim*, aut priori syllaba contracta per syncopen *Enheim*; nec enim de Nobilibus ab Einheim me aliquid legisse memini. De Ehenheimiis

heimiis autem passim multa reperire licet. Ita *Dinnerus l. c. p. 6.* scribit, quod Dominus *Guilielmus ab Ehenheim*, nobilitatis & virtutis ergo olim fuerit inter seniores illos, qui una cum præfectis torneamentorum, totoque Gynæceo, & Heroldis, vel caduceatoribus omnibus, sortitioni & partitioni galearum, clenodiorumque, sive brabeorum & præmiorum examini, & armorum lustrationi præerant. Quicquid autem hujus sit, hodie neq; Ehenheimii neque Einheimii amplius apud nos in Francon. reperiuntur.

4. (c) Grumbachii illustres, adeo spectabiles olim fuerunt, ut multis ex ordine suo palmam disputaverint. Quid tristium fatorum autem Genti suæ accersiverit *Wilhelmus Grumbachius*, fundi & familiæ suæ calamitas, de eo testantur publica in hanc rem edita scripta, cujusmodi sunt: *Copia* des schreibens, so an meine gnädigste und gnädige Herren, die Churfürsten und Fürsten auf den 4ten Februarii 1564. Jahres zu Worms bey einander versammlet, Wilhelm von Grumbach, unterthänigst und unterthänig ausgehen lassen, und übersandt. It. Des hochwürdigsten Fürsten und Herrn, Herrn Friedrich Bischoffen zu Würtzburg, und Hertzogens zu Francken, warhaffte und gegründete verantwortung und ableinung des unwarhaften, erdichteten, und grundlosen schand- und laster-buchs, welche das Stift Würtzburg, treulose eydvergessene Lehenmänner, auch muthwillige aufrührer, offenbahre land-fried-brecher, und ächter, die sich nennen Wilhelm von Grumbach ꝛc. Anno 1564. It. Georg Ludwigens von Seinsheim kurtze ableinung und verantwortung etlicher unbeständiger unerfindlicher schmählicher zulagen, die Wilhelm von Grumbach ꝛc. 1590. Add. *Dn.* Hön in der Sachsen-Coburg. *Historia L. 2. p. 164. 170. 172. 180. & 189.* Sed & hæc familia superiori extincta fuit seculo, teste illustri *Dn. Seckendorffio in Comment. de*

Luthe-

Lutheranismo §. 126. p. 320. Conf. *Melisantes* in seiner curiösen beschreibung der berg-schlösser, *p. 406.*

5. (d) Seckendorffiana familia, sicuti e primaria nobilitate Franconiæ est, ita etiamnum jugiter quidem floret & viret, ita, ut illustris etiam *Dn. Christophorus Sigismundus* in Sugenheim, dignitatem Baronatus suæ posteritati acquisiverit, sed illos omnium numerosissimos esse, hodie dici nequit.

6. R. quod primum membrum concernit, est, quia Seinsheimii primo torneamentorum ludo Magdeburgi habito interfuisse scribuntur. *Cunradus Dinnerus d. l. Ratio* secundi a *Casparo Bruschio in Chronologia Monasteriorum p. 365.* qui etiam cum *Dn. Imhofio l. c.* Einheim pro Ehenheim ponit, hæc affertur, quod Ehenheimii amantes forte fuerint & studiosi, præter usitatum veterum Francorum morem, apparatus liberioris, & splendidioris cultus. Ratio tertii, quia Grumbachii multa eademque pinguia possederunt prædia. Ratio quarti, quia Seckendorffiorum stemma, præ cæteris familiis omnibus varie auctum & latissime propagatum fuit, cum non tantum in Ostro-Francia, sed & in Svevia ac Bavaria frequentes eos habitasse a *Bruschio l. c.* accepimus: dahero haben sie auch zu contradistinguirung der verschiedenen Linien besondere zunahmen angenommen, und sich Nolden, Abendar, und Gutend genennet.

7. Declara, valuisse hoc dicterium superioribus annis, hodie vero veritatem ejus labascere quadantenus. Ita scil. cum rebus comparatum est humanis, ut familiæ illustres, earumque fortunæ, mutentur cum tempore. Hæc subinde capit incrementum, & latenter crescit instar alluvionis, illa decrescit, imo prorsus extinguitur. Paucis: nihil tam constans & perpetuum in rebus humanis est, quam perpetua & constans omnium rerum vicissitudo atque inconstantia.

stantia. Sic de Nobilitate Hollandorum simile circumfertur dicterium, nimirum:

Wassenarios esse antiquissimos,
Egmontanos ditissimos,
Breterodios nobilissimos.

Gotfried. Hegenitius in Itinerario Frisio-Hollandico, p. m. 126. Voyez *les delices de la Hollande p. 217.*

LXXXIII.

1. **WEr von sieben redet, leugt gern** Cui numerus septenarius in ore est, ille mentiri amat.

2. Ratio hujus parœmiæ sicuti nulla idonea dari potest; ita diabolus sciens numerum septenarium sanctum esse & mysticum (also hat Christus sieben gänge an seinem leyden vor uns gethan, sieben wort am creutz ausgesprochen, sieben wunder haben sich bey seinem todt zugetragen, den siebenden tag hat sich GOtt erwählet, in der siebenden trübsal soll uns kein übel rühren. *Hiob. 5. v. 19.* sieben bitten haben wir im Vater-Unser, 6. stücke hasset der HErr, und am siebenden hat er einen greuel *Prov. 6. v. 16.* sieben tage betraurete man vordessen einen todten, *Sir. 22. v. 13. Gen. c. 50. v. 10.* siebentzigmal siebenmal solle man alle tag seinem nächsten verzeihen und vergeben. Am siebenden tage ist Jericho eingefallen, und sind sieben hall-jahrs posaunen getragen worden, durch sieben priester, und den letzten tag ist man siebenmal um Jericho herumgegangen, *Josua c. 6.*) eum in finem illam excogitasse videtur, ut numerum illum odiosum nobis faceret & suspectum. *Meisnerus* in widerlegten teutschen sprüch-wörtern, *n. 70. p. 28. Kunrath in Tract.* vom Hylealischen *chaos & quidem in præfat. statim ab initio.* Cumprimis quia etiam Ethnicis ille sacer fuit fatalis & solennis, nobisque hodienum familiaris. Sic septem testes illi requisiverunt ad testamentum solenne, septem illis fuerunt planetæ, septem viri sapientes,

pientes, septem miracula mundi, septem artes, septima mensis dies Phœbo dicata fuit *Alexander ab Alexandro L. 3. dierum Gen. c. 18. pag. 143.* septem montes vetus complectebatur Roma. *Alexander Donatus in Rom. vet. ac recenti L. 1. c. 17. p. 37. seqq.* Septimus annus fatalis est rebus publicis, perfecte beatus dicebatur terque quaterque h. e. septies beatus. Vid. Agentens dritter fonction erste *depeche p. 71. An. 1708.* & Tenzel in denen Monatlichen Unterredungen *de A. 1690. p. 785.* ubi versum illum allegat: (*stas.*

Post septem mea regna novemve videns mir abor ari-

Add. *D. Christ.* Juncker *in Diss. Hist. Phil. de mortibus ominosis Schleusingæ ventilata, Sect. 3. p. 20.* ubi ex Peucero observat, Saxonicæ familiæ septenos singulos utplurimum annos fuisse fatales. Apud nos in Franconia VII. dantur agrimensores, siebner, de quibus vid. *Wehner in obs. Pr. sub voc.* Umgänger *p. m. 412.* Septem olim dabantur Electores, septem dormitores, septimus quivis ætatis humanæ annus est climactericus, septimus dies in morbis acutissimis est criticus, septimus in ordine Regum Galliæ infelix est, vid. *Aut.* des Einmaleins *cum not. var. §. 506. p. 196.* Septem apud Pontificios sacramenta, septem fœminæ sapientes, septem consanguinitatis gradus prohibentur in jure Canon. juxta computationem veterem. *Schilterus in Instit. Jur. Canon. L. 2. th. 10. §. 21. & 22.* Septem annis ejusdem juris cursus absolvitur, *c. cum ex eo 34. de Elect. in 6.* Add. omnino *Carpzov.* Frag-Postill *Dom. 21. post Trin. p. 597.* Quare autem fœmina mala appelletur, eine böse sieben, non satis liquet. Si hariolari tamen licet, id forte exinde est: Im 16ten Seculo circa annum 1537. ist ein gewisses carten-spiel erfunden worden, so man das karnöffel-spiel genennet, damit hatte es diese bewandnis: Der sonst so genannte scherwentzel hies der karnöffel, damit konte man

man stechen den käyser und den pabst, der käyser aber war das daus, der pabst aber die sechse, welcher auch den käyser mit allen lands-knechten, h. e. unter- und ober-leuten stechen konte, ausgenommen den erwählten karnöffel oder scherwentzel. Ein gewisses blat war der faule Fritz genañt, der stach die zehen; endlich wurde auch die sieben, genannt die böse sieben oder der teufel, damit man den pabst, käyser, karnöffel, und alles andere weg-stechen konte. *Cyriacus* Spangenberg *in præfat. libri polemici, cui titulus*: wider die bösen sieben in teufels karnöffel-spiel *edit.* 1563. Ejusmodi böse sieben in S. Scriptura dicitur ein scorpion, wie solche Sirach also nennet *c.* 26. *v.* 10. putredo in ossibus mariti, ein eyter in seinen gebeinen, *Prov.* 12. *v.* 4. alias vero ein giftiges kraut, eine hummel, ein eßig-krug, ein haus-rauch, quæ tale epicedium meretur.

Hier liegt ein böses kraut zehn klafter tief begraben,
Der bittre wermuth-strauch bezeuget ihre gaben.
Ach lieber wanders-mann, ich bitte gar zu sehr,
Lies heimlich diese schrift, damit sie dich nicht hör.
Nun fleuch! fleuch wenn du kanst, sie hat dich schon vernommen,
Sie brum̃t im grabe schon, sie möchte wieder kommen.

Eodem plane isti recidunt versiculi:

Ein böses weib, ein herbe buß,
Weh dem, der eine haben muß;
Ich armer mann hab auch ein weib,
Die plagt mir meinen jungen leib,
O Gott! o tod! nim̃s weib zu dir, das creutz von mir,
So ist geholffen mir und ihr.

3. Decl. ergo, quod parœmia hæc egregie nos fallat, adeo, ut nulla præsumtio mendacii contra illum facienda sit, qui numero septenario in relatione sua utitur, cum per accidens saltim fiat, ut mentiens numero isto utatur. Conf. omnino *Hert. in Epidipnidibus Parœmiarum Jur. German. par.* 8. *p.* 12.

LXXXIV.

1. DEr nåchste zur sippe, (a) der nåchste zur erbschaft, vel: Je nåher dem sippe, je nåher dem erbe. Belgis dicitur: Die naest in't bloed, is naest in't goet, *Cyprianus Regnerus in Censura Belgica ad Nov. 117. c. 2.* Nos dicimus: Der nåchste in dem blut, ist der nåchste zu dem gut. Latini vero: Quanto propinquior cognatus, tanto proximior heres est; vel: Proximior sanguine, proximus quoque est hereditate; sive: Vicinior gradu, reliquis præponitur in successione ab intestato. *Nov. 118. c. 3. §. 1.*

2. (a) Est antiquissimum vocabulum, quod JCtis lineam sanguinis, qua cognati inter se cohærent, denotat. Vid. Spatens teutscher Sprach-schatz, *sub voc.* Linie *p. 1139.* Dicitur etiam: die sippzahl. Hinc formula: nach rechter sippzahl, vel rectius: nach recht der sippzahl succediren, h.e. secundum gradus prærogativam succedere. Conf. *idem sub voc.* Sippe *p. 1783.*

3. R. Quia proximior magis defuncto præsumitur dilectus, quam remotior, Conf. *Forsterus de success. ab intest. p. m. 246. n. 7.*

4. Declar. 1) quando nimirum defunctus nullum condidit testamentum, adeoque ab intestato decessit.

5. Declar. 2) quatenus defunctus nullos fratres aut sorores, fratrumque & sororum liberos, sed remotiores cognatos relinquit, v. g. patruum & nepotem ex fratre.

6. Ampl. 1) ut procedat, sive bona a defuncti patre sive matre provenerint.

7. Ampl. 2) ut idem procedat quoad jus Saxonicum & Franconicum.

8. Fallit (1) de jure feudali, ubi remotior agnatus excludit proximiorem cognatum. *Richter. de Success. Sect. 3. memb. 1. n. 84.* Aliud tamen, si in literis investituræ clausula adjecta: Nach rechter sippzahl, sic enim simultanee investiti omnes indistincte non admittuntur, sed pariter ad gradus prærogativam respicitur, *Stryck. in Exam. Jur. feud. c. 16. Q. 26.* Quæ ipsa tamen proximitas gradus æstimanda est ex ultimo possessore, non vero primo acquirente, *Vultejus de feud. L. 1. c. 9. n. 233.* nisi & feudum concessum sit cum clausula: nach rechter sippzahl, *Textor in Praxi judic. P. 2. c. 1. n. 97.* Dissentitur plerumque & sic successionem feudalem ad terminos juris communis reduci dicitur.

9. Fallit (2) eo casu de jure civili, quando defuncti frater & pater aut mater concurrunt: sic enim frater admittitur, utut gradu sit remotior, *Nov. 118. c. 2. Cyprianus Regnerus d. l.*

10. Fallit (3) si cum defuncti patruo concurrat frater unilateralis: hoc enim casu iste ab hoc exluditur, utut gradu sint æquales. *Auth. post fratres C. de legit. heredit. Richter. d. l. n. 64.* qui *n. 65.* Rationem suppeditat.

11. Fallit (4) eo casu, ubi repræsentatio locum habet. Sic enim remotior admittitur ad successionem, *Nov. 118. c. 3.* utut statuto cautum sit, daß das nächste blut erbe auch das gut. *Nolden de success. ab int. p. 109. Forster. d. l. L. 4. c. 22. n. 10.* Obtinere autem jus repræsentationis in linea recta descendenti in infinitum, recte asserit idem *Nolden d. l.* Unde etiam de jure Saxonico, quod non attendit repræsentationem, fratres fratrum liberos penitus excludunt. *Dn. Stryck. de success. ab int. diss. 3. c. 3. §. 3. Statut. Mind. L. 2. t. 2. art. 11. Schneidevv. de success. rubr. de tertio ordine succedentium n. 14. p. m. 733.* sc. in successione

allodialium: in feudis enim etiam in Saxonia fratrum liberi ad ductum juris civilis concurrunt cum defuncti fratribus. *Id. d. l. §. 4.* Contra, quia defuncti patruus & fratris filius in uno eodemque sc. tertio constituti sunt gradu; ita æqualiter ad hereditatem defuncti admittendi sunt, *l. 10. §. 14. ff. de Grad. & affin.* Idem dicendum est de defuncti fratre unilaterali, utpote qui pariter concurrit cum defuncti patruo. *Schneidevv. d. l. n. 26. seqq.* quia enim iste ob vinculi unitatem gradu fit remotior, & sic in tertium constituitur, ideo & hic, qui pariter in tertio est, admittitur. An vero & fratrum unilateralium liberi admittendi sint cum patruo, dubito, quia isti ob unitatem vinculi in quarto sunt defuncto juncti, hic vero in tertio. Interim affirmativam tenet *Richt. d. l. n. 68.*

12. Fallit (5) quando bona defuncti fisco cedunt, aut adest heres scriptus sive testamentarius: hic enim excludit omnes consanguineos, etiam proximiores.

LXXXV.

1. **Mit gestohlen, mit gehencket.** Furti auxiliator cum fure suspendatur. Addunt nonnulli: **Mit gehuret, mit ertråncket,** de quo vid. *sub voc:* **Hur: Den dieb soll man hencken und die hur ertråncken.** It. **Mit gemachet, mit gesündiget, Mit begangen, mit gefangen, Mit gestohlen, mit gehangen.**

2. R. Quia fur ejusque auxiliator in pari sunt reatu.

3. Declar. quatenus nimirum auxiliator (1) fraudulenter, adeoque animo doloso & deliberato præbet auxilium, (2) animo lucrandi, (3) realiter, h. e. ope & industria, ita, ut verba nuda excludantur. v. g. instrumenta suppeditando, & (4) immediate, v. g. **Wenn man auf der schildwacht stehet, die leiter hålt, die**

thür

thür hilfft aufbrechen. Sola enim furti participatio, solumque consilium, imo ne quidem omne auxilium, ante furtum cooperativum furem faciunt suspendii reum, sed requiritur in casu auxilii ante furtum præstiti, ut auxiliator non tantum de furto participaverit, sed & furtum sine eo vel omnino non, vel non facile commissum fuisset. *Illustr. Baro de Lyncker in Diss. sub ejus Præsid. de Auxiliatoribus furum habita, sect. 4. th. 5.* quæ distinctio auxilii proximi & remoti cessat in casu, ubi illud in ipso delicto præstitum.

4. Fallit 1) ergo quoad illos, qui consilium tantum, utut instructorium præbuerunt, vid. *Dn. Hoppius in Comment. Inst. ad d. §. 11. in usu hodierno p. 80.* ubi etiam in tali casu, si participatio accesserit, laquei pœnam ex nonnullorum locorum statutis obtinere tradit.

5. Fallit 2) in illis, qui post furtum commissum & consummatum præstant auxilium, utpote qui extraordinarie saltem puniuntur, *Illustr. Dn. Lyncker d. l. t. 7.* cujusmodi sunt furum receptores, & rerum furtivarum emtores. Idem de iis dicendum, qui ante delictum auxilium quidem ferunt, sed remotivum, v. g. Wenn einer die gelegenheit und den modum zu stehlen an die hand giebet, *ibid. th. 5.* Conf. *Dn. Berger in Electis Jurisprud. Crim. c. 1. th. 4. p. 10.*

LXXXVI.

1. Säckel und stift (steft) müssen beysammen seyn. Marsupium & fibula conjuncta esse debent; sive: Marsupio annexa esse debet fibula. Nimirum alluditur hic ad rusticos, qui in caligis suis marsupia habent, säck- oder täschlein, quæ funiculis adstringuntur, sie werden mit einem ledernen bändelein,

woran fornen ein stefft ist, zugeschnüret. Sicut autem funiculi isti nihil aut parum prosunt, nisi insimul quis potitus fuerit marsupio, pecuniam continente, ita etiam sensus parœmiæ hic est: quod *Episcopatus & aliæ fundationes, quæ per* stefft *intelliguntur, non admodum juvent, nisi ad seculum* (id enim per säckel hic denotatur) h. e. *ad usum profanum redactæ fuerint.*

2. Originem quod concernit, illam ita refert *Burgoldensis ad Instrum. Pac. Osnabrugo-Monast. P. 1. discursu 1. §. 86. p. 100.* Cum scilicet ob edictum Cæsareum de bonis restituendis Ecclesiasticis ortum fuisset bellum sacrum, tunc excepta fuit. Magni alicujus Principis vox: Er achte der säckel nicht, wann keine stifften mehr dran wären. An & quousque autem bona ecclesiastica ex sua conditone in secularem transmutare liceat? vid. *apud Juris publici Scriptores.* Conf. *Dn. D. Bœtticheri, Professoris Helmstadiensis Diss. sub ejus præsidio de secularisatione habita per tot.*

LXXXVII.

1. Die ärgsten studenten werden die frömsten prediger. Improbissimi studiosorum evadunt in optimos ecclesiæ ministros.

2. R. Quia nebulones cognoscunt, sie wissen, wie einem schalck um das hertz ist. *B. Hulsemannus in Diss. de ministris ecclesiæ th. 6. n. 1.*

3. Declar. 1) quod valde improbum hoc sit proverbium, ita, ut ab aliquo probo vix probatum fuerit. *ibid.*

4. Declara tamen 2) fieri posse, ut improbus studiosus probus fiat pastor, si nimirum (a) manifestam

& veram egerit pœnitentiam. Exemplum luculentum præbet nobis Paulus, qui ex Saulo factus est Paulus, *Act. 9, 1. seqq.* Alias enim si studiosi cum vita vitia continuant, sibi aliisque nocentes, viam semel ingressam, cum præsentissimo salutis discrimine, progrediuntur. Conf. *Hulsemannus d. l.* Nec (b) delictum nimis scandalosum commiserit; talis enim ne quidem post actam pœnitentiam facile eligendus est, *ibid. n. 2.* **Damit nicht ihr amt verlästert werde,** *2. ad Cor. 6, 3.* **Ein geistlicher muß ein gut zeugniß haben,** *1. Tim. 3, 7. 10.* Pilum, non animum, mutat lupus.

5. Ejusdem farinæ illud ex opposito est, **ein junger heiliger, ein alter teufel,** de quo vid. *Meisnerus* **in seinen widerlegten teutschen Sprüch-wörtern,** *n. 1. p. 1.* De illo directorio: **Wenn ein engel ein teufel wird, so wird er gar böß,** vid. *Richterus in Axiom. Oeconom. n. 213. p. m. 380.* Add. **Reinkingk in der Bibl. Policey,** *p. 34.* ubi hoc ad Apostatas applicatur. Pertinet & huc illa Philosophorum regula: Quo res nobilior est in suo esse, eo deterior fit in sui corruptione *ib. p. 35.*

LXXXIIX.

1. **DIe tochter** (a) **frißt die mutter.** Matrem devorat filia.

2. (a) Nota, quod h. l. per filiam intelligantur usuræ, ut pote quæ tanquam filia a sorte, ut matre, gignuntur, ita, ut sensus sit: *usuræ ipsam sortem consumunt, sive absorbent,* vel etiam, *usuræ faciunt, ut ille, qui eas solvere tenetur, intra breve tempus redigatur ad incitas.*

3. R. Quia, etiamsi usuræ solvantur tantum quincunces a debitore 5. pro cent. **oder vom** 100. attamen, lapso viginti annorum spatio, tantas usuras recepit creditor, quanta ipsa sors est, quam tamen adhuc sigillatim petendam habet.

4. Decl. ita, ut matrem nunc citius, nunc aliquantum tardius devoret filia. Illud contingit, quando usuræ sunt immodicæ, unde: Wucher hat schnelle füße, und lauft ehe man sich umsiehet; hoc vero, quando sunt moderatiores. Quapropter etiam fœnori Romanis legibus modus præscriptus. *Hert. in Select. & Rar. ex univ. Jurisprud. Argum. L. 1. de Parœm. Jur. Germ. par. 56. p. 504. v. 9.* De jure imperii licitæ sunt quincunces, & sic intra viginti annos, uti dictum, mater devoratur. Praxi tamen prava hodie in quibusdam locis Franconiæ etiam semissales, septunces & bessales tolerantur, imprimis in favorem Judæorum, sed invita lege publica.

LXXXIX.

1. **Wer stiehlt, wenn er truncken ist, der wird gehenckt, wann er nüchtern ist.** Qui ebrius furatur, ille sobrius strangulatur; vel: **Wer im truncкenen muth stiehlt, muß im nüchtern hängen**; vel: **Was einer trunckener weise sündiget, das muß er nüchtern büssen.** Peccans vel furans in ebrietate, sobrius factus luit pœnas.

2. Quia ebrietas causa est delicti, ideo actio imputatur quoque ebrio, cum causa causæ sit etiam causa causati, *Dn. Hertius de Parœmiis Jur. Germ. L. 3. par. 1. §. 5. p. 605. quæ extant in Rar. & Select. ex univ. Jurispr. Argum.*

3. Contrariatur jus civile, vid. *l. omne delictum 6. §. 7. ff. de Re Milit.* propterea quia in ebriis nulla est ratio, nec ullum vitæ gerendæ rectum consilium, *Sonneman. in Leg. Notab. sub Lit. O. l. 5. p. m. 249.*

4. Declar. 1) valere parœmiam, imprimis illis casibus, ubi quis ex proposito, ut delictum committeret,

ret, inebriatus fuit. Conf. *Dn. Bœtticher in Dissert. de rebus sanctis, Helmstadii habita, §. 12.*

5. Declar. 2) quatenus ebrius mentis manet compos, & quid agat, recordatur. Conf. *Dn. Bergeri Disp. de Pœna tratto di corda Lips. habita, c. 3. §. 3. Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Com. sub voc. Ebriet. ax. 1.*

6. Ampl. procedere delictum non tantum quoad furtum, sed & quoad alia delicta.

7. Limit. ut tamen non eo modo puniatur, ebrius, quo sobrius alias puniri solet, *Hertius d. l.* sed extra ordinem saltem.

8. Fallit (1) in rebus indifferentibus, ubi actus, ab ebrio exercitus, pro morali non existimatur, *ibid. §. 5. p. 625.*

9. Fallit (2) quoad pœnam ordinariam, utpote quæ per vinum lapsis remissa est, *d. l. 6. ff. de Re milit.* Conf. *l. 12. C. de Cust. & exhib.* etiamsi quis vinum amet, & ebriosus sit, *Hertius d. l. p. 582. par. 115. Fabricius ad Gailium L. 1. ob. 110. Brunnem. ad l. 6. ff. de Re milit.* Sufficit enim, quod deficiat ratio, & sic formale actionis. *Dissentit Gailius L. 2. obs. 110. n. 27. & Tabor d. l.* sed frustra! quia rationibus eorum nihil aliud evincitur, quam quod & ebriositas, & delictum ab ebrioso commissum, punienda sint. Quod vero eadem, qua alius, qui sobrius & rationis compos est, pœna afficitur, plectendus sit, id exinde non probabitur.

10. Fallit (3) quoad ebrietatem in summo gradu, quæ rationem omnem respuit.

11. Fallit (4) quoad illos, qui inviti ab aliis inebriati sunt.

XC.

1. DJe mutter sagt es, der vater glaubt es, ein narr zweifelt dran. Mater dicit, pater

pater credit, stultus dubitat, sc. hunc esse illius gnatum. Brevibus: sufficit ad probationem filiationis, quando mater dicit, se filium hunc suscepisse ex suo marito, & maritus illi habet fidem.

2. R. Quia impossibile est, ut quis probet, se esse filium patris, vere scilicet & ita, ut nullum dubium amplius supersit, quia in statu naturæ sciri non potest, cujus patris filius sit, nisi ex indicio matris, *Thomas Hobes in Element. Philos. de cive c. 9.* Notanter autem dictum VERE: præsumtive enim quin probari possit filiatio per conjecturas, veluti ex cohabitatione mariti & uxoris, suppeditatione alimentorum, nominatione, & educatione, similitudine inter patrem & filium &c. constans Doctorum assertio est. Conf. *Abele in Metamorphosi telæ judiciariæ, P. 1. cas. 8. p. 32. Marcellus Cala de articulandi & probandi modo, p. 213. n. 270. seqq. Dornsberger in Syntagm. Jur. L. 1. t. 1. Lit. F. sub voc. Filiatio p. 37. Palæotus de Nothis c. 21. Thomasius in Vol. Disputat. 10. c. 3. §. 7. p. 685.* Qua propter etiam filius legitimus describitur, quod sit, quem justæ nuptiæ demonstrant, es ist genug, wenn man in der ehe gezeuget worden, so lang, bis das gegentheil erwiesen. Add. *Matthæi de Probationibus c. 1. n. 43. p. 30.* Aliud quoad matrem dicendum, quæ certa esse potest de suis liberis, *l. 5. ff. de in jus voc.* Die mutter kan wohl gewiß seyn, daß dieses ihr sohn oder tochter sey, aber nicht der vater. *Dn. Thomasius d. l. §. 6. seq.* Mater inquit MENANDER, amat magis liberos quam pater, suum enim ipsa filium cognovit, ille putat. Hinc est, ut, si quis sub conditione, si filium meum se esse judici probaverit, institutus sit, institutus non videatur, propter conditionem, cujus adimpletio in ejus potestate non

non est, & hinc testamentum non valeat. *l. 83. ff. de Cond. & Dem.* Add. *Dn. Thomas. d. l. §. 16. & 17. p. 693.*

3. Ampliatur ita, ut si mater dicat, filium suum esse adulterinum, tamen fides ei non habeatur, quia propriam allegat turpitudinem, hanc autem alleganti non creditur, in præjudicium scilicet tertii, *l. Imperatores 29. §. 1. ff. de Probat. & præsumt.* Conf. *omnino A. 4. Sc. 1. in Hecyra apud Terentium.*

XCI.

1. **Heimliche (a) verlöbniß stiften keine ehe. Clandestina sponsalia non obligant ad matrimonium.**

2. (a) Sponsalia vel late vel stricte clandestina sunt; illa sunt, quæ quidem in præsentia testium, sed sine parentum consensu contrahuntur; hæc vero, quibus nulli plane, vel non sufficientes adhibentur testes. *Exc. Dn. Stryckius de Dissensu sponsalitio Sect. 4. c. 1. §. 30. p. 158. Joachimus a Beust. de sponsalibus P. 1. c. 13.* Ubi tamen notandum, unum testem non sufficere ad id, ut sponsalia habeantur pro publicis, *l. 12. ff. de testibus, prælaudatus Dn. Stryck. d. l. §. 29.* nec Parentes pro liberis admitti testes, imprimis si illi optant, ut matrimonium sequatur, *Mascardus de Probationibus V. 2. concl. 1022. n. 25.* resque venit in litem, & probatio necessaria est *Mevius P. 8. dec. 38. n. 5.* ita, ut tali casu, sponsalia regulariter pro clandestinis reputentur, quibus nemo interfuit, præter parentes. Quid de aliis domesticis & cognatis dicendum, vid. *Mascardus d. l. & Stryck. d. l. §. 29.* Add. *Carpz. in Jurispr. Consist. L. 3. def. 43. per tot.*

3. R. quoniam dolose fieri censentur, quæ clam aguntur, *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Comm. sub voc. clam, ax. 1.* quæ autem dolose fiunt, subsistere non possunt, cum nemini dolus suus patrocinari debeat,

debeat, *ibid. sub voc. dolus*, *ax. 22.* imo ipso jure nulla sunt, *§. 12. Inst. de Nupt.* quia, quod contra legem prohibentem fit, id ipso jure nullum est, *l. 5. C. de LL.* & pro non facto reputatur, quia paria sunt, non fieri & non recte fieri. Add. *Dn. Stryck. d. l. Sect. 1. §. 36. p. 35.* 2) quia omnia εὐτάκτως decenter & ordine fieri debent in Ecclesia, 3) quia ex clandestinis sponsalibus innumera incommoda & lites inextricabiles oriuntur, & 4) quia nonnullæ Ethnicæ gentes, naturam ducem solum secutæ, agnoverunt sponsalia palam facienda esse. *Dn. Brucknerus in Dissert. de sponsalibus clandestinis juratis Erfurti habita*, *§. 7.*

4. Probatur parœmia nostra per *can. aliter & can. nostrates. c. 30. q. 5. Exod. 20. v. 12. Matth. 15. v. 4. 5. 6. l. 73. §. 2. ff. de R. J. l. 12. 20. C. de Nupt. l. 7. §. 1. ff. de sponsalibus. pr. inst. de Nupt. Hugo Grot. de jure Belli ac Pacis, L. 2. c. 5. §. 10. n. 1. 2. & 3. & accuratissimus Dn. Thomasius in Dissert. de Validitate conjugii, invitis parentibus contracti, quæ Lipsiæ olim prodiit. Exempla vid. Genes. 24, 33. 50. it. Jud. 14, 2. 3.*

5. Declara imprimis istam intelligi de sponsalibus, ob paterni consensus defectum clandestinis, vid. *Dn. Stryck. d. l. §. 36. p. 35. Cypræus de Sponsalibus c. 10. §. 9. p. 352.* Illa enim quæ ob defectum testium clandestina sunt, pro nullis & irritis non haberi debent, quia non adhibentur solennitatis, sed probationis causa, actus autem probatione destituti non statim ipso jure nulli sunt, maxime quoad jus divinum naturale & Romanum; Quapropter etiam confessio contrahentium tantam vim conciliat sponsalibus clandestinis, ut per eam convalidentur, adeo, ut partes ad impletionem eorum adigi queant; nisi sc. statuto vel lege aliud introductum, prout de Saxoniæ Electoratu testatur *Carpz. in jurispr. Consf. l. 2. def. 35. Bruckn. d. l.* Quicquid autem hujus sit, de

jure

jure Canon. & nostrorum Consistoriorum constitutionibus, generaliter interdicta esse sponsalia clandestina, & destitui obligandi efficacia, testatur *Dn. Stryck. d. l. Sect. 1. §. 36. p. 36.*

6. Ampl. etiam si juramento fuerint confirmata. *Idem Dn. Stryck. d. l. Sect. 1. §. 37. p. 36.* Conf. *Bruckneri Diss. d. l. §. 10. seqq.*

7. Limitatur, nisi ad sponsalia clandestina veniat copula carnalis aut sacerdotalis, vel promissionis clandestinæ publice facta reiteratio, *ibid. Sect. 4. §. 32. p. 159. Bruckner. d. l. th. 10. & 9.* Sed enim praxin hanc, quoad duo priora membra, juri non esse conformem, exinde facile patet, quia præsupposito hoc, quod sponsalia sine parentum consensu inita, ipso jure nulla sint, illa per supervenientem concubitum, aut benedictionem sacerdotalem convalescere non possunt, siquidem quod ab initio vitiosum est, ex post facto per alium actum vitiosum vires recipere nequit. Aut dicendum igitur consensum parentum non esse de essentia sponsaliorum, sed tantum de honestate & necessitate, aut praxis nostra irrationabilis & ea propter reformanda est. Add. *Dn. Stryck. d. ult. loc. Cypræus de sponsalibus p. m. 300.*

XCII.

1. **Unwissend sündiget nicht.** Ignorans, sive nescius, non peccat.

2. R. Quia ignorans invitus agit. Duæ quippe species inviti sunt: altera per violentiam, altera per ignorantiam, nimirum respectu agentis: respectu enim tertii invitus opponi potest ignoranti. Vid. *Schilterus in Manuductione ad Phil. Mor. c. 7. §. 21. p. m. 278. ubi l. 26. ff. de R. J.* allegatur. Ratio rationis, quia in ignorante deficit principium actionis voluntariæ, scientia nempe & voluntas.

3. De-

3. Declar. 1) valere dictum quoad ignorantiam facti, *l. 1. & 9. ff. de ignor. fact. & jur. Schilterus d. l. p. 282.* alieni nimirum: proprii enim facti ignorantia regulariter non excusat.

4. Declar. 2) ita, ut procedat quoad illam circumstantiam & qualitatem facti, quæ ignorantem latet, & prudentissimos etiam fallere potest. Dicitur alias a Philosophis ignorantia particularium. *Schilter d. l.* E. G. qui rem habet cum aliqua fœmina, nescius, quod ipsius frater aut pater eam jam tum carnaliter cognoverit, punitur quidem ut stuprator, quia stuprum non ignoravit, sed non ut incestuosus, quia circumstantia illa, quæ incestum inducit, ipsum latuit. Conf. *Blumlach. ad Const. Crim. Car. V. art. 117. n. 11. p. m. 257. Carpz. Pract. Crim. P. 2. q. 74. n. 69. & 97.* Et ita judicatum quoque fuit apud nos in Comitatu Castellano.

5. Declara 3) ita ut procedat quoad ignorantiam involuntariam, quæ actum voluntatis antecedit, &, qua remota actio non esset futura. *Itterus in Synopsi Philos. Mor. L. 2. c. 4. p. 67.*

6. Fallit 1) quoad ignorantiam voluntariam, quæ actum voluntatis vel consequitur vel concomitatur: illa nunquam reddit actionem simpliciter invitam; hæc vero excusat quidem eam, sed non reddit proprie invitam.

7. Fallit 2) quoad ignorantiam juris finiti, h. e. definiti, descripti & promulgati. *Schilter. d. l. §. 23. p. 280.* quod cognosci, adeoque ignorantia expelli & vinci potest, uno verbo: fallit quoad ignorantiam vincibilem, ita tamen, ut excipiantur minores, fœminæ, milites, rustici, pagani & omnes illi, qui nec ipsi sua prudentia instructi sunt, nec JCti alicujus copiam habent. Quæ sicuti cum grano salis accipienda; ita etiam de doctrina hac videri possunt

Dd.

Dd. ad tit. ff. de Jur. & fact. ign. Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Com. sub voc. ignorantia. Add. *Dn. D. Thomæ Dissert. acad. de ignorantia justa & probabili, ut & D. Kleinii, JCti Rostochiensis Famigeratissimi Dissert. Acad. de innoxia mulierum juris ignorantia.* Conf. *par.* **Irren ist menschlich**; error enim est pravæ dispositionis, quemadmodum ignorantia est puræ privationis, adeoque ab illo ad hanc, tanquam a minori ad majus optime procedit argumentatio.

8. Ampl. ut procedat non tantum de jure divino, vid. *Genes. c. 20. v. 5. 6. c. 28. v. 1. 2. Sam. 15. v. 11. Act. 23. v. 5.* sed & naturali ac civili, *Schilterus d. l. p. 284. §. 29.*

XCIII.

1. **Kinder und narren sagen die warheit.** Infantes & stulti dicunt veritatem.

2. R. Quia intelligunt aliquid & nihil, aut certe parum fingere possunt: nec enim perfectum judicium ad veritatem dicendam requiritur. *Dn. Hertius in Select. & Rar. ex Univ. Jurisprud. Argum. de Paræm. Jur. Germ. L. 1. par. 59. p. 507.*

3. Declar. 1) scilicet in talibus rebus, quæ captum eorum non excedunt. *Dn. Hertius d. l. Matthæi de Probationibus c. 5. n. 18.*

4. Declara 2) quatenus sponte veniunt & testimonium perhibent. *l. 19. §. 1. de test. cap. 14. & 15. Hertius d. l.*

5. Declara 3) esse quidem eos idoneos testes, sed non omni exceptione majores; tantum enim abest, ut tales sint, ut potius testimonium eorum suspectum sit & invalidum. *Aufrerius de testibus n. 55. p. m. 365.* Quantum autem fidei ipsis tribuendum sit, judi-

judicis est arbitrari, *d. l. 3. §. 1. de test. Hertius d. l. Curtius in Tr. de test. n. 115. p. m. 345.* tradit, duos infantes semiplenam facere probationem.

6. Limit. 1) nisi statutis aut pactis illi testimonio ferendo penitus arceantur, aut certus numerus annorum determinatus sit. Sic v. g. secundum jus Borussiæ, Wurtenbergicum & Hamburgicum plane non admittuntur, qui annum ætatis decimum quartum non impleverunt, *ibid.* Lim. 2) nisi quis omnino fatuus & indiscretus homo & stolidus sit. *Althusius in dicæologica Lib. 3. c. 32. n. 5. p. 692. Menochius de Arbit. Judic. Quæstion. cas. 326.*

7. Fallit in judiciis publicis, *l. 3. §. 5. ff. de Testam.* nisi impuberes ætati adultæ propiores sint: sic enim ex quorundam sententia etiam in quibusdam delictis testes audiuntur. *Brunnemannus in Proc. Crim. c. 8. memb. 2. n. 30. seqq. Hertius d. l.* cumprimis, si alia desint argumenta, *Matthæi d. l. n. 29. p. 332.* aut aliquid in tali loco admissum sit, ubi præter impuberem fortassis nemo adfuit. *ibid.* Add. omnino *Crusius de indiciis delictorum, P. 1. c. 97. p. 320. per tot.* De testimonio futurorum & stupidorum vid. *Nicolai in Processu judiciario p. m. 271.* Scilicet admittuntur fatui primi generis, quoad illa quæ viderunt, ut & insipidi & simplices, modo non careant intellectu.

XCIV.

1. **Alle waffen (a) müssen gold oder silber (b) haben.** Omnia arma habere debent aurum vel argentum.

2. (a) Waffen h. l. idem sunt ac Wappen, insignia; illa vox novior, hæc antiquior & Saxonica est. Vid. tamen *Limnæus de jure Publico L. 6. c. 6. n. 7. p. 187.* Dicun-

Dicuntur autem insignia ideo arma, quoniam olim arma insignibus erant ornata. Lindenspuhr, *in Tract. de successionibus ac mutationibus imperiorum p. m. 252.* qui extat in *Tractatibus Academicis Leuchtii de Jurisdictione.* Quotuplicia autem sint insignia? de eo vid. *Besoldus in Thes. Pract. sub voc.* Wappen, *pag. m. 988. De ipsa voce* Wappen vid. Spathe im teutschen Sprach-schatz, *sub voc.* Wap; *p. m. 2434.*

3. (b) Gold, silber, h. l. denotat colorem, qui aureus & argenteus, flavus & albus est; illum denotat sol, hunc vero luna, vid. Böckler in der Herolds-kunst, *P. 13. p. m. 79.* Sensus ergo parœmiæ est: *Omnia insignia debent continere colorem album aut flavum.*

4. R. Quia alias insignia pro spuriis habentur. *Thomasius in Vol. Dissertat. Acad. Dissert. 4. c. 2. §. 73. p. m. 330.*

5. Declara: intelligi debere adagium disjunctive, gold oder silber; regulariter enim isti duo colores, gold und silber, concurrere non debent, weis auf gelb, oder gelb auf weis, gehet nicht an. Böckler & Lindenspuhr *l. c.*

XCV.

1. Christus hat viel diener, aber wenig nachfolger. Christus multos habet amatores, sed paucos imitatores. Sensus est: *maxima pars Christianorum vult servire Christo, & ejus esse assecla, sed pauci ad imitationem & exemplum Christi mores suos componunt & vitam suam instituunt*, contra illud *Joh. c. 12, 26.* Wer mir dienen will, der folge mir nach.

2. R. 1) Quia vulgus Christianorum persvasus est, Christianismum unice consistere in legendo, audiendo, & discendo verbo divino, sive in cultu divino. 2) quia vera praxis Christianismi veteri Adamo, & carni nostræ valde molesta est & gravis.

3. Declara valere & loqui dicterium hoc de vera imitatione, quæ consistit in pia vita ad exemplum Christi instituta, quæque inseparabiliter cum vera doctrina connectitur, de qua *Thomas a Kempis elegantissimum edidit libellum*, denn das wahre Christenthum hat zwey essential-stück, richtige lehre, oder unverfälschten glauben, und denn heiligen und gottseeligen wandel, ohne welchen jene todt, und allein ein unbeseeltes bild des Christenthums ist. Reinhold von Derschaw, in der christlichen wanderschaft des christlichen wanders-manns. *L. 4. c. 5. p. 596.* Uno verbo: Christianismus non tantum in credendis, sed etiam in agendis & faciendis consistit: illa, scilicet credenda ad theoriam, hæc vero, nimirum agenda & facienda, ad praxin spectant. Non igitur sufficit, doctum esse in sacra scriptura & eruditum, δυνατὸν τοὺς ἀντιλέγοντας ἐλέγχειν *ad Tit. 1. v. 9.* Sed oportet nos etiam, quæ dicimus, audivimus & legimus, ita in succum vertere, & sanguinem, ut ad exemplum Christi pie vivamus, & obedientiam præstemus. *Christum*, inquit *BERNHARDUS*, *sequendo potius apprehendes, quam legendo.* Man muß das exempel heiligen lebens Christi, seine demuth, liebe, sanftmuth und gedult, creutz, schmertz und verachtung allezeit vor augen haben, ob es gleich dem fleisch wehe thut, und sauer ankommet. Vid. die vorrede über Herrn Arnds wahres Christenthum. Aliud est verbum divinum callere, contemplari, & se illo quadantenus oblectari, aliud vero est secundum illud agere & vivere, ein anders ist gelehrt in christlicher

lehre,

lehre, ein anders ein guter christ seyn, und wieder ein anders, das wort GOttes gerne hören, lesen, beten, und es dabey bewenden lassen, und wieder ein anders, selbiges in seinem hertzen bewahren, und darnach thun, und abermal ein anders, also darnach thun, daß man sich zwar vor denen groben und erkannten sünden hütet, hingegen tausenderley unerkannte tod-sünden begehet und zu schulden bringet. Sola scientia fidem non absolvit; qui enim Christum non imitatur, in ipsum quoque non credit, sed est κύμβαλον ἀλαλάζον, juxta *1. ad Cor. 13. v. 1.* Sic multi sunt, (quod tamen non nisi cum grano salis, & ita, ut cultui divino debitus honor servetur integer, dictum esto) qui quam diligentissime frequentant ecclesias, inibi verbo divino benevolas præbent aures, illud jugiter deprædicant, stentorea voce cantant, ad sacram synaxin justo & statuto tempore accedunt, & quibus cultui divino ante factam benedictionem, ehe der seegen gesprochen, se subducere religioni est; sed pauci, qui isthinc abeuntes vitam, verbo audito conformem, sibi proponunt, satis esse putantes, quod illud auribus perceperint, das heisset recht, du danckest wohl fein, aber der andere wird nicht davon gebessert, *1. Cor. 14. v. 17.* ja du selbst nicht: und wenn man zu einem solchen menschen, der da vermeynet, dem christenthum wäre ein genügen durch kirchen gehen, beten, singen, öftern gebrauch des heiligen abendmahls und dergleichen geschehen, sagte, er wäre noch kein rechter guter christ, er lebte nicht christlich, er wäre nur ein zuhörer und kein thäter des worts, oder er beichtete oft und besserte sich niemahls, so würde man tausenderley anfechtung, und wohl gar schwere injurien-Process sich über den hals ziehen, oder hören müssen, daß man ein Singularist, ein Separist, ein Pietist, und ich weiß nicht was sonsten mehr wäre; also gar sind wir verblendet

und eingenommen, abſonderlich wann es an die ausübung der liebe gegen den nächſten kommet, da hat man allerhand inventiones und einfälle, wie man ein guter chriſt ſeyn, und gleichwol dabey im handel und wandel ſeinen armen nächſten vervortheilen, ihme das geld aus dem beutel practiciren, und die trübſal allein überlaſſen, vor ſich aber den gewinſt und nutzen ſuchen könne, contra dictum Apoſtoli *1. ad Cor. 13.* Wie räumet ſich dieſes mit der definition eines chriſtens? ſo darinnen beſtehet, daß er wahrhaftig an Chriſtum glaube, in täglicher buße lebe, und von hertzen begehre GOTT über alles, und ſeinen nächſten als ſich ſelbſt zu lieben. Conf. omnino Reinhold von Derſchau, *l. c. L. 6. c. 14. p. m. 722. & 995.* Gerber *P. 1.* von denen unerkannten ſünden der welt, *c. 97. p. 1440. & c. 64. pag. 986.*

4. Ampl. ut procedat tam quoad clericos, quam laicos, cum & inter clericos multi dentur, qui nomine tantum, non inſimul re, Chriſti ſunt miniſtri, & amatores, quia non niſi lucri cauſa officium ſuum faciunt, & ne minimam quidem ejus partem ſine data mercede, adeoque ex amore Chriſtiano, expediunt. Add. *Dn. Spenerus* in denen von ihme *edirten* 12. Klagen *A. L. G.* über das ärgerlich- und chriſtliche Chriſtenthum, *p. m. 26. ſeq. & 43.*

XCVI.

1. DJe wieſe gehet in das heu zu St. Georgen-tag/ h. e. prata abeunt in fœnum, ſive exgramine fit fœnum, die St. Georgii. Quid inde? dicis. Reſp. id ſcilicet exinde ſequitur, ut in agris & pratis juri paſcendi obnoxiis, ab eo tempore non amplius paſce-

pascere liceat animalia, weil sodann die felder geschlossen, und die wiesen geheeget werden müssen. Alias dicitur: Auf St. Jürgen soll man die kühe von denen wiesen wieder schürgen, h. e. mit gewalt wegjagen oder wegtreiben.

2. Declara ita, ut procedat maxime in Thuringia & Francouia, ubi pratorum non adeo magna copia est, & duret usque ad festum Michaelis, secundum stylum veterem.

3. Except. 1) nisi quis per præscriptionem etiam post festum St. Georgii pasturam exercendam acquisiverit. *Dn. D. Barth. in Dissert. de jure pascendi Lipsiæ habita c. 3. §. 2.*

4. Except. 2) nisi aliter a superiori constitutum, aut inter vicinos conventum, quemadmodum hac de re plerumque inter ruricolas certæ extant ordinationes, quas dorf-ordnungen und dorf-articul vocant, *Id. c. l.*

5. Fallit in VVestphalia, Holsatia, Frisia &c. ubi pascua non adeo rara sunt, nec consequenter tempus pasturæ præscriptum, sed illa quovis tempore patet. *Fritschius de jure Pratorum memb. 2, §. 7. Barth. d. l.*

XCVII.

1. DEr wolf frißt kein ziel. Lupus nullum comedit terminum. Meminit hujus *Celeberr. Schilter in Not. ad Wehneri obs. Pract. sub voc.* Ziel. *p. m. 527.* & ab eo *citatus Bonifacius de furtis, §. possessionisve n. 77. p. m. 383.* qui adagium hoc in illos dici so-

lere scribit, qui magna promittunt; nec unquam credunt terminos præstitutos venturos esse, & deinde terminis obruuntur, die ziel kommen ihnen zu bald auf den hals/ und musten sie nun hören: S. Martin ist aber hin. *Schilter. d. l. & ibi allegatus Speidel. in Contin. spec. sub voc.* Sprüchwörter *n. 90. p. 391.* sensus ergo parœmiæ hic est: *terminus ad solvendum præfixus certo venturus est.*

2. R. Quia ille non nisi cum consensu creditoris tolli potest, und ist niemand zu verdencken, wenn er das seine fordert, *Tabor de debitore infelici pag. 20.*

3. Ampl. etiamsi creditor debitorem non interpellaverit. Dies enim interpellat pro homine seu creditore. *l. magnam 12. C. de Cont. & Committ. stip. Barbosa in Thes. Loc. Comm. sub voc. dies ax. 13.* sive dies ab homine, sive a lege appositus. *Barbosa d. l. Gomez in Comment. Res Var. Tom. 2. c. 11. n. 25. col. 2.* sive etiam a judice præfixus fuerit.

4. Effectus, quod debitor ab isto termino neglecto teneatur solvere usuras, aut certe ad interesse lucri cessantis & damni emergentis. Conf. *Dissert. Acad. D. Joh. Heinr. Pottii, quam Jenæ olim de die interpellante pro homine publici juris fecit, c. 3. §. 5. p. 17. seq.* nisi solutio ipsi plane impossibilis, vel alia justa causa adsit.

XCVIII.

1. Wer sagt: daß wucher sünde sey,
Der hat kein geld, das glaube frey.

Qui

Qui fœnerationem peccatum esse asserit, nunquam illum argentum habiturum crede.

2. R. Quia alio modo ditescere & divitias facere difficile est, & quia ille perit merito, qui plus se diligit ullum.

3. Decl. valere dicterium hoc, secundum mentem & genium impiorum, & gehennæ mancipiorum. Quapropter etiam *Sirac. c. 27. v. 1. inquit:* Die reich werden wollen, wenden die augen ab, & LUTHERUS, verbis paucis immutatis, dixisse scribitur:

> Wer sagt: daß wucher keine sünde sey,
> Der hat kein GOtt, das glaub mir frey.

Vid. Tischreden *Lutheri pag. 450.* Ratio (1) quia fœneratio e diametro contrariatur præcepto divino, wenn du geld leihest meinem volck, das arm ist bey dir, solt du ihn nicht zu schaden dringen, und keinen wucher auf ihn treiben. *Exod. 22. v. 25. Levit. 25. v. 35. 36.* in tantum, ut abominationi Deo sit. *Ezech. 18. v. 13.* (2) amori erga proximum quam maxime adversatur, qui sic deglubit, & ad incitas redigit suum proximum, consilio & re adjuvandum, non destruendum. Plura de injustitia fœnerationis. Conf. *apud Meisnerum P. 3. Phil. Sob. p. 304. seqq.* Quapropter etiam ipsis Ethnicis valde exosa fuit, jure civili vero prohibetur fœneratio, & gravissima omnino pœna in fœneratores constituitur. Vid. omnino *Struv. Ex. 27. ff. th. 49. p. m. 123.* ibique *Mullerus in Not. Menochius de A. J. Q. Cent. 4. cap. 398. & lib. 3. præsumt. c. 122. n. 18. Rec. imp. de A. 1577. tit.* von wucherlichen *Contracten.* it. *Recess. Deput. Spirens. de A. 1600.* Nimirum amittit fœnerator 1) quartam partem sortis, 2) incidit in infamiam, 3) ei denegatur Christiana sepultura, & 4) testamenti factio. Conf. *c. 3.*

X. de sepult. Add. *Carpz. P. 2. Prax. Crim. q. 92. & Sahme de Sepulturæ denegatione c. 3. §. 11. p. 53.* Utinam, ut pœnæ hæ praxi curate observarentur! quia fœnerationis crimen singulos in dies fere increbescit, & patratur, si non palam, certe sub pallio alicujus contractus in se liciti, sed male adplicati, v. c. retrovenditionis, antichreseos &c. Vid. *Celeberr. Dn. Bernhardus Ludovicus Molenbecius in Dissert. juridic. de mutuo palliato, Giessæ habita 1697. per tot. & B. ejus Dn. Parens in Divis. Jur. Cent. 2. divis. 22 pag. m. 294.* Ubi optime exponitur, & dignoscitur usura lucrativa, compensatoria & punitoria; nec enim omne id, quod usuras quincunces excedit, statim & indistincte pro fœnore habendum, und gemahnen mich im übrigen die wucherer in der bürgerlichen gesellschaft nicht anders, als die hechte in denen teichen, so die andere fische verschlingen, und sich damit vollpropffen, oder auch wie die raub-vögel, so die kleinesten vögel erwürgen, und sich damit sättigen. Add. *Psalm. 15. v. 5.* it. *Nehem. c. 5. per tot. Philip. 2. v. 4. 1. Cor. 10, 24. c. 13, 5.*

XCIX.

1. **Wer sein leib und leben wagen will/ ist zollfrey.** Corporis ac vitæ periculum qui spernit, ille immunis est a vectigali, h. e. non tenetur passagium redimere, **er hat keines passports von nöthen.**

2. R. Quia eum in finem a transeunte redimitur passagium, ut corporis ac vitæ securitas præstetur. Qui igitur spiritum impendere & vitæ periculo transitum audere vult per alienas terras, ille immunis est ab onere redimendi passagium.

3. Pro-

3. Probatur per *jus Saxon.* Land=Recht *L. 2. art. 27.*

4. Declaratur ita, ut intelligas verbum hoc proprie de transeunte sine passagio per alienas terras, & in locis peregrinis ac dissitis der keinen pasport hat, imprimis tempore pestis. Alias passagium denotat quoque illam pecuniam, quam pede transeuntes solvere tenentur. Vid. von der Graf *in Syntagm. jur. Publ. c. 30. n. 3.* item expeditionem adversus infideles, in specie vero in terram sanctam la croisade, de qua vid. *Diether. in contin. Thes. Besold. sub voc.* Creutz=predigten, *& Fritschius in ejus append. sub voc. passagium p. 798.*

5. Fallit quoad illos, qui res vectigali obnoxias secum habent, utpote qui istud solvere tenentur, etiamsi corporis ac vitæ periculum susque deque habere velint. Quodsi vero quis rerum suarum jacturam negligit vectigal defraudaturus, itidem quidem se eximere interdum potest de vectigali, sed quoniam id de facto fit, pœnam graviorem incurrit, etsi non prorsus jacturam rerum suarum faciat, si super facinore deprehendatur.

C.

1. **Dem zweifler gebühret nichts.** Dubitanti nihil debetur. Meminit hujus *Autor Anonymus* der curiösen Speculationen, p. 209.

2. R. Quia in dubitante deficit positiva bona fides, cum vincto similis habeatur, & tertium quoddam seu medium inter bonam & malam fidem constituat; *Celeberr. Dn. D. Zaunschlifferus in Diss. sub ejus præs. de judice dubitante habita th. 7. p. 9.*

3. Declara, quod imprimis procedat in materia uſucapionis, ita, ut, qui fluctuandi animo rem aliquam poſſidet, dubius an illa propria, an vero aliena ſit, uſucapione vel præſcriptione eam acquirere nequeat. Vid. *Schilterus in Manuductione ad Philoſophiam moralem c. 7. §. 11. p. 266.*

4. Declara 2) modo dubitatio illa ita ſit comparata, ut magis credat quis, rem, de qua agitur, alienam quam ſuam eſſe. Vid. *Tabor apud Barboſam in Theſ. Loc. Comm. ſub voc. dubitans ax. 2.* quod intelligendum, ſi dubitatio ſequatur contractum & occupationem rei, non, ſi præcedat. *Hoppius in Comm. Inſt. princ. de uſucap. & long. temp. præſcript. p. m. 334.*

5. Ampl. ut procedat etiam theologice quoad dubitationem in articulis fidei Chriſtianæ, & precibus ad DEUM fundendis. **Ein menſch, der da zweifelt, gedencke nur nicht, daß er etwas von dem HErren empfahen werde.** *Jacob. 1, 6. 7. 8. collat. cum 1. Timoth. 2, 8. Sirac. 7, 10.*

INDEX RERUM ET VERBORUM secundum numerum parœmiarum directus.

A.

Abschlag, quid sit? 1
Abschlag ist gute bezahlung, ibid.
Acceptiren, quid sit apud mercatores. 2
Qui acceptat, tenetur solvere. ibid.
Administrationes habent sua arcana 3
Adulatores noxii sunt suis dominis 64
Æquum, dixit imperator Henricus sine equo, 73
Æquum, an differat a justo? 74
Æquitas an differat a jure N. ibid.
Alapa, an vindicari possit per cædem? 61
Amt ist henckens werth. 3
Anwerbung macht keine verbindung, 4
Ancilla an ante terminum servitutis præfixum elapsum possit inire matrimonium? 25
Aprilibus calendis cur stulti divexentur. 5. An illud fieri possit citra injuriam? ibid.
Artifici in sua arte quateuus credendum? 48
Augen, wer die nicht aufthut, thue den beutel auf. 6
Aula est exlex 47. spernit senes ministros, ibid. & probitatem, 20
Auxiliatores furti, quando eadem pœna cum furibus digni? 85

B.

Bamberger (Georgius) civis Kittingensis justitiam tributi

buti potulentorum nomine pendi soliti, des umgelds, sugillat. 23
Bart, diesen schiert der, so den kopf hat. 8
Bauer trägt allein die last. 28
Bekannt ist halb gebüßet. 9
Bekennen bringt um den hals ibid.
Ad Beneplacitum sanctitatis Papalis & majestatis Cæsareæ concessio facta, morte non extingvitur. 37
Bergwerck, wer diese bauen will, muß haben geld, oder räumen das feld. 75
Beten gehöret vor die pfarrer. 10
Bibel, Bubel, Babel. 11
Bibliis incumbant clerici. 29
Bieber haben keine hege. 70
Bischoff oder bader. 12
Bieten und wieder bieten macht kauf. 50. zu theuer bieten ist sünde. ibid. zu wenig bieten ist auch sünde. ibid.
Bodmeria quid sit? 13. Wer geld auf Bodmerey giebt lauft risico. ibid.
Böß: So böß ist nichts, es ist zu etwas gut. 14
Bürgen, soll man würgen. 15

C.

CAmbium acceptatum quid sit? 2. Cambii acceptatio obligat ad solutionem. 2
Carnificis an sit, quod suo gladio attingere potest? 43
Castores ab omnibus impune capi possunt. 70
Christus hat viel diener, aber wenig nachfolger. 95
Christianismus in quo consistat? ibid.
Ejus Praxis veteri Adamo molesta est, ibid.
Christianum esse, & scire Christianam doctrinam differunt, ibid.

Clerici interdum ſpecie pietatis & zeli utuntur. 71
Climacterciuſ annus quinam ſit? 83
Collegium omne nequam eſt. 16
Commodum publicum prævalet privato. 34
Communio mater rixarum eſt. 31. In re communi potior ratio eſt prohibentis. 46
Compenſatio eſt ſolutio 1. An compenſationi locus ſit in retractu? ibid. in debitis publicis & ſpeciebus, ibid. An paria delicta inter ſe compenſentur? ibid.
Condominus in re communi, ſolus non habet jurisdictionem. 46
Confeſſio ſpontanea mitigat pœnam. 9
Conjux ſuperſtes bonorum adminiſtratione & uſufructu gaudet. 55
Conjuges an in omnibus ſibi ſuccedant bonis. 8
Conſcientia mille teſtes. 32
Conſecratæ ſemel res ſemper tales manent. 69
Conſenſus parentum requiritur ad id, ut ſponſalia ſint publica. 91
Conſiliarii adulantes noxii ſunt ſuis dominis. 64
Contributionibus fere ſoli mediocriter poſſeſſionati obnoxii ſunt, 28
Cruentatio cadavernm, an naturalis ſit? remiſſive. 63

D.

Daus eß, quid ſit? 28
Dauß eß, haſt du mein pferd nicht geſehen. ibid.
Debitoris inopia an & quando inutilem faciat actionem. 68
Deformes ad ſacrificii munus olim non admiſſi. 66
Dei nominis abuſus 35
Deus omnium conſervator eſt. 34
Diabolus interdum agitat clericos. 71
Diebs-helffere quomodo puniantur. 85
Ad diſſentiendum naturalis nobis ineſt proclivitas. 31

Diener,

Diener, so alt, sind unwerth. 47
Divisionis beneficium quomodo prosit fidejussoribus. 15
Dolus proprie talis est, qui fraudandi animo committitur. 38. In contractu præstatur, etiamsi permutatio rei cum vitio facta. 38
Dominium eminens an se extendat ad res privatorum proprias. 73
Domus propria auro pretiosior. 45
Dotalia pacta rumpuntur per liberorum procreationem. 29
Drey est numerus perfectus, 18. Aller guten ding müssen drey seyn, ibid.
Dubitanti nihil debetur, 100. Dubitans an sit in mala fide? ibid.

E.

EBriositas quomodo excuset? 89
Einheimiorum splendidorum Nobilium familia extincta est. 82
Eiserne briefe mißbrauch. 72
Ehren-griff geht wol hin. 36
Eleemosynæ quomodo dandæ? 40
Emphyteuta ubi non est, ibi nec laudemium debetur. 54
Emtio venditio, an admittat vitia rei externa, 6
Equi vitiosi, an sint objectum emtionis venditionis contractus. 6
Sine equo Imperator Heinricus dixit æquum. 73
Erbar dringet durch die wolcken. 20
Erbar dicebantur olim Principes ecclesiastici, ibid. Erbar ist heut zu tag odios, ibid.
Esel stechen, quid sit? 49
Execrationes non obligant. 81
Eyd macht mündig. 21

F. FA-

F.

FATUUS an possit esse testis. 93
Feigen weisen, quid sit? 49
Feilschen est pretium explorare. 50
Feind der sachen, freund der personen. 22
Feretri jus in quo consistat? 63
Fidejussor, quando teneatur ad solutionem, 15
Fidei sola scientia non est fides. 95
Fides mala, an differat a dubitatione? 100
Fide mala fieri dicitur, qnod contra conscientiam est. 32
Filiatio quomodo probetur? 90
Flacius si non flasset, Glassius classicum non cantasset. 60
Flaschen, lieber aus der flaschen, als aus der taschen. 23
Foculus proprius auro pretiosior. 45
Fœnori nautico pecuniæ datæ periculum cujus sit? 13
Fœneratores ditescunt. 48
Formæ defectum interdum pensat natura. 66
Fossa cujus sit? 39
Frantzosen, significant luem veneream 24. An sponsalia faciant irrita. ibid.
Freyhen wer will, muß ausdienen. 25
Freymann, frey guth. 26
Frömmigkeit wird heut zu tag nicht geachtet. 20
Fronti an nulla fides sit? 66
Fur & furti auxiliator, an & quando eadem teneantur pœna, 85

G.

GAllina est signum status propriorum hominum 44. jurisdictionis & juris emphyteutici ibid.
Geistliche sollen bey ihrer Bibel bleiben. 29
Geld ist die losung. 30

Gemein,

Gemein, ist selten ein, 31
General oder Corporal. 12
Gewissen ist mehr dann 1000. zeugen. 32
Glassius (Salomon) fuit Superintendens Gothanus. 60
GOtt vor uns alle, ein jeder vor sich 34. In GOttes nahmen, so beisset dich kein schaf, 35. In GOttes nahmen, ist nicht gefluchet. ibid.
Güldener galgen. 27
Grumbachiorum, divitum Nobilium, familia extincta. 82
Guter will ist kein erbe. 37

H.

Haar um haar. 38
Hagen, wem dieser gehöret, dem gehört auch der graben. 39
Hamburg, wann es mein wäre, wolte ich es in Paris verzehren. 57
Handlohn præsupponiret einen lehen-mann. 54
Hansa quid sit? 41. Hansee-städte, an inde dicantur? ibid.
Heiliger, ein junger heiliger, ein alter teufel. 87
Hencken, man henckt keinen zweymal, 42
Hencker, was dieser mit dem schwerdt erreichet, das ist sein. 43
Henne, fliegt nicht über die mauer. 44
Henricus Luzelburgicus, imperator quomodo deciderit quæstionem: an omnia imperatoris essent? 73
Heres est, qui sanguine proximus est, 84
Herd, so eigen ist, ist goldes werth. 45
Ein Herr, kein Herr. 46
Hümpler quid sit? 48. Die grösten Hümpler machen die meisten spähne. 48
Hund, zwey hund an einem bein, vertragen sich selten. 31

I. Jawort,

I.

Jawort, qui non accepit, a sponsalibus resilire potest. 4
Ignorans invitus agit. 92. non peccat. ibid.
Imitatio Christi, Christiano maxime est necessaria. 95
Indusium necessitatis ad superstitiosa pertinet. 63
Impuberes, an perhibere possint testimonium? 93
Infamia parentum, an noceat liberis? 17
Ingolstadt est oppidum Bavariæ. 49. In Ingolstadt weiset man einem die feigen. ibid.
Injustum, iniquum, etiam jus appellari potest. 73
Inopia, debitoris facit actionem inutilem. 68
Insignia debent habere aurum & argentum. 94
Iudex, etiam iniquum decernens, jus dicit. 73
Iuramentum diabolo præstitum, nemo servare tenetur, 81. ex minori facit majorem. 21
Ius æquiparatur einem roll-wagen. 58
S. Jürgen; auf S. Jürgen soll man die kühe von der wiesen schürgen. 96

K.

Karnöffel-spiel, unde suam habet originem? 83
Kauf macht das bieten und wieder bieten. 50
Kauffmanns-guth requiritur in emtione venditione. 6
Käyser hat sein recht verlohren, wo nichts ist. 68
Kind fället in der mutter schoos. 80
Kinder und narren sagen die warheit. 93
Kinder zeugen bricht ehe-stifftung. 19
Kinn, so spitzig, bedeutet einen bösen sinn. 51
Kirchen-buß ist kein staup-besen 52
Kleb! kleb! biß ich dich heime geb. 48
In kuckus gehen, unde phrasis hæc descendat? 75

Kühe sind kälber gewesen, 52
Küster oder Minister. 12

L.

Längst leib, längst guth. 55
Laqueo rupto an suspensio iteranda? 42
Laudemium præsupponit emphyteutam. 54
Lehenmann & güldemann differunt. ibid.
Lehenwahr quid sit? ibid.
Leipzig, unde derivetur? 57
Leipzig, wann es mein wäre, wolte ich es in Freyberg verzehren, ibid.
Liberalitas, quomodo exercenda? 40
Liberi recidunt in matris gremium. 80
Lincke hand soll nicht wissen, was die rechte thut. 46
Losung quid sit? 30
Losungs-herren, was die zu Nürnberg sind. ibid.
Lübisch recht, klüpisch recht. 58
Lücken est oppidum Misniæ. 33. prælium ad illud commissum, ibid.
Lügen wird wohl rath, hüte dich nur vor der that. 59
Lues venerea, an faciat sponsalia dissolvenda. 24
Lufft macht leibeigen. 56
Luporum venatio, an subditis interdicta sit? 7
Lutram, an impune capere liceat? 70
Lyra Nicolaus fuit ordinis Minorum Doctor. 60. Hätte Lyra nicht geleyret, so hätte Luther nicht getantzet, ibid.

M.

MAgister nemo nascitur. 53
Majestatis crimen a Patre commissum, nocet etiam filio. 17

Malum

Malum quomodo ad aliquid conducat? 14
Mater ſuccedit in hereditate a liberis relicta. 80
Martinus poſterior ſi non veniſſet, prior non ſtetiſſet. 60
Maulſchellen wird mit einem dolch gebüſſet. 61
Mendacium non habet pedes? 59
Meiſter, ſo recht und gut iſt, macht auch ein ding recht. 48
Mergel, unde dicatur, & quid ſit? 62
Mergel macht reich den vater, und arm den ſohn, ibid.
Miniſtri Eccleſiæ gradus admonitionis, ſive denuntiationis evangelicæ obſervare debent. 80
Miniſtri ſenes vulgo ſperni ſolent. 47
Minor quomodo jurato ſe obliget? 21
Mittel, ſo gering ſind, ob ſie zu gebrauchen? 63
Monſtroſi, an ad munus ſacrificio olim admiſſi? 66
Morbus gallicus, an diſſolvat ſponſalia? 24
Morgen-ſchatten macht, daß man den zaun machen laſſen muß. 67
Münch ſtechen, quid ſit? 49
Mund-köche ſind bey hof in großem werth. 64

N.

NAchbar; mit nachbarn hebt man den zaun auf. 67
Natura quotupliciter ſumatur? 65
Natur gehet über die lehr, ibid. Wen GOtt und die natur zeichnet, vor dem ſolle ſich roß und mann hüten. 66
Naumburg, wann dieſes mein wäre, wolte ich es in Jena verzehren. 57
Nichts; wo nichts iſt, da hat der Käyſer ſein recht verlohren. 68
Nihil qui habet, illi nihil adimi poteſt. ibid.

Nobilium bona, an & quomodo oneribus publicis subjecta? 26
Nobilium uxores, nobilium gaudent juribus. 76
Noth-hembd, ad superstitiosa pertinet. 63
Nürnberger ochs ist kein kalb gewesen. 53
Numerus septenarius est mysticus. 83

O.

ORare non est clericorum tantum. 10
Otter haben keine hege. 70

P.

PArentum delicta, quomodo noceant liberis. 17
Peccatum conducit ad id, ut peccans fiat humilior. 14
Pecuniæ amore capiuntur fere omnes. 30
Permittere ut pluat. 34
Permutatio rei cum ipso vitio licita est, si dolus absit. 38
Pfaffen reitet bißweilen der teufel. 71. Pfaff giebt kein opffer wieder. 69
Pfarrer sollen bey der bibel bleiben. 29
Physiognomia conjecturam probabilem parit. 51. it. 66
Pluralitas votorum non attenditur in re communi, sed potior est ratio prohibentis. 46
Pœnitentia ecclesiastica, an infamet? 52. ab eo nemo regulariter immunis est, ibid.
Porci leprosi, an vitient emtionem venditionem? 6
Prata, quando sint aperta? 96
Proprii homines fiunt aere. 56. in civitatibus non tolerantur. 44
Proximus sanguine, proximus in hereditate. 84

Purga-

Purgatio per candens ferrum aut aquam ferventem, an sit remedium superstitiosum. 63

Q.

Quinquennellen, unde dicantur? Quinquennellen kommen aus der höllen, ibid. Quinquennales literæ prosunt etiam fidejussoribus. 15

R.

Rauch-henne, est signum dominii in homines proprios, 44
Rechte recht quid sit? Was recht und billig ist, das ist GOtt lieb. 74
Retardat frisset die kuxe. 75
Repræsentatio, quando locum habeat in hereditate? 84
Rex aut asinus. 12
Risico lauffen quid sit? 13
Ritters weib, hat ritters recht. 76
Roth-bart, schelmen-art. 51. 77
Roth-haar und ellern-holtz, wachsen auf keinem guten erdboden. 77
Rota sæpe rotat. 78
Rufi, an male constituti temperamenti sint? 77

S.

Sachen feind, der personen freund. 22
Säckel und stifft müssen beysammen seyn. 86
Samt und sonders, quid clausula hæc importet? 15
Samaritanus fuit osor rei & amicus personæ. 22
Sanguine proximus, etiam hereditate proximus est. 84

Scalliren gehöret nicht auf die cantzel. 79
Schmiede, vor der rechten schmiede, wird man recht beschlagen. 48
Scriptura ſacra, norma eſt clericorum. 29
Seculariſatio bonorum, an approbanda? 86
Seckendorfii Nobiles ſunt numeroſi. 82
Seinsheimii Nobiles quondam fuerunt antiquitate clari. ibid.
Senes miniſtri vulgo ſperni ſolent. 47
Septenarius numerus ſanctus eſt & criticus. 83
Servus, an teneatur terminum ſervitiis præſtitutum expectare, ſi uxorem ducere velit. 25
Sieben. Mala mulier cur dicatur eine böſe ſieben. 83
Wer von ſieben redet, läugt gern. ibid.
Siniſtra manus neſciat, quid dextra facit. 40
Sippe, quid ſignificet? 84. Der nächſte zur ſippe, der nächſte zur erbſchaft. ibid.
Socrates deformis fuit & virtuoſus. 51
Sponſalia clandeſtina non ſunt obligatoria. 91
Sponſaliorum tractatus an obligent? 4
Sponſalia ad quæ quis execrando ſe ſe obligavit, non ſunt obligatoria. 81
Stulti dicunt veritatem. 93
Stümpler verderben die arbeit. 48
Studioſi improbi an evadant boni Eccleſiæ miniſtri? 87
Suevi ad Luccam proſternuntur. 33
Suſpendendus nemo bis eſt. 42
Suggeſtus non eſt locus injuriarum. 79
Superſtitioſa media non ſunt adhibenda. 63

T.

Tactus eſt vel indifferens vel moralis, & hic vel honeſtus vel turpis, 36. Tactus turpis an alapa vindicari queat?

queat? 36. Tactus libidinosus an conjugibus licitus sit? ibid.
Terminus solutionis certo venturus est. 97
Testament ist richtig, wann das kind gebohren. 19
Testimonium an perhibere queant infantes & stulti? 93
Teufel, diesem ist man keinen schwur zu halten schuldig. 81
Tochter frisset die mutter. 88
Torneamentorum juris quinam capax. 76
Trinum omne perfectum. 18

V.

Vater seyn quomodo probetur; 90
Vectigal non solvit, qui susque deque habet corpus & vitam. 99
Verlöbnüß, heimliche verlöbnüß stifften keine ehe. 91
Vier haupt-mängel des viehs qui præstare promittit, quousque teneatur? 6
Virgula Mercurialis an sit remedium superstitiosum? 63
Vitia externa an vitient emtionem venditionem? 6
Vitium rei distinguendum est a vitio personæ. 22
Ulrici, ducis Wurtenbergici, dicterium. 12
Umbra orientis solis obligat ad reparationem sepimenti. 67
Umgeld potulentorum nomine penditur. 23
Unrecht ist auch recht. 73
Unwissend sündiget nicht. 91
Ursorum venatio, an subditis interdicta sit? 7
Usuræ absorbent sortem. 73
Uxor superstes retinet usum fructum bonorum defuncti mariti. 55

W. Wap-

W.

Wappen müssen gold oder silber haben. 94
Wassenarii in Hollandia Nobilium antiquissimi sunt. 82
Wasser-prob derer hexen, est remedium superstitiosum. 63
Wiese gehet in das heu zu St. Georgen-tag. 96
Woldemari Daniæ Regis, dicterium de civitatibus hanseaticis. 41
Wolf frißt kein ziel. 97
Wucher hat schnelle füsse. 88. ist sünde. 98
Würgen den schuldner, quid sit? 15

Z.

Zollfrey ist der, so sein leib und leben wagen will. 99
Zopyrus Socratem ex Physiognomia judicavit. 51
Zweiflern gebühret nichts. 100

FINIS CENTURIÆ PRIMÆ.

THESAURUS PAROEMIARUM GERMANICO-JURIDICARUM,

Teutsch-Juristischer Sprichwörter-Schatz,

IN QUO

MILLE ET QUOD EXCURRIT GERMANORUM DICTERIA CUMPRIMIS IURIS RECENSENTUR ET RATIONIBUS, LEGIBUS ET DECLARATIONIBUS ILLUSTRANTUR

ET QUIDEM EIUS CENTURIA

SECUNDA ET TERTIA

OPERA ET STUDIO

GEORG. TOB. PISTORII, I. V. L.

Ill. Comiti Hohenloico-Weickersheimensi à Consiliis & Cancellariæ Director.



LIPSIÆ,

APUD THOMAM FRITSCH, 1715.

ILLVSTRISSIMO COMITI,

AC

DOMINO,

DN. JOHANNI FRIDERICO

COMITI HOHENLOICO, ET GLEICHENSI, DYNASTAE LANGENBVRGENSI ET GRANICHFELDENSI,

COMITI AC DOMINO SVO CLEMENTISSIMO,

CENTVRIAM HANC SECVNDAM SVÆ PAROEMIOGRAPHIAE IVRIDICO-GERMANICÆ

ea, qua par est, devotione

offert & consecrat

humillimus Ejus servus

AUTOR.

B. L.

INter parœmias noſtras & hæc reperitur: Ein wort, ein wort; ein mann, ein mann. Hujus dicterii memor, hic ſecundam centuriam noſtræ Parœmiographiæ exhibeo, nihil magis in votis habens atque optatis, quam ut omnia, inibi dicta, æqui bonique conſulantur. Vale!

CENTVRIA II. PAROEMIARVM.

1 WEr sagt A, der muß auch wol sagen B.
2 In wichtigen dingen soll man nicht abentheuren
3 Wenn der Abt die würffel auflegt, hat das Convent macht zu spielen.
4 In Abtschwind und Geiselwind, viel huren und hexen sind.
5 Acht und aber acht macht sechzehen.
6 Es ist ein ding, wie mans achtet.
7 Des HErrn fuß dünget den acker.
8 Die tugend adelt mehr, als das geblüth.
9 Fromm, weiß und mild, gehört in des adels schild.
10 Wen der Käyser adelt, der genießt auch des Käysers adel.
11 Den ersten mäßig, den andern fräßig, den dritten tag toll und voll, so bekommt uns das aderlassen wohl.
12 Advocaten, schadvocaten.
13 Der Alchimie ist niemand werth.
14 Alte leute sind schwätzig.
15 Die alten sind gut zu behalten.
16 Mit denen alten soll man rathschlagen und mit denen jungen fechten.
17 Wer nicht alt werden will, mag sich jung hencken lassen.
18 Alter hilfft vor thorheit nicht.
19 Das alter gehet vor.
20 Zehen jahr ein kind, zwantzig jahr ein jüngling,
Dreyßig jahr ein mann, vierzig jahr wohlgethan,
Funfzig jahr stille stahn, sechzig jahr gehts alter an,

Siebenzig jahr ein greiß, achtzig jahr nimmer weiß, Neunzig jahr der kinder spott, hundert jahr gnad dir GOtt.

121 Ein alter mann und junge frau, gewisse kinder.

22 Ofen, bett und kann, sind gut dem alten mann.

23 Alte weiber, alte wettermacherin.

24 Wo der teufel nicht hin will, da schickt er ein altes weib hin.

25 Um des kindes willen küsset man die amme.

26 Aemter wären schon gut, wenn nur das rechnung thun nicht wäre,

27 Man soll die ämter mit personen, und nicht die personen mit ämtern versehen.

28 Der erste fänget an.

29 Wer bald anfänget, muß bald aufhören.

30 Keine antwort ist auch eine antwort.

31 Anweisung ist gute bezahlung.

32 Ubel gesprochen ist wohl appelliret.

33 Wer ungebeten zur arbeit gehet, der gehet auch ungedanckt darvon.

34 Wer sich in herrn-diensten zu tod arbeitet, den hohlet der teufel.

35 Wer nicht arbeiten will, der laß das brod auch liegen still.

36 Der argwohn ist ein schalck.

37 Arm seyn ist keine schande noch unehr, sive: Armuth schändet nicht.

38 Armuth studirt, reichthum banquetirt.

39 Aus den augen, aus dem sinn,

40 Was das aug siehet, glaubet das hertz.

41 Was der August nicht kocht, läßt der September ungebraten.

42 Zweymal darff man wol ausbleiben.

43 Man hüte sich vor der ersten auslage.

44 Ein jeder ist seiner worte bester ausleger,

45 Lignager sur lignager n'a point de retenuë.

46 Alle freyer reich, und alle gefangene arm.

47 Kop dins nabers rind, und fry dins nabers kind.
48 Die nächsten freunde, die ärgsten feinde.
49 Eine frau sitzt nicht auf eyd und pflicht.
50 Einen Francken soll man sich zum freund, nicht aber zum nachbar wünschen.
51 So weit ein straf-gericht gehet, so weit gehet auch der forst.
52 So weit der fluhr gehet, so weit geht auch das gericht.
53 Flüchtig mann, schuldig mann.
54 Das filial gehört zu der mutter.
55 Es erhöhet nichts des mannes schild, als fahnen-lehen.
56 Die hand so den eyd aufnimmt, kan ihn auch erlassen,
57 Gezwungen eyd, ist GOtt leyd.
58 Amt gibt kappen.
59 Dem bauer gehört haber-stroh.
60 Denen bauern ist gut pfeiffen.
61 Ein bauer ist ein lauer,
Der bey vielem guth
Thut GOtt und seinem herrn selten gut.
62 Es ist besser ein reicher bauer, als ein armer edelmann seyn.
63 Es ist kein messer das schärffer schiert, als wenn der bauer ein edelmann wird.
64 Hinter sich hinaus tragen die bauern ihre spiesse.
65 Wer bauern verderben will, muß bauern mit dazu nehmen.
66 Wer kein edelmann ist, passirt vor einen bauer.
67 Es fallen keine späne vom baum, man haue sie dann.
68 Hast du mich genommen, so must du mich behalten.
69 Mit andrer leute sachen muß man behutsamer, als mit seiner eigenen umgehen.
70 Wie man beichtet, wird man absolviret.
71 Bekennet ist halb gebüßet.
72 Beklagten gehört der letzte satz.
73 Ein bergmeister soll von schlegel und eisen herkommen.
74 Stadt und landschafft Bern, ist so gut als die stadt und landschafft Mayland.

75 Das

75 Das besehen hat man umsonst.
76 Neue besen kehren wohl.
77 Selig ist der besitzer.
78 Betrug u. weiber-anstrich haben nicht lange bestand.
79 Ist das bett beschritten, so ist das recht erstritten.
80 Wer das bett verheuert (vermiethet), muß auf dem stroh schlafen.
81 Wie man sich bettet, so schläft man auch.
82 Der bettel-sack ist bodenlos.
83 Es muß ein schlechter bettler seyn, der nicht eine thür wenigstens meiden kan.
84 Bettler sind frey-herren.
85 Aus andrer leute beutel ist gut zehren.
86 Beutel-schneiderey ist die beste kunst.
87 Es ist keinem zu verdencken, der bezahlt seyn will.
88 Je ärger mahner, je schlimmer bezahler.
89 Die Bibel läßt sich nicht auspredigen und das Corpus Juris nicht ausdisputiren.
90 Biedermanns erbe liegt in allen landen.
91 Man soll niemanden seine erste bitt abschlagen.
92 Grosser herren bitten ist befehlen.
93 Wie gebeten, abgeschlagen.
94 Es kan niemand zugleich blasen und schlucken.
95 Ein grindiger (stinckigter) bock ist einer güldnen ziege werth.
96 Ein jahr böß, hundert jahr böß.
97 Je länger, je böser, sive, immer ärger.
98 Man kan löwen und bären zähmen, warum nicht auch böse buben?
99 Es ist keine kunst eine gute, sondern eine böse sache zu gewinnen.
100 Lang geborgt ist nicht geschenckt.

I.

1. WEr ſagt A, der muß auch wol ſagen B, vel: Wer lernet A ſagen, der muß auch lernen B ſagen. Qui diſcit literam A, illum quoque oportet addiſcere literam B. Senſus eſt: Cedens in uno, cedet in pluribus. Eodem fere recidit ille Philoſophorum canon, qui parum a paroemia noſtra differt, hacque aliquantum laxior eſt: *Antecedens qui vult, ille vult etiam conſequens*, de quo vid. *Everhard. a Middelburg in Loc. Argum. Legal. loc. 125. p. m. 688.* Originem vulgati hujus quod concernit dicterii, illa puero cuidam debetur, qui literam A, prædictam a Præceptore, pronunciare nolebat, & de ratione, quare id facere renueret? interrogatus, idiomate inferioris Saxoniæ reſpondebat: Ick mag nich A ſeggen, denn wenn ick A ſegge, ſo woll Jy ock, dat ick B ſegge. *Autor* des *A B C cum Notis Variorum p. 4.*

2. Ratio, quia qui in aliquo cedit, hoc ipſo tacite in ea omnia conſentit, quæ illi connexa ſunt.

3. Prob. per *l. ſi fundo 1. §. 1. ff. ſi uſusf. pet.* ibi: *ſi uſusfructus legetur, neceſſe eſt tamen, ut ſequatur cum aditus. l. 3. §. qui habet ff. de ſervit. ruſt. præd.* ibi: *qui habet hauſtum, iter quoque habere videtur*

ad hauriendum.

4. Declara (1) quatenus cedens habet facultatem & potestatem cedendi.

5. Declar. (2) quatenus cessio absolute & sine restrictione fit.

6. Declar. (3) quatenus illa plura cum jure cesso immediate connexa, & ejus necessaria consequentia sunt. E. G. qui Statum provincialem se esse fatetur, illum quoque oportet præstare homagium, *Barbosa in Thes. Loc. Com. sub voc. antecedens ax. 3. p. m. 63.*

7. Ampl. etiamsi illud necessarium consequens cognitum non fuerit cedenti.

8. Ampl. (2) ut valeat regulariter etiam vice versa: Wer sagt B, der muß auch sagen A; quia cui consequens conceditur, illi etiam omne illud, per quod pervenitur ad consequens, conceditur, *Everhard. a Middelburg d. l. 126. p. 694. & Barbosa d. l. sub voc. consequens ax. 3.* Notanter autem dictum *regulariter:* cum possit alicui cedi effectus, & tamen res, sive causa illius manere penes cedentem. Sic v. g. fallax consequentia est: Præstat homagium; Ergo est Status provincialis, ein Landsaß, quia homagium per se non facit subditum, sed cæteris paribus eum tantummodo arguit. *Illustris Dn. Baro de Lyncker in Consiliis seu Responsis class. 25. cons. 193. n. 54. p. 214.* Add. *Mylerus ab Ehrenbach de Statibus Imperii P. 2 c. 33. n. 2. p. 347.* ubi homagium regulariter subditum efficere adstruit, & inter homagium reale ac personale distinguit.

Ampl. (3) ut locum quoque inveniat in Theologia: qui enim in schola diabolica atro illi Præceptori A dicit, & in uno peccato, quantumvis levi, se obsequentem præbet, illum etiam B dicere, & multa alia, eaque graviora, patrare oportet peccata.

II.

II.

1. IN wichtigen dingen soll man nicht abenteuern. (*a*) In rebus gravioribus non locus est stolidis ausibus.

2. (*a*) Est a Saxonico Dören, & Aff, ita ut abenteuern, vel ut Saxones inferiores dicunt, apenthüren, notet audere id, quod simia audet, h. e. stulte & audacule agere. *Casparus Stielerus* im teutschen Sprachschatz *sub voce* Abenteuern *p. m. 281.* A germ. voce Abenteuer, oder Affenteuer descendere videtur gallica vox avanture, quæ casum fatalem, eine wunderliche oder seltsame begebenheit significat, quamvis nonnulli contrarium, & Abenteuer a gallico avanture detorquere audeant, teste *Stielero d. l.*

3. R. quia ejusmodi tentationes & ausus stolidos plerumque sequitur pœnitentia, Man soll sich nicht irren, Gott lässet sich nicht spotten. *Gal. 6, 7.*

4. Exemplum in rebus habemus matrimonialibus, ubi ausus stolidus sæpe magna vi pecuniæ luendus venit: verba enim jocosa, (quæ plerumque cum ausu stolido conjuncta sunt) vtut per se non obligent ad matrimonium, *L. obligationum 3. §. vlt. ff. d. O. & A. Oldendorp. Class. Act. 4. act. 1. p. m. 255. Calvinus in Lexico jurid. sub voc. ironica locutio. p. 475. & sub voc. jocus p. 473.* obligant tamen ad pœnam scurrilitatis a sponso scenico luendam. *Brucknerus Decis. Matr. c 4. n. 10. p. 192.* Apage igitur affanias!

III.

1. WEnn der Abt die würffel auflegt, hat das Convent (1) macht zu spielen. Abbas quando tesseras ponit in medium, tunc

monachi facultatem habent ludendi. Meminit hujus *Burgoldensis ad Instr. pac. Westphal. P. 1. disc. 21. memb. 1. §. 2. p. 375.*

2. (*a*) Hæc vox triplicem habet significationem: (1) idem est ac locus, in quo monachi conveniunt. (2) significat ipsam congregationem monachorum, unde dicitur: Es wird Convent gehalten. (3) per metonymiam adjuncti pro subjecto accipitur pro contento h. e. pro ipsis monachis. Et hæc ultima significatio hujus loci est. Sensus autem parœmiæ huc redit: *quod superior permittit verbis vel factis suis, jure perpetrant inferiores.*

3. Rat. quia superiores facultatem habent dispensandi. (2) quia quod superioribus licet, inferioribus non potest non licere. Unde etiam subditi mores suos ad mores Principum componunt, instar herbarum, quæ ad solis motum vertuntur, prout *Alphonsus*, Siciliæ & Neapoleos Rex, dixisse scribitur. vid. *Itinerarium Constantini Germanici p. 407.*

Qualis Rex, talis grex, si bene Rex, bene vult grex,
Mutua sic Regem cura gregemque beat.

vel prout Owenus canit:

Si studia & mores populi cognoscere curas,
Res facilis: vitam Principis inspicies.

Ist der Prælat ein prasser, ein buhler, so lernen es die brüder auch, denn man spricht: Wenn der Prælat würffel auflegt, so spielen die brüder, sunt verba *Georgii Sax. Ducis. conf. Zehnerus in Adagiis sacris cent. 2. adag. 69. Pellerus in Politico scelerato impugnato c. 42. p. m. 479. Lipsius lib. 2. Polit. c. 9. per tot. & Speidelius in speculo Iuridico-politico sub voc.* Straffen *p. 1195.*

4. Confirm. per *Sirac. c. 10. v. 10.* Wie der Regent, so sind auch seine Amtleute; wie der Rath ist, so sind auch die

die bürger, ut & per Jus Can. *c. praecipue ii. q. 3. l. altius ædes. 15. ff. si servit. vind. ibi: quia quod alium facientem prohibere ex officio necesse habuit, id ipsum committere non debuit.*

5. Declara valere paroemiam hanc quoad illas leges, quibus solutus & superior Abbas est, quarumque intuitu ille dispensare, & hinc quoque contra illas aliquid admittere potest, quamvis melius sit, ut Abbas s. superior proprio exemplo suam legem efficacem reddat, huicque spiritum vitalem inflet. Boni Principes enim, utut legibus sint soluti, legibus tamen vivunt, *§. 8. Inst. quib. mod. test. infirm. L. digna vox 4. C. d. LL.*

6. Fallit quoad illas leges, quæ supra Abbatem s. superiorem sunt, quorsum v. c. pertinent divinæ, sive morales sint sive positivæ &c. hic enim autoritas superioris ejusque exemplum ac ductus nihil relevare potest, sed uterque, superior scil. & inferior, in pari reatu, & hinc poena dignus est, quamvis quoad illum, si supremus sit, executio poenæ cesset, & illa judicio divino commendanda sit. Facit huc exemplum *Aaronis*, Veteris testamenti illius Abbatis *Exod. 32.* quem hodienum multi Abbates & Pastores, nostræ etiam religionis, sequuntur, tesseras non raro in medium ponentes, & peccandi ansam aliis præbentes. Add. omnino *Richterus in Axiomat. Polit. ax. 123. p. 289.*

IV.

1. In Abtschwind und Geiselwind viel Huren und Hexen sind. *Abbatiswindum* est vicus Franconicus, in Comitatu Castellano ad pedem montis, a præcipitio suo Steigerwald dicti, situs, ex parte *Reverendis-*

 simo

simo Episcopo Herbipolitano, & ex parte *Illustrissimo Comiti Castello-Rudenhusano, ac Prælaturæ Eboracensi subjectus*, Geiselvvindum vero in monte Steigerwald jacet, utilis dominii jure ad *Celsissimum Principem Schvvarzenbergicum*, feudali autem nexu & sic quoad dominium directum, ad *Comitatum Castellanum* pertinens. Sed enim sicuti, quod veneficium concernit, parœmia hæc quoad annos superiores intelligenda venit: ita scortatio & fornicatio in dies hodie increbescit, & omnes orbis angulos permeare solet, also, daß kein ort dem andern viel vorwerffen darf. Vnde quoque non puto, quod aliqua præsumtio contra illum facienda sit, qui in alterutro horum locorum natus est, nisi aliæ circumstantiæ id suadeant: alias enim Nathanaël etiam reprobandi Christum justam habuisset causam, quia & ille utut non natus, educatus tamen erat in tali urbe, *Nazareth* nimirum, de qua tunc temporis proverbialiter dici solebat: Was kan von Nazareth gutes kommen? *Joh. 1. v. 46.* Ejusdem farinæ cum nostro etiam illud diverbium, de civitate Hallensi in Saxonia, vel ut hodie loqui amant, Hala Magdeburgica, circumferri solitum est: Zu Hall sind die huren all; quamvis dictum hoc non tam de ipsis civibus & indigenis, quam de scortis & meretricibus aduenis, quæ Halam olim se recipere amarunt, intelligendum veniat.

Ratio

2. Ratio autem, quare hodie non tam frequens sit veneficii crimen, sicut olim fuit, sine dubio hæc est, quia modo rationabiliori, ut ita loqui liceat, contra magiæ suspectos a nobis procedi solet, quam a nostris majoribus factum, ubi processu quodam illegali, tumultuario, imo superstitioso, permulti ad ignem & rogum condemnati, qui forte nullius criminis minus quam veneficii rei erant. De processu tumultuario contra veneficas instituto vid. *Dn. Spenerus in Consil. Theolog. P. 1. p. 629. in Appendice hujus Part. p. 231. seqq.* Quid autem de crimine hoc habendum & statuendum sit? *vid. Inclytus Dn. Thomasius in dissert. de Magiæ crimine per tot. imprimis autem* In der erinnerung wegen seiner winter-*lectionen* des 1702ten jahrs, *ubi p. 12. sqq.* clarius adhuc se explicat & mentem suam de crimine hoc exponit, statuens, dari diabolum, omnis quippe mali auctorem, ut & magos ac veneficos, qui modis occultis damnum dare possint, hominibus æque ac bestiis, & recte vita etiam plecti ejusmodi damnificantes. Id vero est, quod negat ac pernegat, diabolum cornua aut speciem v. g. alicujus monachi habere, corpus aliquod assumere, & in illo adparere posse nobis. Similiter nec istud credit: diabolum pactum inire cum hominibus, consuescere cum illis, chirographa sibi procurare, & quæ ejusmodi positiones plures sunt, quæ videri possunt c. l. Sed an sententia hæc conciliari possit cum Evangelio de tentatione Christi *Matth. 4.* & *1. Sam. cap. 28.* de apparitione Samuelis, quæ contrarium nos edocere videntur, doctioribus discutiendum relinquimus. Conf. interim *Mengering in informat. Conscient. Evang. p. m. 161.*

V.

1. Acht (*a*) und aber acht (*b*) macht sechzehen. Bis octo faciunt ſedecim. Eſt Alberti Brandenburgici dictum, qui denuo in bannum declaratus ita dixiſſe fertur. vid. *Khezius in Inſtit. Iur. publ. L. 4. t. 23. §. 16.*

2. (*a*) Vox acht eſt aequivoca: jam enim ſignificat bannum, die acht, exilii iſtam ſpeciem, quæ ab antiquis proſcriptio dicebatur, ac humanitatis jura ac commercia interdicit; eſtque vel imperiale & generale oberacht, vel provinciale unteracht, quod ab inferioribus Principibus & Statibus irrogatur. Bannum imperiale generale eſt vel ſtricte ſic dictum, vel privatio bonorum & jurium imperii: illud præter offenſionem bonorum permittit etiam offenſionem corporis. Hæc vero ſolam offenſionem bonorum permittit. Hinc dicimus: Die Kayſerl. und des Reichs acht. Jam nomen numerale eſt, & quidem cardinale, idem ac octo; jam denotat curam, ſolicitudinem, v. g. acht auf etwas haben; jam denique æſtimationem, die achtung, eſtime, ſo wir von etwas machen, vid. *Limnæus ad Capit. Imp. Car. V. art. 22. n. 3. p. 284. ſq.* In præſenti, ſecunda quidem ſignificatio, prouti verba jacent, locum ſibi vindicat, in ſenſu improprio autem, qui hujus etiam loci eſt, prima ſignificatio locum obtinebit.

3. (*b*) Aber acht proprie denotat duplicatum numerum octonarium, improprie vero & h. l. *rebannum, ut Autor praxis imperialis aulicæ Compendii p. 34.* loquitur, h. e. bannum reiteratum ſive repetitum, quando ſemel in bannum declaratus iterum in illud declaratur. Conf. *Textor P. 2. Prax. Judic. c. 12. n. 189. p. 190.* Senſus ergo huc redit: Die acht und aberacht ſind

nicht

nicht viel zu achten. Euincunt id ipsum verba, quæ monetæ cuidam inscripta leguntur: Wer uns acht, den wollen wir wieder achten, Gottes und unsere ehre betrachten, acht und aberacht macht sechzehen, quæ ex *1. Sam. 2. v. 30.* desumta esse videntur: Wer mich ehret, den will ich auch ehren, wer aber mich verachtet, der soll wieder verachtet werden. Scilicet cudi illam quondam curaverant successionis Juliacensis adsertores, qui ab Imperatore proscripti erant, quod contra ipsius interdictum possessionem occupassent. vid. *Scharschmidium ap. Iustum Sinold* Schütz *de statu Reip. Rom. Vol. 2. Exerc. 4. th. 8. in addit. p. 281.*

4. Ratio Alberti Brandenburgici sine dubio sita erat in ipsius & sociorum potentia, qua executionem banni irritam fieri posse credebat.

5. Declara, quod valeat imprimis quoad Principes & Status potentes, & quidem enunciative, non vero adprobative: Quod enim de DEO dicitur: Irret euch nicht, Gott lässet sich nicht spotten, id sano sensu etiam de Diis terrestribus adfirmares. Potentia, qua nitimur contra executionem banni, facile debilitari potest, & illi, qui nos defendunt contra proscribentem, vincibiles existunt.

VI.

1. Es ist ein ding, wie mans achtet. Rerum valor ab earum æstimatione dependet. Meminit hujus *Lehmannus in Chron. Spir. L. 5. c. 60. p. m. 517.*

2. Ratio, quia mundus regitur opinionibus & persuasionibus.

3. Declar. quod procedat enunciative, non adprobative, v. g. Bey medaillen, alten müntzen, angeerbten gütern, jubelen, quæ omnia pretium adfectio-

nis habent, & pro conditione emtoris, ejusque adfectione, nunc plus, nunc minus valent; unde imprimis de gemmis dici solet: Daß sie so viel werth wären, als ein reicher narr davor geben wolte. De pretio adfectionis vid. *Dissert. Dn. Schegkii, Amici veteris, sed integerrimi, sub præsidio Illustris Baronis de Lyncker habita* per tot. Porro procedit etiam quoad ipsas personas, earumque qualitates, wer sich heut zu tag nicht selbst zu achten und zu ehren weiß, der wird insgemein auch von andern nichts geachtet. Tanti eris aliis, quanti tibi fueris. Dahero gilt öffters des einen sein quintlein mehr, als des andern sein pfund, weilen er sich selbst nicht genug zu ästimiren weiß.

4. Limitatur quoad res morales, maxime jure divino positivo & morali vel naturali tales: hæ enim tales sunt & manent, quales DEus illas esse vult, aut intrinseca earum qualitas constituit, sive ab hominibus ita reputentur, sive non. *Non licet hominem esse sæpe ita, ut vult, si res non sinit*, inquit *Chremes apud Ter. in Heaut. A. 3. sc. 4.* & Ethnicus græcus dixit:

Τὸ δ' αἰσχρὸν αἰσχρὸν, ἢν δοκῇ ἢν μὴ δοκῇ,

Est turpe turpe, seu putes seu non putes.

Dahero hat Kayser Friederich einstens wohl erinnert, mit fleiß zu bedencken, was von natur und an sich selbst erbar seye, und was nur nach unserm gutdüncken vor ehrlich, ehrbar und löblich scheinet und also geachtet wird. *Lehmannus in Chron. Spir. d. l.*

VII.

1. DEs Herrn fuß (*a*) dünget den acker. Pes domini stercorat agrum. Alias dicitur: Oculi domini saginant equum.

2. Per pedem domini hic intelligas præsentiam domini, ita, ut sensus sit: quando ipse dominus sive herus negotiis interest, tunc melius illa cedunt; sive, præsentia domini promovere solet opus.

3. Ratio, quia operarii verentur dominorum reprehensionem, quippe qui somniculose & segniter laborantes probris increpare, & ad sedulitatem excitare possunt.

4. Declar. Modo dominus faciat, quod officium ejus exigit; nam si præsens quidem est, sed aliud agit, quam agere debet, v. g. nugatur, aut etiam inscite & inepte res suas ordinat, tunc magis præsentiâ suâ nocet, quam prodest. conf. *Dn. Beierus de Artificibus Palatinis P. 1. c. 16. §. 11. p. 167. sq.*

5. Ampliatur, idem etiam quoad heram valere, de qua *Salomo Prov. 31. v. 27.* ait: Sie schauet, wie es in ihrem haus zugehet.

VIII.

1. Die tugend adelt mehr, als das geblüth. Virtus magis nobilitat quam sanguis.

2. Ratio, quia vera nobilitatis causa in virtute consistit. *L. 4. C. de stat. & Imag. L. providendum. 7. C. de postul. conf. Bœclerus* in der Herolds-Kunst *P. 1. p. 15.* Der wahre Adel ist nichts anders, als eine von der Obrigkeit erhöhete und belohnte tugend. Add. *Schœnborneri Polit. L. 3. c. 38. p. 254. Peschwitz in Diss. polit. de jure & privilegiis nobilium §. 11. p. m. 16.* virtus post mortem permanet, sanguis abit in terram; quod autem diuturnius est & constantius, illud præstat illi, quod est minus tale. *Aristot. L. 3. top. 1. t. 3. conf. Pottii Dialectica Jurid. c. 3. q. 4. p. 58.* Eadem omnibus, inquit *Seneca L. 3. de Beneficiis c. 28.*

prin-

principia, eademque origo: nemo altero nobilior, nisi cui rectius ingenium & artibus bonis aptius. Pertinet huc illud:

Der tugend tochter ist die ehr, drum sagten weißlich unsre alten:
Wer diese tochter haben will, der muß es mit der mutter halten.

3. Procedit (1) secundum principia & jura saniora; secus vero est quoad opinionem vulgi, utpote qui magis sanguinem quam virtutem æstimat.

4. Declara (2) ita ut tamen & virtus & genus ad nobilitatem veram & perfectam requiratur, ita ut neque sola virtus, neque sola natiuitas sufficiat; si enim sola virtus perfecte nobilitaret, etiam servus virtuosus dicendus esset nobilis. *Bartolus in L. num. 56. C. de Dignit.* Si sola nativitas, reclamaret illud *Ovidii*: *perit omnis in illo*
Gentis honos, cujus laus est in origine sola.
De hac vera & perfecta nobilitate vid. *Bæclerus d. l. p. 4. Stephani de Nobilitate. c. 4. n. 16. 17. Tabor apud Barbosam in Thes. loc. com. sub voc. nobilitas ax. 3. & 17.*

5. Declar. (3) ut, si virtute tantum nobilis opponatur genere tantum nobili, ille magis, quam hic, nobilis dicendus veniat. Add. omnino Liebenthal *in Coll. Polit. Exerc. 10. q. 7. p. 524.* Ille enim suis, hic vero alienis laudibus & virtutibus, majorum scil. suorum, claret; ita enim *Ovidius 13.* Metamorph.
Nam genus & proavos, & quæ non fecimus ipsi,
Vix ea nostra puto. Si corpore admodum esses deformis, & tetra laborares graveolentia, inquit Nazianzenus in Epigrammate, scripto in Nobilem degenerem, ut tuum oris halitum nemo circumstantium ferre

ferre posset, & hæc mala tibi aliquis objiceret, an prodesset tibi dicere: patrem habui formosum, beneolentem? It. si quis tibi objiceret muliebrem timiditatem, & mollitiem, an satisfaceres convicianti, si diceres: majores mei multas coronas Olympicas sua virtute obtinuerunt? item si te aliquis rudem & malum adpellaverit hominem, nihil te juvabit, si respondeas: majores tuos & parentes vivos sapientes & bonos fuisse &c. Franciscus König in Franckreich sprach zu einem jungen Edelmann, der mit seinem Adels-brief prangete, von Adelichen tugenden aber weit entfernet war: Verwahre ihn wohl, damit du nicht um deinen Adel kommest. *Zinckgr. Apopht. P.1.p.174.* add. *Clarmundus in vitis Clariss. virorum P.2.p.178.* Als dem Ciceroni einer sein geringes herkommen vorwarf, hat er geantwortet: Ich sage denen Göttern danck, daß dein adelich geschlecht mit dir ein ende nimmt; ich aber lebe also, daß ich meinen nachkömmlingen ein anfang des Adels und ein exempel der tugend seye. conf. *Zeilerus tom. 1. Ep. p. 259.* & Gottholds zufällige Andachten *p. 244.* ubi nobiles, virtutibus destitutos, extinctis comparat carbonibus.

Malo, pater tibi sit Thersites, dummodo tu sis
Aeacidæ similis, Vulcaniaque arma capessas;
Quam te Thersitæ similem producat Achilles. Iuven. *Sat. 3.*

IX.

1. Fromm, weis und mild
Gehört in des Adels schild.

Probitas, prudentia & benignitas
Sunt optima insignia, quæ habet Nobilitas.

Mentionem hujus facit *Limnæus de Iure publ.*

L. 6. c. 1. n. 5. p. 2. & *Faber in Thes. Erudit. Schol. sub voc. nobilis.*

2. Rat. quia probitas involvit rectam in moribus & actionibus vitam, ex honesti norma; prudentia ipsam virtutem ducit ac dirigit; clementia vero ac benignitas amorem adfert. vid. *Lipsius L. 1. pol. c. 6. & 7. L. 4. c. 10. n. 39.*

3. Procedit secundum Leges ac doctrinam moralem, fallit vero secundum mores illorum, qui in locum probitatis impietatem, in locum prudentiæ versutiam, & in locum clementiæ tyrannidem & crudelitatem supponunt, wer heut zu tag (ut quidam ex ejusmodi Nobilium ordine aliquando per jocum dicebat) seinen donner und hagel ohne anstoß fluchen, seine pistol laden und loßschiessen, auch fest auf einem pferd sitzen, und zur noth seinen namen schreiben kan, der kan schon vor einen Cavalier passiren. Herr Zinckgrav erzehlet in seinen *Apophth. P. 1. p. 174.* es wäre einsten ein Vornehmer von Adel aus Italien am Chur-Pfältzischen hof ankommen, den der Churfürst gefragt: was er in der fremde an künsten und sprachen begriffen? worauf derselbe geantwortet: Es müste mir leyd seyn, wenn ich mehr könte als meinen namen schreiben, das übrige müssen meine schreiber wohl thun, denen ich deßwegen besoldung gebe. Nach dessen abtritt fragte der Churfürst den Herrn von Grünrat: was er von ihm hielte? der sagte: Gnädigster Herr, ich habe im gantzen Churfürstenthum keinen edlern esel gesehen. Sicut autem declaratio hæc nobiles vere nobiles non stringit, weiln doch ein jeder stand sein unkraut hat: Ita etiam hodienum reperiuntur Nobiles vere generosi, benigni & prudentes, die fromm, weis und mild sind.

Notandum non nullos ex proverbio nostro probare velle, quod ferocium & superborum animalium

um formas in insignibus ferre non sit licitum. Vid. Zöping *in tract. de jure insignium cap. 9. n. 108. p. 607.* Sed destituitur hæc sententia rationibus sufficientibus. Vide tamen sis *Luther. in Catech. Maj. p. m. 523.*

X.

1. Wen der Kayser adelt, der genießt auch des Kaysers Adel. Nobilitatus ab Imperatore juribus ac privilegiis etiam gaudet nobilitatis imperatoriæ.

2. Ratio, quia jura ac privilegia effectus sunt nobilitatis imperatoriæ, verba autem intelligi debent cum effectu.

3. Declara, si scil. expressa Imperatoris pateat voluntas, *Limnæus de Iure publ. T. 1. L. 6. c. 5. n. 53.*

4. Declara (2) quatenus nimirum jura ac privilegia nobilitatis ab Imperatore dependent; aliud ergo quoad illa, quæ statutis illi debentur.

5. Ampl. Etiamsi novus homo Ein newer von Adel, sit; unde etiam a nonnullis statim subjici solet: Wenn er gleich nicht edel von geburth.

6. Exemplum suppeditat *Limnæus l. c.* in torneamentis, quod scil. ibi admittendi sint novi homines, modo in diplomatibus nobilitatis expressa extet Imperatoris voluntas. Dubito autem, an sententia hæc apud multos adsensum inveniat: & praxi recepta sit.

XI.

1. Den ersten mäßig,
Den andern fräßig,
Den dritten tag toll und voll,
So bekömmt uns das aderlassen wohl.

Prima

Prima die sobrie, secunda gulose, tertia vero temulenter vivendum, si nobis conducere debeat venæ sectio.

2. Est parœmia præscribens, quomodo venæsectione utentes sese gerere debeant. Quasi scil. illa prima & unica die, qua sanguis mittitur, cibus & potus in tantum converterentur sanguinem, quantum venis emissum est, & quasi deinde non amplius opus esset diæta, nec chylus posset corrumpi. Malum consilium, quod sequi nemo debet, cui salus corporis curæ cordique est. Sed proh dolor! eadem fere regula complures incedunt, qui de salute animæ videri volunt soliciti, ad sacram synaxin accedentes. Sola enim illa die, qua confitemur, & absolutionem impetramus, ut & insequenti, qua sacra synaxi utimur, se vulgus continet hominum, non aliter ac si pietas illis tantum diebus deberetur Deo, deinde vero solute agere, & libere se uti liceret. Testatur vivus adhuc mysteriorum divinorum aliquis œconomus, ex ore insignis cujusdam hypocritæ se audivisse: Es seye ihme allezeit bange, bis die tage des beichtens und abendmahlgehens vorbey wären, daß er hernach wieder frey, und nicht mehr so eingezogen leben dürffte. O execrandam impietatem! Mihi pro vero etiam relatum est, in quodam nostræ regionis pago, eo olim obligatas fuisse virgines, ut die post usum sacræ synaxis proximo, caput suum muliebri ligare debuerint mitra, sie haben weiber-hauben auffsetzen müssen. Quasi scil. pietas & honestas infuisset illi mitræ. Fuit sane hæc simplex pietas, & pia simplicitas. Ego putarem, quod sicut ille, qui sacra uti vult eucharistia in animæ suæ salutem, etiam postea pie & probe vivere debet; ita etiam, qui sanguine sibi venas levat, bonam continuare debeat diætam.

Uni-

Unico verbo: Et phyſice & moraliter bona continuanda vita.

XII.

1. ADvocaten, Schadvocaten. (*a*) Advocati Schadvocati, h. e. damnifici, ſcil. ſunt.

2. (*a*) Eſt vox barbara, & quidem hybrida, quæ per antiphraſin contrarium illud exprimit, quod per vocem Advocati hodie intelligi ſolet, quaſi dicere velis: Advocati ſunt minime advocati ſive defenſores, ſed decoratores & damnificatores.

3. Ratio, quia magis de propria, quam clientis ſalute, eſſe ſolent ſoliciti: emungunt enim illum auro & argento, ſive vincat, ſive vincatur cliens.

4. Declara, parœmiam hanc valere non καϑόλȣ ſed ἐν μέρει, de advocatis ſcil. malis, qui tempore neceſſitatis faciem angeli, remiſſius agente lite faciem hominis, & finita lite faciem cacodæmonis habent, vid. *Ventura de Valentiis in Parthenio Litigioſo L. 1. c. 9. n. 27. p. 137.*

5. Declara (2) imprimis illam procedere quoad Advocatos juvenes & inexpertos, quippe qui plerumque confuſores litium ſunt, factum quodcunque utcunque capiunt, idque in tranſcurſu quaſi, unde poſt tantos, tantæque moræ, ſumtuum & moleſtiarum proceſſus inſtar fili undique late fumoſi nectitur & educitur, ut quod hora ſæpe una componi poſſet optime litigium, de eo anni plures firmentur peſſime, ſunt verba *laud. Aut. cit. l. n. 15. p. 133.* Et eatenus quoque verum eſt illud diverbium: Neue Advocaten neue galgen; cui affine eſt, quod de medicis circumferri ſolet dicterium: Ein neuer medicus, ein neuer kirchhof, it. Ein junger prediger, eine neue hölle, de quibus infra. Quemadmodum enim juvenis me-

medicus medicamentis suis male adhibitis ægrotantem promovet in cœmeterium; ita juvenis Advocatus miserum clientem emungit pecunia, er raubt und stiehlt denen armen leuten das geld aus dem beutel, & sic suspendii reus fit, quatenus nimirum studio rabulistico potius quam juridico suam dicant operam. Conf. *Carpz.* in Leichpredigten *P. 1. p. 1087.* ubi lepidam hanc recenset historiam: Unter der regierung des hertzogs von Mayland, Francisci Sfortiæ, entstund ein præcedenz-streit zwischen einem juristen und dem leib-medico. Als nun ein ieder so viel argumenta vorgebracht, daß der hertzog mit seinen rähten zweiffelhaftig war, und anstund einen *ausspruch* zu thun, fieng der hof-narr an: ein seltsam thun, daß ihr den streit nicht alsobald entscheiden könnet! sehet ihr dann nicht, wann ein dieb oder straßenräuber zum galgen oder rad geführet wird, daß er vorangehe, und der hencker, der die leute ums leben bringet, hernach folge? verstund durch den dieb und räuber den Advocaten, der denen leuten das geld aus dem beutel und kasten stielet, durch den hencker aber den Medicum, der sie durch unvorsichtige curen tödet; darüber sie alle einander ansahen und lachen musten.

XIII.

1. **DEr Alchimie (*a*) ist niemand werth.** Alchimia nemo dignus est.

2. Alchimia quid sit? vid. apud *Besoldum in Thesaur. pract. sub voc. hac p. m. 21.* Per jocum describitur, quod sit ars sine arte, cujus scire est pars cum parte, medium est strenue mentiri, finis mendicatum ire, vel in patibulo superbire. Conf. *Schola Curiositatis sub lit. A. p. m. 8.* ubi habetur, quod sex requirantur ad Alchimiam, nempe

Tag

Tag und nacht laboriren,
Allezeit das feuer schüren,
Rauch und dampff verspühren,
Sich selbst inficiren,
Seine gesundheit verliehren,
Und den betrug am ende spühren.

Add. *Zeilerus tom. 1. Epist. p. 307. & 785. & tom. 2. p. 972.*

3. Rationem quidam hanc dedit: Weil das grosse geheimniß nur allein auf die erhebung der herrlichkeit des grossen GOttes abziele, die wenigsten menschen aber bedächten, wie sie den grossen GOtt sich würdiglich opfern möchten. *vid. tract. D. Schvveizeri, cui titulus est: Vitulus aureus, quem mundus adorat &c. per tot. add. Joh. Magir. in Physiolog. L. 5. c. 1. p. 345. Latherus de Censu L. 3. c. 11. n. 44. p. 582.* Optime ille Hispanus dixit: Illam alchimiam probatam esse, reditus habere certos eosque bene dispensare. *Besold. d. l. p. 22.* Conf. omnino *Erasmi Rotterodami colloquium de Alcumistica per tot. & Zeilerus in Opere Epist. P. 1. Ep. 66. Cent. 3. p. 785.*

XIV.

1. **Alte leute sind schwätzig.** Senes loquaces sunt. Alias dicitur: Senex vox & umbra.

2. Ratio, quia ob virium debilitatem ad labores non amplius idonei sunt. Quoniam tamen tarde otiosa fluunt tempora, illa sermonibus terunt senes. (2) Quia vires judicii & memoriæ in senibus languent; hinc instar infantum multa loquuntur, sed absque solido judicio.

3. Effectus, quod ejusmodi loquaces senes non satis idoneum perhibere possint testimonium, imprimis quoad res, quæ in ætate senili ipsis accide-

runt, utpote quæ mentis exilium inducere & memoriam turbare, intelligitur. *Schrœterus in Diss. de Singulari senum Jure Erfordiæ habita 1686. th. 33.*

4. Effectus (2) quod inviti non cogi possint ad ferendum testimonium, quia lingua sua facile labi possunt *ibid.* modo quod hoc concernit, annum compleverunt septuagesimum. *Campegius in Tract. de Testib. reg. 156. p. 654.* Adeo, ut non valeat eorum, qui coacti fuerunt, testimonium. *ibid.* Add. *Ægidius de Testib. d. tract. n. 54. p. 91.* Declara adagium hoc, quod non universale sit, & quoad omnes senes procedat, sed tantum quoad plerosque, & quidem illos, qui minus validi sunt & rationis non adeo compotes, imprimis vero quoad mulieres vetulas.

XV.

1. **Die alten sind gut zu behalten.** Veteres (scil. ministros vel famulos) retinere conducit.

2. R. quia illorum fidem, vires, virtutes & vitia cognita habemus & perspecta.

3. Confirm. *per illud Sirac. c. 9. 15.*

4. Ampliatur, ut idem quoque procedat quoad amicitiam: ita enim Imperator *Valentinianus II.* Amicus veterrimus optimus; Alte leute sind die besten. Et Rex Salomo *Prov. c. 27.* inquit: Deinen freund und deines vaters freund verlasse nicht. Eleganter *Ovvenus in Monost. Ethic. & Polit. n. 65. p. 117.*

Non temere admittas, nisi fidum noris, amicum,
Sed semel admissus semper habendus erit.

& Cicero pro Roscio inquit: *novos parans amicos noli veterum oblivisci.* conf. plura apud *Zeilerum in Epist. P. 1. p. m. 310. & Agricola* in der Auslegung gemeiner Sprichwörter *n. 138. p. m. 77.*

5. Declara: scil. in dubio: aliud ergo, quando quis certus est, mutationem fieri in melius.

6. Male hinc agit Princeps ad regimen evectus, si antecessoris sui ministros senes & fideles dimittit. Add. Reinkingk in der Biblischen Policey *L. 2. ax. 80. p. 388.* ubi & sacra & profana hanc in rem reperire licet exempla.

XVI.

1. **Mit denen alten soll man rathschlagen, und mit denen jungen fechten.** Consilia senum sunt, hastæ juvenum. Est *Pyndari* dictum. *Aristoteles* dixit: Vires in juvenibus, prudentia est in senibus; unde porro dicitur: Alte leute, alte räncke; junge füchse, junge schwäncke. Abele *in Metamorphosi telæ judiciariæ P. 2. p. m. 234. cas. 94.*

2. R. quia consilia præsupponunt & requirunt (1) judicium maturum & experientiam longo rerum usu adquisitam; dimicatio vero robur corporis & vigorem. (2) quia calor & temeritas plerumque est in juvenibus, quæ consiliis non inserviunt. (3) quia non cadit in ætatem juvenilem auctoritas, quæ tamen ad jubendum suadendumque plurimum valet. *Lipsius Polit. L. 3. c. 4. n. 8. in Not.*

3. Declaratur, modo senectus non ita comparata sit, ut cum ea vires quoque animi deficiant, & judicium hebescat. conf. hic *par.* Alte leute sind schwätzig.

4. Declar. (2) quod in majori pretio sit consilium senis, quam gladius juvenis, juxta illud: Plus valet umbra senis experti, quam gladius juvenis; vid. *Nolden in Trebatio p. m. 199. Tabor apud Barbosam in Thes. loc. Com. sub voc. senex ax. 2.*

5. Declaratur (3) modo ſenes quoque habeant capacitatem naturalem. Nam ſicut ſola barba nunquam facit Philoſophum; ita quoque ſenectus per ſe non tribuit prudentiam. *Auſonius* dicebat:

Cedimus ingenio quantum præcedimus ævo.

Wenn es allezeit an dem alter, oder der grösse des barts gelegen wäre, ſo müſten wohl die eſel und die geiß-böcke den grösten verſtand haben. Dantur interdum miniſtri juvenes, qui conſiliis vincunt ſenes, & ſenes, qui haſta vincunt juvenes. Conf. *par.*: Alter hilfft vor thorheit nicht.

XVII.

1. WEr nicht alt werden will / mag ſich jung hencken laſſen. Senium qui odit, ille in malam rem abeat vel crucem.

2. Dicitur in eos qui ſenes contemnunt, eisque ſenectutem objectant, bey denen es gleich heiſſet: du alter ſchelm, du alte hur, du alter plauderer, du alte hex!

3. R. quia indignus eſſe cenſetur ſenectute, qui eam deſpicatui habet. Senes canos venerari, non ridere debemus. Alte leute ſoll man ehren und die jungen nicht verachten.

4. Declara, quod injurioſa omnino ſit hæc imprecatio, & Chriſtiano homine minime digna. Neque hinc laudem meretur, quando ſenes, ſi qua offenſiuncula facta eſt, ſtatim in dicterium hoc erumpunt: ſapit enim vindictam. De ſenectute vulgo circumfertur ſequens ænigma: Raht, was iſt das? iedermann begehrts, und wann man es erlangt, ſo klagt man darüber. Vid. omnino Stölzlins ſanftes und ruhiges alter in der vorbereitung.

XVIII.

1. Alter hilfft vor thorheit nicht. Annosa ætas non excludit imprudentiam, h. e. potest quis annosus & tamen imprudens esse.

2. R. quia anni per se non tribuunt prudentiam vel sapientiam, sed experientia & longus rerum usus; les affaires font les hommes, affairen machen leute. Unde quoque nonnulli statim subjicere solent: und jugend schadt der weißheit nicht. Quid? quod Lutherus dixit: wenn die weisen oder alten narren, so narren sie gröblich, wenn es doch bleibt bey dem alten reim: bey weißheit muß auch thorheit seyn. conf. Reinkingk in der bibl. policey *L. 2. ax. 90. p. m. 405. & Agricola* in der auslegang gemeiner sprichwörter *n. 674 p. m. 200.*

3. Effectus hic est, quod in conferendis muneribus & honoribus non præcise ad annos, sed ad ingenium, virtutes & experientiam respiciendum sit; notus enim de juvenibus versus est:
Ante annos animosque gerunt curasque viriles.
Eine krähe, inquit Zeilerus tom. 1. Epist. p. 304. wird zwar sehr alt, aber es thut dieselbe niemand einem schwanen, so weniger jahr erreichet, vorsetzen. conf. *B. Petrus Mullerus in Dissert. Acad. de Aucupio famæ c. 2. §. 32. p. 33. & par.* mit denen alten soll man rathschlagen. *Granzius in Defensione Inquisitorum c. 4. m. 1. sect. 9. n. 77. p. m. 166.*

4. Exemplum præbet nobis Imperator Claudius simplicitatis nævo laborans, cui Græculus quidam, causa casurus apud eundem, sui impos in os dicebat: *tu & senex es & stultus.* Kromai. *Hist. Eccl. p. 35.* Conf. *Esaiæ cap. 65. v. 20.*

XIX.

1. Das alter gehet vor. Qui ætate senior est, præcedentiæ vel prælationis jure gaudet.

2. Convenit S. Scripturæ, & quidem *Lev. c. 19. v. 32.* Für einem grauen haupt solt du auffstehen, und die alten ehren. *Add. Syrac. c. 8. v. 7. 1. Tim. 5. v. 1. 2. ut &* *Iuri Civil. vid. L. f. C. de tyron. & L. semper 5. pr. ff. de Iure Immun.*

3. R. quia plura tulisse, sudasse & alsisse præsumitur ætate major quam minor, & hinc majus censetur ejus esse meritum.

4. E. g. Senior ejusdem collegii potior est voce, loco & dignitate junioribus. *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Com. sub voc. senex ax. 4. Item* quando in electione alicujus Episcopi duo paria habent suffragia, tunc in Episcopum ex his eligendus est senior. *Schræter in Diss. de Iure senum singulari, Erffordiæ habita th. 10. vid. tn. Petrus Maria Passerinus in Tract. de Electione Canonica c. 30. p. m. 598. n. 24.* Exemplum aliud est apud Principes & Comites ejusdem quidem familiæ, diversarum tamen linearum, quia in materia præcedentiæ non attendunt Jus primogenituræ, seu Jus repræsentationis in primogenitura, sed majoratum seu prærogativam senioris ætatis. *Hertius in Select. & Rar. ex Iurispr. Univers. argumentis de paræmiis L. 2. par. 18. p. 614.*

5. Declar. quatenus nimirum cætera quoque paria sunt, & senex eodem dignitatis charactere cum juniore gaudet, v. g. Doctoratus, Licentiatus, Magisterii, Consulatus, Senatus vid. *Diss. D. Schræteri c. l.*

Fal-

6. Fallit E. quando junior, præter dignitatem cum ſeniore communem, adhuc aliud, & dignius quidem ſuſtinet munus. Sic Doctor Profeſſor quantumvis junior, Doctoribus non Profeſſoribus & jam ſenioribus præferendus eſt. *Aug. l. 1. C. de Conſul. Waltherus de Statu, Iuribus ac Privilegiis Doctorum c. 14. §. 87, p. 245.*

XX.

1. Zehen jahr ein kind,
Zwanzig jahr ein jüngling,
Dreyßig jahr ein mann,
Vierzig jahr wohlgethan,
Funffzig jahr ſtille ſtahn,
Sechzig jahr gehts alter an,
Siebenzig jahr ein greiß,
Achtzig jahr nimmer weiß,
Neunzig jahr der kinder ſpott/
Hundert jahr genad dir GOtt!

Eſt lippis ac tonſoribus fere nota parœmia, quæ eleganter exprimit diverſas ætates hominis. Nimirum, quod poſt decem annos puer, poſt viginti juvenis, poſt triginta vir poſt quadraginta in optima & integra ſua ætate, poſt quinquaginta quaſi in ætatiſtitio, poſt ſexaginta in ſenectutis initio, poſt ſeptuaginta ſenex, poſt octuoginta inſipiens & ſimplex, poſt nonaginta puerorum ludibrium, & poſt centum demum annos, divina miſericordia, h. e. beata morte dignus ſit. Vid. omnino *Agricola* in der auslegung gemeiner ſprichwörter. *n. 297 p. m. 182.*

2. Declara, quod, si verum dicere velimus, certi anni accurate definiri non possint, cum alii citius, alii tardius, pro locorum & temperamentorum & educationis diversitate, pubescant, rationis usum consequantur & amittant. Vid. *Buddeus in Elem. Philos. Pract. P. 1. c. 3. §. 157. p. 71.* utpote quæ itidem ex virium robore potius quam ex annorum numero judicanda. *Ring. in Progymnasmat. praxeos jurid. progym. 5. n. 5. p. 48.* Quicquid autem hujus sit, sæpe certi anni litium vitandarum ergo a jure definiti sunt. Sic de jure quilibet infans dicitur, qui annum septimum non complevit *L. si infanti 18. C. de Iure Delib. Kleinschmid in Præcognitis Iurisprudentiæ tr. 3. sect. 2. n. 113. p. 143.* Infantiæ proximus est, qui egressus est septennium. *ibid. n. 114.* & hoc durat usque ad annum decimum cum dimidio completum, secundum communem Dd. opinionem. *Farinacius in Praxi Crim. q. 92. n. 9. conf. Falcknerus in Diss. de Iuribus Impuberum singularibus c. 2. n. 5.* nisi scil. prudentia aut malitia ætatem suppleat. *Kleinschmid d. l.* distinguit inter marem & fœminam, & illum usque ad duodecimum, hanc vero usque ad decimum annum completum, proxime ad infantiam accedere censet. Porro pubertati proximus est mas ab anno decimo cum dimidio completo exclusive usque ad tempus pubertatis, i. e. annum decimum quartum completum, vel secundum *Kleinschmid d. l.* ab anno decimo tertio inclusive usque ad tempus pubertatis, fœmina vero ab anno undecimo inclusive usque ad annum duodecimum completum pubertati proxima æstimatur. Minores sunt mares & fœminæ usque ad annum vigesimum quintum completum, secus est de Iure Sax. utpote secundum quod vigesimo primo anno completo major ætas incipit. Iuvenilis h. e. firma ætas durat usque ad quadragesimum

mum sextum annum completum, quo illa aliquantisper quiescit, donec senilis sequitur. Relinquitur autem senilis ætatis determinatio Iudicis arbitrio, quatenus nimirum illa lege non est definita. Interim notandum, mediam senectutem incipere ab anno sexagesimo. Vid. tn. *D. Ioh. Henr. Schrœterus in Diss. de Singulari senum Iure Erphordiæ habita th. 8. p. 6. sq.* decrepitam vero anno sexagesimo quinto, *Ring d. l. n. 3.* Denique hic observandum, quod homo centum annos vivere possit *L. an ususfr. 56. ff. de ususr. ibique Brunnem. in Comment.* Non vero, quod præsumatur centum annos vivere, sed quod ante centesimum annum non possit certa mors præsumi. *Brunnemannus d. l. Besold. in Thes. Pract. sub voc.* Alter *p. 28.*

3. Effectus est, quod quilibet judicandus sit secundum illa jura, quæ cuilibet ætati statuta sunt. Hinc succurritur infantibus ex senibus delinquentibus. Hinc impuberes nequeunt condere testamentum. Hinc immunes senes sunt a tortura, & infantes arcentur a donationibus. vid. *Tabor apud Barbosam in Thes. loc. comm. sub voc. senex ax. 2.* Hinc minores viginti quinq; annis lapsi restituuntur in integrum. Hinc adolescentes viginti, fœminæ vero octodecim annorum veniam ætatis impetrant, *l. omnes 2. C. de his qui ven. ætat. Sonneman. in LL. Notab. p. 251.*

XXI.

1. **Ein alter mann und junge frau gewisse kinder.** Senex & puellula ubi matrimonio conjunguntur, ibi certo dantur liberi.

2. R. nam etsi pueri non nascantur ex ejusmodi inæquali matrimonio, ipsi tamen conjuges pueri sunt. *Dietherrus in Cont. Thes. Pract. Besold. sub voc.* Alter. *p. 31.* (2) Quia deesse non solent adjutores

vid. *Dn. Hertius de Parœmis Iur. Germ. quæ extant in Rar. & ſel. ex univerſ. Iuriſpr. Argument. par. 67. L. 1. p. 518.* Itali hinc proverbialiter dicunt: es wären drey gefährliche dinge, in eines alten manns hand ein junges weib, in eines Teutſchen hand ein glaß wein, und in eines kindes hand ein vogel. Roſenberg *in Triade Philoſophica p. 87.* Magis ergo conjugia ſenum parœmia hac ſuggillantur, & ludibrio exponuntur, quam ut earum felicitas & beatitudo deprædicetur. *conf. c. 9. X. de Sponſal.* Oraculum enim delphicum a ſene quodam matrimonium puellæ ambiente ſobolemque ex ea procreandam ſperante conſultum reſpondiſſe ſcribitur: quod ſenex ſeptuaginta & puella ſeptendecim annorum certo liberi ſint. *Cruſius de Indiciis delictorum P. 1. c. 27. n. 22. p. 140.* Quod ipſum Poeta quidam ibi allegatus carminice ita reddidit:

Conjugis amiſſæ viduus dum funera deflet,
 Annorum numero dives & arte potens,
Delphica conſuluit devoto Oracula vultu,
 Inviduum qualis nupta vocanda thorum?
Num quid ei ſimilis tepidisque juvencula venis
 Quæ tacitæ noctis tædia longa tenet?
Reſpondit ſapiens hominum Conſultor Apollo:
 Non bene diſparibus conciliatur amor.
Aſt ſi decrepitis effoetum duxeris annis,
 Nullius omnino ſpes tibi prolis erit.
Si deforme pecus, luctus mœrorque dolentem
 Te citius ſtygiis præcipitabit aquis.
Ergo conjugii ne ſortem flere neceſſe
 Sit tibi, vel nuptæ pœniteatve tuæ,
Elige florentem forma præſtante puellam,
 Illa ſenectutis dulce levamen erit.
Neu deſint pueri, ſocii tibi pignora lecti,
 Ipſe eris annorum ſeptuaginta puer.

Dixit

Dixit, & in risum responsa cadentia Phœbi
Propositi dubium constituere senem.
I nunc & cœcis Oracula consule votis,
Proximus o letho qui hymenæa petis.

3. Declara, parœmiam hanc non procedere vice versa, sed tunc valere illud dicterium: Ein altes weib und junger mann gewisse schläge.

4. Declara (2) a multis tamen ita intelligi hoc proverbium, ut sensus sit: si vetulus cum juvencula conjungatur, certo illis nascuntur liberi. Vid. *B. Dn. D. Felix Bidembach in promtuario connubiali them. 14. p. 62.* ubi exemplo *Abrahami* proverbium nostrum illustrat, qui sex liberos suscepit ex *Kethura.* Conf. *Cypræus de Connubiorum jure c. 9. n. 8. p. 303.*

XXII.

1. Ofen, bett und kann,
Sind gut dem alten mann.

Fornax, lectus & potus senibus conducunt.

2. Ratio quia senes deficiunt calore naturali, & siccescunt; fornax autem & lectus calefaciunt, potus vero humectat. Unde Græcorum dicterium: Ἀνδρὸς γέροντος αἱ γνάθοι βακτήρια. Viri senis baculus maxillæ, vel, maxilla senibus scipionis est vice, vel, ex dentibus senes vires reparare coguntur.

3. Declar. hoc adeo improbandum non esse, si nullus excessus, quod potum concernit, committatur; imprimis autem vinum valetudini senum conducit, quippe quod humectat & calefacit. Vid. *1. ad Tim. 5. v. 23.*

XXIII.

1. Alte weiber, alte wettermacherin.
Tempestariæ sunt aniculæ h. e. tonitru cœlum ciere possunt.

2. Ratio, quia vulgo creditur, aniculas esse sagas, sagas autem magico carmine imbres, fulgura & grandinem &c. cœlo deducere posse.

3. Adstipulari quodammodo videtur *L. 4. C. de Malef.* utpote ex qua nonnulli probare satagunt, quod bonas tempestates, sive cœlum serenum, pluvias calidas & conducentes fructibus ciere liceat. Sed enim ineptire illos, jam dudum observarunt alii, Imperatorem non de incantamentis, sed lustrationibus agrorum & processionibus solennibus *Brunnem. ad d. l. 4. C. de Malef.* quæ cum publice decantatis litaniis fiebant, loqui statuentes *Nov. 123. c. 32.* Quidquid sit, ille modus, quo incantamentis tempestas concitatur, merito improbatur, etiamsi propter ubertatem fiat. *Carpz. P. 4. c. 2. d. 7. Nov. 65. c. 16. q. 2.* An autem sagæ tonitru cœlum ciere, & tempestatem pro lubitu excitare possint, quomodoque illud fiat, de eo videantur alii. Interim evolvatur *Goldasti* Rechtliches bedencken von *confiscation* der zauberer- und hexen-güther *p. m. 94. sq. n. 37. lit. f. Exod. 7. Job. 1. Nov. Leon. 65. Gothofr. in d. l. 3. & sqq. C. de Malef. & Mathem. add. omnino Hildebrandus in Goetia l. Theurgia p. m. 41. sqq. Althusius in Dicæologica L. 1. c. 102. & 103.* De formula adjuratoria & signo, quod sagæ loco eo collocant, quo se in domum volunt immittere, vid. *D. Schrœter in Diss. Acad. de Lamiis*, ita autem illa habet:

Ich beschwöre dich alf alf
Der du augen hast wie ein kalf
Einen rucken wie ein deigtrog
Weise mir deines herrn hof.

Ubi (1) obiter insimul observes, quod in *d. tit. C.* conjungantur malefici & mathematici; quasi scil. adfinitas quædam inter eos sit; sed sine dubio hoc ea propter fit, quia etiam magorum nomine olim vene-

venerunt Mathematici. (2) Quod citra injuriam nulla anicula possit compellari eine wettermacherin, nisi id fiat ex familiaritate, & absque animo injuriandi, quamvis ab ejusmodi familiaritate, Christiano homine minime digna, melius abstineamus: Damnanda igitur nostra erit parœmia.

4. Deinde etiam moraliter de omnibus illis intelligitur, die mit ihren plaudereyen unter denen leuten wetter i. e. hader uud zanck anrichten. Hinc aniculæ sibi dictum putent, quod Paulus ad *Tit. 2. v. 3.* scribit: die alten weiber. ꝛc.

XXIV.

1. **Wo der teufel nicht hin will, schickt er ein altes weib hin.** Vel ut Feustking in Gynæceo p. 176. habet: **Was der teufel selber nicht thut, das thut er durch einen verführischen pfaffen.** Quod diabolus ipsemet perficere non audet, aniculæ committit, h. e. diabolus utitur anibus, ceu instrumentis ad negotia sua perficienda maxime idoneis.

2. Ratio, quia

Non audet stygius Pluto, tentare, quod audet
Effrenis monachus plenaque fraudis anus.

Also hatte der teufel, fingit *Schulz in Diss. de Blanda mulierum Rhetorica, Regiomonti 1678. habita p. 55.* ein altes betrug-volles weib abgesendet, zwischen zweyen eheleuten uneinigkeit anzustifften, und wie sie es dahin gebracht, hat er ihr den verheissenen lohn, nemlich ein paar schuhe an einer sehr langen hopffen-stangen über das haus hinaus gestrecket, weilen er sich selbst vor ihr gefürchtet, und ihr daher, weil sie listiger als er war, nicht getrauet. Sed enim, sicuti parœmia ejusque ratio injuriosa atque in contemtum venerabilis senectu-

necturis & clericatus excogitata est; ita negari non potest mulierculas annosas ob sexus ac judicii fragilitatem, animique in superstitionibus firmitatem, & laborum vacationem faciliori opera seduci & ad crimina flecti posse, quam fœminas juniores. conf. *Diss. Dn. Ern. Frid. Schrœteri ICti Ienensis de Lamiis c. 3. q. 1. p. 13. & Dn. Cranzius in Defensione Inquisitorum c. 4. m. 1. 5. 9. n. 78. p. 299.*

3. Declara ergo parœmiam sano sensu intelligendam esse de aniculis istis otiosis, superstitiosis & malitiosis, quæ temerariæ sunt, & ad quasvis fere tricas, imposturas ac fallacias struendas satis frivolæ & audaces, vel dicendum, quod parœmia non καθόλȣ de omni in genere, sed ἐν μέρει de improba & mala anicula procedat. Idem de monachis adfirmandum. vid. **Ernst Meißner in seinen sprichwörtern** *n. 112. p. m. 125. sq.* add. *Burgoldensis ad Instr. Pac. P. 2. d. 15. th. 4. p. 133.* ubi sequentes adfert versiculos:

Hoc solum monachus nimirum a dæmone distat,
Quod quidquid vafer hic suggerit, ille facit.
At si juncta dolis anus adjuvet, & colat astu,
Audebunt Erebi depopulare domum.

Eodem illud recidit: **Wo der teufel nicht hin will, da schickt er seine bothen hin;** de quo vid. *Bidembach in Promtuario connubiali th. 61. p. 285.* Add. *Pfeiffer. Anti-Mel. P. 2. p. 565.* & *Richterus in Axiomat. Oeconom. ax. 236. p. 412.*

XXV.

1. **Um des kindes willen küsset man die amme.** Intuitu infantuli osculo excipimus nutricem. Est proverbium, cujus meminit *B. Mullerus in Tr. de Osculo Sancto c. 8. n. 25 p. 58.* Sensus est: sæpe aliquem amamus alterius

alterius causa, nicht um seiner gelben haare, sondern eines andern willen. Ita Laches apud *Terentium Hecyra A. 2. Sc. 2.* valde quidem suum amorem crepat erga nurum, adeo, ut juraverit etiam ejus patri, *Phidippo*, hisce verbis: *ita me dii ament, haud tibi hoc concedo, etsi illi pater es, ut tu illam salvam magis velis, quam ego*, sed statim subjiciebat causam: *Id adeo gnati causa;* um des sohns willen liebte er die schnur. Similis illa parœmia est: Den teufel muß man anbeten, daß er einem nicht schadet, h. e. blandiri debemus malis hominibus, ne nobis damno sint. Quod ita tamen intelligendum, ut ne illos in malitia sua confirmemus, sed damnum saltem a nobis avertamus, & quidem in communi vita, ac rebus indifferentibus, non vero in judicio, & quatenus verbum divinum obstat. Eodem fere illud recidit: Es geschiehet öffters etwas, nicht propter Lazarum, sed propter Martham; cui sine dubio occasionem præbuit *Cap. 11. Joh.* Conf. Herrnschmid in der sünden-rolle. *p. 185.*

XXVI.

1. Aemter (*a*) wären schon gut, wenn nur das rechnung thun nicht wäre. Officia satis bona essent, modo absque rationibus reddendis forent. h. e. officium aliquod habere admodum expediret, si officialis non teneretur ad reddendas rationes.

2. (a) Vox amt h. l. non generaliter sumitur, & quoduis officium denotat; sed specialiter, quatenus sub eo tale intelligitur munus, quod cum onere conficiendi rationes conjunctum est: ein verrechneter dienst.

3. Ratio (1) quia sic infideles administratores pro lubitu grassari possent in bona & facultates suorum dominorum, (2) quia fideles quidem, sed non satis diligentes, aut modum conficiendi rationes non satis callentes ministri, magno aliquo liberati essent incommodo, possent enim salarium & commoda officiorum percipere, nec tamen reliquas vel restantia solvere tenerentur. vid. *Wehnerus in Observ. Pract. sub voc.* rechnung. *p. m.* 408.

XXVII.

1. Man soll die ämter mit personen, und nicht die personen mit ämtern versehen. Personæ muneribus, non vero munera personis præficienda sunt. Est dictum Augusto, Serenissimo quondam Sax. Electori, usitatum, quo nihil aliud significare volebat, quam quod officiis personæ habiles, idoneæ ac condignæ præficiendæ veniant. *Ventura de Valentiis in Parthenio litigioso L. 1. c. 2. n.* 32. *Vrsinus in Diss. Acad. de Rationariis Præfecturarum c. 2. n. 49. p.* 35. Quænam autem pro idoneis haberi soleant, de eo vid. Seckendorff im Fürsten-Staat *L. 2. c. 5. §. 8. p.* 89.

2. Ratio quia alias privata personarum utilitas promovetur, & salus reip. quæ in partibus credendis a nobis gubernatur, ut cum Imperatore *Iustiniano* loquar *§. ult. proœm. Inst.* impeditur, si non plane inter-

intervertitur. Idiotæ enim vel ex sola imperitia non possunt non quin male administrent delatam spartam, *Latherus de Censu L.3.c.16 p.682.n. 82.* cujus causa ac culpa deinde in illum redundat, qui scienter aliquem indignum ad publicum officium promovit. *ibid. n. 85. add. Mylerus ab Ehrenbach in Hyparchologia c. 6. §.2. p. 220.*

3. Limit. nisi officium ita sit comparatum, ut vel ab aliquo vicario tamdiu administrari possit, donec ille, cui officium delatum, aptum se reddiderit ad istud obeundum, vel, etiam quis tanti sit ingenii ac indolis, ut statim omnia satis intelligere, & optime de illis judicare queat. Non sufficit dicere: Man solle nur einem einen guten dienst geben, man wolle schon sehen, wie man solchen verwalte. *Mylerus ab Ehrenbach. d. l.n.4.* Döpler in seinem getreuen rechnungs-beamten *c.5.n. 121.p. 29.* add. *Rothii ICti Jenens. Diss. sub ejus Præsidio de Emeritis c.5. §. 41.* habita, sed debet quis in eo statu esse, ut præstare possit præstanda, & melius est, aliquem ab initio non admittere quam ex post facto dimittere; cum turpius quis ejiciatur, quam non admittatur *c. quemadmodum 25. X. de Jurejur.* Minimum requiritur theoria necessaria, aut egregia indoles. Praxis ex negotiorum rerumque agendarum tractatione & exercitio addiscenda venit. Affairen machen leute, It. Aemter machen witzig. *Zeilerus in opere Epistolico Cent.3. Ep.82.p. 831.*

4. Ampl. ut idem quoque procedat quoad officia ecclesiastica vid. *1. Tim. 5, 22.*

XXVIII.

1. Der erste fänget an. Primus incipit. Locum autem habere solet hoc proverbium tunc, quando aliquid agendum aut

faciendum, & nullus tamen initium facere audet, donec tandem ineptissimus omnium sibi primas defert: ubi per jocum dici assolet: der erste fänget an. Non ergo primus hoc loco idem est ac primarius, præcipuus, der vornehmste, sed ordine primus, quatenus opponitur secundo; sive h. l. primus non intelligitur ratione dignitatis, sed initii, adeoque hic sermo de facto magis quam de jure est: Jure enim primus esse deberet quoque omnium dignissimus.

XXIX.

1. **Wer bald anfänget, muß bald aufhören.** Qui mature incipit, mature desinit. Parœmia hæc duplicem habet sensum, (1) quod præcocia non sint stabilia, sive durabilia, (2) quod ille, qui mature aliquid agendum vel tractandum incipit, mature quoque id expeditum dare, & hinc quoque ab illo cessare possit.

2. Ratio prioris, quia præcocia & subitanea plerumque sunt imperfecta aut affectata quasi naturæ, quæ diu duratura haud sunt. Hinc illud Latinorum dicterium: *Odi puerum præcoci ingenio*, ein witz-bold; de quo vid. gemeine auslegung teutscher sprich-wörter *p. 360.* Exempli loco nobis esse potest *Ludovicus II.* Rex Hungariæ, denn dieser ist ohne haut gebohren, hat im ersten jahr geredet, ist im andern jahr zum könig in Ungarn und Böhmen erwählet worden, hat im zehenten denen Reichs-geschäfften beygewohnet, im funf-zehenten geheyrathet, ist im achtzehenten grau worden, und im zwanzigsten in der schlacht bey Mohaz A. 1526. umkommen, vid. *Olla pauperum 1. Tract. 1.*

auf

auffatz p. 32. & Sigmund von Bircken im spiegel der ehren des Ertz-hauses Oesterreich p. 1226. Quapropter etiam apud veteres Germanos, ut inexhausta esset pubertas, & robora parentum liberi referrent, sera erat juvenum venus, & pares validique miscebantur, *Tacitus de Morib. German. c. 20.* intemperans enim & luxuriosa juventus effœtum corpus tradit senectuti. Ratio posterioris est, quia justitia id efflagitat, ut ne uni plus, alteri minus tribuatur, quamdiu scil. pacta, quæ legem dant, non obstant. Et hoc sensu posteriori etiam illud intelligendum: nach gethaner arbeit ist gut feyern.

XXX.

1. **Keine antwort ist auch eine antwort.** Etiam silentium responsi vicem obtinet, h. e. quando interrogatus aliquis silet, hoc ipso suo silentio respondet.

2. Ratio quia ad responsionem & voluntatis nostræ declarationem non præcise verba requiruntur; sed factum etiam aliquod, commissionis vel omissionis, sufficere potest.

3. Declar. (1) quod silentium sit quidem responsio, sed effective, non vero formaliter talis.

4. Declar. (2) quod silentium habeat quidem vim responsionis, sed quæ in se neque negativa est, adeoque ex circumstantiis vel pro adfirmativa vel pro negativa haberi debet; qui enim tacet, non utique fatetur, attamen verum est, eum non negare. *L. qui tacet 142. ff. d. R. J.* adeoque tacere medium quoddam inter contradicere & consentire est. Unde non faciendum cum *Weismanno*, Lexicographo alias satis bono, qui parœmiam nostram latine ita reddit: *qui tacet, consentire videtur:* puto enim di-

stinguenda esse invicem dicteria illa: keine antwort ist auch eine antwort, &: schweichstu still, so ists dein will, cum ibi silentium pro negatione & dissensu, hic vero pro adfirmatione & consensu sumi solet. Omnes ergo illi casus huc pertinebunt, ubi in jure silentium pro dissensu haberi & exponi solet. conf. gemeine auslegung teutscher sprichwörter *p. m.* 285. ubi parœmia nostra ita explicatur: wen man unwürdig achtet einer antwort, dem giebt man keine antwort, daraus er schliessen soll, seine bitte, frage oder sache habe keine statt. De illis casibus vero, ubi silentium pro consensu habetur, vid. *par.* Schweichstu still/ so ists dein will Quoniam autem utroque casu facile aliquid reponi potest a tacente, si silentium contra ipsius commodum quis interpretari vult, ideo optimum consilium hac in re erit, ut sub certo temporis spatio tacentis declaratio petatur v. c. Woferne keine antwort erfolgen würde innerhalb 3. oder 4. tagen, so solte solches pro negativa (vel si materia substrata id exigat, pro adfirmativa) genommen werden. Exemplum solenne vid. In der histor. anzeige des Chur-Bäyr. mit denen Fränck- und Schwäbischen kreisen genommenen vorwands *p. m.* 135. add. *Consultiss. Dn. Hertius in Tr. de Eleg. & Rar. ex universᵹ. Jprud. Arg. L.* 1. *de parœm. Jur. Germ. par.* 7. *p. m.* 399. qui parœmiam nostram paulo aliter interpretatur.

XXXI.

1. Anweisung (1) ist gute bezahlung. Delegatio est solutio.

2. (*a*) Delegatio anweisung (1) sumitur late & improprie pro delegatione quacunque debiti, quæ proprie dicitur cessio, übergab, Cession, transport. (2) Proprie pro illa novatione, qua alius debitor substituitur, sive aliud debitum adsignatur, ut illud exigat

gat creditor, & pecuniam solutionis loco retineat. *Hahn. ad Wesenbec. t. d. Novat. n. 8. Fritsch. in Contin. Besold. sub voc.* anweisung. *Auctor Diss. de salvo Regressu sub Præsidio Illustris Strykii Francofurti habitæ c. 4. n. 117. p. 103.* Uno verbo, cessio fit etiam ei, qui non est creditor, v. c. emtori, donatario; delegatio vero in solutum creditori. Hic accipitur in posteriori significatione.

3. Ratio quia solutio non tantum actuali, & naturali rei præstatione fit, sed etiam tunc, quando aliud pro alio solvitur, *pr. Inst. quib. mod. toll. obl.*

4. Probat id l. quamvis 8. §. 3. ff. ad JCtum Vellejanum, ibi: solvit enim & qui reum delegat.

5. Declar. (1) modo creditor & delegatus in delegationem consentiant, *arg. pr. Instit. quib. mod. toll. obl. Struv. in Jprud. Rom. Germ. for. L. 3. t. 21. aph. 14. Molenbec. divis. Jurid. Cent 3. divis. 53. in addit. Hoppius in Comment. Instit. tit. quibus mod. toll. obl. §. 3. p. m. 776 inf. seq.* cæteraque requisita insuper concurrant, *Dietherrus in Cont. Besold. sub voc. Delegatio.*

6. Declar. (2) valere parœmiam hanc in his, qui actionem habent, non item in reliquis omnibus aliis creditoribus, *Tabor. ap. Barbosam in Thes. Loc. Com. sub voc. Delegatio ax. 4.*

7. Fallit (1) apud mercatores, ubi contrarium, illud scil. obtinet: Anweisung ist keine bezahlung, *Illustr. Stryk. in Diss. de Cambialium literarum acceptatione c. 3. n. 58. p. 43.* & periculo adsignantis fiunt delegationes *Zipfel. de tesseris Collybisticis sect. 7. n. 34. p. 89.* Notanter dictum: *periculo adsignantis:* alias enim regulariter fiunt periculo accipientis creditoris, prælaudatus *Dn. Stryk de Cautel. Contr. sect. 4. c 2. §. 3. p. m. 598. vid.* tamen modo cit. *Diss. de salvo Regressu d. l.*

8. Fallit (2) si creditor delegationem cum protestatione acceperit *B. Brunnem. in Comment. ff. ad L. 11. de Novat. n.5. & ad L. 2. C. de Condict. Indeb.* vel si invito creditori alius debitor a debitore ipsius obtrudatur. *Famigeratiss. Dn. Hertius in Select. & Rar. ex univer. Jurisprud. Argumentis L. 1. de parœm. Jur. Germ. par. 96. p. 554.*

9. Ampl. ut idem quoque obtineat in cessione nominis in solutum ex titulo præambulo facta *ibid. §. 2.*

XXXII.

1. Übel gesprochen ist wohl appellirt. Male sententionare (h. e. decidere) est bene appellare.

2. Ratio, quia sic appellationis finis, reformatio nimirum sententiæ, obtineri potest: fit enim ista, aut certe fieri debet ob sententiam iniquam, & contra jus latam.

3. Declar. (1) intelligendam esse parœmiam ratione *materialium & meritorum causæ*, ita, ut sensus sit: cui ex injusta causa sententia fertur, ille justam causam appellandi habet, non vero ratione *formalium*: potest enim quis justam habere appellandi causam, & tamen, ob formæ debitæ neglectum, illa cadere, & eatenus male appellare, uno verbo: intelligenda est objective vel etiam relative, quatenus nempe justa, & legibus adprobata, appellatio refert se ad iniquam sententiam; aut *fundamentaliter & radicaliter*, quia fundamentum & radix bonæ adpellationis est iniquitas sententiæ, non vero *formaliter*. Conf. *Wehnerus in Observat. Pract. sub form.* übel geurtheilt, wohl *appellirt* p. 465. *seq.*

4. Ampl. ut procedat etiam vice versa: wohl gesprochen ist übel appellirt. Quia Judex superior sententen-

tentiam justam confirmare tenetur. Et eatenus quoque, quatenus nimirum a justa sententia appellatur, improbari debet beneficium vel potius abusus beneficii appellationis. conf. *Burgoldensis ad Instr. Pac. Osnabrugo-Monaster. P. 2. disc. 20. §. 18. p. m. 224.*

XXXIII.

1. **Wer ungebeten zur arbeit gehet, der gehet auch ungedanckt davon.** Qui non rogatus laborem vel operam suscipit, ille sine mercedula abit. h. e. qui ultro negotium aliquod gerit, ille pro operis suis nullam recipit mercedem.

2. R. Quia sic deficit vinculum mercedem petendi, conventio nimirum. Sibi ipsi quis imputandum habet, quod se rei alienæ immiscuerit, aliosque præverterit, nec certam sibi stipulatus fuerit mercedem. Es stehet geschrieben: was deines amts nicht ist, da lasse deinen vorwitz. *Sirac. 3, 23.*

3. Declaratur, hoc maxime tunc procedere, quando negotium inutiliter gestum est.

4. Ampliatur in tantum, ut, si rem plane inutilem suscipiat gestor, ad casum fortuitum per *l. si negotia 11. ff. d. Neg. Gest.* Si rem alias perituram, ad latam culpam tantum *L. ait prætor 3. §. 9. eod.* alias vero ad levissimam etiam culpam teneatur, *§. 1. I. d. Obl. quæ quasi ex contract.*

5. Limit. (1) ut tamen negotiorum gestor ratione impensarum debeat indemnis servari, & sic necessarias ac utiles actione negotiorum gestorum contraria repetere possit *l. quæ utiliter 45. pr. d. Neg. Gest.* licet casu aliquo eventum non habuerint. Utut enim mercedem petere nequeat gestor; attamen

nec damnum positivum habere debet, cum nemini officium suum debeat esse damnosum.

6. Limit. (2) Civilitatem tamen jubere, ut gratiæ non tantum dicantur gestori, pro utiliter præstita opera, sed ut honorario etiam ejus pensetur opera, utut effectus laboris aliunde impeditus fuerit; dummodo nihil culpæ aut doli imputari possit gestori. Eodem illud recidit: Da der arme mann seine dienste anbot, da war sein lohn gering. Add. parœmia: Ungedingt gearbeitet, ohne lohn davon gangen.

XXXIV.

1. Wer sich in herrn-diensten zu todt arbeitet, den holet der teufel. Servitiis domino præstandis qui mortem sibi caufatur, illum diabolus aufert, h. e. ille damnatus est. Alii dicunt: Wer sich zu todt arbeitet bey hof, der wird nicht begraben auf den kirchhof. Est parœmia subditis, angarias cum indignatione præstantibus, maxime usitata, qua alios, operas fideliter expedientes, a diligentia sua abducere, & arcere conantur, ne ad horum exemplum provocari possit. Quemadmodum autem parœmia in hoc sensu accepta utique damnanda; ita etiam illi, qui gratiam aucupaturi, vitam & interdum etiam salutem, irrationabiliter suis sacrificant dominis, cogitent, ita præstandas esse operas & servitia, ne salutem & vitam nostram plane susque deque habeamus, utpote quæ nostra non sunt, sed usufructuario & temporali, aut si mavis, precario jure tantum possidemus. *Simon ad Gui-*

Guiliel. Grotium de Principiis Jur. Nat. c. 7. §. 3. p. m. 121. vel vitæ non ſumus domini, ſed adminiſtratoriam ſaltem ejus poteſtatem, cum facultate percipiendi commoda, exinde provenientia, habemus. *ibid.* add. *L. liber homo 13. ff. ad Leg. Aquil.* ubi dicitur, quod nemo membrorum ſuorum dominus ſit.

XXXV.

1. Wer nicht arbeiten will,
Der laß das brod auch liegen ſtill.

Qui non laborat, non manducet. h. e. qui non laborat, & onera recuſat, indignus eſt victu & mercede, *Woldenbergius in Micario Iuris p. 22.*

2. R. quia victus & merces dantur in compenſationem laboris. Ceſſante autem ratione, ceſſat quoque diſpoſitio. Oneroſum qui fugit, illum quoque fugit lucrum. Confirm. per illud Apoſt. *2. Theſſ. 3. v. 10.* So jemand nicht will arbeiten, der ſoll auch nicht eſſen. Locum parallelum faciunt vulgati illi verſiculi:

Trinck wein und erwirb,
Trinck waſſer und ſtirb.
Beſſer wein getruncken und erworben,
Als Waſſer getruncken und geſtorben.

3. Declar. Quatenus nimirum quis laborare valet: aliud ergo, ſi ægrotat famulus vel ancilla: hoc enim caſu illis non puto denegandum eſſe victum, cumprimis, quando non habent, unde vivant, nec morbus eſt diu durans; quamvis fateri neceſſe habeam, quod de Iure Civ. ad porrigendum victum hiſce caſibus vix poſſit adſtringi invitus, etiamſi morbum ſibi contraxerint ſervitiis, modo dominis nihil poſſit im-

imputari culpæ, adeoque res abeat in casum fortuitum, quem nemo præstare, sed quilibet sufferre tenetur. Nec habent, cur querantur famulantes; recipiunt enim pro operis præstitis suam mercedem, qua contenti esse, & Deum orare debent, ut sanitatem concedere, & omne infortunium avertere velit. An salarium seu merces illis, qui victum petere possunt, debeatur? vid. *Lex conducto 15. §. 7. ff. d. Locat. Mevius P. 4. d. 200. n. 7.* Ratio dubitandi est, quia infortunium ægrotantis alteri non debet esse damnosum *l. si duobus ult. §. 1. C. Com. de Leg.* Add. *Disput. Acad. de Privilegiis ægrotorum sub Præsid. D. Bergeri Wittebergæ habita c. 2. §. 13. Carpz. Iurispr. Consist. L. 2. t. 10. d. 153. Gail. L. 1. Obs. 44. n. 12. Brunnem. ad. l. 1. §. 13. Carpz. P. 2. C. 5. d. 10.*

4. Exemplum alicujus fidelis & misericordis heri præbet centurio *Matth. 8.* sed perpauci dantur ejusmodi centuriones, & plures credunt, heros præter mercedem & victum nihil debere suo famulitio. Conf. Reinhold von Derschau *in Hodosophia Viatoris Christiani c. 12. p. m. 952. seqq.*

XXXVI.

1. Der argwohn (*a*) ist ein schalck. Suspicio nequam est, h. e. suspicioni non fidendum.

2. (*a*) Suspicio argwohn, quæ animum judicis, aliquo levi argumento, in aliquam partem inclinat, & si non omnem excludat dubitationem, *Menoch. L. 1. præsumt. 7. n. 44. p. m. 8.* differt in eo a præsumtione, von der muthmassung, quod hæc non nisi ex certis signis & verisimilibus; illa vero ex levioribus tantum oriatur indiciis, & sicut hinc suspicio minor est præsumtione *Menoch. L. 6. præs. 61. n. 8.* ita etiam ex suspi-

Suspicionibus multis conficitur præsumtio, *Id. L. 1. Q. 7. n. 54.* Quomodo ab inde differant signum, indicium, conjectura, fictio, vid. idem *Menoch. d. l. L. 1. Q. 7. & 8. & D. Bœtticher in Diss. de Præsumtionibus Helmstadii sub Ejus Præsidio habita §. 11. seqq.*

3. R. quia fallit homines, adeo, ut innocentissimos etiam sæpe in damnum & periculum conjiciat, die liebe aber trachtet nicht nach schaden, *1. Cor. 13, 5.* οὐ λογίζεται τὸ κακὸν, non cogitat malum, denckt kein arges, deinde quia causa est, cur omnia male & sinistre capiantur, vid. *Zeiler. P. 1. Ep. 93. cent. 2. p. 533. add. Dietherr. in Cont. Besold. Thes. sub voc.* Argwohn. *p. 67.* Hinc etiam divina Lege ita cautum est: Das ists, das ihr thun solt, rede einer mit dem andern wahrheit, und richtet recht, und schaffet friede in euren thoren, und dencke keiner arges in seinem hertzen wieder seinen nächsten, und liebet nicht falsche eyde, denn solches alles hasse ich, spricht der Herr. *Zach. 8. v. 16. 17.*

Declara, procedere hoc imprimis quoad primum gradum suspicionis, quæ temeraria est, *Can. multi in med. 2 qu. 1.* & ex adversariorum confictione surgit. *cap. cunctis 11. Qu. 3.* Deinde quod imprimis infelices suspiciosi sint, ita enim *Hegio apud Terent. in Adelph. A. 4. S. 4.* omnes, quibus res sunt minus secundæ, magis sunt nescio quo modo, suspiciosi: ad contumeliam omnia accipiunt magis: propter suam impotentiam se semper credunt negligi.

Effectus est, quod ex suspicione sola condemnandus nemo sit, *cap. primo. 2. Q. 1. Tabor apud Barbos. in Thes. loc. Com. sub voc. suspicio ax. 3. Hertius in Selectioribus & Rar. Jurisprudentiæ Argumentis, de Parœmiis Jur. Germ. L. 1. par. 107. p. 575.* sed quod probabilis etiam probationem admittat in contrarium.

XXXVII.

XXXVII.

1 Arm seyn ist keine schande noch unehr, sive, Armuth schåndet nicht. Paupertas non est dedecori; Paupertas non est ignominiosa. Eodem recidit: Armuth låhmet nicht.

2. R. quia divitiæ sunt bona fortunæ, nec hinc humana industria semper comparari possunt, cum sæpe alii, in labore assidui, inanes culmos excutiant, alii desidiæ, & languori dediti, hæreditatem adipiscantur effertissimam, *Itterus in synopsi Phil. Mor. L. 1. c. 1. Consect. 2. p. 22.* Quid? quod paupertas, plerumque bonæ mentis soror, & eruditorum contubernalis esse solet, *Dietherrus in Cont. Besoldi Thes. Pract. sub voc.* Blut-arm *p. m. 109.* Exemplum præbet JCtus *Massurius Sabinus in L. 2. §. 47. ff. de Orig. Jur. conf. Waltherus de Privilegiis Doctorum c. 24. §. 182. p. 555. Paucis:* Paupertas non est de genere malorum.

3. Confirm. *per c. illa cavenda. 6. caus. 15. q. 1. & L. illicitas 6. §. præses 9. ff. de Off. Præs.*

4. Effectus est, quod in Jure pauperes non suspecti sint.

5. Declar. quod paupertas per se non inducat suspicionem *Hertius in Rar. & Select. ex Univ. Iurisprud. Arg. L. 1. de Parœm. Germ. par. 64. p. 514.*

6. E. G. sola paupertas tutorem aut administratorem non reddit suspectum *§. ult. I. d. Suspect. Tut.* nec aliquem a testimonio repellit; vid. tn. *L. 3. ff. de Test.* & *Crusius de indiciis delictorum P. 1. c. 96. n. 2. sqq. p. 318.* nisi conjuncta sit cum inhonesta vita. Ayrer im Historischen *Processu Juris c. 7. n. 22. p. 165.*

7. Declar. 2) procedere hoc, quatenus paup er cæteroquin honestus & talis est, qualis pauper scenicus

apud

apud *Terentium* in *Phormione Act.* 5. *Sc.* 7. inquiens: *Quanta quanta hac mea paupertas est, tamen adhuc curavi unum hoc quidem, ut mihi esset fides.* Attendendum ergo utique vitæ genus est, quod pauper sectatur. *Hertius d. l.* & videndum, an non ipsi & ejus vitæ dissolutæ imputanda veniat paupertas, denn sich arm ꝛc. faullentzen und arm sauffen ist keine geringe schande. *Prov.* 18. 9. c. 23. v. 20. & eatenus quoque illud *Horatii* 3. *carm. od.* 24 verum est;

Magnum pauperies opprobrium jubet
Quidvis & facere & pati.

Ut & illud *Mantuani eclog.*.

Pauperies inimica bonis est moribus &c.

8. Effectus (2) quod paupertate Nobilitas non amittatur, *Knippschild de Fidei commissis c.* 7. *n.* 8. *p.* 193. *Hahn. in Diss. Acad. de Nobilium Jure singulari thes.* 38. *Tabor apud Barbos. in thes. loc. Com. sub voc. paupertas ax.* 4. *Schuz de Statu Rei Rom. Vol.* 1. *Ex.* 9. §. 8. *lit. E. p.* 732. Obfuscari tamen eam paupertate recte tradit *Sprenger in Instit. Jur. publ. L.* 1. *c.* 8. *p.* 47. Neque etiam a testimonio repellit, si pauper cæteroquin fidelis, honestæ vitæ & ingenuis parentibus natus sit. *Lauterbach in Collegio Theoretico-Practico p.* 2. *l.* 22. *t.* 5. *th.* 23. *p.* 319.

XXXVIII.

1. Armuth (*a*) studirt / Reichthum banquetirt. Paupertas studiis, divitiæ epulis ac potationibus incumbunt.

2. (*a*) Paupertas, ceu abstractum, synecdochice hic ponitur pro concreto. Idem dicendum de divitiis, ita, ut sensus hic sit: Studiosi pauperes studiis invigilant, divites vero genio suo indulgent ac epulis.

3. Ratio (1) quia divites jam tum satis honoratos se esse credunt, pauperes vero, utpote ubique hactenus jacentes, emergere satagunt. (2) quia pecunia prudentem requirit Curatorem, geld will einen klugen vormund haben, cujusmodi regulariter non est juvenis dives. (3) quia inopes paucioribus tentationibus obnoxii sunt.

4. Declar. quod procedat saltem per accidens: novimus enim & pauperes dari, qui inertes sunt ac dissoluti, & divites, studiis sedulam navantes operam, nec enim in paupertate per se virtus, nec in divitiis vitium est, conf. omnino *Hertius in Tr. select. & Rar. ex univ. Jurisprud. de Parœm. Jur. Germ. L. 1. par. 64. v. 514.* Mediocriter nummati omnium felicissimi sunt, armuth und reichthum gieb mir nicht, laß mich aber meinen bescheidenen theil haben ꝛc. *Proverb. 30, 8.*

XXXIX.

1. Aus den augen aus dem sinn. Procul ex oculis procul ex mente. *Propertius* dixit: *Quantum oculis animo, tam procul ibit amor.*

2. Ratio quia objecta movent sensus, ita quoque e contrario absentia facit, ut obliviscamur amicitiæ. Die abwesenheit ist der liebe feindin: Est Hispanorum dicterium.

3. Declara, intelligendum esse hoc de amicitia imperfecta, v. g. simulata, ut & quæ voluptatis gratia contracta; illa enim cessante, tanquam causa, ob quam animorum conjunctio facta, etiam amicitia cessat, *Beierus in Diss. sub ejus Præsidio Jenæ de Amicitia & Inimicitia habita c. 2. n. 10.* Idem quoque de amicitia, utilitatis gratia, inita dicendum; quip-

quippe quæ itidem finitur, finita utilitate, tanquam ejus causa. Recte *Aristoteles:* tam diu manet scil. hæc amicitia, donec amantes utilitates, ac voluptates mutuo suppeditant. Et eatenus, quatenus enunciative, & de facto, loquitur parœmia nostra, non improbatur. conf. *Meisner.* in seinen widerlegten sprichwörtern *n. 83. p. 161.*

4. Declara (2) improbari illam debere, quatenus ad veram adplicatur amicitiam, v. c. conjugalem; hic enim illud obtineat: absentem tanquam præsentem scil. ames! vid. *Meisnerus d. l.*

5. Ampl. sive absentes vivant adhuc, sive mortui sint: nam etiam cum vita memoria hominum perit. conf. *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. com. sub voc. amicitia ax. 3.*

6. Limit. nisi literis amicitia conservetur, quamvis dubitem, an literarum commercium tantæ sit efficaciæ, ut semper tueri possit animorum conjunctionem.

7. Fallit, si amorem fidelium erga servatorem respicias. Utut enim Dulcissimus JESUS oculis nostris sit ereptus per adscensionem; pii tamen indesinenter eum cogitant & amant, ineffabilem exinde gloriam & beatitudinem consecuturi. *1. Pet. 1. v. 8. 9.*

XL.

1. **WAs das aug siehet, glaubet das hertz.** Manus nostræ oculatæ sunt, credunt, quod vident.

2. Ratio, quia ocularis inspectio non fallit: est enim sensuum omnium certissimus oculus. *Vinnius in Not. ad Instit. Jur. tit. de Grad. Cogn. §. 9.* Unde Comici illud: *vidi hisce oculis, ne nega! Erhardt de Operis Rusticorum concl. 15. p. m. 210. apud Stammi-*

um de servitute personali. Qua propter etiam ocularis inspectio validissima & liquidissima probatio dicitur. *Illustris Dn. Strykius de Jure sensuum Diss.* 2. *c.* 3. *n.* 2. *p.* 73. Der augenschein ist aller zeugen beste. Add. *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Com. sub voc. ocularis inspectio ax.* 1. *Molenbecius Cent.* 2. *div.* 34. *n.* 2. *p.* 311. & *ibi allegatus Besoldus in Thes. Pract. sub voc.* augenschein. Recte *Horatius*:

Segnius irritant animos emissa per aures
Quam quæ oculis subjecta fidelibus.

Plura, & quidem exquisite dicta, confer apud *Finckium in Schediasmat. p.* 29.

3. Probatur per *d.* §. 9. *Inst. de Grad. Cognat.* ibi: *magis veritas oculata fide, quam per aures animis hominum infigitur.*

4. Scilicet in ejusmodi rebus, quæ objectum visus sunt: & de hisce etiam intelligendum brocardicum illud: Plus est testis oculatus unus, quam decem auriti. Conf. *Erhardt d. l.*

5. Declar. (2) modo adsit recta dispositio animi & oculi, tanquam organi, man muß nicht nur die leiblichen, sondern auch die gemüths-augen recht aufthun, und die sache nicht ansehen, wie das kalb ein neues thor, medium adæquatum, seu ita dispositum, ut sensus illud requirit, & debita demum inter objectum & organum distantia, *prælaud. Dn. Strykius d. l. in proœm. n.* 57. *p.* 19. Apprime bene propterea *Besoldus d. l.* scribit: *res ita inspici debere, ut oculi fallere nequeant.* Add. *Speidelius in speculo sub voc.* augenschein. *Rosenthal de feudis c.* 12. *concl.* 19. *n.* 50. & *Veltheimius in Institution. Metaph. p. m.* 894.

6. Fallit in rebus fidei vid. *Joh.* 3. Denn da heisset es: Seelig sind, die nicht sehen, und doch glauben, quod ipsum Apostolus *Thomas* suo nos docuit exemplo.

Nam

Nam si tantum credis, quod vides, non est fides. Conf. *Joh. 20. v. 25. & 29. & Ebræor. 11. v. 1.*

XLI.

1. **WAs der August nicht kocht, lässet der September ungebraten.** Quod mensis Augustus non coquit, illud non inassat mensis Septembris, h. e. Quod mense Augusto non capit suam maturitatem, vix capit eam mense Septembri.

2. Ratio quia mense Septembri calor solis remittit, & venti, maxime nocturni, incipiunt esse algifici, cum contra, mense Augusto, omnia æstu caleant, adeo, ut iste etiam der koch-monat dici soleat.

3. Declaratur, imprimis hoc quoad vinum procedere; quando enim hoc mense non maturescunt botri, raro vinum nascitur generosum, & quidem apud nos in Germania, secundum stylum veterem sive Gregorianum.

4. Limitatur, nisi modo extraordinario cœlum æstuet mense Septembri, & sic caloris, mense Augusto alias soliti, suppleat defectum.

5. Metaphorice de iis intelligi potest nostrum adagium, qui negotia justo tempore non tractant, & deinde aut prorsus non, aut non cum optato successu, illa expedire possunt. E. g. qui in pueritia artibus & studiis debitam non navat operam, vix illis se imbuet adultior factus.
Qui non est hodie, cras minus aptus erit.
Was Hännsgen nicht lernet, lernet Hanns nimmermehr.
Et frustra tunc exclamari solet:
O mihi præteritos referat si Juppiter annos!
Als wir denn nun zeit haben, so lasset uns gutes thun *Galat. 6. v. 10.*

XLII.

1. Zweymal darf man wol ausbleiben. Bis emanere licet.

2. Ratio quia regulariter hodie nemo condemnatur, nisi ter citatus fuerit. *Struvius in Jurisprud. Rom. Germ. For. L. 4. t. 8. §. 11.* vel quia nemo contumax esse censetur, nisi qui, tribus emissis citationibus, præsentiam sui facere contemnit. *L. contumaciam 53. §. 1. ff. de Re jud. Nov. Leon. 108.* das andere macht sündigen, inquit *Sirac. c. 23. v. 21.* Das ist zu viel, das dritte mal bringt die strafe mit sich.

3. Declara, antequam scil. in contumaciam procedi, & in præjudicium emanentis pronunciari possit. *Brunnem. in Processu Civ. c. 4. n. 7. p. 68. Fuchs in Introd. ad Praxin L. 2. c. 8. n. 6.*

4. Limitatur, nisi quis peremtorie citatus fuerit, ob rationem, quia una peremtoria tres alias simplices continet citationes. *Brunnem. d. l.* Sic hodienum in Camera imperiali omnis citatio peremtoria est, & hinc citatus statim comparere tenetur. *Blumius in Proc. Cam. tit. 65. §. 6.* Quod ipsum tamen de Jure feudali non procedit, quippe quo tribus distinctis vicibus reus citari debet, antequam contra ipsum procedatur in contumaciam. *2. Feud. 22.*

XLIII.

1. Man hüte sich vor der ersten auslage. Quilibet caveat sibi a prima solutione, i. e. quilibet caveat, ne aliquid solvat, spe fretus, fore, ut illud recipiat. Alias dicitur: melius est non solvere, quam solutum repetere. *l. 15. pr. ff. de fidejussor.*

3. Ra-

2. Ratio (1) quia facile evenire potest, ut debitor facultatibus labatur, aut aliud quid exactionem impediat. *Dn. D. Zoll in discursu juridico de exceptione non numeratæ pecuniæ th. 2. §. 2. p. 11.* (2), quia facilius datur exceptio ad denegandam solutionem, quam actio ad repetendum solutum. *Barbosa in Thes. Loc. Com. sub voc. Exceptio ax. 25. p. m. 241.* vel facilius impeditur faciendum, quam factum revocatur. *Brunnem. ad L. 15. ff. de Fidejuss. & mand. conf. L. 51. stipulatus 15. de fidejuss.*

4. Exemplum vid. apud *Brunnem. d. l.* conf. omnino *laudatum Dn. D. Zollium, Fautorem Colendum, in decade Observationum singularium a Dn. Murhardo sub ejus Præsidio Rinthelii ventilatarum Obs. 6. p. 21.*

5. Notent id ipsum quoque pecuniam mutuo dare volentes pro cautela, & probe discernant personas, istam mutuaturas, an nimirum dignæ fide sint, & pecunia bene ab illis collocetur nec ne? nam hoc posteriori casu locus illi adagio erit: **Es ist besser der erste, als der letzte unwille.** Deinde & id notandum, quod vox **außlage** sæpe metaphorice intelligatur pro primo ictu, ita ut sensus parœmiæ huc redeat: **Hüte dich vor der ersten maulschelle**, ea propter, quia alapa plerumque alapa pensatur, & causa est, ut deinde atrociora verbera, plagæ & ictus sequantur.

XLIV.

1. **Ein ieder ist seiner worte bester ausleger.** Quilibet verborum suorum optimus interpres est.

2. Ratio quia interpretatio conveniens esse debet menti verba proferentis; nemini autem rectius de prolatorum verborum sensu, quam ea facienti, constare potest.

3. Probatur per *L. & ideo. 11. d. LL.* add. *Dd. ad L. 66. d. Iudic.*

4. Declar. (1) quoties actus ab unius tantum voluntate dependet, v. g. Leges ferre est solius Imperatoris. E. & illas interpretari. It. quando quis verba evomit, quæ in se injuriosa non sunt, tunc eorum explicatio loquentis est, nisi scil. circumstantiæ contrarium suadeant. *Tabor apud Barbosam sub voc. interpretatio ax. 1.*

5. Limit. (1) quoad eum, in cujus potestate fuit apertius dicere legem, nec tamen illud fecit, cujusmodi v. g. est venditor, locator, *L. 39. ff. de Pact. L. 21. de Contr. Emt.* præsumitur enim esse in culpa, *Tabor apud Barbos. in Thes. Loc. Com. sub voc. verba ax. 11.* Vel etiam dici potest, fallere parœmiam tunc, quando plurium voluntas in unum coire debet, ille vero, qui verba facit, obscure & dubitanter loquitur, tunc in dubio & obscuro interpretatio contra loquentem facienda est *Tabor d. l. sub voc. Interpretatio ax. 1.* Sic e. g. in dubio pro promissore contra stipulatorem interpretatio fieri debet. *L. veteribus 39. ff. d. Pact.*

6. Limit. (2) nisi interpretatio sit evidenter falsa, & plane impertinens, ita, ut verbis vis inferatur. E. g. si hæc per se injuriosa essent, & in bonum sensum ab injuriante detorqueri vellent; Utut enim alias in judicio verba accusati non cum interpretatione accusantis, sed ipsius accusati sint accipienda, hoc tamen in præsenti non potest habere locum, ne hominibus, evidenter malitiosis, indulgeatur.

7. Ampliatur ut idem quoque in Theologia valeat, cum & Spiritus Sanctus optimus verborum suorum interpres, & hinc illa omnium optima interpretatio sit, quando sacra scriptura per scripturam expli-

explicatur: sensus enim non inferendus, sed efferendus est. Vid. omnino *2. Petr. 1, 20.*

XLV.

1. LIgnager (*a*) sur lignager n' a point de retenuë. (*b*) Linearis præ lineari non habet jus retractus.

2. (*a*) Est vox descendens a primitivo *ligne*, latine linea, quæ agnatum ex una eademque familia ortum significat: *lignage* enim gentem vel familiam denotat, das geschlecht, den stamm.

3. (*b*) Retenue alias significat moderationem, die eingezogenheit, beschaffenheit; h. l. vero idem ac Retractus est, der einstand, das näher-recht. Sensus itaque est: quando aliquis prædium vel aliam rem immobilem vendit uni ex remotioribus suis agnatis, tunc proximiores, non habent præ illo jus retractus sive protimiseos.

4. Ratio, quia illa quæ in remotiorem agnatum transferuntur, non exeunt de familia. Confirm. *per l. dudum 14. C. de. Cont. Emt.*

5. Declara, procedere hoc in Gallia, teste *Crusio ad Ius statutarium Mindense tit. 11. art. 2. p. 154.* & aliis multis locis, quorum consuetudo ante omnia observanda est.

6. Fallit apud nos in Germania communiter, ubi jus retrahendi etiam adversus remotiorem agnatum, cui res aliqua vendita est, competit. *Struvius in Iurisprud. Rom. Germ. Forensi, L. 3. t. 11. §. 33. p. m. 602. Berlichius, P. 2. concl. 39. n. 54. Strykius apud Barbosam in Thes. Loc. Com. sub voc. retractus, ax. 3.*

XLVI.

1. **Alle freyer reich, und alle gefangene arm.** Proci omnes divites, vinculis nexi miseri.

2. Ratio quia proci jactando divitias, & captivi accusando paupertatem & miseriam, eo facilius suum obtinere posse credunt finem.

3. Declara, scilicet secundum dici & prout illi prætexunt; in rei veritate enim sæpius proci miseri ac pauperes, captivi vero divites sunt.

4. Ampl. etiam ad alios proxenetas, die unterhändler und mäckler, quorum ingenium est hortari ac laudare, *l. 2. §. fin. ff. de Proxenet.* Add. *Straccha de Proxenetis*, *P. 3. n. 7. p. 29.* & quidem impune: nec enim conveniri possunt, si postea res aliter se ostenderit, quam isti laudaverint, modo dolus abfuerit. *Dn. Hertius in Select. & Rar. ex Univ. Jurisprud. Argum. de Paræm. Jur. Germ. L. 1. par. 66. p. 517.*

5. Effectus est, quod recessuro a sponsalibus prætextus promissarum & non illatarum divitiarum, minime proficiat *ibid.* nisi scil. quis alioquin non contraxisset absque illis divitiis animo conceptis, quia revera deficit sic consensus. *Illustris Dn. Strykius de dissensu sponsal. Sect. 5. §. 64. p. 263. Sect. 2. §. 13. p. 54.* quæ sententia tamen praxi nostrorum Consistoriorum generali nondum approbata est.

XLVII.

1. **Koop diens nabers rind,**
Und fry diens nabers kind.

Vicini tui bovem emas, & ejus filiam in uxorem ducas, uno verbo: Contrahere debemus cum vicinis nostris.

2. Ratio

2. Ratio (1) quia illos cognitos habemus. vid. *Schænborner Lib. 1. Polit. c. 6. p. 12. in f.* Heyrathe über den mist, so weißt du wer sie ist. Qui cum aliquo contrahit, vel est, vel debet esse non ignarus conditionis ejus, *l. 19. ff. d. R. J.* (2) Quia, si decipimur, consilium & regressus adversus vicinos superest. (3) Non expedit Reip. quemcunque in eam civem inducere, *Berg. in Introduct. in doctrinam Polit. c. 3. p. 25.* Unde etiam Imperator Justinianus justas nuptias non esse voluit, nisi inter Cives Romanos, *pr. Inst. de Nupt.* Conf. omnino *Brissonius de Jure Connubiorum. p. 102.* Sed enim cessat moribus hodiernis dispositio illa prohibitiva Juris Romani, & unius cujusque arbitrio relictum, velitne peregrinam aut vicinam ducere in uxorem, *Hoppius in Comment. Institut. d. l. p. m. 76.* ita ut res meri consilii, & quæstio tantum sit, an conducat civem sibi eligere sociam conjugalem, an vero peregrinam.

XLVIII.

1. Die nächsten freunde, die ärgsten feinde. Proximi consanguineorum sunt hostes acerrimi, sive, quo propior consanguinitas, eo vehementior quoque inimicitia est.

2. Ratio, quia tanto pejus nos habet, quanto magis nobis conjunctus est ille, qui nos offendit.

3. Prob. per *Prov. Salom. c. 18. v. 19.* ubi B. Lutherus notavit: Je näher und lieber freund, je bitterer und hefftiger zorn.

4. Declara, postquam nimirum animorum disjunctio facta & odium radices egit, & quidem valet hoc, non approbative, sed narrative.

5. Ampl. quoque ad alios amicos & familiares,

conf. *Tabor apud Barbosam in Thes.Loc. Com. sub voc. familiaritas, ax. 1.* quamvis proprie de illis familiaribus sibi sermo sit, qui amicitiam fingunt ac simulant, & tamen inimicum in pectore gerunt, quod genus hominum omnium pessimum est, cum nobis ab illis minime satis præcavere queamus.

6. Exemplum præbent nobis conjuges, consanguinei & subditi rebelles facti.

XLIX.

1. **Eine frau sitzt nicht auf eyd und pflicht.** Uxores juramento non tenentur scilicet illo, quod mariti præstiterunt suis superioribus.

2. Ratio, quia juramentum est personalissimum quid, quod personam jurantium non egreditur.

3. Effectus hic vulgo exinde elicitur, quod uxor possit accipere dona, utut maritus illis abstinere teneatur. Vid. **Meißner in der widerlegung einiger sprichwörter** *n. 128. p. 139.* Ast utut uxor non perjura fiat accipiendo, invito marito, munuscula, turpiter tamen & male eo ipso agit; quodsi vero id fiat conscio marito, non video, quomodo exculpare hic se queat & liberare a crimine repetundarum.

L.

1. **Einen Francken soll man sich zum freund, nicht aber zum nachbar wünschen.** Francum amicum, non vero vicinum habeas. Est vetus verbum, cujus mentio jam tum apud Procopium, ut & Eginhardum & Urspergensem idiomate græco facta: τὸ Φράγκον φίλον ἔχῃς, γείτονα δ᾽ οὐκ ἔχῃ, vid. *Adrianus*

Beie-

Beierus in Geographo Jenensi c. 9. p. 127. & Besold. in Thesauro Pr. sub voc. Franck *p. 263.* Galli simile habent proverbium: De grand seigneur, grande riviere, d' un Normand, & d' un grand chemin, ne fais jamais ton voicin. Voye *le Theatre Italien de Gherardi Tom. cinq. p. 97.*

2. Ratio esse videtur, quod Franci olim longe lateque sese diffuderint, & hinc vicinis suis molesti fuerint. Conf. *Barclaji Icon animorum. c. 3. p. m. 81.* & *CAP. XII.* der vorbereitung in denen von Herrn Ludwigen *edirten* geschicht-schreibern von dem Bißthum Würtzburg, *p. 159. P. Serrarius de S. Kiliano p. 26. & Ioh. Cluverus in Epitom. Historiarum tot. Mund. p. m. 414.*

3. Declara, per Francos h. l. omnes illas intelligi gentes, quæ Francorum nomine olim veniebant; frustra ergo hæc parœmia ad nostros Francos tantum, in Franconia degentes, applicari solet. An autem contra Francos præsumtio militet malitiæ, judicari potest ex illis, quæ dicta sunt occasione parœmiæ: Der Sax ein säuffer 2c. Hoc certum & ex *Vopisco, Procopio, Salviano* & *Fredegario* probandum, quod olim jam tum Franci pro fidei datæ violatoribus & malitiosis pacifragis fuerint habiti. vid. *Dn.* Tenzel in monatlichen unterredungen *de A. 1691. p. 981.* De antiquis Francis notum & illud proverbium:

Francum & malum nummum
Portat Diabolus per omnem mundum.

Die Francken und das böse geld
Der teufel führt durch alle welt.

vid. *Dn.* Hübner *P. V.* seiner fragen aus der politischen *Historie p. 588.* Sicut enim falsæ monetæ cu-

fores

sores omnem movent lapidem, ut illa in extera transportetur loca; ita etiam olim Franci longe lateque suum extenderunt regnum. In contumeliam & ignominiam Francorum illud etiam inclementer dicitur:

Zwey Schwaben
Fraßen einen raben,
Aus dem gestanck
Wurd ein Franck.

vel:

Zwey raben
Schmiessen in einen graben,
Aus dem gestanck
Wurd ein Franck.

LI.

1. **SO weit ein straf-gericht (*a*) gehet, so weit gehet auch der forst. (*b*)** Quo usque merum imperium, eo usque etiam foresta se extendit.

2. (*a*) h e. merum imperium, quod ab aliis germanice quoque effertur: die hohe Jurisdiction oder obrigkeit. *Speidel. in Spec. sub voc.* forst *p. 346. vers. quo faciunt &c.*

3. (*b*) h. e. jus venandi, vel etiam quod certo sensu valet, jus foresti; quomodo autem hoc differat a banno ferino, vid. *Carpz. in Pr. Crim. P. 2. q. 84. n. 22.* A jurisdictione forestali differt, ut pars a toto, cum jurisdictio forestalis & bannum ferinum & jus foresti comprehendat. *Petrus Friderus de Processibus & Mand. c. 40. in f. Speidel. d. l. vers. constat autem &c.* ubi ex anonymo deducit, quod foresta vel forestum olim nihil aliud significaverit, quam territorium seu districtum, cui jus venandi cum potestate prohibendi

bendi alios, der bann, annexum non erat, donec tandem per Imperatores jus illud concessum, & sic forestum vel territorium plenius vel perfectius factum fuerit. A quo tempore nostra nata parœmia, cujus sensus est: *Quousque patet territorium, eousque se extendit forestum & consequenter jus venandi.*

4. R. quia ex concessione Imperatorum merum imperium & jus foresti (adeoque jus venandi etiam) connexa facta sunt. Quorsum facit consuetudo ab eod. *Speidelio* ex *Uranio* allegata.

5. Declara ita nostram parœmiam, ut regulariter a mero imperio, seu jurisdictione ad jus venandi, non vice versa ab hoc ad illud, prona sit consequentia, *Wehner in Observ, Pr. sub v.* forst. *§. ac hinc est &c. p. 113.* Imprimis hodie, ubi multa immutata sunt, adeo ut nec a mero imperio ad jus venandi ubivis firmum necti possit argumentum, sed mores cujusvis loci hac in re variare soleant. Concessa autem generatim jurisdictione forestali, etiam merum imperium concessum esse tradit *Besold. in Thes. Pr. sub v.* forst *vers. cæterum cui &c. p. 261.* cum illa sine hoc commode explicari nequeat.

7. Limita ergo parœmiam: nisi contrariis moribus, pactis aut statutis aliud introductum sit: licet enim de consuetudine multorum locorum Germaniæ jurisdictioni aut imperio in dubio cohæreat venatio, mores tamen valde variant in Germania; *Wehnerus d. l.*

LII.

1. **So weit der fluhr** (*a*) **gehet, so weit gehet auch das gericht.** (*b*) Quousque se extendit agrorum districtus, eousque etiam se extendit jurisdictio.

2. (*a*)

2. (*a*) Vox fluhr denotat (1) particularem tantum agrorum districtum, v. g. den winterfluhr, den sommer-fluhr. 2) Integrum districtum vel universitatem agrorum intra fines civitatis vel pagi, jurisdictione munitam, die gantze marckung, vid. *Fritschius in Addit. ad Besoldi Thes. Pract. sub voc.* **Fluhrrecht** *p. m. 745. Dieth. p. 749.* Et hæc ultima significatio hujus loci est.

3. (*b*) h. e. jurisdictio sive potestas ejus dicendi, ita ut sensus sit, *in toto districtu, ad civitatem vel pagum pertinente, magistratus ejus habet potestatem jus dicendi.*

4. R. quia jurisdictio cohæret territorio, passive & materialiter, tanquam in re inanimata, vid. *Besoldus in Thes. pract. sub voc.* **Gericht** *in addit. p. m. 310.*

5. Declara parœmiam hanc procedere regulariter & præsumtive, ita tamen ut præsumtio hæc elidi possit per contrarium usum ac probationem. Confer. *Leiserus de Jure Georgico L. 3. c. 5. n. 52. p. 451.*

6. Ampl. ut procedat quoque quoad jus venandi & pascendi, als welche sich ebenfalls insgemein nach denen dorffflühren richten. vid. *Tractatus juridicus* **von dorf- und landrechten** *c. 11. §. 52. p. 36.*

LIII.

1. **Flüchtig mann / schuldig mann.** Fugitivus reus est criminis.

2. R. quia mens conscia recti nihil habet metuendum, nec consequenter causam cur se conjiciat in fugam. Der gottlose fleucht und niemand jaget ihn, der gerechte aber ist getrost, wie ein junger löw. *Prov. c. 28.*

c.28. v.1. puniri enim sine culpa nemo debet, *C. cognoscentes 2. X de constit.* vid. tamen *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. com. sub voc. punire. ax. 1.*

3. Effectus est, quod ex fuga oriatur indicium, & quidem vigore *Constitutionis Car. art. 25.*

4. Declar. quatenus nimirum quis, nulla alia causa itineris aut abitus apparente, discedit, fugamque arripit, hac fuga suspicionem de se hominibus præbet, quod præ metu pœnæ, ac premente conscientia, mutaverit locum. *Crusius de indiciis Delictorum P. 1. C. 11. n. 5. p. 77.*

5. Declar. (2) imprimis si post accusationem, vel inquisitionem demum institutam, quis aufugit, *Crusius d. l. P. 2. C. 33. in not. n. 10. p. 265.*

6. Declar. (3) si fuga in se consideratur ut aliquod delictum, cui a jure sua imposita pœna. *Hertius in Select. & Rar. ex Jurisprud. Univers. arg. de Paræmiis L. 1. par. 108. p. 577.*

7. Declar. (4) ita ut si de probatione commissi delicti quæratur, fuga non nisi verisimile & remotum inducat indicium. *Hertius d. l.* in tantum, ut sola ne quidem ad torturam, multo minus ad condemnationem sufficiat. *Crusius d. l. c. 11. n. 6. & Constit. Car. art. 25. 26. & 27. Dn. Hertius d. l.*

8. Fallit, si aufugiens bonæ est famæ; Sic enim magis metu carceris & inquisitionis, quam pœnæ aufugisse censetur, vid. *par.* Het iß bäter in den rißern rc. *Add. Crusius d. l. & Stephani in Comment. ad Const. Car. art. 25. n. 8. p. 48.*

LIV.

1. DAs filial (*a*) gehört zu der mutter. Ecclesia filialis sequitur matricem, h. e. filia ejus juris habetur, cujus est mater. vid. *Meno-*

nochius de A. J. Q. L. 2. Cent. 1. C. 65. n. 8. Gail. L. 2. Obs. 61. n. 11. 12. Slevogtius de Unione Ecclesiarum, Diss. 3. C. 1. per tot.

2. (*a*) Quando duæ vel plures ecclesiæ uniuntur, aut una eorum alteri incorporatur sive conjungitur, tunc incorporata sive conjuncta filia, das filial, altera cui fit incorporatio, & ubi Pastor habitat, matrix vel mater, die mutterkirche, dicitur. Conf. *Carpzovius in Iurisprud. Consistor. L. 1. d. 186. n. 1. Besoldus in Th. Pract. sub voce* Mutterkirch. *Schilterus in Inst. Iur. Can. L. 1. t. 3. §. 12.*

3. R. quia accessorium sequitur suum principale. *§. 27. 30. Instit. de R. D. Add. Barbosa in Thes. Loc. com. sub voc. accessorium, ax. 4. Mullerus in Dissert. de pari causa Ienæ 1687. habita. Concl. 13. p. 36.*

4. Fundatur in jure Can. & quidem *Cap. cum dilectus X de his qui vi vel met. caus.*

5. Declara, modo unio filiæ cum matre facta sit cum auctoritate superioris, *Wehnerus sub voc. filial p. 108. Dietherrus in Contin. Thes. Pract. Besoldi sub voc.* Mutterkirch *p. 412.* & ex rationabili causa necessitatis ac utilitatis. *Brunneman. in Iur. Eccles. L. 2. c. 4. §. 11.*

6. Declar. (2) quamdiu scil. unio durat. Posse enim illam dissolvi ex justis necessitatis & utilitatis causis, & sic jura unionis quoque cessare, vid. *Hahnius in Dissert. Select. Diss. 11. th. 109. p. 495. Dietherrus d. l. sub voc.* Pfarr. *p. 475. Speidelius in Speculo sub eadem voc. Slevogtius de Divisione Ecclesiarum per tot.*

7. Ampl. (1) in tantum, ut ecclesia unita sive filia amittat sua privilegia, & gaudeat privilegiis matris, *Tabor apud Barbosam in Thes. loc. com. sub. voc. Ecclesia ax. 15.*

8. Fallit hodie, quoad religionem & professionem fidei, ita ut filialis ecclesia possit pertinere ad

Ca-

Catholicos, mater vero ad Protestantes, & vice versa, per *Instrum. Pac. Westphal. Osnabrug. art. 5. §. 44.* quatenus nimirum A. 1624. Ecclesiam filiam Catholici, matrem vero Protestantes possederunt, & suæ religionis exercitium ibi habuerunt.

9. Fallit (2) in Onere reparandi & conservandi Ecclesiam matrem, ubi filialistæ regulariter non tenentur. *Schilterus d. l. L. 2. t. 7. §. 4.* De reparatione ædium parochialium, & quod ad hanc filialistæ indistincte quid conferre teneantur, vid. *Carpz. L. 2. Def. Eccles. def. 343. Add. Geyer in Spicilegio Speidelio-Besold. sub voc.* Kirchengebäude. *Dissert. Coleri, Altdorfi, & Thileni, Argentorati, de unione Ecclesiarum, ut &* Rißens, *Altorfi, de Ecclesia filia habita.*

LV.

1. Es erhöhet nichts (*a*) des manns schild (*b*) als fahnen-lehen. (*c*) Solum feudum regale exaltat insignia, h. e. suum nobilitat possessorem.

2. (*a*) Erhöhen h. l. nihil aliud est, quam dignitatem singularem nobilitatis conferre.

3. (*b*) h. e. arma sive insignia, ita tamen ut per insignia metonymice intelligatur insignia gerens.

4 (*c*) h. e. feuda regalia, ad quæ duo requiruntur: (1) ut aliqua dignitas in feudum concedatur, (2) ut ab Imperatore vel Rege, potestatem nobilitandi habente, conferatur, cujusmodi sunt Episcopatus die scepter-lehen, Ducatus, Marchionatus, Comitatus die fahnen-lehen, *Schneidevvinus in Comment. ad Instit. §. quædam 20. de Action. p. 1179.* Sensus ergo huc redit: *quando alicui confertur feudum regale, tunc eo ipso confertur quoque* dignitas feudo illi annexa.

5. Fundatur in Jure Sax. & quidem feudali, *c. 21. ante f.* ut & *c. 2. & 20.* **Landrecht** *L. 1. art. 27.*

6. R. quia feuda nobilia in specie sic dicta sive minora, etiam ignobilis possidere potest; non vero majora sive regalia.

7. Declar. ita ut valeat in dubio, quando scilicet non constat, an voluntas dignitatem conferendi adfuerit in conferente? sic enim præsumtio est, quod collata fuerit.

8. Limit. nisi ex literis Investituræ aliud appareat, *Antonius Disput. feud. 1. th. 6. lit. a. p. 27.* Add. *Rosenthal. de feudis c. 2. concl. 2. n. 9.*

9. Fallit quoad jus & consuetudinem imperii, ubi vix tacite confertur dignitas, sed speciali opus est diplomate. Hinc ille, qui possidet v. g. Comitatum, nec tamen Comitis dignitate gaudet, dicitur **ein innhaber der Grafschaft**, *Antonius d. l.* conf. **Liebenthal** *Exercit. 10. Polit. Q. 3. p. m. 516.*

LVI.

1. **Die hand, so den eyd aufnimmt, kan ihn auch erlassen.** Manus, quæ jusjurandum accepit, illud quoque remittere potest, h. e. ille, in cujus favorem juratum fuit, obligationem, ex illo natam, remittere potest. *Lauterbach in Compend. Jur. tit. de jurejurando lit. c. p. m. 175.*

2. R. quia eodem modo, quo quid colligatum est, etiam dissolvitur *l. 35. ff. de R. J. c. 1. X. eod.* (2) quia alias illi invito, cui juratum fuit, jus, ex jurejurando quæsitum, auferretur.

3. Fundatur *in l. remittit 6. ff. de jurejurando.*

4. Effectus est, quod ille non pejeret, cui id, quod ju-

jurato promisit, remissum, *Lauterbach in Collegio Theor. Pract. P. 1. L. 12. t. 2. th. 25. p. 802.*

5. Ampl. (1) ut non tantum expresse sed & tacite remitti queat juramentum a litigante parte, *Dn. Hertius in Select. & Rar. ex univ. Jurisprud. Argum. L. 1. de Parœm. Jur. Germ. par. 32. p. 442.*

6. Ampl. (2) etiamsi juramentum Deo principaliter fuerit præstitum, quia Deus illud aliter non recipit, quam receptum fuerit ab homine. Sublata igitur obligatione respectu hominis, etiam sublata censebitur respectu Dei. *Burg. in Dissert. Acad. de Perjurio c. 6. th. 12. Add. Carpz. P. 2. Const. 36. d. 6.* Aliud, quando soli Deo juratur, *Hertius d. l.* Quid autem, si ille, in cujus favorem juratum fuit, juramentum remittere nolit? Resp. hoc casu adeundus superior est, qui desuper cognoscet, & si id ipsi æquum visum fuerit, illius vinculum relaxabit ad effectum agendi, & quidem de jure Canonico Pontifex & Episcopus, de jure Civili autem Imperator, vel qui vicem ejus in territoriis suis gerunt, Status Imperii. *Dn. Linck de Jure Episcopali c. 13. n. 79. p. 377.*

7. Limit. nisi negotium tale juramento confirmatum sit, cujus dissolutio contrahentium arbitrio non relinquitur, v. g. si quis Sponsalia iniverit jurata; hoc enim casu non sufficit, si parti juranti ab altera parte juramentum remittitur; sed requiritur insuper, ut Sponsalia ipsa ab Episcopo vel Consistorio dissolvantur.

LVII.

1. **GEzwungen eyd ist GOtt leyd.** Jusjurandum vi metuve extortum Deo displicet, h. e. nullius valoris est.

2. R. quia juramentum est aliquid spirituale; in re spirituali autem vis & metus excludunt omnem

consensum, actumque reddunt ipso jure nullum; *Seraphinus de Seraphinis de Privil. Iuram. priv. 100. n. 4.* Secus de Iure Civ. est, ubi quidem vis & metus contrariantur consensui. *l. 116. ff. de R. I.* actus tamen vi metuque elicitus & extortus non ipso jure nullus est, sed rescindi debet per remedium aliquod juris, cum coacta voluntas etiam voluntas sit, de quo vid. *Schilter. in Manud. ad Iurisprud. c. 7. §. 18. p. 274. & Dn. Thomasius in fundament. Iur. Nat. p. 2. 3.*

3. Confirmatur *per auth. Sacramenta puberum &c. C. si adv. vend. cap. cum locum &c. X. de Sponsal.*

4. Declaratur, modo vis major & metus justus sit, de quo vid. *Seraphinus d. l. n. 12.* & ab illo juramentum exactum, qui ad illud exigendum nullum jus habuit, *Meisnerus in* widerlegten sprichwörtern *n. 78. p. 89.*

5. Declar. quod multi Theologi æque ac JCti quoad jurantis conscientiam & cœleste tribunal, consultius putent, ut juramentum vi exactum, quantum est penes jurantem, omni modo servetur. *Lauterb. in Coll. theor. Pract. P. 1. c. 12. th. 2. §. 29. p. 804.* Mengering *in Scrutinio Conscientiæ Catechet. p. 351.*

6. Fallit hæc parœmia tunc, quando populus alteri populo jurat; tunc enim juramentum tenet, non obstante metu, cum in statu naturali constituti judicem non habeant, ideoque Marti negotii exitum committentes, nunquam ab armis discessuri essent, si metus exceptio inter eos valere posset. *Hertius in Sel. & Rar. ex univ. Iurisprud. Arg. de Parœm. Iur. Germ. L. 1. p. 31. p. 440.*

7. Fallit, (2) quando quis hujusmodi jusjurandum servandum esse sibi persuadet, *Auctor Diss. de Revisione Catastri c. 5. §. 3. vid. Rom. 14. v. 20. 21. 22. 23.* Sic enim etiam in Conscientia ad præstandum id, quod juramento metu extorto promisit, obligatur,

idem

idem Hertius d. l. §. 2. conf. Hörnigk *de regali postarum Iure c. 15. theor. 35. p. 322.* & quidem in reverentiam Numinis divini. *Linck de jure Episcopali c. 12. n. 14. p. 319.*

Imprimis si juramentum quoad materiam & formam cœteroquin nullo laboret defectu, nec persona, cui id præstitum est, se delicto indignam reddiderit, *ibid.* Add. *Dn. Gerbet de Cautelis Iuramentorum p. 296.*

LVIII.

1. **Amt giebt kappen.** (*a*) **Munera dant cappas, sive vestimenta.**

2. (*a*) Vox kappe, cappa, significat peplum, velamen capitis, capitium, cucullum; hinc cappa religiosorum, eine münchs-kappe, cappa clericorum, eine hartz-kappe, prouti per contemtum vestimentum clericorum dicitur. *Dn. Stilerus, vulgo* der Spate *dictus,* in dem teutschen sprach-schatz *sub voc.* kappe *p. 1103. Goldastus Rerum Alemannicarum Tom. 1. P. 1. p. 197.* De cappa S. Francisci vid. *Vagedes in oper. Academicis p. 281. Q. 4.* Sensus autem diverbii est, quod munia dent censum, munera, lucra & commoda. Originem ejus quod concernit, illa videri potest apud *Dœplerum* in seinem getreuen rechnungs-beamten *P. 3. c. 18. n. 17. p. 101. Add. Zeilerus Cent. 6. Epist. 13. p. m. 721.*

3. Rationem vid. in parœm. Es ist kein ämtgen so gering, es ist denckens werth.

4. Declara, scilicet pro conditione ac qualitate sua; Wann der dienst schlecht ist, so sind gemeiniglich die kappen auch gar klein und schlecht. Unde quoque de illo, qui multum acquisivit pecuniæ & modicum tamen habuit salarium, præsumtio est, quod modis

usus fuerit illicitis, si doceri nequeat, unde illam conquisiverit, cumprimis si divitiæ fuerint subitaneæ, wenn einer schnell reich worden ist, oder mit S. Getraud einen wettlauf gethan, de quo vid. *Agricola* in der auslegung.

5. Declara (2) procedere parœmiam narrative; non approbative, nisi quatenus sub cappa intelliguntur licita & determinata accidentalia.

LIX.

1. **DEm bauer gehöret häber-stroh.** Avenarium stramen rustico conducit. Proverbialiter dicas: Similes habent labra lactucas, **dieseln sind des esels salat.** Uno verbo: Qualis persona, talis quoque cibus esse debet ac potus: **Nachdem der mann ist, wird ihme aufgeschüsselt, oder eine wurst gebraten.**

2. Ratio non hæc est, quia, prouti *Donatus* jocatus est, rustici sunt animalia media, bruta inter ac homines, plus rationis expertia, quam capacia. vid. *Speidelius in Speculo sub v.* bauren. *p. m.* 114. Sed quia cibus ac potus præbendus, cujusque gustui conveniens. Quid sui cum amaracino? Was soll der kuh muscaten? sie frißt wohl haberstroh.

3. Effectus est, quod si alicui debentur alimenta, hæc pro conditione & qualitate ejus porrigenda. *Surdus de alimentis tit.* 4. *quæst.* 18. *per tot. p.* 467. Sic v. c. rustico non dantur cibi delicatiores, nec panis albus, sed cæpe, allium, raphanus, caseus, panis fabaceus, & similia *ibid. n.* 12. *& sq.*

4. Ampliatur in tantum, ut peccet, quamvis venialiter, qui delicatos cibos tradit pauperi *ibid. n.* 13. quam tamen sententiam meam non facio.

5. Ex-

5. Extenditur quoque ad alias res & commoditates v. g. vestimenta, ædificia. Dahero, wenn ein anderer reitet oder fähret, da kan der bauer wol zu fuß gehen, oder auf des schusters rappen reiten. Recte *Surdus d. l. qu. 8. n. 7.* rusticus, qui non potest ire pedester, illi non datur equus, sed asinus. In Westphalen giebt man dem bauer weiter nichts, als einen zwilligern rock, ein höltzern paar schuhe und pompernickel.

6. Declara, quod valeat parœmia rusticum considerando politice, & secundum statum corruptum, non vero theologice & secundum statum naturalem, quo omnes homines æquales sunt.

LX.

1. **DEnen bauern ist gut pfeiffen.** Rusticis præcinere tibia facile est. Ratio, quia tripudia amant, & non tam secundum artem, quam secundum pruritum suum naturalem choreas ducunt. Quando autem vox pfeiffen improprie capitur, & idem est, ac sibilo signum dare alicui, tunc sensus huc redit: rustici facile seduci & ad mala invitari possunt.

2. Ratio quia jam tum ad malum proclives & plerumque offensi sunt, ita, ut vel ad solum nutum concurrant, compareant, & quasvis insolentias admittant. (2) Quia simpliciores sunt, rem non satis perpendunt, nec ejus eventum respiciunt.

3. Declar. imprimis, quando dux & auctor adest.

4. Exemplum luculentum præbet famosum illud bellum superioribus annis a rusticis gestum, & vulgo der bauern-krieg dictum, ut & seditio a rusticis A. 1705. in Bavaria excitata, qui factis suis veritatem comprobarunt illius Latinorum dicterii:

Rustica gens
est optima flens
& pessima ridens.

conf. parœmia sequens: der bauer ist ein lauer.

5. Effectus, quod seducti ab aliis commiseratione digni sint, eaque propter tanto facilius veniam impetrent, cumprimis si resipiscant, prouti videre fuit in nupero civili bello Bavarico, ubi auctores tantum herbam porrexerunt.

LXI.

1. EJn bauer ist ein lauer (*a*)
Der bey vielem guth
Thut Gott und seinem herrn selten gut,
Rusticus est nequam,
Qui, qua opulentus, nunquam
DEO & Domino suo præstat obedientiam.

2. (*a*) Vox lauer significat hominem occulte dolosum, fallacem, versutum, malitiosum, improbum, der da heimtückisch ist, dem andern einen tück abwartet: nam lauern significat attendere, observare, advertere, insidiari ac fallaciam struere. Spate im teutschen sprachschatz *sub voc.* lauer *p. 1089.* Sensus ergo est, quod rusticus sit homo fallaciam alteri occulte intendens, qui facultatibus abundans, neque DEO neque Domino suo morigerus est & fidelis. Unde quoque ita dicitur: Der beste bauer ist ein schelm. de quo vid. *Meisnerus* in seinen sprichwörtern *n. 75. p. 82.* imprimis quando armatus est, juxta tritum illud: *Rusticus in stifflibus non habet locum in cœlibus.* vid. der *semper*-lustige fabelhanns *p. m. 165.*

3. Quadrat huc quodammodo *L. 5. C. de Agric. & Censit.* ubi dicitur: *rusticos non optare debere pecuniam.*

4. Ratio

4. Ratio quia divitiæ turgidum nimis & efflatum ac insolentem reddunt animum rustici, discernere nescientis. Guth macht muth. Simonides apud Xenophontem in Hierone inquit: reiche unterthanen wären denen müßigen hengsten gleich, je mehr sie haber hätten, je muthiger und muthwilliger sie würden. *Misand. in Del. Bibl. V. T. 1692. p. 1092.*

5. Morale exinde fluit hoc, quod aliquantum severius tractari debeant rustici, man muß ihnen den daumen auf dem aug halten. conf. *Excell. Dn. Stryk in Diss. de Iure Reservationum c. 3. n 29. p. 22. Dn. Reibelt in Corpore Iuris Misc. Rub. 3. c. 1. p. 38.* Denn wenn der bauer nicht muß, so regt er weder hand noch fuß. *Meisnerus d. l. p. 85.* ita tamen, ut memores simus, & illos esse homines, & quidem Christianos, Deumque tandem aliquando rationes ea propter a nobis exacturum esse. Non imitemur hac in re Polonos & Livonos, qui non solum duriter suos habent rusticos, sed & insuper parum soliciti sunt de eorum salute temporali & spirituali, prouti testantur rhytmi isti:

Ick seyn een lyfländischk buer,
Myn leven werd my suer,
Ick stige up den bercken bom,
Un hau darop sattel een toom.
Ick binn mine schau mit baste,
Un spicke unsern jonckern de kaste.
Ick gefe unsern pfarrherrn sine pflicht
Un weet van Gott un synem worde nicht.

6. Declara parœmiam nostram quoad rusticorum vulgum, adeoque non universaliter, nec ita intelligendam esse, quasi Magistratus statim jus habeant bona illis auferendi, non! sed quod rustici opulentiores & ditiores probe observari & rigidiori disciplina regi debeant. Nec enim laudandum factum

Imperatoris Nicephori Logothetæ, der einem reichen bauer 90. pfund golds abzwang, und ihn davor bey der tafel behielte, fürwendend: Dem bauer sey so viel geld nichts nütze; *Cuſpinian. in Cæſar. p. 879.* Multo minus dictum illius Commiſſarii Hiſpanici: Welcher, als er die unterthanen wegen ſchwerer Contribution seufftzen hörete: Ach wir arme leute! darauf zur antwort geben: das iſt recht, ſo ſollet ihr auch ſeyn. *Miſand. in Del. Bibl. d. l. pag. 1100.*

LXII.

1. **Es iſt beſſer ein reicher bauer, als ein armer edelmann ſeyn.** Præſtat ruſticum eſſe, ſed divitem, quam Nobilem eſſe & inopem.

2. Ratio quia ſicuti paupertas onus miſerum eſt ac grave, prouti *Geta* loquitur apud *Terentium in Phorm. Act. 1. ſc. 2.* ita Nobilis, facultatibus & bonis deſtitutus nequit defendere dignitatem ſtatus. (2) Quia divitiæ ruſtico etiam auctoritatem conciliant, paupertas vero etiam Viro nobili contemtum adfert. Πένης ἐδὲν εὐγενὴς ἀνὴρ, pauper nihili eſt nobilis vir, ein armer edelmann wird nichts geachtet. Er iſt wie ein domherr ohne pfründe, ein graf ohne land, und ein reuter ohne pferd. *Zeilerus in Epiſtol. n. 80. Cent. 3. p. 825. ſeq.* Quando dives loquitur (vid. *Dietherrus in Cont. Beſold. Theſ. Pract. ſub voc.* reichthum *p. m. 5.* omnes tacent, admirantur, & verba etiam otioſa ad nubes deducunt; at os pauperis, etiam maxime philoſophans & veridicum, nemo ne quidem per humeros reſpicit. Unde *Ovvenus:*

Quis dives? ſapiens; quis pauper? ſtultus inersque:
Si ſapio, ergo brevi tempore dives ero.
Quis ſapiens? dives; quis ſtultus? pauper inersque:
Ergo ſi dives non ero, ſtultus ero.

&

& Philander von sittenwald im fünfften gesichte *P. 2. p. 466. allegatus a Zeilero P. 2. Ep. 480. p. m. 582.*

Die gröste lieb in dieser welt
Ist, daß man liebt den, der hat geld,
Und zeucht herfür ein reichen mann,
Der ohren hat, und schellen dran.
Den reichen lädt man zu dem tisch,
Und bringt ihm wildpret, vogel, fisch,
Zum reichen spricht man; Esset herr!
O pfennig! man thut dir die ehr.

(3) Quia de nobilitate, qua tali, nemo se sustentare potest. (4) Quia præsentibus divitiis non indigemus nobilitate, sed nobilitate præsente indigemus divitiis, illud autem, quo præsente, alio non indigemus, præferendum est ei, quo præsente, alio indigemus. *Pott in Dial. Jur. c. 3. Q. 24. p. 82.*

3. Declara, hic ejusmodi intelligi nobilem, qui præter nobilitatem nulla possidet bona fortunæ aut animi, nullisque virtutibus præditus est, ein stroh-juncker. Aliud ergo, quando pauper nobilis animum adplicat ad studia, aut Marti suam dicat operam, aut aliis meritis ornatus, & sic dignus est, qui in legendis Principum administris præ aliis respiciatur. Conf. *Lipsius Lib. 3. Pol. c. 10. n. 4.* Talis enim suam nobilitatem vix permutabit cum divitiis alicujus rustici, nisi ad rem magis sit attentus quam generosus.

4. Declara ergo (2) parœmiam quod valeat imprimis quoad homines avaros & aridos, qui summum bonum in opibus quærunt ac divitiis. Add. *Liebenthal Exerc. 10. Polit. Q. 2. p. 514.*

LXIII.

1. **Es ist kein messer, das schärffer schiert, als wenn der bauer ein edelmann wird.**

Acutior

Acutior culter non est, quam rusticus evadens in Nobilem. Latinius:

Asperius nihil est humili, cum surgit in atum;
Cuncta ferit, dum cuncta timet, desævit in omnes.

Galli hoc ita efferunt: *le vilain en-nobly ne connoit pas son Pere.* Drey dinge machen die welt rege, und das 4te kan sie nicht leiden: 1) wenn der bauer herr wird/ 2) wenn der narr voll wird, 3) wenn die magd frau wird, und 4) die frau herr wird.

2. Ratio, quia crescit cum dignitate & fortuna animus, & nemo prosperam fortunam moderate ferre potest, qui adversæ tantum adsvetus fuit. *B. Dn. D. Lauterbach in Diss. de Donationibus propter nuptias th. 1. p. 6.* & *Lipsius L. 2. Pol. c. 11. n. 7. Ernestus Meisnerus* in seinen widerlegten sprichwörtern *p. 80. Add. Lutheri* tisch-reden *p. m. 297.*

3. Ampliatur, ut procedat etiam in majorum gentium diis. *Nolden in Trebatio p. m. 202. Meisnerus d. l.*

4. Exemplum solenne habemus in novis hominibus, die sich adeln lassen, nec non vilibus istis, qui ad splendida admoventur munera;

Amicis non amplius sunt prioribus sicut ante amici,
Difficiles aditu & intra claustra rari.

Sie bedürffen gute niederländische perspectiv und brillen, dadurch sie ihre beste gehabte freunde erkennen können. *Nolden d. l. Conf. Burgoldensis ad Instr. Pac. P. 1. d. 1. p. 4.* Unde etiam Philippus II. Rex Hispaniarum, nunquam nimis in altum suos promovit ministros, dicere solitus: Es wären nicht alle mägen also beschaffen, daß sie großes glück verdauen könnten, wie denn auch keine speise, sie sey so grob und unverdaulich als sie wolle, den magen so bald verderbe, als die

ehre ein gemüth, das deren nicht würdig ist. *Misand. in Delic. Bibl. N. T. 1695. p. 776.*

5. Rarissimum omnino exemplum Præsulis illius Moguntini, *Willegisi* est, qui fabro lignario ortus dicere solebat:

Willegis, Willegis! recole unde veneris.
Willegiß Willegiß! nicht vergiß,
Daß dein vater ein radmacher ist.

Add. *Axiom. Politica Richteri ax. 390. p. 821.* & *Josephus Langius in Anthologia p. m. 389.*

LXIV.

1. **Hinter sich hinaus tragen die bauern ihre spiesse.** Inverso modo rusticus suam portat hastam. Galli dicunt: Par dessus comme les Suisses portent leurs hallibards.

2. Dicitur in illos, quos ironice, plerumque particula *scilicet*, laudamus, in talibus negotiis, in quibus currus bovem trahit, hircus mulgetur, mortui jugulantur, culex colitur, cani paleæ dantur, vulpes bovem agit &c. Conf. *Dn. Beier in Logica Jur. L. 3. c. 2. §. 7. p. 225.*

3. Exemplum nobis suppeditat ipse *Justinianus in L. 24. C. de Legat.* ubi de patre quodam, qui filium suum impuberem exheredavit, dato ei adhuc aliquo substituto, scribit, ipsum hoc fecisse, ut ostenderet, maximam *scilicet*, adfectionem. *ibid.*

4. Deinde etiam in judiciis sæpius usus est hujus proverbii, v. c. si facta falso narrantur, si jus impertinenter allegatur, & perperam adplicatur, si contra jus aliquid postulatur, vel statuitur. Unde non statim fides habenda partium narratis, denn es sind solche bisweilen ein umgekehrter spieß. Lambert will öffters der sau ein ohr abhauen, und trifft den schwantz,

de

de quo vid. *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Com. sub voc. probatio ax.* 7. Add. *par. Probation*-schrifft ist narren-werck. Ejusdem valoris illud est: Er hat es bey fünff zipffeln, quo illum irridemus, qui inepte negotium aliquod aggreditur, item: Es reimet sich, wie eine faust auf ein ey oder aug, quo *Carpzovius* utitur *in Comment. in Leg. Reg. Germ. c. 2. S. 7. n. 23. p. 45.*

LXV.

1. **Wer bauern verderben will, muß bauern mit dazu nehmen.** Rusticos pessumdaturus, rusticos in auxilium vocare debet.

2. Ratio quia status sui etiam habent rationem, & principia ei inservientia arcana, quæ nosse oportet illum, qui damnum rusticis vult inferre, imprimis hodie, ubi aliis illi fere sagaciores sunt. vid. *Dietherus in Cont. Thes. Pract. Besoldi sub voc.* bürger-lohn *p. 118.*

3. Ampliatur, ut procedat etiam quoad alios ordines, v. g. cives, mercatores, nobiles, ita ut dici queat: Wer bürger verderben will, muß bürger dazu nehmen.

4. Declara, intelligendam esse parœmiam magis de facto & enunciative, quam de jure & adprobative: nec enim rusticos pessumdandos esse jubet, sed quod ille, qui pessumdaturus est rusticos, hoc aliter & melius efficere non possit, quam si aliorum rusticorum opem adhibeat & consilium. Add. *Richterus in Axiomat. Polit. ax. 390. p. 820.*

LXVI.

1. **Wer kein edelmann ist, passirt vor einen bauer. Qui non est nobilis, pro rustico habetur.**

2. Ra-

2. Ratio quia inter statum nobilitatis & rusticitatis non datur alius status intermedius.

3. Declara parœmiam ibi valere, ubi ratio valet, v. g. in Polonia, quæ omnes illos rusticos esse putat, qui non nobilitati sunt. vid. *Auctor* des Europäischen herolds *p. m. 795.*

4. Fallit apud nos in Germania, & apud omnes illas nationes, quæ differentiam aliquam rusticum inter ac civem admittunt. Quis enim artifices, mercatores, clericos, &c. pro rusticis haberet? nisi de juribus singularibus, nobilitati annexis, loqui velles, quibus tamen etiam sanguine ignobiles certo modo gaudent, v. c. Doctores, Licentiati &c. vid. *Waltherus de Privilegiis Doctorum c. 9. §. 50 p. 124. sqq.*

LXVII.

1. **Es fallen keine spåne vom baum, man haue sie denn.** De ligno haud decidunt assulæ, nisi cædantur, h. e. laborandum.

2. Ratio, Weil keinem eine gebratene taube ins maul flieget.

Non tibi per ventos assa columba venit.

Testa non fit, nisi lutum tundas. Qui vult finem, ille etiam vult media isthuc ducentia, cum absque mediis nihil obtineri queat; qui igitur media ad finem ducentia adhibet, ille quoque consequi potest finem, & qui ea repudiat, de isto quoque quod finem efficaciter appetat, dici non potest. *Hartung in Metaph. Jurid. c. 8. reg. 3. p. 323.* Efflagitat id ipsum divinus ordo, daß sich der mensch nehren müsse seiner hände arbeit. *Psalm. 128.*

3. Declara, quod tamen non excludatur oratio: orandum & laborandum. Sing, bet und geh auf Gottes wegen, verricht das deine nur getreu, und trau

des

des himmels reichem seegen, so wird er bey dir werden neu, vel ut *Zeilerus* habet *Lib. 1. Cent. 1. Ep. 83. p. 240.* & quidem assiduo: nec enim uno, sed multis ictibus cadit quercus: Der baum fällt nicht auf einen streich.

Gutta cavat lapidem non vi, sed sæpe cadendo.

Traue Gott, und arbeit, wie ein bien,
So giebt er gnad, seegen und gewinn.

4. E. g. qui eruditionis honorem, & virtutis præmium adfectat, illum oportet labori invigilare, & omnem socordiam a se rejicere, segnitiemque removere. *Sturcius in Comment. ad tit. de R. I. L. 10. p. 67.*

5. Nota parallelam parœmiam: Wo man holtz hauet, da fallen spåne, quæ de rebus controversis, contumelias, verbera & vulnera penes se habentibus, usurpari solet.

LXVIII.

1. **Hast du mich genommen / so must du mich behalten.** Si desponsatus mihi es, me repudiare amplius non poteris. Est enunciatio conditionalis adfirmans, cujus sensus huc redit; Desponsati sibi invicem promissa servare tenentur.

2. Ratio, quia in matrimonialibus non locus est pœnitentiæ, sed quod semel placuit, amplius displicere nequit. *cap. quod semel 21. d. R. J. in 6. Mevius p. 8. dec. 123. n. 5.* sive ut *Cicero* inquit, dependendum est quod quis spopondit.

3. Declar. quatenus nimirum desponsatio & promissio facta secundum legum requisita, neque vitio laborat nullitatis.

4. Declar. (2) regulariter: posse enim interdum rursus disjungi desponsatos, dubitandum non erit.

4. De-

5. Declar. (3) quod adhuc magis quoad conjuges procedat, quorum vinculum fortius est desponsatorum vinculo. Quamvis enim neque conjuges, neque desponsati mutuo dissensu facere queant divortium aut repudium (quia hic fallit illa regula juris: eodem modo quidque dissolvitur, quo colligatum est); attamen facilius possunt dirimi sponsalia, quam matrimonium, cumprimis quando uterque desponsatorum pronus est ad dissolutionem. conf. *Illustr. Strykius Potentiss. Borussiæ Regis Consiliarius Intimus in tract. de dissensu sponsalitio sect. 3. p. m. 96. sqq.*

6. Fallit quoad conjuges, quando alteruter eorum adulteratur, aut alter alterum deserit, aut etiam matrimonium ipso jure nullum est. Quando, & ex quibus causis sponsalia rursus dissolvi possint? vid. *prælaudatus Dn. Strykius in allegato tractatu de Dissensu sponsalitio.*

LXIX.

1. **Mit anderer leute sachen muß man behutsamer als mit seinen eigenen umgehen.** Negotia aliena majori cura & diligentia tractanda sunt, quam propria.

2. Prob. per *l. custodiam 3. ff. de peric. & com. rei vend. §. 1. Instit. de obligat. quæ quasi ex contr. nasc. l. 1. §. 4. ff. d. O. & A.* ibi: *nec sufficit ei eand. diligentiam adhibere, quam suis rebus adhibet &c.*

3. Ratio, quia in rebus alienis jura exactissimam desiderant diligentiam, ita ut non sufficiat talem adhibere diligentiam, quam quis ut bonus pater familias in rebus adhibere solet propriis, sed requiratur, ut ne alius diligentissimus quisque majorem curam in illis rebus alienis adhibere potuisset, ne scili-

cet aliena culpa & facto quis rerum suarum jacturam faciat, & sic damnum incurrat. In rebus propriis curandis domini sumus & arbitri, adeoque nemini ad respondendum de illarum administratione obligamur, quod secus in rebus alienis est, quarum neque domini neque arbitri, imo sæpe ne quidem administratores sumus.

4. Declara, valere hoc in casibus a jure expressis, nec ultra illos dicterium hoc extendi debere. E. g. in commodato, opera locata, & peculialiter suscepta custodia. *B. Struvius in Jurisprud. Rom. Germ. for. L.3.t.3. §.16. p. m. 539.*

5. Ampliatur in tantum a nonnullis, ut commodatarius fatali quodam casu ingruente, sui causa rem commodatam habens, eam rebus propriis præferre teneatur. *l. 5. §. 4. ff. Commod.* etiamsi res propria pretiosior aliena sit. *Celeberr. Dn. Hertius L. 1. Paræm. Jur. Germ. quæ extant in Select. & Rar. ex universa Jurisprud. Argum. par. 35. p. 445.* dummodo, quod probe advertendum, commodatarii tantum causa res commodata fuerit: nam si commodantis tantum, aut utriusque contrahentis gratia, commodatum factum, tunc res propriæ pretiosiores præferri possunt rebus commodatis vilioribus. *B. Brunnem. in Comment. ad d. L. 5. n. 13.* Add. *Althusii Dicæologica L. 1. c. 69. n. 8. p. 241.* Quæ sententia de commodato sicuti Rom. Juri conformis est, & ex *d. L. 5.* satis probanda; ita e contrario non existimo, quod per hoc dicterium nostrum, prouti tamen vulgo fieri solet, illa adhuc magis statuminari, & convalidari queat; quia non id vult, quod res alienas præferre debeamus propriis, sed quod in rebus alienis curandis, majorem, quam in nostris soliti sumus, adhibere diligentiam, unico verbo, quam diligentissime illas tractare debeamus; qui vero diligentissime agit, res

res suas præ omnibus aliis conservare studet, non vero illas alienis postponit. Deinde nec id putandum, quasi scilicet commodatarius, cujus tantum gratia res commodata fuit, teneatur absolute, tempore v. g. incendii, res commodatas viliores præ suis pretiosioribus curare, suas vero negligere, non! sed quod tali casu, ubi suas pretiosiores ab incendio liberat, alienas vero viliores pessumire permittit, teneatur commodanti actione commodati. Simplicitatem enim, imo absurditatem quandam, involveret, si quis res suas, magno pretio constantes, negligeret, & alienas viliores curaret. Denn er kan nachgehends von seinen in salvum gebrachten sachen dem commodanti behörige satisfaction geben, und sich selbst noch helffen. Et sic simul evitare possumus objectionem, quod charitas incipiat a seipsa. *L. 6. C. d. servit.* quæ tamen utique negligeretur, si adeo crude explicare vellemus naturam commodati. Dicis: atqui tamen illo casu, ubi res commodata pretiosior est re propria, commodatarius rem suam illi postponere, & sic contra illud principium naturale agere tenetur. Rr. ita quidem est, & quidem recte, eapropter, quia cessat ibi ratio prioris casus, & hoc ipso, dum quis contractum commodati init, in omne illud consentit, quod natura illius exigit, adeoque tacite beneficio, nobis alioquin competenti, renunciat, nisi pacto contrarium inducat.

6. Fallit in re deposita, ut & precario, utpote in quibus major quam in propriis diligentia haud requiritur. *Dn. Struvius d. l. §. 14.* ut & 2) in Negotiorum gestione *Hertius d. l. §. 2.* diligenter enim quidem. gestor exequi debet susceptum negotium. *Idem d. l. L. 3. t. 18. §. 6. p. 648.* sed ad majorem diligentiam, quam in re propria præstari solitam non tenetur, & 3) in mandato, nisi mandatari-

us mercedem, aut simile commodum eapropter accepit *Hertius d. l. §. 3. p. 448.* vid. *tamen Hahnius in Diss. selectioribus Diss. 1. §. 82. p. 47.*

LXX.

1. Wie man beichtet, wird man absolviret. Qualis est confessio, talis quoque est absolutio.

2. Ratio, quia confessio & absolutio sunt relata, relatorum autem par est ratio & dispositio. *Vigelius in Dialect. Jur. p. 272. sqq.* mutuo enim se respiciunt. Add. *Rhala in Top. Jur. p. m. 82.*

3. Declaratur, quod proprie de sacra illa confessione, Ministro Ecclesiæ facta, loquatur, ita, ut si hæc ex corde contrito proveniat, remissio peccatorum sequatur. Quod si vero confessio seria non est, tunc peccata quoque retinentur. Improprie quoque ad alias res adplicatur, e. c. quando Facultas quædam Juridica super casu aliquo interrogatur, & consultatur, circumstantiis illis, quæ sciri debuissent, omissis, & sic responsum aliquod datur, cui postea judicis sententia non respondet, tunc sibi imputet consulens vel interrogans, quod melius non informaverit Facultatem consultricem. Velut enim interrogabimini, ita quoque responsum vobis fiat. *L. si sine 9. §. qui interrogatus. 5. ff. de interrog. in jur. fac. Stypmann de Referendariis c. 7. n. 215. p. 123.* conf. *Ventura de Valentiis in Parthenio litigioso L. 1. c. 11. n. 11. p. 163.* Responsio enim ut certa dari possit, quæstio debet esse certa ac finita *cap. de muliere 6. X. de sponsal. Tabor apud Barbosam sub voc. Responsio ax. 5.* Aliud exemplum habemus in clientibus, qui plerumque suos decipiunt Advocatos, & insimul quoque se ipsos: dum enim ea tacent, quæ Advocatum

scire

ſcire oportuiſſet, ad id, ut vel melius oraret, & defenderet cauſam, vel etiam ab initio ſtatim diſſuaderet litem, mirum non eſt, ſi iſti in fine ſuccumbant, & victi abeant. Loquor autem de conſcientioſis Advocatis. Quamvis enim raræ aves nonnunquam ſint ejusmodi Advocati, tamen dantur.

LXXI.

1. **Bekennt iſt halb gebüßet**, ſive ut veteres dicebant: **Bekannt iſt half gebotet.** Sponte confiteri eſt dimidium luere. Ultro confeſſus ſaltem dimidium pœnæ luit.

2. Confirm. per *Spec. Saxon. L. 2. art. 14. & Proverb. Salom. 28 v. 13.* Wer ſeine miſſethat läugnet, dem wirds nicht gelingen, wer ſie aber bekennet und läſſet, der wird barmhertzigkeit erlangen.

3. R. quia ultronea confeſſio indicium facit pœnitentiæ, bonique animi, & mitigationem meretur; contumaciter vero negans mendacio delictum ſuum aggravat. Utut enim pœnitentia neminem facit innocentem, maxime in delicto conſummato & perfecto, inducit tamen mitigationem pœnæ. *Tabor apud Barboſam in Theſ. Loc. Com. ſub v. pœnitentia ax. 2.*

4. Declara, ſcilicet quoad pœnam, & quatenus confeſſio antevertit accuſationem criminis, *Hertius in Select. & Rar. ex Univ. Iurisprudent. Argum. de Parœm. Iur. Germ. L. 1. par. 104. p. 172.* E. G. qui criminis læſæ Majeſtatis, vel etiam incendii reus eſt, & pœnitentia ductus illud in tempore indicat, veniam quodammodo impetrare ſolet.

5. Ampliatur in tantum, ut ſi confeſſionem deducat ad priſtinum ſtatum, regulariter pœna plane aboleatur. *Tabor d. l. ax. 1.*

LXXII.

1. BEklagten gehört der letzte satz (schrifft.) Ultima allegatio in lite reorum est. *Molenbeccius Cent. 3. div. 13. n. 3. lit. a.* vel: Reo semper manet ultima responsio.

2. R. quia reus se defendit, & actionem repellit. Ne igitur reus maneat indefensus, ad actoris allegata debet respondere, in eo enim potissima pars defensionis consistit, ut reus, opposita ab actore, decenter refutet, *Mevius P. 1. dec. 94. n. 3.* adeo, ut, si judicetur, antequam ad allegata actoris responderit, auditus dici non possit, & hinc inauditus condemnatus sit. Et hoc est quod vulgo dici solet: *audiatur & altera pars!*

3. Corroborat hoc *Damhouder. in Prax. Rer. Civ. c. 142. n. 1. per L. 2. §. illud. D. de Except.* Sed dubito, an inde bonum necti possit argumentum. vid. tn. *L. Divi Severi 1. ff. de Requir. l. absent. damn.*

E. G. quando actor libellavit, tunc excipit reus, quando iste replicavit, tunc hic duplicat, quando iste triplicavit, hic quadruplicat, si nimirum stylus judicii id permittit. Communiter enim hodie ultra duplicam procedere non licet, quod & in Camera observatur. vid. tn. *Blumius in Proc. t. 63. §. 19.*

5. Limitatur, nisi reus sit contumax, & sic causa in contumaciam pro conclusa accipiatur. vid. *L. 13. C. de Iudic.*

6. Fallit in judicio adpellationis, ubi adpellati ultima allegatio est, utut hic in prima instantia fuerit actor, & appellans reus, ratio, quia adpellans factus nunc est actor. Idem dicendum de instantia supplicationis, leuterationis, revisionis & restitutionis.

7. Fallit (2) in causa reconventionis, ubi ultimo respondet reconventus, utut in causa reconventionis

nis sit actor, & ibi reconveniens ultimo respondeat. vid. *Mevius l. c. n. 5.* ibi: *in eadem causa.*

8. Amplia, ut procedat quoque in causis criminalibus & inquisitionis.

LXXIII.

1. **Ein bergmeister (*a*) soll von schlegel und eisen herkommen.** Montium magister ex malleis & ferro debet esse compositus, h. e. a prima statim infantia metallorum fossioni, & culturæ adsuetus esse, non vero e pistrina aut pannificina provenire debet. Binis verbis: rerum & negotiorum metallicorum debet esse peritus.

2. (*a*) Ita dicitur, qui in omnes fossores exercet imperium, exceptis monetariis, argentique purgatore, controversias circa fodinas dirimit, in negligentes animadvertit, jus fodinarum petentibus concedit confirmatque, fodinas metitur & earum terminos statuit. *Heberus JCtus Wittebergensis in Diss. sub ejus Præsid. de Defraudationibus metallicorum circa rem metallicam habita c. 3. §. 3.*

3. R. debet enim habere exquisitam rei metallicæ cognitionem, quam nemo nisi per longam temporis intercapedinem potest consequi. Impossibile enim fere est, eum munere suo recte fungi posse, qui res, ad illud pertinentes, non satis habet cognitas.

4. Per ampliationem ad quævis munera & officia adplicari potest hoc adagium, Was einer profitiren und treiben will, das soll er recht gelernet haben, Ne asinus ad lyram.

LXXIV.

1. Stadt und landschafft Bern (*a*) ist so gut als die stadt und landschafft Mäyland. Berna & Bernenses tantum, quantum Mediolanum & Mediolanenses possunt. Meminit hujus dicterii *Boterus* in der allgemeinen welt-beschreibung *L. 1. p. 102. & Burgoldensis ad Instrum.* Pac. P. 2. D. 21. §. 2. p. 237.

2. (*a*) Berna est una ex tredecim illis civitatibus, inter quas Helveticum fœdus, vulgo der Schweitzer bund, oder eydgenossenschafft, coaluit, de quo videri potest Puffendorff in der einleitung zu der *Historie p. m. 544. c. 7. & Auctor* des *Europæischen* Herolds *p. 994* Habet nomen suum ab urso: Cum enim Zeringiæ Dux in animo haberet urbem condendi, eamque nominandi nomine feræ, quam primum in venatu feriret, capto urso, urbem Bernam vocari jussit. In veritatem hujus rei hodienum Bernenses in Insignibus suis gerunt ursum, & prædictus Dux pronunciasse fertur hoc distichon:

Du holtz, nun laß dich hauen gern,
Denn diese stadt soll heissen Bern.

Pfeffinger *in Geograph. Curiosa L. 4. c. 15. §. 2. p. 379.*

3. (*b*) Mayland Mediolanum est urbs & provincia in Italia sita, vulgo *Stato di Milano* dicta, de cujus potentia & divitiis evolvi possunt Geographi. Communiter Paradisus Italiæ nominatur, *Auctor* des *Europæischen* Herolds *p. m. 640.*

4. R. quia civitatis Bernensis imperium sub se continet multas alias civitates & præfecturas, ita ut omnium civitatum Helveticarum potentissima sit. *ibid.*

5. Scilicet quod potentiam, non vero alias regionis felicitates, attinet.

LXXV.

1. DAs besehen hat man umsonst. Inspectio mercium gratuita est.

2. R. quia per intuitum merces non deteriorantur. Man kan kein stück davon herunter sehen.

3. Declar. quatenus nimirum istæ merces sive res venales sunt: ad has enim exhibendas quin obligati sint venditores, non dubito, modo intuituri eas animum habeant emendi, ut autem etiam emant illas, necesse non est.

4. Fallit ergo in rebus, quæ venales non sunt, sed populo pro pecunia ostenduntur, uti contingit in spectatione rariorum animalium, ludorum, ædificiorum, comœdiarum &c. ut & in illis, quæ nondum absolutæ, adeoque imperfectæ, & hinc minime speciosæ sunt, cum formæ dignitatem nondum habeant. Quapropter etiam dici solet: unausgemachte sachen solle man niemanden weisen. Contemtibiles enim illas reddit imperfectio, & pretium diminuere solet. Insulsiores dicunt: unausgemachte sachen solle man keinem narren weisen, h.e. imprudenti, rem non intelligenti, de quo suo loco.

5. Fallit (2) quando dolus vel culpa intervenit inspectoris, & exinde res inspecta capit detrimentum *L. 17. §. 2. ff. de Præscript. verb. L. 10. §. 1. ff. Commodat.* V. G. quando aleones merces petunt inspiciendas, surrepturi illas.

6. Fallit (3) in rebus, quæ inspici expresso jure prohibentur, cujusmodi sunt literæ alienæ, de quibus vid. *Diss. D. Ringii de Inspectione literarum alienarum Francofurti ad Viadrum habita.*

LXXVI.

1. NEue besen kehren wohl. Novis scopis bene verritur.

2. Ratio, quia apud multos major sæpe est ab initio conatus, quam facultas, saltem ut se commendent, & imprimant aliis opinionem, quod jugiter diligentes sint. (2) quia facultates & vires tempore debilitantur secundum illud:

Fortior in fulva novus est luctator arena,
Quam cui sunt longa brachia fessa mora.

3. Declaratur, quod imprimis procedat quoad famulitium, quoad ab initio fervet, in medio tepet, & in fine friget, nec non quoad scholares, & officiales, & operarios vid. *L. 6. in f. ff. de bon. damnat.*

LXXVII.

1. SEelig (*a*) ist der besitzer. Beati possidentes.

2. (*a*) Beatum esse h. l. usurpatur pro felicem esse, prout accipitur in L. 49. d. V. S. & ab *Horatio:*

Non possidentem multa vocaveris recte beatum.

Sensus ergo parœmiæ est, quod illi, qui rem aliquam in sua possessione babent, felices sint.

3. R. quia tam diu defenduntur possessoros in sua possessione, donec de jure, rem possessam ad alium pertinere, constat; *Cap. pen. X. de Institut.* Semper enim in dubio interpretatio facienda pro possessore. *L. Arianus 47. ff. de Action. Barbosa in Thes. Loc. Com. sub. v. possessio ax. 42.*

4. Prob. *p. L. 9. §. 4. ff. de Publ. in rem act. l. si debitor 10. ff. de Pignor. §. retinendæ 4. Institut. de Interd.*

5. Declara, quatenus scil. possidetur aliquid absque vitio palpabili & evidenti: alias enim melior conditio est ejus, qui ad Judicem primus provocat, *§.3. Inst. de Interd. Barbosa d.l.* E.g. Si alicui res aliqua oppignoretur, & dominus superveniat, hujus regulariter melior est conditio. Dixi notanter *regulariter:* inter mercatores enim usu receptum, ut res alienas, a non domino b.f. pignoratas, accipiens, & possidens, juramento præstito securum se reddere possit contra omnia impedimenta. *Hayneccius de Mercatura th. 66.*

6. Amplia, ut etiam in pari delicto & turpitudinis causa melior ratio sit possidentis *l.154. ff. d. R. I. Barbosa d. l.*

7. Ad effectum pertinet, quod in judicio possidentis partes semper favorabiliores sint, quam non possidentis, quod in dubio, aut pari causa judicetur pro possessore, quod possessor cogi non possit ad edendum titulum suæ possessionis, quod immunis sit ab onere probandi, quod fructus percipiat, eosque suos faciat, quod non teneatur satisdare &c. de quibus omnibus ex professo egit *B. Dn. Petrus Mullerus in Diss. de Beatis possidentibus Ienæ 1687. habita sect. 2. §. 2. & Excellent. Dn. Bodinus, Antecessor apud Hallenses famigeratiss. in Diss. sua de Beatitudine Juridica.*

8. Nec obstat modo allegatus locus Horatii, utpote qui non juridice, sed moraliter intelligendus est: moraliter enim utique infelix est, quando multa possidens ad illa nimis attentus est, aut etiam possessionibus suis abutitur, quod vitium tamen non tam rei, quam personæ est. Idem de felicitate & beatitudine theologica dicendum: Seelig sind, inquit Christus, *Matth. 5. v. 3.* Die geistlich arm sind, denn das himmelreich ist ihr ꝛc. *Luc. 6. v. 20.* Seelig seyd ihr

ihr armen, denn das reich GOttes ist euer. Quo ipso aliquando audito, Dux quidam Lotharingiæ respondisse fertur: So habe ich manchen in den himmel geholffen; denn ich habe viel leute arm gemachet.

LXXVIII.

1. **Betrug und weiber anstrich haben nicht lange bestand.** Dolus & fœminarum fucus diu non durant.

2. R. quia sicuti fucus cuti non in-sed adhæret, adeoque vel levissima alteratione interverti & pessumire potest; ita etiam dolus & fraudes nullo bono nituntur fundamento, quo penitius inspecto, fraus facile detegi potest. Quid? quod ipse Deus ter Optimus Maximus mirabiliter interdum technas revelat hominum eosque prorsus confundit, ita ut verum sit & maneat: Es ist nichts so klein gesponnen, es kommt endlich an die sonnen.

3. Caveat ergo sibi quilibet a faciendis fraudibus & dolis, malis nimirum, de quo *Petrus* loquitur *1. Ep. 2.* So leget nun von euch ab allen betrug. Dolus bonus enim, qui apud Romanos pro solertia accipiebatur, non adeo improbandus est, vid. *L. 1. §. 2. ff. de Dol. mal.* maxime si adversus hostem latronemque ageretur; *Lipsius Lib. 5. Pol. c. 17. n. 24.* Ubi hostes fallere non solum justum id & fructuosum esse dicitur. Conf. *Puffendorf. de Jure Nat. & G. Lib. 8. c. 6. §. 6.* Quem enim licet occidere, illum etiam licet decipere; illi, cui plus licet, id quod minus est, non potest non licere. *L. 21. ff. d. R. J.* Et eatenus quoque vulgatum illud: contrahentibus in pretio emtionis ac venditionis se invicem naturaliter circumvenire licere, *L. 16. §. 2. D. de Minor.* intelligendum venit. Vid. *D. Simonis Dissert. de Curiosis Justinianeis*

neis th. 26. & ibi alleg. Grotius de Jure B. & P. L. 2. c. 12. §. 26. & *Dn. Kulpis dissertat. Academica de circumventione in contractibus licita Swobaci edita per tot.*

LXXIX.

1. Ist das bett beschritten (*a*),
So ist das recht erstritten.

Pede misso in lectum jure potiti sumus.

2. (*a*) Das bett beschreiten, die decke über oder aufschlagen, est nihil aliud, quam thalamum sive thorum conscendere, vid. *Besold. in Thes. pract. sub voc.* bett *p. m. 97.* Per jus vero h. l. intelligitur jus successionis inter conjuges, ita, ut sensus huc redeat: quoties conjuges thorum sive thalanum conscenderunt, toties sibi invicem succedunt.

3. Ratio, quia matrimonium sic plenissime consummatum fingitur. *Carpz. P. 3. C. 19. d. 1. 3. & 11. Dietherrus apud Besold. in Contin. Thes. Pract. sub voc.* bett *p. m. 101.* Habetur enim illa conscensio pro forma substantiali matrimonii *Carpz. d. l. d. 3. n. 8.* a quo tamen dissentire videtur *Philippi in usu Pract. L. 1. t. 10. ecl. 61. n. 10. p. 190.*

4. Fundatur in Jure Saxonico & quidem Landrecht *L. 1. art. 45.* ut & Wurtembergico *P. 4. t. 2.* aliisque juribus provincialibus. Contrariatur Jus Civele Rom. Canonicum, & plerorumque locorum statuta.

5. Declaratur, quatenus nimirum cætera quoque paria sunt, h. e. reliqua requisita adsunt, quæ legitimum constituunt matrimonium.

6. Declar. (2) ad conscensionem thalami non requiri concubitum actualem & carnalem, sed sufficere morem quendam solennem, ob man schon nicht weiß, daß die braut die haube verdienet, vid. *Besold. d. l. p. 97.* Man legt sich nur hinein zu der braut, wenn sie gleich in denen letzten zügen liegt, und zu nichts weniger, als

als ad congressum conjugalem geschickt ist. Quapropter etiam *Excellentiss. Dn. Strykius de successione ab intestato Diss. 8. c. 5. §. 43. p. 339.* exinde infert, quod ne quidem impotentia conjugalis obsit, altero conjugum tacente, nec ad divortium agente. Videtur tamen ab hac explicatione conscensionis abire, & eam sumere pro conjunctione carnali *Schneidewvin in Com. Inst. tit. de Act. §. 29. p. m. 1553.* Quicquid autem hujus sit, hodie constans Dd. adsertio est, conscensionem illam etiam sine copulatione carnali expediri posse. Conf. *B. Petr. Mullerus in Comment. ad tit. d. R. J. L. 30. not. 4. p. 190. Titius* in erörterten *successions*=und erb=fällen *p. m. 83. Wehnerus in Observat. Pract. sub voc.* ehemann, *& Carpz. d. l. def. 4.*

7. Declar. (3) Quod successio hæc non extendatur ultra portionem, quæ conjugibus pro more cujusvis regionis statuta est. Sic v. c. marito in Saxonia debentur omnes res mobiles, sola excepta gerada, *Schneidevv. tit. de hær. q. ab int. p. m. 756.*

8. Declar. (4) Quod conscensio hæc thalami adeo necessaria sit, ut ne quidem suppleri possit per benedictionem sacerdotalem, prælaud. *Dn. Stryk de success. ab Int. d. l. §. 43. p. 339. Carpz. c. l. d. 3. p. m. 1130.* Unde quoqne desponsati, & per benedictionem sacerdotalem copulati, mortui vero ante copulam carnalem, aut conscensionem illam thalami, sibi invicem non succedunt. *Carpz. d. l. n. 7.* Die braut bekommt lauter nichts. *L. 3. art. 45.* landrechts.

9. Fallit, quando fœmina, cujus sponsus mox post benedictionem sacerdotalem, nondum conscenso thalamo decessit, allegat, concubitum anticipatum fuisse; hoc enim, ceu jure refragante factum, nullum poterit habere effectum juris, der bräutigam hat die decke nicht so, wie es land=rechtens ist, beschlagen, paria autem sunt, plane non fieri, & non recte fieri,

etiamsi

etiamsi sponsa facta sit a defuncto sponso gravida. Idem *Dn. Stryk ad Brunnem. Jus Eccles. L. 2. c. 17. §. 40. p. 691. vid. tn. Philippi d. l. n. 13. p. 291.*

10. Fallit (2) quando desponsati aliud paciscuntur: provisionem enim hominis facere cessare provisionem legis dubio caret: Die ehe-pacta, ehe-contract, ehe-beredungen heben das ander alles auf.

LXXX.

1. **Wer das bett verheuert (vermiethet), muß auf dem stroh schlafen.** Qui locat lectum, illum dormire oportet super stramine.

2. Ratio quia, qui vult antecedens, locationem nimirum lecti, ille quoque velle debet id, quod exinde sequitur.

3. Declar. si scil. locans alio lecto non sit instructus, aliamque commoditatem sibi parare non possit.

4. Ampliatur, ut extendi quoque possit ad locationem & alienationem aliarum rerum, quibus ipsi indigemus.

5. Exceptio est, quando necessitas v. c. morbus supervenit ante tempus locationis: hoc casu enim expelli potest conductor, ita tamen, ut pro parte remittatur pensio, & finita necessitate, restituatur conductori. *Illustris Dn. Stryk. in Thes. Loc. Com. apud Barbosam sub voc. Locatio ax. 8.*

6. Exceptio (2) est, quando finita locatio conductio, adeoque conductor ad rem locatam, finito usu restituendam, obligatus est. Conf. omnino *Vigelius in Methodo Juris Cont. L. 5. c. 6. n. 36. p. 1045.*

LXXXI.

LXXXI.

1. **Wie man sich bettet, so schläft man auch.** Prout quisque sibi lectum sternit, ita quoque requiescit. Est verbum de iis, qui sibi ipsi fortunam conciliant, dici solitum: vid. der *semper*-lustige fabelhanns *n. 1. p. 13.* ita ut sensus sit: ut quisque se gerit & actiones suas instituit; ita etiam male vel bene vivit. Spate im teutschen sprachschatz *sub voc.* bett *p. m. 136. Altius apud Sallust. ad Cæs. Or. 1. ab initio dixit:* Quilibet fortunæ suæ faber est.

2. Ratio, quia homo in externis actionibus libertatem habet, & hinc media convenientia adhibendo multum conferre potest ad id, ut illa, quæ fortunæ vocantur, munera consequatur, *Dn. Buddeus in Elementis Philos. Pract. p. m. 89.* Famulatur enim fortuna ipsa prudentiæ *Lipsius Lib. 1. Pol. c. 7. n. 13.* & a bono consilio bona quoque fortuna dependet. *Idem d. l. L. 5. c. 16. n. 6.* Recte *Plautus in Trinum. 2. 2. 83.* sapiens pol ipse fingit fortunam.

3. Effectus, quod, qui lectum bene sibi concinnat, bene quoque dormiat, & vice versa; wohl gebettet, wohl geschlafen; übel gebettet, übel geschlafen.

4. Nisi quis aliunde, & quidem superne impediatur: Summum enim Numen Divinum, quando ex rationibus nobis occultis aliter disponit, quam nos proponimus, tunc & cura, & labor, & diligentia omnis abeunt in cassum: ut labor in tua; ita benedictio in DEI potestate est.

5. Declar. valere imprimis adagium quoad matrimonium contrahentes.

LXXXII.

1. DEr bettel-sack ist boden-los. Fundo caret mendicorum marsupium. Vel: Mendicorum loculi semper sunt inanes. Græci ajunt:

Πτωχȣ̃ πήρα ȣ̓ πίμπλαται.
Πτωχȣ̃ αὐταὶ αἰεὶ κεναί.

2. Scilicet reprehenditur hoc ipso inexplebilis quorundam mendicantium cupiditas, qui pinguiores eleemosynas ex voto forte non accipientes, vel abeuntes murmurant, vel quandoque etiam benefactoribus suis quævis mala imprecantur. *Fritschius in syllog. var. Tract. Part. alt. de Validis mendicantibus c. 5. n. 97. p. m. 52.*

3. Ratio consistit in malitiosa mendicantium ignavia & impudentia.

4. Declar. valere hoc quoad illos imprimis mendicantes, qui mendicitatem, instar alicujus artis profitentur, die da Profession vom betteln machen, vel etiam qui familiam famelicam, sæpe satis numerosam, uxores ac liberos alunt, qui ebriosi sunt, qui otium amant, & inertiam, quique pane majora sua æstimant merita. *Fritschius d. l.* Tantum autem abest, ut ejusmodi mendicantibus dandæ sint eleemosynæ, *Carpz. Jurispr. Consist. L. 2. d. 325. n. 7.* ut potius ne quidem in republ. tolerari debeant. *ibid. d. 324.* Non igitur universaliter, sed particulariter saltem procedit. Ex circumstantiis judicandum, cujus quis sit farinæ. In dubio tamen melius esse puto, tribus indignis stipem dare, quam unico digno eam denegare.

LXXXIII.

1. Es muß ein schlechter bettler seyn, der nicht eine thür wenigstens meiden kan. Vilis sit oportet mendicans, qui ne quidem unius præterire potest ostium. Est proverbium, quo illis respondere solemus, qui sua nobis exprobrant beneficia, & se ita nobis necessarios esse putant, ut absque eorum auxilio vivere nobis impossibile foret. An & quando recte hoc utamur, dabunt circumstantiæ, præsertim autem isthuc respiciendum, an ille, qui nobis aliquid opprobrat, jus habeat illud faciendi nec ne? Priori casu contineri debet animi motus; posteriori autem diverbio hoc impune quidem respondere possumus, sed & hic nihilominus probe advertendum est, ne contra moralitatem impingamus, aut nostram prodamus ferociam. Impunitas moralitatem non tollit.

LXXXIV.

1. Bettler sind freyherren. Mendicantes Barones sunt.

2. Per irrisionem scil. sicut enim a libero statu Barones veram denominationem nacti, sub libertatis velamento vero turpissima licentia involvitur; ita homines licentiosæ mendicationi dediti Barones nuncupantur. *Ockel de Præscript. immemoriali, præsertim rerum domanialium c. 2. §. 11. p. 32.* Dann sie dürffen betteln wo sie wollen. Unde illud natum: Bettler sind überall zu haus.

3. Li-

3. Limit. (1) quatenus scil. id non prohibitum est, dari enim civitates, ubi nemini ostiatim mendicari licet, constat. Sic Brunsuigæ olim mendicantes in suo exercitio turbatos, & ad operas publicas de platea raptos, memini. An autem Magistratus mendicandi facultatem plane prohibere possit in Rep.? de eo vid. *Fritschius in Tract. de mendicantibus validis c. 5. n. 12. sqq.* Hoc certum, quod publice intersit, libertatem mendicandi militibus vagabundis, denen garten-knechten, validis, otiosis, morbos ac vulnera simulantibus, pestis vero tempore forensibus, restringi, de quibus vid. *idem Fritsch. d. l. c. 7. n. 17. c. 16. n. 1. c. 8. n. 1. sqq. Dietherrus in Cont. Thes. Bes. sub voc.* bettler *p. 102. Speidelius in speculo sub voc.* gart- und herren-lose knechte *p. 427. Tabor ap. Barbos. sub voc. mendicus ax. 1. & 2. p. 490.*

4. Aliud dicendum quoad milites dimissos, die abgedanckte soldaten, qui mendicantes redeunt in patriam, utpote qui favore & viatico digni sunt. Idem quoque de tyronibus opificiariis, von denen handwercks-burschen, affirmarem, quatenus nimirum pecunia destituuntur, & conditionem opificium suum exercendi invenire nequeunt. Studiosos mendicantes quod attinet, præcautione opus est: multi enim ex petulantia & lascivia stipem petunt, ut conquirant, unde poculis invicem certare possint. Hinc admoneri debent mendicantes vid. Gerber in unerkannten sünden der welt. *P. 2. p. 559.*

LXXXV.

1. **Aus andrer leute beutel ist gut zehren.** Ex aliorum loculis liberalem esse, expedit. Sive: Aus andrer leute leder (haut) ist gut riemen schneiden. Ex corio alieno lora scindere conducit.

2. Ratio, quia bona propria, non vero aliena, cordi nobis ſunt, objectumque liberalitatis & contractum conſtituunt, *l. 83. pr. ff. d. Verb. Obligat.* ibi: *nam de ſe quemque promittere oportet.* Recte *Comicus in Adelph. Act. 5. Sc. 8. de tuo largitor puer!*

3. Declara, procedere hoc narrative, non vero approbative: furti enim ſpecies eſt ex alieno beneficio debitorem ſibi acquirere, *L. ſi pignore 54. §. 1. ff. de Furt.* conf. *par.* **Man muß das leder nicht ſtehlen, und hernach die ſchuhe um Gottes willen geben;** add. *Tabor in Theſ. Loc. Com. ſub voc. liberalitas ax. 5.*

4. Pertinet quodammodo huc illa *a Dno Meiſnero* **in ſeinen widerlegten böſen ſprichwörtern** allegata parœmia *n. 116. p. 128.* **Aus vielen beuteln iſt gut geld geben,** h. e. **Ihrer viele können eher etwas beſtreiten, als einer allein, oder etliche wenige,** de quo vid. *Richterus in Axiom. Hiſtor. ax. 96. p. 209.*

LXXXVI.

1. **Beutel-ſchneiderey iſt die beſte kunſt.** Sacculorum abſciſſio omnium optima ars eſt.

2. Ratio, quia ſacculari, **die beutelſchneider,** abſcindendo ſacculum ſtatim in manibus habent mercedem.

3. Declara, quod non niſi per jocum & abuſive dici ſoleat hoc verbum: vere enim improba & legibus gravioribus burſicoporum ars interdicta, pœnaque arbitraria in eam ſtatuta eſt. vid. *Excellentiſſ. Dni Strykii, Præceptoris ad cineres usque venerandi, Diſſ. de ſaccularlis & directoribus c. 4. per tot.* ſive: eſt apparenter bona, vere autem mala, quia mercedem illam, in manibus haberi ſolitam, gravis ſequi ſolet animadverſio.

LXXXVII.

1. Es ist keinem zu verdencken, der bezahlt (*a*) seyn will. Nemini vitio vertendum est, si pecuniam petit debitam.

2. (*a*) Scil. solutio fit vel interveniente pecunia, quæ proprie solutio dicitur, & hujus loci est, vel alia, quacunque re, vicem pecuniæ sustinente, mit gelds werth.

3. Ratio, quia solvi non potest aliud pro alio invito creditori, *Barbos. in Thes. Loc. Com. sub voc. solutio ax. 34.*

4. Sicut ergo parœmia hæc de solutione pecuniæ intelligenda venit, ut sensus sit: invitus creditor culpandus non est, si satisfactione alia præter pecuniariam, repudiata solutionem urgeat; ita quoque haud inepte, de satisfactione qualicunque, capi potest, sensu huc redeunte: Es ist keinem zu verdencken, der contentirt seyn will. Memor autem sit Christianus creditor dicti illius Davidici: Der gottlose borget und bezahlet nicht, der gerechte aber ist barmhertzig und mild, *Psalm. 37. v. 21.* Cum quo convenit illud Mosaicum: Wenn du geld leihest meinem volck, das arm ist bey dir, solt du ihn nicht zu schaden tringen, imprimis quando creditor carere potest pecunia credita. Habe gedult mit deinem nächsten in der noth, und thue das almosen dazu, daß du ihme zeit lässest, *Sir. c. 29, 11.* Nec enim sequi debemus exemplum creditoris, *Matth. 18. v. 28.* quippe qui nimis durus est & immisericors erga suum debitorem.

5. Declara, quatenus nimirum debitor se obligavit ad præstationem pecuniæ, & hæc etiam præstari potest: Ergo quando pecunia parata destituitur debitor, nec facile rerum suarum emtores reperit, creditor compelli potest prævia Magistratus æstima-

tione, alia debitoris bona in solutum accipere, relicta tamen creditori electione, quæ bona ita in solutum accipere velit per *Nov. 4. c. ult.* & *Nov. 120. Hoppius in Comment. Inst. pr. quibus mod. toll. obl. p. m. 770.* add. Reichs-abschied *de A. 1654.* §. so viel nun 72.

LXXXVIII.

1. **JE ärger mahner, je schlimmer bezahler.** Quo quis diligentius interpellat suum debitorem, eo tardius ipsemet solvit sua debita.

2. Ratio, pauci enim observant illam juris naturalis regulam, quæ vult, ut unusquisque id ipsum faciat alteri, quod sibimet velit fieri; sed plurimi id faciunt alteri, quod sibi fieri non cupiunt. vid. *Mevius in Discussione Levaminum inop. Debit. c. 1. n. 123. p. 38.* Vtut *Christus* ipsemet regulam illam commendaverit & dixerit: Alles, was ihr wollet, das euch die leute thun sollen, das thut ihr ihnen auch.

3. Exemplum est in Evangelio *Lucæ 16.*

4. Declara, quod procedat relative & enunciative, non vero approbative & quidem plerumque.

LXXXIX.

1. **DJe Bibel läßt sich nicht auspredigen, und das Corpus Juris nicht ausdisputiren.** Nec S. Biblia concionibus, nec Corpus Juris disputationibus exhaurire possumus.

2. Ratio prioris in fertilitate, ubertate, amplitudine, virtute & efficacia verbi divini; posterioris vero membri ratio in perplexitate & prolixitate verborum, incertitudine historiarum, defectu Legis duodecim tabularum, multitudine scriptorum, leges miserum in modum sæpe detorquentium, mutatione formæ Reip. diversitate Jurium particularium, va-

varietate consuetudinum & subtilitate ingeniorum consistit. Add. omnino *Celeberrimus Dn. Thomasius in Tract. de Nævis Jurisprud. Romanæ per tot.* Quomodo autem malo huic parari possit medicina, vid. *Dietherrus in Cont. Thes. Pract. Besold. sub voc. Corpus Jurisp.* 247. *Ventura de Valentiis in Parthenio Litigioso* L. 2. *c.* 5. *n.* 17. *p.* 322.

3. Declares parœmiam hanc, quod procedat ratione membri primi, quoad infinitatem doctrinarum e sacra Scriptura profluentium, non vero quoad literam; sic enim facile illa absolvi poterit concionando; ratione membri secundi; vero, quatenus semper dubium aliquod remanet, etiamsi vel mille, si possibile esset, disputationibus Corpus Juris illustrares, & illas publice pro cathedra defenderes.

XC.

1. **Biedermanns** (*a*) **erbe liegt in allen landen**; h. e. Vir honestus, ubicunque terrarum vivat, invenire potest, unde vivat; sive ut vulgo dici solet: Patria est, ubi bene est, quod tamen si penitius inspicitur, sensum dicterii nostri non exhaurit.

2. (*a*) Biedermann, communiter exprimitur per virum honestum: Compositum autem est ex bieder, quod significat bauer und bürger. *Spate im teutschen sprach-schatz sub voc.* bieder. Hinc unbieder h. e. weder bürger noch bauer. De voce mann, vid. *Dietherrus in Cont. Thes. Pract. Besold. sub voc.* biedermann *p.* 105. Synonymon est biederreich vid. *Besold. sub voc.* biedermann *p.* 102. Confer. *Schneidevv. in Comment. tit. de Injuriis §. sed & n.* 5. Sic Rex Daniæ institutum habet ordinem equitum des Dänischen biedermanns. Danice, dannbrou h. e. proborum virorum. *Becmann de Notit. dignit. Illust. diss.* 16. §. 8. *p.* 427.

3. Declara, modo quoque artem aliquam calleat, eamque diligenter exerceat, insuperque se suamque artem ac scientiam ostendat: alias obtinebit vulgatum illud: Kunst geht nach brod. vid. *Geier in Spicil. Besold. Speid. sub voc.* Kunst *p. 81. Crusius de Indiciis delict. P. 3. C. 24. p. 89. n. 8. B. Lutherus* cum excommunicationem ipsi minarentur hostes, & interrogarent: ubi mansurus esset? respondebat: aut sub cœlo, aut in cœlo.

4. Excipiuntur ea loca, ubi plane odio habentur artes bonæ ac honestæ, barbariesque potius quam humanitas regnat. Conf. *L. f. C. de stat. & imag.* ubi ita habetur: *ea est calamitas postremæ senectæ ut literarum studia paupertas comitetur.*

5. Aliud interdum quoque fit per injuriam temporum; vid. *Latherus de Censu L. 1. C. 14. n. 14. p. m. 129.*

6. Fallit denique quoad illos nauci homines, qui ex levitate quadam animi ad proverbium nostrum provocant, prouti Studiosus ille, qui relegationem in pœnæ locum dictatam redimere nolebat, & a Senatu Academico interrogatus, quorsum se conferre vellet? respondebat: Wo ick hinkomm, bin ick to hud.

XCI.

1. **Man solle niemanden seine erste bitte abschlagen.** Rogata prima nemini abnuenda sunt.

2. R. quia, sicut gratificatio cedit in gratificantis gloriam & in commendationem; ita repulsa odiosum reddit recusantem.

3. Declara, modo tale quid, quod in nostra potestate, nec contra conscientiam est, rogatum, & rogans dignus sit, qui exaudiatur.

4. Hinc

4. Hinc jus primariarum precum ortum esse videtur, vi cujus recens electus Imperator aliquem Candidatum potest commendare Capitulis, beneficio aliquo ecclesiastico vacante, ad hunc effectum, ut preces ejus repudiare non possint. Conf. *Conrad* von Einsiedel *de Regalibus c.2.n.332.p.314.* Quatenus nempe Imperator Anno 1624. jus hoc primariarum precum in aliquo Capitulo revera exercuit, per *§. ubi sacra 18. art. 5. Inst. pac. Questphal.* & condidatus quoque cæteroquin habilis ad illud beneficium sit. Attendant vero insimul Magnates, ne nimis faciles sint in exaudiendis precibus. Solent enim insolentes & impudentes homines haud raro talia appetere, quæ ad titulum rogationis filiorum Zebedæi pertinent, de quibus Christus: Ihr wisset nicht, was ihr bittet. Nam in tali casu illud *Jacob. 4. v. 3.* sibi locum vendicat: Ihr bittet und krieget nichts, darum, daß ihr übel bittet, nemlich dahin, daß ihrs mit euren wollüsten verzehret. add. Exemplum *Salomonis 1. Reg. 2, v. 20.-24.*

5. Ampliatur adeo, ut non tantum primæ, sed & reliquæ exaudiendæ sint preces honestæ & modestæ, ad monitum Servatoris Nostri *Matth. 5. v. 42. & Luc. 6. v. 30.* Gieb dem, der dich bittet, quatenus nimirum petens nullum jus sibi exinde vult adserere, & petitio ejus in tertii non vergit præjudicium ac damnum. Inhonestissimum hinc erat responsum, & Magistratu indignissimum, quando iste, salarii augmentationem demisse petenti, respondit: lambe mihi nates! (sit venia verbis!) Es wird nichts draus. Wer seine ohren verstopffet, für dem schreyen des armen, der wird auch ruffen und nicht erhöret werden, *Proverb. 21, 13.*

XCII.

1. **GRoßer herren (*a*) bitten ist befehlen.** Majorum (Magnatum) preces mandata sunt. Rogare est imperare. Vel, ut versus habet:

Est rogare Ducum species violenta jubendi.

2. (*a*) Per grosse herren h. l. non intelliguntur præcise magnates und standes-personen, sed quicunque majores & potentiores: unde etiam officialium preces sæpe mandata sunt & subditis metum incutiunt, *Tabor ap. Barbos. in Thes. Loc. Com. sub v. preces ax. 3.*

3. R. quia civilitatis tantum causa vocabulo *preces* utuntur, in rei veritate autem imperant, qua metum inferunt, hincque preces illas, locum non invenientes, statim sequitur coactio. Quapropter etiam preces illæ armatæ dicuntur a *Menochio Lib. 2. Arb. Jud. Quæst. cas. 461. n. 22.* Namque paria sunt facere aliquid coacte, vel metu coactionis; & is, qui scit, se posse compelli, dicitur coactus facere, licet dicat, quod sponte faciat aut animo læto ac jucundo videatur facere, cum multi fingant ridere, qui timent, sunt verba *Hippolythi a Lapide de Ratione status P. 2. c. 7. p. m. 456.*

4. Prob. per glossam *ad L. 1. §. 1. ff quod jussu.*

5. Declara, imprimis tunc, quando superiores vel majores sunt tyranni, utpote quorum preces præcepta esse, non preces, scribit *Gailius L. 2. Obs. 93. n. 20.*

6. Decl. 2) valere parœmiam hanc magis de facto, quam jure.

7. E. G. quando Principes a subditis suis petunt subsidium charitativum, ein liebgeld, ohrbede, hoc isti

vix denegare possunt, aut, si denegant, imponitur illis per modum mandati. conf. *Speidelius in Speculo sub v.* freywillige hülffe *p.370. Wehnerus sub voc.* liebgeld *p.351.* imprimis si urgeat necessitas *Besold. in Thes. Pract. sub voc.* ohrbeede *p.m. 710.* add. *Menoch. L.2. Cent. 2. cas. 178.* & tale sit, ut quoque peti possit *Besold. in Cont. Thes. Pract. sub ead. voc. p.458. Menoch. d.l. cas. 179.* Sic quoque quia status precariis verbis ad Comitia vocantur, dicit quidam: Grosser herren bitte rc. Sed valde dubito, an ibi apposite adhibitum sit? De convocatione statuum provincialium, quæ per modum mandati fit. vid. *Dn. a* Seckendorf im fürsten-staat *P.2. c.4. §.9. p.77.*

XCIII.

1. **Wie gebeten, abgeschlagen.** Prout petitum; ita quoque denegatum, sive, qualis petitio, talis recusatio vel denegatio, clarius: qui inepte aliquid petit, ille non exauditur, sed patitur repulsam.

2. R. quia petitio & ad illam responsio correlata sunt; correlatorum aut eadem ratio est.

3. Declar. quod imprimis clausula hæc, omnibus fere notissima, locum sibi vendicet in supplicationibus, quarum petitio, si inepta est, informis & ex narratis non sequitur, decerni solet in Camera, & nonnullis aliis judiciis: Wie gebeten, abgeschlagen. *Blumius in Process. Cam. tit. 94. §. 51. p. 486.* Utut illa formula: rogo desuper jus atque justitiam, non solum petito, sed etiam quovis alio ligitimo modo, quo hoc de Jure fieri debuisset, administrari, adjecta fuerit *Blumius c. l.* Utut reus nondum desuper auditus fuerit, & contra ineptitudinem lebelli excipere potuerit, quæ exceptio alioquin extra Cameram necessaria est ad id, ut Judex libellum, tanquam in-

eptum,

eptum, rejicere possit. *Stypmannus de Referendariis C. 6. n. 12. p. 78.* quæ ineptitudo tamen ita comparata est, ut facile corrigi, & sic postea adhuc id, quod petitum, obtineri queat. **Cammer-***Concept P. 1. tit. 22. n. 10.*

XCIV.

1. **Es kan niemand zugleich blasen und schlucken.** Nemo simul & flare & sorbere potest, h. e. Nemo simul gerere potest duo negotia.

2. R. quia hoc implicationem involvit, dum enim flare quis vult, halitus emittendus, & dum vult sorbere, ille attrahendus est, quod simul fieri non potest, quia unum contrariorum alterius negationem involvit. conf. *B. Dn. Bechmannus in Inst. Log. p. m. 189. & Reverend. Dn. Velthemius in Inst. Metaph. p. m. 1217.*

3. Confirmatur per *can. 1. distinct. 89.*

4. Exemplum elegans adfert **Gerber in unerkanten sünden der welt** *P. 1. C. 62. p. 913.*

5. Declara, verbum nostrum procedere quatenus illa duo negotia expedienda sibi sint contraria, ita ut, si unum gerere quis velit, alterum omitti debeat.

6. Deinde (2) procedit, quatenus de uno eodemque tempore intelligitur; Hinc facile judicandum est, quo sensu vere dici possit de *Cajo Julio Cæsare*, quod uno eodemque tempore & legere, & scribere, & dictare & auscultare potuerit.

7. Declara (3) quamvis duo vel plura negotia nullam importent contrarietatem, vix tamen simul rite & recte illa expediri possunt, quia *Pluribus intentus minor est ad singula sensus, L. ult. C. de Adsess. vid. Tabor ap. Barbos. in Thes. Loc. Com. sub voc. plura ax. 4.* Add. parœm. **Wer zween hasen zugleich hetzen**

will,

will, der fänget gar keinen. it. Niemand kan zweyen herren dienen.

XCV.

1. **EIn grindiger (stinckigter) bock ist einer güldenen ziege werth.** Miserrimus masculus pulcherrima dignus est fœmina. Vel: Unus masculus valet decem fœminas.

2. Ratio sine dubio est, quia masculus homo esse creditur, non vero fœmina, juxta illud: Die weiber sind keine menschen, de quo vid. *Meisnerus* in widerlegten bösen Sprichwörtern *n. 27. p. 33.* Sed enim sicuti ratio hæc contra S. Scripturam; ita etiam parœmia ipsa magis contumeliosa, quam vera est, und sind dergleichen leute, die das weibliche geschlecht so sehr verachten, nicht werth, daß sie von weibern gebohren worden. Wie das weib von dem mann, inquit Apostolus *1. Cor. 11, 12.* also kommt auch der mann durchs weib, aber alles von GOtt. Wo bleibt da des Heil. Geistes erinnerung? **Gebt dem weiblichen geschlechte auch seine ehre, als mitterben der gnade des lebens.** 1 Petr. 3.

3. Hoc equidem vere dicitur: daß wann ein mann auch nur ein einziges bein, und keinen arm hätte, er doch eine frau bekäme; ast exinde nondum sequitur, quod talis homo plus valeat, quam formosissima aliqua fœmina. Sicut & id certum, quod masculinum genus semper dignius habitum fuerit fœminino: utut enim ein bock und geiß ejusdem sint generis, non tamen statim ejus sunt valoris. Quapropter etiam sub masculino sexu comprehenditur fœmininus, non vero vice versa. *L. qui duos mulos 62. ff. d. Leg. 3.*

4. Prærogativa ergo quædam masculis debetur

præ

præ fœminis, ſed non talis, quæ contemtum parit, & verbo divino contrariatur.

XCVI.

1. EIn jahr böß, (*a*) 100. jahr böß. Quod per unum annum ſe habet male, per centum annos erit tale.

2. (*a*) Malum h. l. ſynecdochice denotat malam fidem, ita, ut ſenſus ſit: qui ſemel reſciſcit, ſe rem poſſidere alienam, & ſic per unum tantum momentum in mala fide, adeoque malus eſt, ille deinde ne per centum quidem annos eam rem præſcribere poteſt.

3. Statuminatur hæc parœmia per *Cap. 2. X. d. R. I. in 6to.*

4. R. quia in peccato continuo vivit, & re illa non tam utitur, quam abutitur, abuſus autem non præſcribit, nec tempus longævum illum excuſat, cum non videndum, quamdiu, ſed quam bene.

Tempus longævum te non excuſat in ævum.
Cum male ſis uſus, quia non præſcribit abuſus.

5. Ampl. etiamſi ab initio quis in bona fide fuerit, & mala fides deinde ſupervenerit, *Brunnem. in Prælect. publ. ad Reg. Jur. Can. reg. 2. p. m. 15.*

6. Ampl. 2) ad actiones perſonales & præſcriptionem immemorialem. *ibid.*

7. Limit. 1) in præſcriptione actionum pœnalium, in exemplo *c. 1. de Præſcript. n. 7.* libertatis conſervitutem, in actionibus brevioris temporis, quæ ipſo jure exſpirant, & in hærede præſcribente rem legatam, conlegatarium. *ibid.*

8. Hinc cum effectu conveniri poteſt, qui per longam temporis intercapedinem rem alioquin mala fide uſurpavit, & illa abuſus eſt. Conf. parœm. tauſend jahr unrecht, iſt nicht eine ſtund recht.

XCVII.

XCVII.

1. JE länger, je böser, sive, immer ärger. Quo senior, eo pejor.

2. Ratio, quia etiam malitia sua habet & capit incrementa.

3. Declar. quatenus nimirum vetus homo, virtute baptismi, non coercetur & refrenatur.

4. Fallit apud illos, in quibus baptismi exercitium viget, nec Adamo veteri habenæ laxantur.

5. E. g. Quando quis anno superiore non nihil cœpit fastu insolescere, & ad rem attentus esse, ille mox anno sequenti multo fit insolentior, & ad rem attentior, ita ut vitia ab incunabulis cum eo, certis quibusdam incrementis, progrediantur. *Concordia Rev. Dn. Philippi Mulleri p. 420. §. 21.*

XCVIII.

1. MAn kan löwen und bären zähmen, warum nicht auch böse buben? Leones & ursi possunt domari, quare non etiam feroces nebulones? verba sunt, quæ ergasterio suo inscripserunt Bremenses.

2. Probat. per *Jacob 3, v. 3. & 7.*

3. Ratio quia, si id, quod minus verosimile videtur, verum est, multo magis etiam id, quod magis vero simile videtur, verum erit. Jam vero remedia dantur, quibus leonum & ursorum coerceri potest ferocitas; Ergo etiam media dabuntur, quibus in ordinem redigi queunt malitiosi & feroces homines? Plagarum frequentia, laborum durities, cibi ac potus

tus tenuitas, expellunt proterviam, & ejiciunt petulantiam. Purga quæſo! Augiæ ſtabulum, plagas inter ac inediam, quid dem? mutabis animum. Quapropter etiam Hamburgenſes ergaſterium ſuum his ornarunt verbis: *Labore nutrior, labore plector.* vid. *Reinkingk de Regim. ſec. & Eccleſ. L. 2. claſſ. 1. c. 7. n. 6. p. m. 367.* Am zuchthaus zu Amſterdamm iſt über die pforte ein mann gehauen, der auf einem wagen mit Braſilien-holtz und einer ſege beladen ſitzet, mit der peitſche in der hand, und wird gezogen von 4. löwen, einem wilden ſchwein und einem wolff, und ſtehet mit göldenen buchſtaben dabey: Virtutis eſt domare, quæ cuncti pavent.

Dahero heiſſet es recht davon:

Sauffen, ſpielen, buhlen, balgen,
Stehlen wehret dieſe zucht,
Rettet manche böſe frucht
Von der ſtaupe, ſchwerdt und galgen.

vid. *Miſand. Del. Bibl. V. T. 1692. p. 331. 342.* Sie werden ſo kürr und zahm, daß ſie einem aus der hand eſſen. *Speidelius in Specul. Jurid. Pol. ſub voc.* zuchthaus *p. 1386.* add. *Beſold. in Theſ. Pract. ſub voc.* zuchthaus *p. 1030.* & *Dietherrus in Contin. ejus ſub ead. voc. p. 672.* *Simonis Diſſ. de Ergaſteriis diſciplinaribus* von zuchthäuſern *Jenæ 1678. habita per tot.*

4. Ampl. ut idem quoque valeat quoad feroces, pravas & turpiter ſe dantes fœminas, quæ in domum detrudi poſſunt netoriam, in das ſpinnhaus.

XCIX.

1. Es iſt keine kunſt eine gute, ſondern eine böſe ſache zu gewinnen. Non in bona, ſed in mala cauſa vincere artis eſt. Eſt vulga-

re

re rabulistarum dicterium, quo ingeniositatem & versutiam suam crepant.

2. Ratio, quia judex non potest non pro bonam causam habente respondere, minime vero tenetur pro illis dicere sententiam, qui malam fovent causam; hanc igitur ita colorare & eo adducere judicem, ut pro bona illam agnoscat & reputet, id artis est ac laboris. Allein, wehe denen, die böses gut, und gutes böse heissen, die aus licht finsterniß, und aus finsterniß licht machen, die aus sauer süß, und aus süß sauer machen, *Esaiæ 5, 20.* quibus pactum, ut *Plautus* loquitur in *Aul. A. 2. sc. 2.* non pactum est, non pactum pactum est, cum illis lubet.

3. Quapropter tantum abest, ut hanc approbemus parœmiam, ut potius illam damnemus, & e Christianorum dicasteriis prorsus abesse jubeamus. Aliud est, quando causam in se quidem bonam, sed intricatam, perplexam & maxime vulneratam aliquis redigit in ordinem, judicique eam ita planam reddit & perspicuam ut justitia ejus palpabilis fiat. Hoc sensu non improbanda venit parœmia nostra, & laudem utique meretur Advocatus ille, qui hic suam præstat operam. Die wahrheit vertheidige biß in den tod, so wird Gott der Herr für dich streiten. *Sirac. 4. v. 32. & 33.*

C.

1. Lang geborgt, ist nicht geschenckt. Quod differtur, non aufertur. Vel: Lang borgen ist nicht quitt geben. Sensus juridicus est: Dilata vel suspensa debiti solutione, debitum ipsum remissum esse non censetur.

2. Rat. Quoniam nemo in dubio donare præſumitur. *L. cum de indebito pr. 25. ff. de Probat.* Ratio (2) quia facilius aliquid differtur, quam tollitur. *Tabor apud Barboſ. in Theſ. Loc. Com. ſub voc. dilatio ax. 2.*

3. Exemplum in literis moratoriis eſt, quibus Princeps quidem differre, non tamen tollere poteſt debitum, ut & in creditore, qui ſolutionem partis admiſit, reſiduam vero partem diu non petiit, nec tamen eapropter eam donaſſe cenſetur. Conf. *Hertius in ſelect. & Rar. ex Jurisprud. Univerſ. argum. de Paræmiis Germ. L. 1. par. 97. p. 553.*

4. Extenditur per ampliationem etiam ad vindicationem criminum, tam quoad DEUM, quam judicem humanum. Nemeſis laneos habet pedes, tarditatem gravitate pœnæ compenſat. Exemplum vid. *Eſth. 5. 9.*

5. Improbatur, quatenus intelligitur de privata vindicta ſumenda, wenn man etwas einander hinter das Ohr ſchreibet, und ſo lang nachträgt, biß man endlich einmal gelegenheit findet, ſich an einen rächen zu können.

Quando
- - - - manet alta mente repoſtum
Judicium Paridis, ſpretæque injuria formæ.

INDEX

INDEX RERVM & VERBORVM

ſecundum numerum parœmiarum directus.

A.

A Wer A ſagt, der muß auch wol B ſagen. 1
Aaron veteris Teſtamenti Abbas, 3. multos habet hodie imitatores. ibid.
Abbas, quando teſſeras ponit in medium, tunc monachi facultatem habent ludendi. ibid.
Abbatisvvindum vicus Franconiæ, Comiti Caſtellano ſubjectus. 4
Abenteuern, apenthüren, affenteuer, quid ſit? 2
in wichtigen dingen ſoll man nicht abenteuern. ibid.
Abtſchwind. Zu Abtſchwind und Geiſelwind, viel huren und hexen ſind. 4
Abt, wenn der die würffel auflegt, hat das Convent macht zu ſpielen. 3
Abuſus non præſcribit. 96
Abweſenheit iſt der liebe feindin. 39
Acceſſorium ſequitur ſuum principale. 54
Acht, vox, quotuplex? 5
Acht und aber acht macht ſechzehen. ibid.
Achten: Wer uns achtet, den wollen wir wieder achten, Gottes und unſre ehre betrachten, acht und aber acht macht ſechzehen: eſt inſcriptio Monetæ ibid. Es iſt ein ding, wie mans achtet 6. Wer ſich heut zu tag nicht ſelbſt zu achten und zu ehren weiß, der wird insgemein von andern auch nicht geachtet ibid.
Adel quid ſit? 8. Wen der Kayſer adelt, der genieſt auch des Kayſers adel. 10
Aderlaſſen. Den erſten mäßig, den andern fräßig, den dritten tag toll und voll, ſo bekommt uns das aderlaſſen wohl. 11

est malum consilium. ibid.
Advocaten, schadvocaten. 12. Neue Advocaten, neue galgen. ibid. Advocati magis de propria, quam Clientis soliciti esse solent salute. ibid. mali, tempore necessitatis faciem angeli habent, finita lite faciem Cacodæmonis. ib. Conscientiosi sunt raræ aves. 60
Ægrotantis infortunium alteri non debet esse damnosum 35
Ægrotantibus famulis & ancillis an sit denegandus victus? ibid.
Ætatis determinatio in jure quænam sit? 20
ætate major plura tulisse, sudasse & alsisse præsumitur quam minor. 19. ætate qui senior est, præcedentiæ vel prælationis jure gaudet. 19
Affairen machen leute. 18
Alapa plerumque pensatur alapa 43
Alberti Brandenburgici Ducis dicterium de Banno. 5
Alchimiæ descriptio per jocum. 13. ejus sex requisita. ibid. nemo illa dignus est. ibid. illa solummodo probata est, quæ certos habet reditus, eosque bene dispensat. ibid. zielet allein auf die erhebung der herrlichkeit des grossen gottes. ibid.
Alienam rem scienter possidens quot annis præscribere possit? 96
Alimenta pro conditione & qualitate alicujus porrigenda. 59
Allegatio in lite ultima cujus sit in causa reconventionis, criminali & inquisitionis? 72
Alphonsi Regis Siciliæ & Neapoleos dicterium de Regibus. 3
Alter hilfft vor thorheit nicht. 18. gehet vor. 19. Rätzel vom alter. 17. Alte leute sind schwätzig. 14. Die alten sind gut zu behalten. 15. Mit denen alten soll man rathschlagen und mit denen jungen fechten. 16. Alte leute, alte räncke, junge füchse, junge schwäncke. ibid. Wer nicht alt werden will, mag sich jung hencken lassen. 17. Alte leute soll man ehren, und die jungen nicht verachten. ibid. Ein alter mann und junge f au gewisse kinder. 21. Ein altes weib und junger mann, gewisse schläge. ib. Alte weiber, alte wettermacherin. 23

Amme

Amme. Um des kindes willen küsset man die Amme. 25
Amicus veterrimus optimus. 15
Amicitia, conservatur per literas. 39. imperfecta & utilitatis gratia inita, quando cesset? 39
amicitiam simulantes & inimicum in pectore gerentes sunt hominum genus pessimum. 48
Amt giebt kappen. 58. Was deines amts nicht ist, da lasse deinen vorwitz. 33. Aemter wären schon gut, wann nur das rechnung thun nicht wäre. 26. Man soll die ämter mit personen, und nicht die personen mit ämtern versehen. 27. Aemter machen witzig. ib.
Anfangen. Der erste fängt an. 28. Wer bald anfängt, muß bald aufhören. 29
Aniculæ sunt tempestariæ. 23. citra injuriam non possunt compellari: Wettermacherin. ibid. quare facilius a diabolo seduci & ad crimina flecti possint, quam fœminæ juvenes. 24
Animus cum dignitate & fortuna crescit. 63
Anni per se non tribuunt prudentiam. 18
Annosa ætas non excludit Imprudentiam. ibid.
Antwort. Keine antwort, ist auch eine antwort. 30
Anweisung ist gute bezahlung. 31. Fallit apud Mercatores. ibid.
Appelliren. Ubel gesprochen, ist wohl appelliret. 32. Finis Appellationis est reformatio sententiæ. ibid. Appellationis bonæ fundamentum est iniquitas sententiæ. ibid. Wohl gesprochen, ist übel appelliret. ibid.
Arbeit. Nach gethaner arbeit ist gut feyern 29. Wer ungebeten zur arbeit gehet, der gehet auch ungedanckt darvon 33. Wer sich in herren-diensten zu tod arbeitet, den holet der teufel. 34. Wer sich zu tod arbeitet bey hof, der wird nicht begraben auf den kirchhof ib. Wer nicht arbeiten will, der laß das brod auch liegen still. 35. So jemand nicht will arbeiten, der soll auch nicht essen. ibid.
Argwohn ist ein schalck. 36
Arm seyn ist keine schande noch unehr. 37. Armuth schän-

schändet nicht. ibid. lähmet nicht. ibid. Armuth studirt, reichthum banquetirt. 38. Sich arm faullentzen und arm saufen ist keine geringe schande. 37. Da der arme mann seine dienste anbot, da war sein lohn gering. 33
Auctoritas non cadit in ætatem juvenilem. 16
Aug, was das siehet, glaubet das hertz. 40. Aus den augen, aus dem sinn. 39
August dicitur der koch-monath. 41. Was der august nicht kocht, läßt der september ungebraten. ibid.
Augusti Electoris Saxoniæ dicterium de Officiis. 27
Auslage vox, quot habeat significationes? 43. Man hüte sich vor der ersten auslage. ibid.
Ausleger ieder ist seiner worte 44
Ausus stolidos plerumque sequitur pœnitentia. 2. in matrimonialibus sæpe magna vi pecuniæ luendi ibid. locus illis non est in rebus gravioribus. ibid.

B.

Bannum quid & quotuplex sit? 5. a Principibus & statibus potentioribus parvi æstimatur! ibid.
Baum fällt nicht auf einen streich 67. Es fallen keine späne vom baum, man haue sie dann ibid.
Bauer. Dem bauer gehört haber-stroh 59. Wann ein andrer reitet, kan der bauer zu fuß gehen ibid. Was man denen bauern in Westphalen giebt? ibid. Dem bauer ist gut pfeiffen. 60. Bauren-krieg. ibid. Bauer ist ein lauer. 60. 61. Der beste ist ein schelm. ibid. Wann er nicht muß, so regt er weder hand noch fuß. ibid. Es ist besser ein reicher bauer, als ein armer edelmann. 62. Es ist kein messer das schärffer schiert, als wann ein bauer ein edelmann wird. 63. Bauren tragen ihre spieß hinter sich hinaus. 64. Wer bauren verderben will, muß bauren mit dazu nehmen. 65
Beichten. Wie man beichtet, wird man absolviret. 69
Bekennt ist halb gebüsset. 71
Beklagten gehört der letzte satz. 72

Beneficium. Ex alieno beneficio debitorem sibi acquirere, furti species est. 85. quomodo se contra opprobrantes beneficia gerendum? 83
Bergmeister soll von schlegel und eysen herkommen 73 quodnam ejus officium? ibid. rei metallicæ peritissimus esse debet. ibid.
Berna, Urbs Helvetiæ potentissima omnium Civitatum Helveticarum. 74. Unde nomen suum trahat? ibid. ejus Insignia. ibid. Stadt und landschafft Bern ist so gut, als stadt und landschafft Mayland. ibid.
Besehen, das hat man umsonst. 75
Besen, neue kehren wohl. 76
Beschwörungs-formul. 23
Bettler sind freyherren. 84. dicuntur Barones. ibid. Sind überall zu haus. ibid. Es muß ein schlechter bettler seyn, der nicht wenigstens eine thür meiden kan. 83
Bettelsack ist boden-los. 82
Betrug und weiber-anstrich haben nicht lang bestand. 78
Bett, wer das vermiethet, muß auf dem stroh schlafen. 80. Wie man sich bettet, so schläft man auch. 81. Ist das bett beschritten, so ist das recht erstritten. 79
Beutel. Aus andrer leute beutel ist gut zehren. 85
Beutelschneiderey ist die beste kunst. 86
Bezahlen. Es ist keinem zu verdencken, der bezahlt seyn will. 87
Je ärger mahner, je schlimmer bezahler. 88
Bibel läßt sich nicht auspredigen und das Corpus Juris nicht ausdisputiren 89
Biedermann, biederreich, unbieder quid sit? 90. Biedermanns erbe liegt in allen landen. ibid.
Bitten groser herrn ist befehlen. 92. Man soll niemand seine erste bitte abschlagen. 91
Blasen und schlucken kan niemand zugleich. 94
Bock, ein stinckigter ist einer guldenen ziege werth. 95
Böß 1. Jahr, ist böß 100. Jahr. 96
Borgen. Lang geborgt ist nicht geschenckt. 100
Bursicoporum ars interdicta 86

C.

CAsum fortuitum quilibet ipse præstare tenetur. 35
Cavalier, wer heut zu tag vor einen passiren kan? 9
Cedens in uno, an cedere debeat in pluribus? 1. Cedens in aliquo, eo ipso tacite in ea omnia consentit, quæ illi connexa sunt. ibid.
Charitas incipit a seipsa. 69
Cibus, qualis daudus rustico? 59. Cibos delicatos pauperi tradens an peccet? ibid.
Cicero's antwort auf den vorwurff seines geringen herkommens. 8
Circumvenire an se liceat in Contractu Emtionis Venditionis? 78
Citatio una peremtoria tres simplices continet? 42. in Camera omnis Citatio peremptoria est. ibid. nemo condemnari debet, nisi ter citatus. ibid.
Civis: non expedit Reip. quemcunque in eam civem inducere. 47
Claudii Imperatoris simplicitas. 18
Clementia ac benignitas amorem adfert. 9
Coacte aliquid facere, vel metu coactionis paria sunt. 92
Colligatum eo modo, quo quid est, etiam dissolvitur. 56
Commodatarius, an rem commodatam in fatali casu propriæ præferre teneatur? 69
Conductor quando ex re conducta expelli possit? 80
Confessio ultronea indicium facit pœnitentiæ. 71
Confessus ultro dimidium saltem pœnæ luit. ibid.
Consanguineorum proximi sunt hostes acerrimi. 48
Consequens cui conceditur, illi etiam omne illud, per quod pervenitur ad consequens, regulariter conceditur. 1
Consilia senum sunt, hastæ juvenum. 16. plus valent illa, quam hæ. ibid.
Contrahendum est cum vicinis. 47. qui cum aliquo contrahit, non debet esse ignarus conditionis ejus. ibid.
Contumax quando quis censendus de jure communi. 52. Quando in jure feudali. ibid.
Convent, vox, quot habeat significationes? 3

Corre-

Correlatorum eadem est ratio. 93
Creditori an relinquenda Electio in bonis debitoris in solutum dandis ? 87
Culpa; sine culpa nemo puniri debet. 53. qualem Commodatarius præitare teneatur? 69

D.

Dannbrou, Dänischer biedermann-orden. 90
Debitum Princeps in moratoriis differre sed non tollere potest. 100
Decipere an liceat eum, quem licet occidere? 78
Defensionis potissima pars in eo consistit, ut reus opposita ab Actore decenter refutet. 72
Delegatio est solutio. 31. delegatio ubi valeat? ibid. cujus periculo fiat? ibid.
Diabolus an speciem aliquam assumere possit? 4
quod ipsemet perficere non audet, aniculæ committit. 24
Dienste; da der arme mann die seinige anbot, da war sein lohn gering. 33. Wer sich in herren-diensten zu tod arbeitet, den holet der teufel. 34
Dignitatem Clericalem ratione personæ Imperator violare nequit. 5
Diligentia quænam de jure in rebus commodatis requiratur? 69. quænam in deposito aut precario? ibid.
Disteln sind des esels salat. 59
Divitiæ sunt bona fortunæ. 37. non semper hnmana industria comparari possunt. ibid. promissæ, nec tamen illatæ an causa esse possint resiliendi a sponsalibus? 46. subitaneæ, qualem inferant præsumtionem? 58. Rusticum reddunt insolentem. 61. auctoritatem illi conciliare possunt. 62. præsentibus divitiis non indigemus nobilitate, sed nobilitate præsente indigemus divitiis. ibid. Divitis & pauperis differentia quæ sit? ibid.
Diuturnius & constantius quod est, illud præstat illi, quod est minus tale. 8
Doctores juniores Professores an sint præferendi Doctoribus Senioribus non Professoribus? 19

Dolus & fraudes nullo bono nituntur fundamento. 78. Dolus in jure quandoque accipitur pro solertia. ibid.
Dominus nemo est membrorum suorum. 34
Dona uxor potest accipere, licet maritus ab illis abstinere teneatur. 49
Donare nemo in dubio præsumitur. 100
Drey ding machen die welt rege, und das vierte kan sie nicht leiden, quænam sint? 63

E.

Ecclesia filialis sequitur matricem. 54. gaudet privilegiis ejus. ibid. si plures Ecclesiæ uniantur, quænam matrix aut filia vocetur? ibid. Unio Ecclesiarum quomodo fieri debeat? ibid. quomodo dissolvi? ibid. Ecclesia filialis potest pertinere hodie ad Catholicos, Mater ad Protestantes & vice versa. ibid.
in reparanda & conservanda Ecclesia, an filialistæ regulariter quid conferre teneantur? ibid.
Edelmann, qui sit? 62. Es ist besser ein reicher bauer, als ein armer edelmann. ibid. Wer kein edelmann ist, passirt vor einen bauer. 66
Ejicitur quis turpius, quam non admittitur. 27
Episcopi duo, quando paria habent suffragia, quinam eligendus? 19
Ergastulorum Hamburgensium, Bremensium, & Amstelodamensium inscriptio. 98
Erste; der erste fänget an. 28
Esel, so edel. 9
Exceptio facilius datur ad denegandam solutionem quam actio ad repetendum solutum. 43
Experientia & longus rerum usus tribuunt prudentiam. 18
Explicatio Verborum quando loquentis sit? 44
Eyd; die hand, so den eyd aufnimmt, kan ihn auch erlassen. 56
Gezwungen eyd ist Gott leid. 57

F.

Faciendum facilius impeditur, quam factum revocatur. 43
Fahnen-lehen quid sit? 55. erhöhet allein des manns schild. ibid.
Famuli mercede sua contenti esse debent. 35
Famulitium, Scholares, Officiales, & operarii plerumque ab initio fervent, in medio tepent & in fine frigent? 76
Felicissimi omnium sunt mediocriter nummati. 38
Feudum regale, quid ad illud requiratur? 55. an etiam conferatur simul nobilitas, quando feudum regale confertur? ibid. feudum nobile an possidere possit ignobilis? ibid. in collatione feudi regalis quid de nobilitate præsumendum? ibid.
Fides non est, si tantum creditur, quod videtur. 40
Filial gehört zur mutter. 54
Finem qui vult, vult etiam media ad finem ducentia. 67
Flüchtig mann, schuldig mann. 53
Fluhr vox, quot habeat significationes? 52. so weit der gehet, so weit gehet auch das gericht. ibid. quoad jus venandi & pascendi richtet man sich insgemein nach dem dorff-flühren. ibid.
Fœminæ an sint homines? 95
Formosum habuisse patrem non prodest illi, qui est deformis. 8
Fornax, lectus & potus senibus conducunt. 22
Forst, quid sit? 51. quid olim significaverit? ibid. gehet so weit als ein straf-gericht gehet ibid. Foresti jus, quomodo differat a banno ferino? ibid. illud, & merum imperium ex Concessione Imperatorum connexa facta sunt. ibid. Forestalis Jurisdictio quid sub se comprehendat? ib.
Fortunam prosperam nemo moderate ferre potest, qui adversæ tantum adsuetus est. 65
Fortuna prudentiæ famulatur. 81. dependet a bono Consilio. ibid.
Franciscus Sfortia schlichtet einen Præcedenz-streit. 12
Francisci königs in Franckreich schertz von einem adelbrief. 8

Francken soll man sich zum freund, nicht aber zum nachbar wünschen. 50. an contra Francos præsumtio militet malitiæ? ibid. olim Franci pro fidei datæ violatoribus & malitiosis pacifragis sunt habiti. ibid. Francum & malum nummum portat diabolus per omnem mundum. Die Francken und das böse geld, der teufel führt durch alle welt. ibid. de Francorum Origine dicterium contumeliosum. ibid.

Frau sitzt nicht auf eyd und pflicht. 49

Freunde die nächsten, die ärgsten feinde. 48. Je näher und lieber freund, je bitterer und hefftiger zorn. ibid. Deinen freund und deines vaters freund verlasse nicht. 15

Freyer sind alle reich, und alle gefangene arm. 46

Friderici Imperatoris monitum de rebus per se honestis & de illis quæ saltem ita reputantur. 6

Fuga, quando & qualem suspicionem inferat? 53. considerata in se ut delictum, punitur. ibid. ne quidem ad Torturam, multo minus ad condemnationem sufficit. ibid. fugiens, qui est bonæ famæ, metu carceris fugisse censetur. ibid. fugitivus reus est criminis. ibid.

Fuß. Des herrn fuß dünget den acker. 7

G.

GEfährliche dinge sind drey: In eines alten mannes hand ein junges weib, in eines Teutschen hand ein glas wein, und in eines kindes hand ein vogel. 21

Geiselwind im steiger-wald. 4

Geld will einen klugen vormund haben. 38

Gemmæ sind so viel werth, als ein reicher narr dafür geben will. 6

Gericht gehet so weit, so weit der fluhr gehet. 52

Gottlose, vor wem der fliehe? 53

H.

HAla Magdeburgica, Zu Hall sind die huren all. 4

Halli-

Hallibard. Par dessus, comme les Suisses portent leur hallibards. 64
Heri misericordis & fidelis Exemplum erga famulum. 35
Heyrathe über den mist, so weistu wer sie ist. 46
Homagium oportet præstare illum, qui se fatetur statum provincialem. - Homagium per se an faciat subditum? ibid.
Hominibus evidenter malitiosis non est indulgendum. 44
Hostes an liceat fallere? 78

I.

Imperium merum quousque illud se extendit, eousque etiam foresta se extendit. 51
a mero Imperio ad jus venandi & vice versa an valeat Consequentia? ibid.
Infantes & infantiæ proximi quinam dicendi? 20
Innhaber einer grafschaft quinam ita dicatur? 55
Inops quare paucioribus tentationibus obnoxii sint quam divites? 38
Insignia, an liceat in illis ferre ferocium & superborum animalium formas? 9
Inspectio quarum rerum illicita sit? 75
Interpretatio conveniens esse debet menti verba proferentis. 44. Interpretatio quando facienda contra loquentem? - ibid. an in dubio pro promissore, an vero stipulatore facienda? ibid. interpretatur ille leges, qui eas fert. ibid.
Juncker. Stroh-Juncker quinam? 62
Juramentum est personalissimum, nec jurantium personas egreditur. 49. in cujus favorem juratum fuit, an ille obligationem exinde natam remittere possit? 56. quotupliciter remittatur? ibid. quid faciendum, si superior cui juratum id remittere nolit? ibid. quid requiratur, si illud vi extortum dici queat? 57. quando vi extortum servandum? ibid. si populus populo juret, an exceptio metus valeat? ibid. an vi extortum servandum sit, si quis sibi persuadeat se in conscientia obligatum] esse? ibid.
Jurisdictio forestalis quid sub se comprehendat? 51. cohæret

ret illi in dubio in pluribus Germaniæ locis Venatio. ibid. cohæret Territorio. 52

Juvenes, quinam ab Ulpiano vocati? 20. quousque se Juventus extednat? ibid. Juvenum Venus quare apud veteres Germanos tam sera fuerit? 29. Juventus intemperans & luxuriosa effœtum corpus senectuti tradit. ibid.

K.

Kappe, vox, quid significet? 53. Münchs-kappe: Hartzkappe. ibid. Amint giebt kappen. ibid.

Kind. Um des kindes willen küsset man die amme. 25

Kop diens nabers rind, und fry diens nabers kind. 47

Krähe, eine alte wird keinem jungen schwanen vorgezogen. 18

Kuh, was soll der Muscaten, sie frißt wol haberstroh. 59

Kunst geht nach brod. 90

L.

Labor & preces conjungi debent. 67. labor in hominis, benedictio in Dei potestate est. 81. in compensationem laboris victus & merces dantur. 35

Lauer, vox, quid significet? 61

Legem aptius dicere qui potuit, nec tamen fecit, an in culpa esse præsumatur? 44

Lehen, fahnen-lehen, scepter-lehen quid? 55

Libellum ineptum quando judex rejicere possit? 93

Libertatem an homo habeat in actionibus externis? 81

Liebe trachtet nicht nach schaden. 36. ihre feindin ist die abwesenheit. ibid.

Liebgeld, quid? 92

Lignager vox quid? 45. Lignager sur lignager, n'a point de retenuë. ibid.

Ludovicus II. Rex Hungariæ præcox. 29

Lutheri Responsio ad minas Excommunicationis 90

M.

Mäckler, quale ingenium habeant? 46. quando conveniri possint? ibid.

Ma-

Majoratus an valeat, an vero jus primogenituræ apud Principes & comites ratione præcedentiæ? 19
Majorennes & minorennes quinam jure civili ſint? 20. quinam jure Saxonico? ibid.
Malefici & Mathematici quare in jure civili conjungantur? 23
Malis, quomodo & quando blandiendum ſit? 25
Manns ſchild, quid ſit? 55
Manus noſtræ oculatæ ſunt, credunt quod vident. 40
Matrix Eccleſia eſt ibi, ubi Paſtor habitat. 54
Mature quod incipit, mature deſinit. 29
Maxilla ſenibus Scipionis eſt vice. 22
Medicus, ein newer, newer kirchhoff. 12
Membrorum ſuorum nemo eſt Dominus. 34
Mendicis an Magiſtratus facultatem mendicandi prohibere poſſit? 84. quibusnam ea interdicenda ſit? ibid. melius eſt in dubio tribus indignis ſtipem dare, quam unico digno eam denegare. 82
Mens conſcia recti nil habet metuendum. 53
Metu & vi elicitus actus, an jure civili ipſo jure nullus ſit? 57. quid de juramento metu & vi extorto ſtatuendum? ibid.
Monachus quantum diſtet a diabolo? 24
Moratoria, an Princeps per ea poſſit tollere debitum? 100
Mundus regitur opinionibus. 6. ubi hoc procedat. ibid.
Munia dant Cenſum. 58
Munera non perſonis, ſed muneribus perſonæ præficiendæ ſunt. 27. in conferendis muneribus & honoribus an præciſe ad annos reſpiciendum? 18
Mutuo dantibus pecuniam quænam Cautela obſervanda? 43

N.

NEgans contumaciter, mendacio delictum aggravat. 71
Negotia aliena majori cura tractanda ſunt, quam propria. 69
Negotiorum geſtor ad quam culpam teneatur? 33. quibus in caſibus? ibid. quas impenſas repetere poſſit? ibid. quid pro præſtita opera ei debeatur? ibid.

Ni-

Nicephorus Logotheta Käyser, nimt einem bauern 100. pfund gold und behält ihn davor bey der tafel. 61
Nobilis virtute & nobilis genere, quinam alteri præferendus? 8. nobilis, facultatibus & bonis destitutus nequit defendere dignitatem status. 62. nobilis pauper quid sit? ibid. ad studia se applicans, aut Marti operam dicans, an dignior sit divite rustico? ibid. in Polonia, qui non est nobilis, est rusticus. 66. nemo alteri nobilior, nisi cui rectius & artibus bonis aptius ingenium. 8. nobiles virtutibus destituti extinctis comparantur carbonibus. 8
Nobilitas, hodie non confertur tacite? 55. paupertate non amittitur, verum tamen obscuratur. 37. De nobilitate qua tali nemo potest sustentari. 62. Nobilitatis inter & Rusticitatis statum, an detur alius intermedius? 66
Nobilitatis vera causa in quonam consistat? 8. Nobilitatis Insignia, quænam optima sint? 9. nobilitatis imperatoriæ quinam effectus? 10. veræ & perfectæ quænam requisita? 8
Novus homo quis? 8. an in torneamentis admittendus sit? ibid. fortunam moderate ferre nequit. 63
Novos parando amicos veteres non sunt obliviscendi. 15
Nuptiæ justæ apud Romanos quænam? 47

O.

OCulus sensuum omnium certissimus est. 40
Ocularis inspectio non fallit. ibid. Oculatus testis unus plus est, quam decem auriti. ibid.
Ofen, bett und kann, sind gut dem alten mann, 22
Officia, quibusnam ea deferenda? 27. turpius quis ex illis ejicitur, quam non admittitur. ibid. nemini debent esse damnosa. 33
Ohrbeede quid? 92
Onerosum qui fugit, illum fugit etiam lucrum. 35
Oraculi Delphici responsum de sene septuaginta, puellam septendecim annorum ambiente. 21

P.

PActa dant legem. 29
Pastor ubi habitat, ibi est matrix Ecclesiæ. 54

Paupertas non est ignominiosa. 37. est plerumque bonæ mentis soror & eruditorum contubernalis. ibid. an sit de genere malorum? ibid. an tutorem vel administratorem suspectum reddat? ibid. inimica bonis est moribus. ibid. an nobilitas per eam amittatur? ibid. paupertas studiis, divitiæ epulis ac potationibus incumbunt. 38. in paupertate per se nec virtus, nec in divitiis vitium est. ibid. est onus miserum & grave. 62. an nobili contemtum adferre possit? ibid.

Pauperi cibos delicatos tradens an peccet? 59. Pauperes sunt beati. 77. Ducis cujusdam Lotharingiæ responsio de illis. ibid. an sint suspecti in jure? 37. an repelli possint a dicendo testimonio? ib.

Pecunia prudentem requirit curatorem. 38. quibusnam mutuo danda? 43

Pejerare ille an dicatur, cui id, quod jurato promisit, remissum? 56

Pfeiffen vox, quotupliciter sumatur? 60

Philippi II. Regis Hispaniæ dictum de fortuna prospera, & honoribus ministris conferendis. 63

Pignus, quid juris in re oppignorata apud mercatores? 77

Pœnitentia an faciat innocentem? 71. quando prosit? ib. an locus illi sit in matrimonialibus? 68

Possessor quam diu defendatur in sua possessione? 77. pro possessore an in dubio interpretatio facienda? ibid. quænam habeat in judicio commoda? ibid.

Præcedenz-streit zwischen einem Juristen und Medico. 12

Præcedentia apud Principes & Comites an valeat ratione Juris Primogenituræ, an vero Majoratus? 19

Præcocia non sunt stabilia seu durabilia. 29. sunt plerumque imperfecta aut affectata. ibid. exemplum Regis Hungariæ præcocis. ibid.

Prærogativa an masculis debeatur præ fœminis? 95

Prælat, Wenn der ein prasser oder buhler, so lernens die brüder. 3

Præsentia Domini quando prosit, quando noceat? 7

Præſumtio quomodo differat a ſuſpicione? 36
Praxis unde addiſcenda? 27
Prediger ein junger, eine neue hölle. 12
Preces armatæ. 92. in exaudiendis precibus Magnates non nimis faciles eſſe debent. 91. precum primariarum jus quid ſit? ibid.
Pretium affectionis an detur quoad res morales? 6
Primus quinam eſſe debet? 28
Princeps ad regimen evectus an dimittere debeat Anteceſſoris ſui miniſtros? 15
Probitas, prudentia & benignitas, ſunt optima inſignia, quæ habet nobilitas. 9
Proceſſus tumultuarius olim contra veneficas inſtitutus. 4
Proci omnes divites, vinculis nexi miſeri. 46
Prohibere qui aliquid ex officio neceſſe habet, an id ipſe committere poſſit? 3
Proſcriptio, quid? Electoris Colonienſis quænam fuerit? 5
Protimiſeos jus in Germania, Gallia. 45
Proviſio hominis facit ceſſare proviſionem legis. 79
Proxenetæ, Unterhändler, mäckler. 46
Proximi Conſanguineorum ſunt hoſtes acerrimi. 48
Prudentia ipſam ducit virtutem. 9
Puberes & pubertati proximi quinam? 20

Q.

Quintlein. Des einen ſein Quintlein gilt offt mehr, als des andern ſein pfund. 6

R.

RAbuliſtarum ars in quonam conſiſtat? 99
Rath, wie der iſt, ſo ſind auch die bürger. 3

Regent,

Regent, wie der ist, so sind auch seine amtleute. ibid.
Reipublicæ non expedit, quemcunque in eam civem inducere. 47
Reorum in lite ultima est allegatio. 72
Reparare ædes parochiales an filialistæ quoque teneantur? 54
Repetundarum crimen, quando maritus incurrat, uxore dona accipiente? 49
Responsio an etiam sit silentium? 30. an præcise verba ad eam requirantur? ibid.
Retenuë quid? 45
Rusticus an sit animal medium? 59. qualis cibus ipsi dandus? ibid. Si nequit ire pedester, non datur illi equus, sed asinus. ibid. Rustici differentia ab aliis hominibus secundum statum politicum & theologicum. ibid. amant tripudia rustici. 60. sunt ad malum plerumque ploclives. ibid. seducti si sunt, quare citius veniam impetrent, quam alius. ibid. non debent optare pecuniam. 61. an aliquantum severius aliis tractari debeant? ibid. in Polonia & Livonia quomodo a suis habeantur Dominis? ibid.

S.

Schild. Fromm, weiß und mild, gehört in des adels schild. 9
Schweigst du still, so ists dein will. 30
Scriptura sacra debet explicari per scripturam, 44. Sensus in illam non inferendus sed efferendus est. ibid.
Senex, quid? 14. quare senes loquaces sint? ibid. quare vires judicii & memoriæ in illis langueant? ibid. inviti quando non cogi possint ad ferendum testimonium? ibid. Umbra senis experti plus valet quam gladius juvenis. 16. Senes cani venerandi non ridendi. 17. Senior ejusdem Collegii an potior sit juni-

oribus? 19. senilis ætatis determinatio cuinam relinquenda? 20. Senes vires reparant ex dentibus. 22
Servitia quomodo præstanda? 34
Sexus masculinus an nobilior sit fœminino? 95
Silentium an etiam responsi vicem obtineat? 30
Sohn; wird um seinetwillen die schnur geliebt. 25
Solvi aliud pro alio an invito creditore possit? 87. quodnam melius sit, non solvere, an solutum repetere? 43
Solutio quando fiat? 31. quilibet sibi a prima cavere debet. 43. facilius datur Exceptio ad denegandam solutionem, quam Actio ad repetendum solutum. ibid.
Sponsalia jurata an & a quo dissolvi queant? 56. possunt facilius dissolvi quam matrimonia. 68. an liceat resilire ab illis ob promissas nec tamen illatas divitias? 46
Stand, jeder hat sein unkraut. 9
Superior si peccat, cui commendanda sit pœna? 3. illius auctoritas an valeat in legibus divinis? ibid. illi quod licet, an inferiori etiam liceat? ibid. an habeat facultatem dispensandi? ibid.
Suspicio, quid sit? 36. quomodo differat a præsumtione? ibid. quid lex divina de illa caverit? ibid. Ex ea sola nemo est condemnandus. ibid. in paupere vitæ genus suspicionis quoque spectandum. 37. quando fuga illam inferat? 53. suspiciosi imprimis sunt infelices. 36

T.

TAcere est medium inter contradicere & consentire. 30. qui tacet, an fateatur? ibid. an consentire videatur? ibid. Consilium, quomodo declaratio petenda, si quis taceat. ibid.
Tempestates ciere an jure civili liceat? 23. an incantamentis concitare? ibid.
Tempus longævum an excuset? 96

Testi-

Teſtimonium dicere an pauper prohiberi queat? 37
Teſtis oculatus unus plus eſt quam decem auriti. 48
Teufel, wo der nicht hin will, ſchickt er ein altes weib hin. 24. fürchtet ſich vor alten weibern. ibid.
Thalami Conſcenſio, quemnam in Saxonia, Wurtembergia &c. habeat effectum quoad ſucceſſionem? 79. quænam legitime facta dicatur? ibid.
Tugend adelt mehr als das geblüth. 8. ihre tochter iſt die ehr, drum ſagten weißlich unſre alten: Wer dieſe haben will, der muß es mit der mutter halten 23

U.

Valentiniani II. Imperatoris dictum de amicis. 15
Valor rerum unde dependeat? 6
Venæ ſectione utentes quomodo ſe gerere debeant? 11
Venditor an obligatus ſit res venales ad inſpiciendum exhibere? 75
Veneficii crimen, quare olim frequentius fuerit quam hodie? 4
Verba quomodo intelligi debeant? 10
Veritas magis oculata fide, quam per aures animis hominum infigitur. 40
Victus an denegandus ſit famulis & ancillis ægrotantibus? 35
Vilain. le vilain ennobly ne connoit pas ſon pere. 63
Virgines ſacra ſynaxi utentes, muliebri caput ligantes mitra, ubi? 11
Virtus magis nobilitat, quam ſanguis. 8. poſt mortem permanet, ſanguis abit in terram. ibid. vulgus magis ſanguinem, quam virtutem æſtimat. ibid.
Vita bona quomodo continuanda? 11
Unterhändler quinam? 47
Unterthanen, ſo reich, wem ſie zu vergleichen? 61. Spaniſcher Commiſſarius will arme unterthanen haben. ib.
Unwill, der erſte iſt beſſer als der letzte. 43
Voluntas coacta an etiam ſit voluntas? 57

Vxorem ducere an liceat peregrinam? 47. juramento mariti an teneatur uxor? 49. an dona accipere possit? ibid.

W.

Weisen, wenn diese oder die alten narren, so narren sie gröblich. 18
Wettermachen quomodo moraliter dicatur? 23
Willegisii Præsulis Moguntini dicterium de sua origine. 63
Witzbold quid? 29

Z.

ZEringiæ Dux nomen dedit Urbi Bernæ. 74
Zweymal darff man wol ausbleiben. 42. Das zweyte mal macht sündigen, das drittemal bringet die strafe mit sich. ibid.

THESAURUS
PAROEMIARUM
GERMANICO-
JURIDICARUM,
Teutsch-Juristischer
Sprichwörter-Schatz,

IN QUO
MILLE ET QUOD EXCURRIT
GERMANORUM DICTERIA CUMPRIMIS
JURIS RECENSENTUR
ET RATIONIBUS, LEGIBUS ET
DECLARATIONIBUS ILLUSTRANTUR
ET QUIDEM EIUS

CENTURIA TERTIA

OPERA ET STUDIO
GEORG. TOB. PISTORII, I. V. L.
Ill. Comiti Hohenloico-Weickersheimensi a Consiliis & Cancellariæ Director.

ILLVSTRISSIMO COMITI
AC
DOMINO,
DN. JOHANNI
FRIDERICO,
COMITI AC DOMINO IN
CASTELLO,
COMITI AC DOMINO SVO
CLEMENTISSIMO,

CENTVRIAM HANC TERTIAM
PAROEMIOGRAPHIAE IVRIDICO-
GERMANICÆ

offert & consecrat

humillimus Ejus servus

AVTOR.

B. L.

Aller guten dinge müssen drey seyn. Est vulgatum dicterium, cujus explicationem dedimus cent. 1. n. 18. præsentis nostræ Parœmiographiæ. Nos dicti hujus memores exhibemus hic Tibi centuriam tertiam, nulli dubitantes, quin ea mente a Te acceptæ fuerint nostræ Parœmiæ, qua a nobis illæ scriptæ sunt, h. e. bona & æqua. Vale & fave!

CENTVRIA III.
PAROEMIARVM.

1 WAs einer angefangen oder zugeschnitten, soll ein anderer nicht ausmachen.

2 Austräge sind austräge.

3 Wann der Bacchus das feuer schůret, so sitzet die Venus beym ofen.

4 Man muß das kind nicht mit dem bad ausschůtten.

5 Wer ertappet wird, muß das bad austragen.

6 Es ist besser einen båren los lassen, als einen båren anbinden.

7 Mantel Godes de barnklau vlů nee werlle.

8 Gute banckețirer geben gute banckerottirer.

9 Wer sich in dem bart grasen låsset, dem hofiret man zuletzt gar auf das maul.

10 Hört up lief-mann! kennt gy nit de grote konig Basan?

11 Keine mutter trågt einen bastart.

12 Et iß båter in de wiede welt, oß in de enge bůyk.

13 Wer bauet, findet geld.

14 Wer an den weg bauet, hat viel tadler.

15 Wer will in das arm-geschlechte,
Der maure, baue viel und rechte.

16. Bůr-

16 Bürger und bauer scheidet nichts als die mauer.

17 Borchard ist Lehnhards knecht.

18 Borgen und jucken thut nur eine zeitlang gut.

19 Wer will verderben, der borge geld, und kauffe erben.

20 Botmäßigkeit ist nicht flugs gerichtbarkeit.

21 Wann man selbst gehet, so betriegt einen der bote nicht.

22 Brauen und backen geräth nicht allezeit wohl.

23 Brauwerck ist manufactur und keine kauffmannschafft.

24 Wann es auf das äusserste kommet, so brichts.

25 Briefe sind besser, dann zeugen.

26 Die älteste briefe gehen vor.

27 Die in eines brod seynd, müssen auch in seinem besten seyn.

28 Gleiche brüder, gleiche kappen.

29 Wenn man den brunnen verstopffen will, muß man die quelle suchen.

30 Einmal burgermeister, allezeit burgermeister.

31 Wo der burgermeister selbst ein beck ist, da backt man das brod zu klein.

32 Nimmer thun ist die beste buße.

33 Bylbrief gant voor bodmerie-brief.

34 Cantores amant humores.

35 Die cantzley ist eines Fürsten hertz.

36 Heute haben wir einen feyertag, aber zu Castell mistet man die ställ.

37 Des Kayser Carls warmes bad,
Ist eines nutz des andern schad.

38 Clausula Codicillaris ist ein kraut (oder pflaster) das alles heilet.

39 Tres faciunt Collegium.

40 Laß dich in kein Compromiss, du verliehrst die sach, das ist gewiß.

41 Credit ist besser dann baar geld.

42 Eines Creditoris vorlauff, soll dem andern nicht schaden.

43 Creyßtäge creutztäge.

44 Arme leute haben arme creutze.

45 Es wäre alles gut, wann nur das und das nicht wäre.

46 Man soll einen degen 60 jahr lang tragen, um einer einzigen bösen stunde willen.

47 Es ist viel an einem guten deuter gelegen.

48 Den dieb soll man hencken, und die hur erträncken.

49 Der müller mit der metzen,
Der weber mit der gretzen,
Der schneider mit der scheer,
Wo kommen die drey diebe her?

50 Gelegenheit macht diebe.

51 Kleine diebe henckt man, große läßt man lauffen.

52 Es ist besser einem herrn dienen, der eine herrschafft verthun, als der eine gewinnen will.

53 Herrn-dienste sind keine ehe-gelübde.

54 Ein jeder dinget so genau als er kan.

55 In Institutis comparo vos brutis,
In Digestis nihil potestis,
In Codice scitis modice,
In Novellis comparamini asellis.

In des Reichs abscheid seyd ihr gar nicht kommen weit.

In Jure Gentium estis instar flentium.

In Jure Canonico und Lehnrecht seyd ihr beschlagen schlecht.

Et tamen creamini Doctores, o tempora! o mores!

56 Wer vom drohen stirbt, den soll man mit esels-nüssen zu grabe läuten.

57 Der treue Eckart warnet jedermann.

58 Man lasse denen edelleuten ihr wildpret, denen bauern ihre kirchweih, und denen hunden ihre hochzeit, so bleibt man ungerauft.

59 Als Adam hackt und Eva spann, wo war da der edelmann.

60 Ein edelmann mag vormittag zu acker gehen, und nachmittags im tournier reiten.

61 Einen sperling und edelmann soll man nicht über 4 wochen leben lassen.

62 Wann man den edelmann macht zum meyer,

So bekommt der Fürst weder hüner noch eyer.

63 Die ehen werden im himmel gemacht.

64 Aus dem ehebett soll man nicht schwatzen.

65 Ehestand ist der heiligste orden.

66 Ehestand, wehestand.

67 Viel gaben, muß der ehstand haben.

68 Eine frau mag ihre ehre wol kräncken.

69 Es ist besser zehen bey ehren erhalten, als einen einzigen zum schelmen machen.

70 Guth verlohren, nichts verlohren; ehre verlohren, alles verlohren.

71 Ehrenworte binden nicht.

72 Eigennutz, befreundter rath,
Hat verderbt der Trojer staat.

73 Wo to Bodenwerder mich geraden de note,
To Hörter de kohl, to Alveld de hoppe,
Und to Einbeck dat beer,
Sau synd se arme städen alle veer.

74 Einbildung und furcht ist ärger als die pestilentz.

75 Einmal ist keinmal, scil. sündigen.

76 Wer ausgiebt, muß auch wieder einnehmen.

77 Wann einer ziehet ein, soll man ihm helffen mit rath,
Wann er aber ziehet aus, soll man ihm nehmen was er hat.

78 Eisern vieh stirbet nicht.

79 Drey schlösser auf einem berg,
Drey kirchen auf einen kirchhoff,
Drey städt in einem thal,
Ist gantz Elsas überall.

80 Ende gut, alles gut.

81 Engelland ist der weiber paradeiß, der knechte fegfeuer und der pferde hölle.

82 An entschuldigungen wird es niemanden leicht fehlen.

83 De bloedige handen neemt geen erfeniß.

84 Die schulden sind der nächste erb.

85 Erfniß ist geen winste.

86 Was die ege bestrichen, und die hecke bedecket, das folget dem erbe.

87 Wer einen heller erbet, muß einen thaler bezahlen.
88 Wer ein erbherr, ist auch ein oberherr.
89 Was Gott will erquicken, das läßt er nicht ersticken.
90 Eine gute erinnerung kan nicht schaden.
91 Erubescit, salva res est.
92 Erst wåge es, dann wage es.
93 Wer einen erwürget, darff zehen umbringen.
94 Man ruffet den esel nicht eher zu hof, er solle dann säcke tragen.
95 Viel säcke sind des esels tod.
96 Wenn der esel seine last hat, so weiß er wie er gehen soll.
97 Dem mann ein ey, dem frommen Schweppermann zwey.
98 Es ist besser ein halbes ey, als gar keines.
99 Man giebt nicht viel golds um ein ey.
100 Böhmen ist der Churfürsten obermann.

I.

Was einer angefangen, oder zugeschnitten, soll ein anderer nicht ausmachen. Opus ab uno inchoatum ab altero absolvi non debet.

2. R. quia statutis opificum id prohibitum. Ratio rationis, quia nemo se immiscere rei alienæ, aut proximum suum in artis suæ exercitio turbare, & illi e faucibus eripere debet bolum.

3. Contrariatur Jus Civile & quidem *l. un. C. de Monop. & convent. neg. ill.* Add. **Policey-Ordnung** *de A. 1548.* & **R. A.** *de A. 1594.* **§. und als auch** *etc.*

4. Declaratur, scil. invito illo, qui opus aliquod incepit.

5. Limit. nisi necessitas aliud suadeat.

6. An autem ejusmodi statutum prohibitivum introduci potuerit ab opificibus, quæritur? Neg. hoc *Berens in Diss. Acad. 13. p. m. 311.* ex hac ratione, quia contra illa, quæ jure communi prohibita sunt, qualia sunt monopolia, statuta facere non licet; cui & ego tanto lubentius meum addo calculum, quia non parum irrationabilitatis continet hæc opificum prohibitiva consuetudo. Vid. *Berlich. decis. 26. n. 5. Struv. Exercit. 23. th. 67. in f. & Petri Mulleri dissert. Acad. de Absurdo concl. 7. p. 16. Dn. Textor in dissert. de juribus opificum P. 1. §. 18. Stamm de Servit. Person. L. III. p. 594. Ventura de Valentiis in Parthenio Litigioso L. 1. c. 13. n. 11. p. 194.*

II.

1. Austråge (*a*) sind austråge. (*b*) Austregæ sunt austregæ. Est verbum, quod Carolo V. suam debet originem, qui ita dicere solitus fuit.

2. *(a)* Austråg, Austregæ, nomen suum habent ab austragen, *Blumius in Process. Cam. t. 27. §. 1. Schubhardus de Austregis c. 1. n. 2. p. 5.* Quia scil. coram certis Judicibus electis lites Principum, atque immediatorum nonnullorum terminantur. Weilen ihre håndel rechtlich werden ausgetragen. Scil. quoniam status imperii, & certo modo Nobiles immediati, olim statim in Camera vel Judicio Aulico conveniri poterant, & sic beneficio primæ instantiæ carebant; ideo introductæ sunt austregæ, ut ibi primum convenirentur, & lites deciderentur antequam ad Cameram vel Judicium Aulicum provocaretur. Quando autem locus eisdem sit vid. *Blumius d. l. & Schubhardus d. l. c. 3. 4 & 5. de forma Judicii Austregarum c. 6. & Dn. Hoffmannus in Selectiss. Juris responsis in f.*

3. *(b)* Hic in alia significatione vox austråge accipitur, quatenus nimirum idem est, ac hinaustragen exportare. Sic v. c. dicitur: pecuniam exportare extra regionem, das geld aus dem lande tragen, ita, ut sensus sit: *Austregæ consumunt jus partium mediantibus sumptibus, qui liti impendendi.*

4. Ratio, quia Austregæ cum multis difficultatibus sunt conjunctæ, & valde sumtuosæ. Unde etiam est, quod actores quovis modo judicium austregarum evitare studeant.

5. Declaratur, quod procedat interdum: hinc Carolus V. notanter adjecit particulam öffters, dicendo: Daß die austråge öffters das recht der parteyen aus dem lande tragen.

III.

III.

1. Wenn der Bacchus (*a*) das feuer schüret, so sitzet die Venus (*b*) beym ofen. Quando Bacchus ignem fodit, tunc Venus adſidet fornaci. h. e. vinolentiam ſequitur laſcivia, vel, cum vinolentia conjungitur laſcivia.

2. (*a*) Unde nomen hoc deſcendat, & quod Bacchus habeatur pro vinearum inventore vid. *Roſinus in Antiqt. Rom. L. 2. c. 11. p. m. 136.* Metonymice hic uſurpatur pro vino.

3. (*b*) De Venere conf. *eundem Roſin. d. l. c. 10. p. 130.* Hic dixiſſe ſufficiat, quod & Venus metonymice ponatur pro amore laſcivo.

4. Ratio quia, ſicut ſine *Cerere* & *Libero* friget *Venus*, ſecundum dictum *Terentii in Eunucho Act. 4. ſc. 5.* ita quoque *Ceres* & *Liber*, h. e. cibus ac potus, conducunt ad laſciviam, conf. Conſult. *Dn. D. Reibelt in Corp. Jur. Miſc. p. 197.* Gut eſſen und trincken macht geil. Hinc illud S. Scripturæ dictum: Wartet des leibes, doch alſo, daß er nicht geil werde. *Rom. 13.*

5. Exceptio, niſi quis ſumme ebrius ſit; tunc enim neque pes neque manus, neque mens, neque aliud aliquod membrum, ſuum facit officium. Magnum hoc vitium vino eſt, pedes captat primum, luctator doloſus eſt, inquit *Plautus in Pſeud. 5. 1.* & *Lucretius L. 3.* dicit: conſequitur gravitas membrorum, præpediuntur crura vacillanti, tardeſcit lingua, madet mens. Hinc nota, ſi ſtuprans ſe ebrietate excuſet, & ignorantiam concubitui prætendat, (uti plerumque evenire ſolet) quod illi non ſtatim fides habenda ſit a Judice.

IV.

1. MAn muß das kind nicht mit dem bad ausschütten. Cum aqua non simul labro ejiciendus est infans. Latinius diceres: Cum luxuria frondium radix arboris non exscindenda. h. e. cum malo non etiam simul tollendum bonum est.

2. Ratio, quia malum avertendum, & bonum retinendum. (2) quia pauca dantur bona, quæ non malum habeant admixtum. Nihil igitur boni remaneret, si quis e medio tollere vellet omnes illas res, quæ malis mixtæ & obnoxiæ sunt, vid. *Zeilerus in Opere Epistol. Cent. 3. Ep. 96. p. 874. & ibi adlegatus Fabius Quintilianus L. 2. Inst. Or. c. 17.*

3. *Confirm. per L. ut profanos 4. C. d. pagan. & sacrific. & c. neque enim 9. caus. 14. q. 5.*

4. E. g. in *Nov. 9.* præscriptionem nominat Imperator impium præsidium, quia homines mali illa abuti solent; ea propter tamen illam non statim e rep. exterminatam esse, sed abusui tantum medelam parare, & usum ejus retinere voluit, vid. *Beierus in Logic. Jur. c. 7. n 888. p. m. 272.* Quoad præscriptionem debitorum pecuniariorum singularem sententiam fovet *Celeberr. Thomasius in Diss. Acad. de Præscriptione debitorum pecuniariorum Halæ sub ejus præsid. habita per tot.*

5. Limit. nisi abusus tam ingens sit, ut magnum inde detrimentum accrescat Reipublicæ, & tamen salvo usu illud averti nequeat: sic enim ex duobus malis minus eligendum, & cum abusu usus etiam abrogandus venit. Exemplum solenne superiori seculo in Beanis habuimus mit denen pennälen, de quibus vid. *Gisenius de Vita Academica P. 2. disp. 5. §. 31. sqq. p. 127.*

6. Applicari proverbium nostrum ad illos etiam potest, qui his imprimis moribus & temporibus abusum ab usu, sacris in rebus, secernere nesciunt, & v. g. sacramenta, confessionem privatam, ministerium ecclesiasticum, ob abusus quosdam, haud sane exiguos, circa ea agnitos, ex nimio in hypocritas fervore ejiciunt & damnant.

V.

1. **Wer ertappet wird, muß das bad austragen.** Qui deprehenditur, ille pœnam luit. h. e. quando duo vel plures delictum aliquod perpetrarunt, & unus ex illis deprehenditur, tunc deprehensus de eo respondere tenetur; **Man hält sich an denselben.**

2. Ratio, quia una omnium censetur obligatio, sive quia delictum a pluribus commissum obligationem in solidum habet. *Carpzov. Prax. Crim. P. 2. q. 78. n. 35. n. 35. sqq.* Add. *L. 1. C. de Condict. furtiv. l. 21. §. 9. ff. de furt. §. 11. Inst. de Injur.*

3. Declara, illum, qui ex pluribus delinquentibus deprehenditur, teneri quidem ad pœnam pro suo merito, & quoad ipse peccavit, non tamen pro suis sociis. Quod vero pœnam civilem & reparationem damni ex illo delicto emergentis concernit, de hoc uterque indistincte, & sic etiam intuitu sociorum tenetur, & si solus illud non causatus sit *Carpz. d. l. n. 40.* hinc etiam tam diu detineri potest deprehensus, donec pro reliquis sociis solutionem præstiterit. Habet tamen solvens contra illum, pro quo solvit, regressum, *L. 2. C. de duob. reis.* Add. *Excell. Strykius apud Barbos. in Thes. Loc. Com. sub voc. solvere ax. 21. & B. Struvius in Diss. Acad. de Juribus a pœna laquei immunibus c. 7. §. 9.*

4. Ampliatur, etiamsi deprehensus damnum istud solus non intulerit nec sciverit suum correum, modo non latuerit istum, ab aliis antea jam tum ibi damnum fuisse datum. E. g. Wenn einer weiß, daß in einem garten gegraset, und dadurch dem herrn des garten schade zugefüget worden, gehet hinein, und graset auch, wird aber darüber ertappet, der muß vor alles, und also auch vor den erstern schaden stehen, so ein andrer gethan hat. Ratio quia præsumtio est, quod & damnum prius dederit, (2) Colligitur hoc etiam ex tacita ejus voluntate, denn sonst wäre er ja wol heraus geblieben. Sed si dicendum, quod res est, ampliatio hæc aliquid iniqui habet, & hinc ad probationem contrarii admittendus, qui in delicto a pluribus commisso deprehenditur. Aliud plane dicendum, si quis putet rem aliquam diripiendam fuisse concessam, adeoque in bona fide versetur.

5. Exemplum solenne in S. Scriptura nobis præbent Judæi, qui tempore judicii divini deprehendebantur interfectores Prophetarum, diese musten recht das bad austragen, quia pœnas dederunt omnis effusi sanguinis prophetici. Es kam über sie alles gerechte blut *Matth.* 23.

VI.

1. **Es ist besser einen bärn los lassen, als einen bärn anbinden.** Melius est vinculis solvere, quam colligare ursum.

2. Parœmia hæc parodoxon continere videtur, quia ursus, ceu bestia valde ferox, facile nocere potest, si e custodia effugerit domini, adeo ut eapropter etiam ædilitio Edicto prohibitum sit, ursum ibi habere, qua vulgo iter fit, *§. 1. Inst. si quadr. paup. fec. dic.* Sed enim notandum, quod vox bär potissimum in duplici capiatur significatione: (1) denotat rapacem

cem illam bestiam, de qua *Imperator d. l.* loquitur, & exaudiendum illud adagium est: Je, daß dich der bär hertze! Cujus originem refert *Dn.* Tenzel in der monathl. curiösen *Bibliothec d. Anno* 1704. *p.* 243. 2) æs alienum, die schulden, hinc phrasis, die bären brummen, idem significat, ac si diceres: creditores interpellant, & monent debitorem de solvendo. Einen bärn anbinden idem est ac schulden machen, & imprimis usurpatur de studiosis, hospites suos fallentibus, symbolum non solventibus, vid. Spate in dem teutschen sprachschatz *sub v.* Bär *p.* 79. *Besoldus in Thes. Pract. sub v.* Steuer *p.* 902. *in addit. & Dn. Schwendendorffer in Diss. Lipsiæ de Collectis* 1677. *habita th.* 4. ubi plures invenire licet vocis hujus significatus. Hic vox bär in posteriori sensu accipitur.

3. R. quia æs alienum non tantum inquietum reddit debitoris animum, eumque in varias distrahit solicitudines, sed etiam instar tabis est, quæ insensibili modo debitoris bona absumit, & istum ad incitas redigit.

4. Exceptio est, quando cum majori damno ac incommodo conjuncta est debiti solutio, quam ejus continuatio.

VII.

1. Mantel Godes de bärn klau vlüner werlle, h. e. secundum mentem *Dn. Lucæ* in dem uralten grafen-saal *P.* 1. *p.* 329. Flieg niemals du mantel Gottes von denen bärnklauen. Sed enim neque vocabula explicat, neque sensum satis eruit. Latine redderes hoc de verbo ad verbum ita: Pallium

 Dei,

Dei, ne avola ab ursinis pedibus, h. e. ne desere quæso Deus Hoyensem Comitatum.

2. Scilicet erat hoc dicterium *Ottoni*, Hoyensium Comiti, valde familiare, quo ipse se suamque domum Deo commendabat & committebat: Insignia enim ejus, quæ adhuc hodie Luneburgenses Duces in scuto suo habent, nigri pedes ursini erant bärenklauen oder tatzen, qui per Metonymiam adjuncti pro subjecto h. l. rem signatam h. e. Comitatum Hoyensem significant.

3. Confirmat sententiam nostram prælium istud Anno 1388. in Saxonia inferiori, prope wiesen uppe der alberen, Luneburgenses inter & Brunsuicenses, commissum (de quo vid. *Chron. Schauenburg. p. m. 42. ibique Henr. Meibomius in Not. p. 81.*) ante cujus initium Comes *Otto* vulgatum suum dixisse scribitur: Mantel Godes 2c. *Dn. Lucæ* d. l. add. *Magnus beatæ mem. Theologus Dn. D. Spenerus in Opere Herald. Part. spec. p. m. 400.* Utinam & hodie ita cogitarent Christiani Principes, & pallio huic unice se involverent!

VIII.

1. Gute banckettirer (*a*) geben gute banckerottirer. (*b*) Eximii epulones eximios agunt fallitos & nebulones.

2. (*a*) Vox banckettirer descendit a banket, quod convivium solemne denotat, & hoc a banck, scamno, ita ut banckettirer metonymice significet comessatorem, asotum, einen, der da gerne ist, wo man die stühle und bäncke rücket, *Dn. Casp. Stielerus alias* Spate *dictus*, im teutschen sprachschatz *sub. voc.* banck *p. 93.*

3 (*b*) Est vocabulum hybridum, ex germanico banck & latino, ruptor, conflatum, ita, ut banckerotti-

rer

rer idem sit ac bancæ ruptor, decoctor, fallitus. Spate *d. l. p. 94.* Sensus ergo talis est: ex decoctoribus ac comessatoribus tandem bancæ ruptores evadunt, vel: Decoctores abeunt in bancæ ruptores. add. *Mevius ad Jus Lubec. L. 2. C. 15. n. 12. seqq. & L. 1. t. 5. art. 20. n. 24.*

4. R. quia splendidam luxuriam nihil aliud sequi potest, quam paupertas & miseria, ita enim *Poeta:*

Est luxus populator opum, cui semper adhærens
Infelix, humili gressu, comitatur egestas.

Conf. *Dn. Hertius in Select. & Rar. ex univ. Jurisprud. Arg. L. 1. par. 90. p. 548.* Zu sehr naschen macht leer die taschen. Aus einem schlecker wird ein armer lecker. Gut schmecken macht bettel-säcken.

5. Notent id ipsum juvenes & omnes illi, qui genio nimis indulgent. Notent id quoque pii Magistratus, quorum officium est, comessationibus modum facere, & metam figere. Sed proh dolor! in plurimos ipsum hoc dicterium non raro cadit. Herzog Ernst von Lüneburg sagte einst zu Luthero: Wir wollen alle gute Christen seyn, und können doch des fressens und sauffens nicht müßig gehen. Lutherus antwortete: Da sollten die herren dazu thun (scil. durch abschaffen). Hertzog Heinrich von Mecklenburg aber sagte: Freylich thun wir das, Herr Doctor! dann wann wir herren nicht darzu thäten, so wäre es längst abgangen. *D. Geyer in seiner zeit und ewigkeit. p. 683.*

6. Procedit nostrum adagium maxime quoque ad nostrates Germanos, de quibus Melanchthon dicere solebat: Wir Teutschen fressen und sauffen uns arm, kranck und in die hölle, contra illud *Salomonis Prov. 23. v. 20.* Sey nicht unter denen säuffern und schlemmern, denn die säuffer und schlemmer verarmen. Quod ipsum insigniter insimul confirmat nostram parœmiam.

IX.

1. WEr sich in dem bart grasen lässet/ dem hofieret man zuletzt auf das maul. Barbam qui sibi velli patitur, illius facies demum conspurcatur stercore. h. e. Injuriarum toleratio parit contemtum & vilipendium.

2. R. quia nobiscum ita comparatum est secundum naturam nostram corruptam, ut licentia statim deteriores fiant omnes. *Terent. in Heauton. Act. 3. Sc. 1.* Quo faciliorem & patientiorem quis se præbet, eo magis provocat malorum insolentiam. Maxima illecebra peccandi, impunitatis spes est, *Ciceronis* verbum est.

3. Declara procedere dictum nostrum imprimis quoad Magistratum, & imperium bellicum, ubi lenitate nimia tollitur auctoritas: Duces enim faciles & mites vilescunt, severi autem æstimantur. *Lipsius Lib. V. Pol. C. 15. n. 37. seqq.* nec pudori obsequuntur subditi sed metui, & salutaris severitas vincit inanem speciem clementiæ, *Idem L. 4. C. 9. n. 15.* Notanter dictum: salutaris severitas: nec enim indistincte omnis, sed saltem intempestiva, damnatur facilitas, in tempore lenem esse ac benignum maxime conducit.

4. Decl. (2) quando res nobis est cum hominibus brutis & ferocibus, qui nil nisi vim metuunt, lenitatem vero proterve contemnunt, & ea insolentiores fiunt.

5. Declar. (3) Quod intelligenda sit parœmia de lenitate & patientia nimia. Confirmat id ipsum ratio loquendi a barba desumta, quæ olim apud Francos adeo sancta habebatur, ut pacem & amicitiam pacturi, barbas tetigerint. Adfert exemplum aliquod in *Alarico* & *Clodoveo Dn.* Tenzel in seinen mo-

natl.

natl. unterredungen *A. 1691. p. 9.* & ex 2. *Sam. 10.* constat, daß da Hanon, der Amoriter könig, Davids gesandten die bärte verschneiden, und verstümmeln lassen, solches als eine schröckliche beschimpffung angesehen und gerochen worden, und daß selbige auch die bärte wieder wachsen lassen müssen ehe sie vor David kamen. Also hat auch käyser Otto I. den von Kämpten, so ihn angetastet und übel tractiret hatte, weilen er ihn nicht hören, sondern gleich verdammen wollen, am ende zwar absolviret, anbey aber befohlen, daß, weilen er ihm den bart ausgerupfft, er unter sein angesicht zu kommen, eine zeitlang sich enthalten solte. *Lehmann Chron. Spir. L. 5. C. 6. p. 391.* ita, ut omnino intempestiva moderatio sit, quando quis barbam velli, adeoque tam manifestam injuriam sibi inferri patiatur. Quid? quod *Menochius* barbam habet pro membro humano, & hinc illum, qui barbam alicui vellit, eadem poena dignum esse censet, qua ille adficiendus, qui membrum alicui abscindit, *Prælaudatus Menochius L. 2. de Arbit. Jud. Quæst. Cent. 4. Cas. 392. n. 32.* Sed mira ac singularis hæc sententia est, quia abscissio barbæ damnum infert reparabile; facile enim illa renascitur: membra vero neutiquam, diese wachsen nicht wieder wie die bart-haar, oder krebs-scheren. Conf. omnino hic *Dn. Zeilerus in Opere Epist. P. 1. p. 41.*

7. Declar. (3) quod remedia licita adhibenda sint adversus illum, qui barbam nobis vellit. Vindicta enim privata, utpote verbo divino contraria, vix hic inveniet locum. vid. tn. proverb. **Auf eine lügen gehöret eine maulschelle.** Minimum theologice loquendo illa interdicta est. Cæterum ex hisce insimul illud vulgatum intelligi potest: In dem bart steckt viel Reputation. Quapropter etiam multi, utut alias valde rerum suarum sint tenaces, tonsorum tamen operam mercede sufficienti pensant.

X.

1. Hört up liefmann! (*a*) kennt gy nit de grote konig Basan? (*b*) Abstine amator! annon magnum Regem Basanum nosti?

2. (*a*) Liefmann est vox inferioris Saxoniæ, & idem ac liebmann, ein Courtisan, ein buhler.

3. (*b*) *Basan Sicambrorum* Rex fuit, qui filium suum, *Sedanum*, adulterii postulatum, secundum legem a se latam capitali adfici jussit pœna, intercedentibus vero & supplicantibus pro juvene Proceribus respondit: *nolite, o viri nobiles! contra justitiam militare, & leges, quas vobis, mature consentientibus, decrevi, quia facilius est ventum, in aere flantem, manu constringere, quam Basani Regis animum deflectere ab æquitatis executione.* Auditis hisce subticuere Proceres, pater vero, *non ego te, dixit, fili! occido, sed lex patria, quam sciens prævaricatus es*, adprehensumque propria truncavit manu. vid. *Diss. de Jure aggratiandi sub Præsid. Wurmseri Tubingæ olim habita* §. 20. p. 68. & Lohenstein in seinem *Arminio P. 1. L. 5. p. m. 533. Abele in Metamorphosi telæ Judiciariæ P. 1. p. 733. Cas. 137.* Hinc quando quis alterum, incaste cum aliena uxore viventem, advertit, cœptum fuit dici: Hört up liefmann! h. e. Cave, ne similia tibi contingant, quæ Magni Regis Basani filio contigerunt.

4. Exempla, quæ nostris acciderunt temporibus, allegationibus non inserviunt. Ex antiquitate solemne est illud *Ottonis*, ultimi Ducis Moraviæ, exemplum, qui in alieno thoro deprehensus, de vita sibi donanda frustra oravit adgressorem:

Ach laß mich leben,
Ich will dir Bareit geben,

Und

Und Blassenburg das neue,
Daß dichs nicht gereue.

vid. Zeitzopff *in tract. de Jure occidendi prehensum in adulterio n. 7. p. 20.* Miror, quod Dux ille moribundus valuerit componere rhytmos. Certe! aut fuit alter Naso, cui, quidquid dicebat, versus erat, aut ultima verba post mortem demum ejus, numeris similiter desinentibus, nexa sunt. Basanum quod concernit, factum ejus heroicum, nec inde capiendum exemplum est. Hodie non adeo crudeles sunt parentes; Sed in liberorum maximis etiam sceleribus connivent. Illud sævitiam, hoc vero lenitatem vitiosam sapit. Cogitent tamen adulteri, & scortatores, quod alius sit, cujus timere debeant justitiam. Die ehe, inquit *Apostolus Ebræorum 13.* soll ehrlich gehalten werden, bey allen, und das ehe-bett unbefleckt, die hurer aber und ehebrecher wird GOtt richten.

Hört auf ihr hurer und ehebrecher,
Kennt ihr nicht den höchsten sünden-rächer?

XI.

1. **KEine mutter trägt einen bastart.** (*a*) Nulla mulier bastardum edit. Belgæ dicunt: **Een wyf mackt geen bastart.**

2. (*a*) Bastardum nonnulli dici putant quasi böse art, vel ut Batavi dicunt, boos art. conf. *Bronchorsti Miscell. Controv. Cent. 1. adsert. 22.* quia juxta S. Augustini effatum, ejusmodi liberi, dum a patre suo contemnuntur, nec recte educantur, cæteris plerumque deteriores evadunt. Unde Gallorum adagium:

Bon batard c'est d'avanture
Mary mechant c'est de nature.

Besold. in Thes. Pr. sub v. Bastart *p. 81. Dn. Stielerus vulgo*

vulgo Spate *dictus* vocem hanc pro hybrida habere videtur, ex gallico nimirum *bas* & germanico Art, quia bastardus ipsi dicitur, quasi ex infima plebe natus vid. *ejus* teutschen sprachschatz *sub voc.* Art. *p. m.* 58. Alii derivant eam a græco βαςάρις, βαςάρα vel βαςάρη quod mulierem prostitutam significat. *Besold. l. c.* quæ derivatio reliquis melior esse videtur. Synonymum ejus est liebkind, it. banckert. Sicut autem nomen bastardi omnibus, illegitime natis, commune est *Palæotus in Tr. de Nothis c. 17. n. 7.* ita etiam parœmiæ sensus huc redit: Quoad matrem nullus partus illegitimus est.

3. Ratio quia mater semper certa, ex quocunque ille etiam coitu natus sit.

4. Convenit hoc adagium cum Jure Rom. & quidem cum *L. 1. §. 2. ff. ad SCtum Orphit.*

5. Hinc est, quod a legitimis liberis ratione successionis maternæ, non differat bastardus *§. novissime 3. I. d. SCto Orphit. Dn. Stryk de success. ab intest. diss. 1. §. 54. Palæotus d. l. c. 38. n. 6.* & quod jus habeant retractus in bonis maternis a matre alienatis *Dn. Stryk. d. l. Diss. 6. c. 2. §. 29.* unico verbo: bastardi & legitimi liberi quoad jura, a matre provenientia, sibi invicem æquiparantur.

6. Ampliatur, ut non noceat bastardo, utut ipsa mater confiteatur, illum nothum s. spurium esse, cum nemo suam turpitudinem allegare possit in tertii præjudicium, *L. Imperatores 29. §. 1 ff. de Probat. & Præsumt. ibique Sonnemannus in LL. Notabil. conf. Barbosa in Thes. Loc. Com. sub voc. turpitudo ax. 5.*

7. Ampliatur (2) ut bastardus succedat matri, licet adsint liberi legitimi, *Richter d. l. S. 1. m. 3. n. 7.*

8. Limit. (1) nisi mater sit illustris persona; huic enim, liberos legitimos habenti, spurii nec ex testamen-

mento, nec ab inteſtato, ſuccedunt, *L. ſi qua illuſtris 5. C. ad SCtum Orphit.* ne ignominia quædam concilietur ejus familiæ Dn. *Stryk d. l.* Aliud tamen eſſe creditur, quando nullos plane legitimos relinquit liberos; ſic enim a contrario ſenſu colligitur, matri etiam illuſtri ſuccedere illegitimos. *Brunnem. in Comment. ad h. l.* Et quamvis communiter argumentum a contrario ſenſu non facile admittatur in Codice, illud tamen obtinere in reſcriptis tradit *Everhardus a Middelburg in Loc. leg. loc. 82. n. 32. p. 462.*

9. Limit. (2) niſi baſtardus natus ſit ex coitu damnato, cujusmodi eſt inceſtuoſus, adulterinus, nefarius &c. hoc enim caſu ille ſuccedere nequit matri, *Richterus de Succeſſ. ab inteſt. S. 1. m. 3. n. 1. & 2.* & vice verſa, nec natis, ex ejusmodi coitu damnato, ſuccedere poſſunt parentes, *Richter. d. l. S. 2. m. 3. n. 4.* De Jure tamen Can. quod in hac parte receptum, deberi alimenta, docet idem *Richterus dict. prim. loco n. 3.* In Palatinatu bona, a baſtardis relicta, cedere fiſco, tradit *Wehnerus in Obſ. Pr. ſub voc.* königsleute, und dieſes ſind die baſtarts-fälle. Sed reſtringit hoc quantum videtur *Beſoldus d. l.* ad caſum, quando nec mater, nec ad lineam maternam pertinentes, ſuccedunt.

10. Lim. (3) ratione feudi, quippe in quo baſtardus itidem non ſuccedit matri, *Richter S. 1. m. 3. n. 8.* Ratio, quia ſine labe curiæ domini in ea ſtare non poteſt. *Joh. Helvicus Sinoldus dictus Schuz, Coll. Jur. feud. C. 5. p. m. 68. ſq.* Quid ſtatuendum de fidei-commiſſis familiæ? In his puto admittendum eſſe baſtardum, ea propter, quia dum ſemel fidei-commiſſum ad illius pervenit matrem, illud evanuit, & in primævam ſuam h. e. liberam naturam reſolutum fuit, ita ut deinde etiam in quoscunque alios

transi-

transsire queat. Conf. *Illustris Dn. Stryk d. succ. ab Int. diss. 7. c. 2. §. 17.*

11. Fallit e contrario sensu quoad patrem, cujus quippe intuitu liberi, ex illegitimo coitu nati, utique bastardi, & hinc ab hæreditate exclusi sunt. *arg. §. 4. Inst. de success. Cognat. l. 2. 4. & 8. ff. unde cogn.* Conf. *Nolden de hereditatibus, quæ ab intestato deferuntur p. m. 59. seqq.*

XII.

1. **Et iß bäter in de wiede welt, oß in de enge beick.** Guestphalorum dicterium. Nostra dialecto diceres: **Es ist besser in die weite welt, als in die enge beuche.** Melius est crepitus emittere in vastissimum mundum, quam retinere eos in angustia ventris.

Ratio (1) quia naturalia non sunt turpia, (2) quia crepitus, sive flatus, in ventre retenti, varios excitare possunt dolores ac morbos. Exemplo nobis est *Johannes Baptista*, Concordiensis Episcopus, qui ex suppressione flatuum mortem sibi causatus est. *Zeilerus in Opere Epist. P. 1. p. 3.* unde Owenus:

Lingua loquacior est, culus taciturnior æquo.
Illa loquendo homines, iste tacendo necat.

3. Declar. (1) Quod valeat dictum hoc secundum regulas sanitatis, non vero civilitatis. Utra autem, inquis, vincit alteram? Non dubito adserere, quod sanitas præferenda sit civilitati, eo casu, ubi ob retentionem flatuum in discrimen venit sanitas, cumprimis quando abest lædendi & offendendi animus. Nec enim flatum emittere, actus in se turpis & moralis est, sed per circumstantias saltem talis fit. Quapropter etiam legem aliquam de non supprimendis in convivio flatibus olim Imperator *Claudius* meditatus esse scribitur, *Suetonius in Claudio c. 32.*

4. Decl.

4. Decl. (2) quod quoad male moratos homines indiſtincte fere valeat, ſive ſanitas periclitetur, ſive non, imprimis in collegiis fumatoriis, ubi ex incenſa nicotiana fumus, & ex amphoris cereviſia hauritur, libertasque pedendi cuique tribuitur, nec loci, nec temporis, nec perſonarum habita ratione. Sed enim veluti ſordida ejusmodi conventicula merito exoſa ſunt honeſtioribus; ita etiam injuriarum conveniri poteſt, qui, præſente digniori aliqua perſona, crepitum emittit in ejus vilipendium, *L. 15. §. 27. ff. de Injur. conf. Facetiæ facetiar. p. m. 18. ſqq. & 87.* ubi quæſtio ſimilis reſolvitur, utrum nimirum is, qui evomendo alterius faciem vel veſtes conſpurcavit, injuriarum aut L. Aquiliæ actione conveniri queat?

5. Ampliari quoque poteſt proverbium hoc per elegantem metaphoram ad carcinomata illa, quæ in vaſtiſſimum mundum rectius relegantur, quam in corpore ſocietatis civilis tolerantur.

XIII.

1. **WEr bauet, findet geld.** Qui ædificat, ille invenit pecuniam, Eſt vulgata parœmia, qua illos conſolamur, & excitamus, qui ædificaturi, vel ab initio ſtatim, vel in progreſſu ædificationis demum, pecunia deſtituuntur.

2. Sed enim miſerum hoc ſolatium eſt, cum fatum iſtud admodum rarum ſit, ut inter fodiendum inveniatur theſaurus. Quod uni vel alteri forte fortuna evenit, id non omnibus accidit. Ex iis, quæ ἐπὶ τὸ πλεῖον & frequenter, non vero, quæ raro fiunt, formanda regula eſt. *arg. L. 3. ff. d. LL.* Servator noſter dixit: Wer iſt unter euch, der einen thurn bauen will, und ſitzt nicht zuvor und überſchlägt die koſt,

ob er es habe hinaus zu führen? *Lucæ 14. v. 28. & 30.* Nummos ergo prius in promptu habeas, quam circumſpicias de artifice, *Dn. Beierus de Artificibus Palatinis P. 2. c. 6. §. 9. p. 73.*

3. Quid vero ſi quis ſpe fretus, fore ut theſaurum inveniat, opus aliquod exſtruendum aggreditur; deinde vero animadvertit, ſpem illam cadere in irritum? an hoc caſu, quando conductor operarum, der bauherr, non ſolvendo eſt, locatores illarum, die handwercks-leute, bau-meiſter und hand-langer, tamdiu expectare tenentur, donec iſte ſolvere poteſt mercedem? Rſ. minime gentium, imputet enim ſibi ipſimet, quod umbram Junonis conſectatus fuerit. Oportet ergo ipſum vel paratam curare pecuniam, vel ædificium ipſum dare in ſolutum vel venale exponere & in pretium redigere quo ſatisfieri poſſit creditoribus.

XIV.

1. **WEr an den weg bauet, hat viel tadler.** Qui juxta viam ædificat, multis culpationibus & reprehenſionibus obnoxius eſt. Vel:

> **Wer bauet an die ſtraſſen,**
> **Der muß die leute reden laſſen.**

2. Ratio quia ad judicandum & vituperandum proni homines ſunt, etiam non intelligentes; cumprimis quod res novas attinet & quæ cujusvis conſpectui ſe exhibent, unde quoque addi ſolet:

> Können ſie nicht alle dichten,
> Wollen ſie doch alle richten.

Conf. *Zeilerus in Op. Ep. P. 1. p. 437.*

3. Declara ita hanc parœmiam, ut valeat narrative, maxime in illis locis, ubi multi otioſi dantur homines.

4. Idem

4. Idem contingere solet Eruditorum libris, *vid.* Döpler in der vorrede seines getreuen rechnungs-beamtens/ qui simul ac in publicum prodierunt, statim & *Zoili* & *Momi* judicium subeundum habent. Optimum hac in re solamen est, quod calumnias ferre, non vero effugere possimus, & quod citius aliquis carpere, quam imitari queat.

XV.

1. Wer will in das arm geschlechte,
Der maure, baue viel und rechte.

Litiget, ædificet, qui vult cito pauper haberi.

Vel:

Ædificare domos, & pascere corpora multa,
Ad paupertatem proximus est aditus.

2. (a) *Latherus* dicit: bauern-geschlechte, *L. 2. c. 5. n. 38. de Censu p. 259.* Idem facit *Zeilerus in Opere Ep. P. 1. p. 299.* Sed minus recte, cum rusticum esse & divitem, sibi non contrarientur. Alii usurpant vocem *pauvre*, quæ gallica est, & pauperem significat, ita, ut quoad sensum eodem recidat cum voce Arm. *Ventura de Valentiis in Parthenio Litigioso L. 1. c. 4. n. 7.* pro ea ponit poure.

3. Ratio, quia ædificare & litigare multas exigit impensas, quibus facile quis suum potest exhaurire patrimonium, vid. *Montanus de Jure tutelæ §. 33. n. 261.* Sed sero sapiunt Phryges, & veritas hujus rei prius non sentitur, quam in fine. Das end trägt die last, bauen ist eine lust; nur daß es so viel geld kost, hab ich nicht gewust. Unde aliud natum proverbium: Wer häuser bauet, der bauet sich frölich arm; und wer weinberge bauet, der bauet sich traurig reich. Ratio est, quia illud initium habet jucundum, sed finem tristem; hoc vero initium triste, sed finem jucundum,

dum commodum excedit sumtus. Nec obstat, quantum ad litigia attinet, *Nov. 1. c. ult.* Leges nimirum neminem in paupertate vivere, neque in anxietate mori permittere. Præterquam enim, quod *Ventura de Valentiis l. c.* Novellam hanc ad Adsessores, Procuratores, Advocatos, restringat, exclusis litigatoribus; illa insuper plane alium habet intellectum. conf. *Wildvogel in Elect. Jur. dec. 2. p. 150.*

4. Decl. valere dicterium hoc quoad temerarios litigatores & ædificatores, die die rechnung ohne den wirth, und keinen überschlag mit dem beutel machen. Vid. Reinkingk in der biblischen policey *L. 3. ax. 49. p. m. 839.* Geyer *in spicilegio Speidelio-Besoldiano sub voc.* bauen *p. m. 17.* sive loquitur de excessu *Zeilerus d. l.* Pertinent huc rhytmi illi ab eodem *p. 91.* allegati:

Rechten, spielen und groß bauen,
Bürg werden und viel vertrauen,
Uber seinen stand sich zieren,
Gastrey halten und bancketiren,
Unnütze roß, viel hund und wind
Und dann viel übrig haus-gesind,
Deßgleichen löffeln, buhlen und naschen
Macht leere küchen, keller und taschen.

Add. *idem Zeilerus d. l. p. 165.*

XVI.

1. **Bürger und bauer
Scheidet nichts als die mauer.**

Vel, ut veteres dixerunt: **Börger unde buern scheidet nichts wann die muern.** Cives & rusticos nil nisi murus distinguit.

2. Sensus esse potest duplex: (1) quod civium jura muris terminentur. (2) quod nulla alia differentia inter cives ac rusticos sit, quam quod isti muris circum-

cumdati, hi vero illis destituti sint. In posteriori sensu capit parœmiam nostram *Johannes Agricola* **in der auslegung allgemeiner sprichwörter** *n. 244. p. 147.* In priori vero ICtorum vulgus.

3. Ratio ejus in hac ultima significatione est, quia muri sunt terminus istorum jurium, quibus cives gaudent. Conf. *L. 1. §. 1. C. de Agric. & Censit. L. 1. C. ne rusticani* Add. omnino *Dn. Nic. Hieron. Gudlingii Schediasma de Jure oppignorati territorii §. 101. p. 81.*

4. Ampl. in tantum, ut ne suburbiarii quidem jurium, quibus cives intra mœnia gaudent, participes sint. *Mevius P. 3. Def. 165. n. 1.*

5. Nisi aliud lege vel pacto constitutum sit, quæ tamen exceptio ab allegante probanda, *Præclariss. Dn. Hertius in Select. & Rar. ex Univers. Jurisprud. Argum. de Parœmiis Germ. L. 2. par. 10. p. 607.* Add. *Magnificus Dn. Fritschius in Tr. de Jure suburbiorum c. 4. §. 1. n. 2. & §. 2.*

6. In priori sensu acceptam parœmiam declara, valuisse quondam istam etiam apud nos in Germania, imprimis *Henrici Aucupis* tempore, qui oppida in Germania hinc inde noviter condere, & munire cœpit, ac nonum quemque virum ex agro & pagis, cum tertia frugum, ad eos spectantium, parte in prædicta transtulit oppida. Exinde discrimen oriebatur inter plebem urbanam & rusticam, **unter bürgern und bauern,** quarum hæc **von bauen,** illa vero **von burgen,** burgis h. e. mœnibus munitis, dici cœperunt. *Burgoldensis ad Instr. Pac. Osnabr. Monaster. P. 1. disc. 21. §. 10. p. 382.*

7. Effectus, quod quoad illa jura, quæ civibus intra mœnia habitantibus, qua talibus, non propria, sed cum aliis communia sunt, nulla illos inter & rusticos facienda differentia sit. Hinc in judiciis non

deterioris conditionis esse debent quam cives, eadem protectione digni sunt ac cives, eorundem liberi æque ad gradus honoris promoveri debent, ac liberi civium. Städte machen keinen lasterhafften groß, und dörffer keinen tugendhafften verächtlich, & si statum paganum illis quis objicere vellet, possent cum *Anacharsi* respondere: *mihi probro est patria, tu vero patriæ*; pro eorundem salute æterna æque ac pro salute civium vigilandum. Ein frommer bauer ist besser als 100000 böse bürger. Haben sie keine steinerne mauern, so sollen sie desto frömmer seyn, daß der engel des Herrn sich um sie lagere. *Psalm. 34.*

8. Declara valere proverbium imprimis quoad illos pagos in Franconia, qui mœnibus quidem circumdati sunt, sed nullis peculiaribus juribus ordini civico propriis gaudent, & tamen cives audire volunt, von diesen mag man wol recht sagen: Bürger und bauer scheidet nichts als die mauer. Nulla enim alia inter illos & alios rusticos est differentia quam murus.

XVII.

1. Borchard (*a*) ist Lehnhards (*b*) knecht. Burchardus est Leonhardi servus.

2. *(a)* Burchardus est nomen proprium, compositum ex Burg & hart, ita, ut secundum nomenclaturam idem sit ac castellum forte, eine feste Burg. Per allusionem vero ad Germanorum borgen, mutuo accipere, h. l. Borchard significat einen, der da borget.

3. *(b)* Est itidem nomen proprium ex Latinorum voce *leo* & German. hart conflatum, ita ut ratione originis idem sit, ac löwen-art, h. l. vero per allusionem ad vocem lehnen, mutuo dare, denotat einen, der da lehnet, qui mutuat, credit &c. ubi tamen insi-

mul

mul notandum, vocem lehnen, promiscue sæpe capi, sc. pro mutuo dare, & pro mutuo accipere, Spate im teutschen sprach-schatz *sub voc.* lehnen *p.1123.* non aliter ac vox lernen, quam vulgus hominum & pro docere & pro discere accipit. Sic dicitur: Er hat michs angelernt, pro angelehrt. Sensus igitur parœmiæ huc redit: Mutuo accipiens sive debitor est mutuo dantis, sed creditoris servus.

4. Ratio quia, si debitor non ad nutum & voluntatem creditoris per omnia se accommodat, hic statim exigit suum creditum, vel exprobrat officium, Er kündigt ihm sein capital auf, oder wirfft ihm seine dienste vor. Ne vero hoc usu veniat, pauper debitor quidvis potius sustinet, quam ut ullo modo offendat creditorem.

5. Idem habetur in Scriptura S. vid. *Proverb. c. 22. v. 7.* Der reiche herschet über die armen, und wer borget, ist des lehners knecht.

6. Declar. ita, ut procedat improprie saltem, & prout servus ille etiam dicitur, qui alicui obligatus est, aut sibi ab aliquo metuit.

7. Decl. (2) ut procedat quoad illos imprimis debitores, qui non solvendo, aut parata pecunia instructi sunt.

8. Declar. (3) ut procedat enunciative, non dispositive.

9. Effectus est, quod debitor non possit esse testis in causa creditoris omni exceptione major. *L. 3. pr. ff. d. Test. Campegius de Testibus reg. 102. p. 639.* vid. tamen *Famigeratiss. ICtus Dn. Hertius in Select. & rar. ex Univers. Iurisprud. Argum. L. 1. de Parœmiis Germ. par. 61.*

XVIII.

1. BOrgen und jucken thut nur eine zeit-lang gut. Mutuatio & fricatio ad tempus delectant.

2. R. quia ſicuti fricationem dolor corporis; ita mutuationem dolor animi inſequitur, imprimis tunc, quando terminus ſolutionis appropinquavit.

3. Declar. imprimis tunc, quando pecunia mutuo ſumta male collocata fuit, denn da heiſt es insgemein: Viel borgen und leihen iſt eine vergifftnug deines erbtheils, und hat eine ſtieffmutter, die heiſſet: verkauf deine güter, die gebieret dir eine tochter, die heiſſet: gieb ſie wolfeil, dieſelbe hat einen bruder, der heiſſet; zum thor hinaus. vid. *Pellerus ad Politicum Sceleratum c. 32. p. m. 352. Latherus de Cenſu L. 1. c. 8. n. 2. p. 56. Ventura de Valentiis in Parthenio Litigioſo L. 1. c. 13. n. 29. p. 202.*

4. E. quoad poteſt, quilibet ſibi caveat ab ære alieno. Hüte dich vor borgen, ſo ſchläfſt du ohne ſorgen.

XIX.

1. WEr will verderben,
Der borge geld und kauffe erben. (*a*)
Qui ad inopiam vult adduci, ille pecunias ſumat mutuas, & emat hereditates.

2. (*a*) Erb eſt vox ambigua, quæ nunc in concreto ſignificat heredem, einen erben, nunc in abſtracto hereditatem, eine erbſchafft, nunc partem aliquam hereditatis, ein erbſtück. Sic datur ein halber erbe, ein viertel erbe, qui termini imprimis in hac noſtra regione uſitati ſunt, & de prædiis modicis uſurpantur, quæque olim cum aliis partibus totum aliquod & integrum conſtituerunt prædium, nunc vero jus denotat

notat heredi circa relicta defuncti quæsitum, vid. *Ahners in Man. Juris sub voc. hereditas p. m. 553.* Secunda significatio hujus loci est.

3. Ratio prioris est, quia usuræ, quæ de mutuo data solvuntur pecunia, ita consumunt pedetentim nostras facultates, ut ante pernicies nostra præsto sit, quam illam animadvertimus. Quapropter etiam phthisi comparantur usuræ. Ratio posterioris est, quia jus hereditarium sive hereditas est universitas quædam, quæ & damna & lucra continet, adeo, ut, si quis heres sit in uno obulo, omne æs alienum solvere teneatur. vid. par. **Wer einen heller erbet, muß einen thaler bezahlen.** Tacendo, quod emtor plus sæpe debeat insumere pecuniæ, antequam possessionem acquirit hereditatis, quam fere bona hereditatis valent. Nec est, quod dicas: emtorem nunquam fieri heredem, *L. 2. C. de hered. l. act. vend.* Resp. enim, quod vicem tamen heredis obtineat emtor *L. 2. §. 18. ff. d. t.* & in effectu neque plus neque minus juris habere debeat, quam heres, *Lauterb. in Comp. Jur. d. t. lit. c. p. m. 325.* & eapropter quoque fert onera hereditaria, *ibid.*

4. Decl. quatenus nempe pecunia mutuo sumta non satis bene collocatur, vel usuræ de ista solvuntur immodicæ & mordentes. Experiuntur id ipsum audaculi isti rustici, qui emacitate laborantes alienis nummis prædia sibi comparant, atque illa se ipsa esse redemtura putant; Sensim autem ad incitas rediguntur, quia eo non cogitarunt, quod onera quoque, scil. census, collectæ, decimæ &c. de illis præstari deberent. Conf. *Mevius in Discuss. levam. inop. debit. c. 5. n. 77. p. 418.*

5. Ampl. etiamsi mutua exiguæ sint quantitatis, **denn man soll sich hüten vor kleinen gläsern, kleinen schulden, und kleinen regen.**

6. Ampl. (2) ut procedat etiam quoad mutuo dantes, siquidem & hi sibi sæpe damnum conciliant pecuniam suam mutuando, vid. *Sirac. c. 29, 10.*

XX.

1. Botmäßigkeit (*a*) ist nicht flugs gerichtbarkeit. Potestas non statim jurisdictio est.

2. (*a*) Alias Botmäßigkeit est nihil aliud quam jurisdictio, vid. *Speidelius in Spec. Juridico-Politico sub voc. jurisdictio p. m. 672.* h. l. v. significat illam delegatam potestatem, quam habent officiales, v. g. amtleute, richter, landgrafen. Gerichtsbarkeit autem h. l. denotat jurisdictionem, vid. Spate im teutschen sprach-schatz *sub voc.* Rechte *p. m. 1559.* & quidem eam, quam quis proprio jure habet, non delegatam, quam exercent modo dicti officiales, ita, ut sensus hic sit: qui potestatem aliquam habet, vel officialis est, ille non statim Magistratus ipse est

4. R. quia proprie loquendo ille Judex & Magistratus est, qui proprio jure jurisdictionem exercet, qualis non est officialis, eam non nisi ex delegatione, cessione vel administratorio nomine habens.

5. Hinc consequenter subditi non sunt officialium, sed Magistratus subditi, utpote qui instar correlativorum mutuo se respiciunt, non vero subditi & officiales, quippe quorum amts-anbefohlene saltem sunt, utut plerumque vulgo dicere soleant: meine unterthanen; non enim nisi abusive hoc fit.

XXI.

1. Wenn man selbst gehet, so betriegt einen der bote nicht. Qui ipse iter suscipit,

cipit, & negotium suum gerit, illum decipere nequit nuncius.

2. Scilicet eo processit hominum malitia, ut paucos invenire liceat nuncios, qui officium suum legitime expediunt, h. e. debito tempore, loco & modo. vid. *Lauterb. in Diss. de Nuncio th. 51. p. m. 54* Quando igitur de fidelitate nunciorum non satis certi sumus, tunc optimum consilium est, ut ipsi quoad commode fieri poterit, ministerium nuncii expediamus; ubi tamen probe notandum, quod proprie hoc non faciamus ut nuncii, utpote qui qua tales semper *aliena* nunciant, sed ut tabellarii, *Lauterb. d. l. th. 24. p. 24.* Impropric hoc proverbium etiam id vult, daß wir unsere verrichtungen selber, und nicht durch andere thun sollen, denn so wissen wir, wie sie geschehen. Wer aber mit fremden augen siehet, und mit fremden ohren höret, mit fremden händen schreibet, mit fremden mäulern redet, der wird offt betrogen werden und fehlen. Elegantissima sunt hanc in rem verba Imratoris *Nov. 82. pr. Non posse per se nosse, quod justum est, sed aliunde emendicare judicandi honestatem, quomodo non maximum vitium erit Reipubl.*

XXII.

1 BRauen und backen geräthet nicht allezeit wohl. Qui panem coquit & cerevisiam, eadem non semper utitur sorte.

2. R. quia non tantum tempora, eorumque constitutio sunt diversa, sed & facile aliqua admitti potest culpa.

3. Hinc Zythopeptæ & pistores culpam tantum levem præstare solent; & recte quidem secundum *L. 13. §. 6. & 5. ff. Locat.* utpote ex qua probatur quod quilibet artifex teneatur ad culpam levem præstandam.

dam. Ratio, quia & ejus, & operam ejus conducentis utilitas hic versatur. conf. *Leyserus de Jure Georgico L. 3. C. 21. n. 27. p. 706.* Unde Zythopepta & pistor de damno, casu fortuito accidente, minime respondere tenentur. *Leyserus d. l. Bude de Jure Braxandi P. 1. C. 3. n. 39. p. 40.* Modo illum probare possint.

XXXIII.

1. **Brauwerck ist manufactur (*a*) und keine kauffmanschafft.** Braxatio sive coctio cerevisiaria res opificiaria est, non mercatura.

2. (*a*) Manufacture est vox ex manu & factura composita, latinis plane incognita, also das manufacture proprie anders nichts ist, als eine mit der hand verfertigte sache, ouvrage de main, cujusmodi omnia opificia sunt. Manu factum equidem, vocabulis separatis, apud Latinos occurrit, & opibus, natura factis, opponitur; sed non manufactura vid. *Clariss. Dn. Beierus in Tr. de Manufacturis, C. 1. §. 1. p. 4.* Synonymon ejus est in jure vocabulum species *§. 25. I. d. R. D.* quæ tale opus significat, quod mechanicus manu sua per introductionem formæ pro conditione artis suæ, in materiam substratam, extra suas elicit causas, atque conspectui sistit, sive suis id fecerit auspiciis, cujuslibet postmodum desiderio propositurus, sive domino materiæ addixerit operas, id ad ipsam fabricationem non attinet. *Idem Dn. Beierus d. l. p. 9. §. 8.* Abstractum est manufacturatio, melius formatio & fabricatio speciei novæ ex præexistente materia, latinius specificatio, quæ tamen prout Justinianus vocem hanc usurpat, rem alienam præsupponit. *§. 25. I. d. R. D.*

3. R. quia mercatores ipsi res non conficiunt manibus suis, sed emunt ac vendunt, forma eapropter non mutata. vid. *Hayneccius de mercatura th. 35. 36.*

4. Declara, quatenus vox mercaturæ stricte hic capitur, & der handel- und krämerschafft opponitur, idemque notat, quod ἐμπορία apud Græcos *Hertius in Select. & Rar. ex Univ. Iurisprud. Arg. de Paræm. Iur. Germ. L. 1. par. 41. p. 452.* Vox vero manufacturæ latius sumitur, omne opus, quod manu fit, denotans.

5. Effectus est, quod braxatores in numero opificum, non vero mercatorum habeantur, *Mevius P. 5 d. 116. n. 3.* & consequenter non horum sed illorum juribus gaudeant, quemadmodum etiam apud nos in Comitatu Castellano idem collegium cum vietoribus constituunt, sie sind mit denen büttnern in einer zunfft.

XXIV.

1. WEnn es auf das euserste kommet, so brichts. Ad extremum cum ventum est, inclinatio proxime imminet.

2. R. quia nullum extremum diu durabile est; extrema elevatio sicut ulterius extendi nequit, denn wenn man die saiten zu hoch spannet, so springen sie, und wer die nase hart schneuzet, zwingt blut heraus, *Prov. 30. v. 33.* ita nec extrema depressio inferius remitti potest, lässet man sie zu weit herunter, so geben sie keinen laut oder klang. Et eatenus illud JCtorum brocardicum intelligendum: extrema omnia vitiosa sunt. *L. Solent 6. §. f. ff. de off. Procons.* Allzu scharff macht schärtig, und allzu stumpff schneidet nicht.

3. Nota hinc morale, quod moderata optima sint, & diutissime duratura. Media via tutissima est, & ex duobus contrariis medium fit optimum. *Barbos.*

in

in Thes. Loc. Com. sub voc. extrema ax. 7. Potest enim hic pro re nata extendi & remitti. conf. *Diss. Acad. de Extremis sub Præsidio Celeberr. Dnt. Beieri, præceptoris quondam fidelissimi habita th. 39.*

4. Decl. quia imprimis in rebus politicis & ad regimina pertinentibus valeat: regnum enim nimis durum abit in tyrannidem, & sua sponte corruit, cum nullum violentum diuturnum sit; intempestiva vero clementia subditorum mores corrumpit, cum pauci amore boni, plurimi vero formidine pœnæ pareant. conf. *Lipsius Lib. 4. Polit. c. 6. n. 6. sqq. & Lib. 5. c. 20. n. 13.*

5. Exemplum luculentum Rex Galliarum, Ludovicus XIV. nobis præbuit, qui postquam ad summum felicitatis adspiravit fastigium, ante pacem ultrajectinam tandem labascere incepit, ita ut in istum dictum fuerit:

Qui modo magnus erat, parvus factus, Ludovicus.

6. Ampl. ut procedat etiam in calamitatibus a DEO nobis impositis, cum & hic illud Theologorum valeat:

Wann das creutz ist am höchsten,
So ist Gottes hülff am nächsten.

Psalm. 37. v. 39. Devt. 32. v. 35.

XXV.

1. **Briefe sind besser, denn zeugen. Instrumenta testibus præstant.**

2. Probatur per Jus Allemannicum. *L. 1. c. 48. §. 5.*

2. Ratio (1) quia probatio per testes majoribus difficultatibus obnoxia; quam si illa per instrumenta fiat. (2) Quia instrumenta diutius duratura sunt, quam testes, quippe quos mori oportet. Quod aut diutius & constantius est, id magis quoque eligendum

dum est, quam id, quod est minus tale. Vid. *Dial. Juris Pottii c. 3. q. 4. p. 58.*

4. Declar. quatenus nimirum instrumenta habent sua solemnia, & valida sunt, ita, ut nihil, quod relevet, opponi queat.

5. Declara (2) maxime in materia hereditatum, instrumenta testibus potiora esse *Hertius in Rarior. & select. ex univ. Jurisprud. arg. de Paræm. Jur. Germ. L. 1. par. 27. p. 436.*

6. Declar. (3) quatenus nimirum & cætera paria sint.

7. Decl. (4) procedere imprimis nostram parœmiam quoad instrumenta guarentigiata, h. e. illa, quæ liquida sunt. *Illustris Dn. Stryk apud Barbos. in Thes. Loc. Com. sub voc. instrumentum ax. 5.* quippe quæ paratissimam executionem in dorso secum ferunt.

XXVI.

1. Die älteste brief (*a*) gehen vor. Antiquissima documenta novioribus præferuntur.

2. (*a*) Per literas h. l. ejusmodi documenta vel instrumenta intelliguntur, in quibus creditori simul aliqua hypotheca constituta, ita, ut quodammodo conveniat cum illo: Wer ehe kommt, der mahlt ehe, de quo infra.

3. Ratio, quia qui hypothecam accipit, jus in tota rei substantia & in solidum habet, ut perinde alteri in eadem idem jus constitui non possit. *Hertius in Sel. & Rar. ex Univers. Jurisprud. arg. paræm. 49. p. 488.*

4. Prob. per *L. 10. L. 11. pr. qui pot. in pign. L. 2. l. 7. C. eod.*

5. Extenditur, ut valeat (1) etiamsi prior horæ aut momenti unius intervallo præcedat. *Sande L. 3. tit. 12. dec.*

12. dec. 16. Hodie tamen id usu raro obtinere, cum instrumentis dies tantum, non horæ aut momenta apponantur, recte tradit *Hertius d. l. §. 2.*

6. Extenditur (2) etiamsi priori hypotheca pacto tantum constituta, posteriori vero tradita, cum jure prætorio sola conventio pignoris rem afficiat. *Id. Hertius d. l. §. 3.*

7. (3) Quamvis res primo ex certo die vel sub conditione obligata fuerit, *Id. d. l. §. 4.*

8. (4) Utut hypotheca prior sit tacita, subsequens expressa. *Id. d. l. §. 5.*

9. (5) Etiamsi hypotheca anterior sit generalis, posterior vero specialis. *Id. §. 6.*

10. (6) Etsi fiscus, cui ob contractum initum hypotheca competit, cum alio, cui eadem bona pignori sunt data, concurrat. *Ibid. §. 7.*

11. (7) Quamvis hypotheca prior sit conventionalis, posterior vero judicialis. *Id. §. 8.* Dissentit. *Mevius P. 8. Dec. 447.*

12. (8) Etiamsi hypothecæ, quibus prælationis privilegium est annexum, concurrant. *Id. §. 9.*

13. (9) Etiamsi privilegium exigendi personale simplex cum hypotheca concurrat. *Id. §. 10.*

14. Fallit in pignore prætorio in specie ita dicto, idque sive unus, sive plures custodiæ causa in possessionem mittantur. *Id. §. 12.*

XXVII.

1. **Die in eines brod seyn** (*a*), **müssen auch in seinem besten seyn.** Qui de pane alicujus vivunt, etiam commodum illius promovere debent. Eodem plane recidit: **Deß brod ich esse, deß lied ich singe.** Origo exinde est: Veteres videlicet Germani, majores

nostri,

nostri, omnes fere res suas gestas rhytmis comprehendebant, & deinde in conventiculis suis recitabant, quod imprimis illi facere studebant, qui in alicujus victu erant, & gratiam aucupari volebant.

2. (*a*) h. e. Domestici, quorsum Jure Civ. pertinent servi, liberti, mercenarii & liberi homines bona fide servientes. *Prænobiliss. Dn. Hertius in Rar. & Sel. ex Univ. Iurisprud. arg. de Paræm. Germ. Lib. 1. par. 42. p. 511.* Add. *Reuberus in Methodo de Testibus P. 2. n. 12. p. m. 794. Matthæi de Probationibus c. 5. n. 84. p. 364.*

3. Ratio quia secundum animam vita nihil possidemus pretiosius in hoc mundo: E. qui victum nobis suppeditat ad illius conservationem, is sibi nos totos devincit, & quasi acquirit. *Viden' otium & cibus quid facit alienus*, inquit *Parmenio apud Terent. in Eunuch. A. 2. sc. 2.*

4. Effectus, (1) quod ejusmodi domestici a testimonio pro dominis suis & Patronis ferendo, repellantur. *Reuberus d. l.* (2) quod eo gravior habeatur offensio, a domestico nobis facta, der mein brod aß, tritt mich unter die füße. *Psalm. 41, v. 10.*

5. Decl. ita, quatenus præter domesticam consuetudinem & convictum etiam jus sive potestas quædam in domesticos competit. *Reuberus d. l. n 13.* Fallit E. in illis, qui convictum pecunia redimunt, die kostgänger. Conf. tamen *Ordin. metall. Elect. Sax art. 43.*

6. Decl. (2) modo sint adhuc in domo producentis; secus ergo, si tempore gesti negotii saltem ibi fuerint, *Hertius c. l.* nisi opera producentis tantisper mutata sit conditio, donec testimonium dictum. *ibid.* Foret enim hæc mutatio simulatio, & consequenter nihil prodesset.

7. Ampliatur quoque ad alios beneficio quodam nobis devinctos, v. g. Vasallos. Vid. *Dissert. inaug. Dn. Christoph. Eliæ* Oelhafens *Altdorfi habita de Vasallo celante c. 2. th. 3. p. 10.*

XXVIII.

1. **Gleiche brüder, gleiche kappen.** (*a*) Fratribus æqualibus æqualia debentur capitia.

2. (*a*) Kappe (1) significat mitram sive capitium, (2) colaphum: hinc einem eine kappe, oder dötsch-kappe geben est, colaphum alicui dare sive alapam infligere. Vtraque significatio huc adplicari potest. In priori sensus parœmiæ est, quod æqualibus æquales debeantur portiones; in posteriori, quod peccantibus, qui sibi æquales existunt, æquales quoque infligendæ pœnæ sint. Mit gestohlen, mit gehenckt: So ihr euch nicht bessert, werdet ihr auch alle also umkommen. *Luc. 13, 5.*

3. Ratio quia ipsa natura æqualitatem imperat, & ita quidem, ut ex inæqualitate jus oriatur minus habenti *Grotius de I. B. & P. L. 2. c. 12. § 8.*

4. Idem dicit Imperator in *l. inter filios 11. C. fam. hercisc.*

5. Declar. procedere hoc, quoties illa, quæ privatorum sunt, in alium transferenda, & ex delicto agitur ad id, quod læso debetur, seu ad pœnam civilem; uno verbo: quando justitia commutativa obtinet, & consequenter proportioni arithmeticæ locus est. Vid. *Hoppius in Com. Inst. ad pr. d. Iust. & Iur.*

6. E. g. quando parentes ab intestato decedunt, bona eorum pro virilibus portionibus æquali jure inter liberos dividi oportet. *d. L. 11.* quia præsumtio est, quod æqualitatem parentes maxime inter eos servare voluerint. *L. illud. 20. in f. C. d. Collat.* Conf. *Tabor*

bor ap. Barbos. in Thes. Loc. Com. sub voc. æqualitas ax. 4. Etiamsi liberi ratione ætatis, dignitatis, sexus aut alius qualitatis sint inæquales, modo sint germani sive ex utroque latere sibi juncti. Exceptio tamen est, quando Lex civilis intercedit, & uni v. g. primogenito plus adsignat, quam alteri, add. *Celeberr. Dn. Hertius in Select. & Rar. ex Univers. Jurisprud. Arg. de Paræm. Iur. Germ. L. 1. par. 82. p. 534.* qui eapropter etiam æqualitatem de jure naturali aliter non concedit, nisi quod est pro certo rerum statu tale.

7. Fallit in illis rebus, quæ reip. sunt, & privatis adplicanda, nec non in pœnis criminalibus, utpote in quibus omnibus justitia distributiva, & hinc proportio geometrica obtinet, modo, quod pœnas attinet, illæ sint in arbitrio Reip. nec jure divino morali præscriptæ, *Hoppius d. l.*

XXIX.

1. **Wenn man den brunnen verstopffen will, muß man die quelle suchen.** Fontem obstructurus quærat scaturiginem.

2. Ratio, quia fons est causa putei, qua non sublata vix impedietur effectus. E contrario causa sublata cessat quoque effectus. *L. adigere 6. §. quamvis 2. ff. de Iur. Patr. Barbosa in Thes. sub voc. causa ax. 12.*

3. E. G. qui vult impedire lites, ille fomenta & occasiones litium tollere debet. *L. 13. §. 3. ff. d. Usufr. c. finem 5. X. de dol.* Alias enim sicut malum oritur ex malo; ita quoque lis parit litem. Porro qui vult destruere ac evertere ædificatum, evertat fundamentum. *L. nam origo 8. ff. quod vi aut clam. Barbosa in Thes. Loc. Com. sub voc. fundamentum ax. 4. Nam collapsa ruunt subductis tecta columnis.*

XXX.

1. Einmal burgermeister, allezeit burgermeister. Qui semel fasces consulares habuit, ille semper Consul est, h. e. Qui semel munere Consulis functus est, muneris consularis titulo semper gaudet.

2. R. quia consueti sumus in honorem & memoriam officii vel muneris gesti conservare & retinere ejus titulum.

3. Decl. valere hoc secundum verba sive titulum, non vero rem ipsam, sive officium.

4. Ampliatur quoque ad illos, qui aliud officium sive munus ornarunt, in tantum ut & qui reges fuerunt, & exreges facti, regis salutentur axiomate. Sic v. g. Carolus V. etiam postquam sceptrum imperiale in manus dederat fratris, Imperator, & Jacobus II. postquam throno ejectus fuerat, Rex fuit dictus.

5. Limit. modo quis aliud munus post consulatum non obeat: hoc enim casu axioma novi officii præfertur. Comparatum fere est, sicut cum statu viduarum, quæ, defunctis maritis, retinent axioma illud honorabile, quod vivis ipsis debebatur, quousque nimirum statum viduitatis non mutant, in so fern sie ihren stuhl nicht verrucken, oder die hand verbrechen, vel ipsæ munera obeunt, wenn sie selbst sich in dienste begeben. conf. *Brunnem. ad L. ult. C. de Incol.*

XXXI.

1. WO der burgermeister selbst ein beck ist, da backt man das brod zu klein. Ubi consulatus penes pistores est, ibi panes conficiuntur nimis parvi.

2. R. quia Consulem nemo vult habere sibi inimicum & accusare eum, etiamsi legi contraveniat. Interea iste fiducia Magistratus studio privati commodi debitus est, nec audet animadvertere in alios ejus delicti reos, quia alias ipsum audire oportet: *Clodius accuset mœchos, Catilina cethegum.* vid. *Schilter. ad Wehneri Obs. Pract. sub v.* beck *p.* 44.

3. Decl. imprimis in istis locis, ubi Consul aliquam habet auctoritatem.

4. Ampliatur & extenditur etiam ad alia opificia, v. c. si Consulares fasces lanioni deferuntur, non mirum est, si justo carius caro vendatur. Hinc Lauterbeck in seinem Regentenbuch *P. IV. c. 5. p. 192.* laniones addit:

Wo der burgermeister schencket wein,
Die fleischer mit im rathe seyn,
Und der becker wiegt das brod,
Da leidet die gemein groß noth.

Qui lanius, pistor, caupo danistaque regnat,
Quæ miseris illa civibus urbe salus.
Tam felix horum Respublica crescat, oportet,
Quale quod esuriens curat ovile lupus.

XXXII.

1. Nimmerthun ist die beste buße. (*a*) Amplius non peccare optima pœnitentia est.

2. (*a*) Buße est vox æquivoca. Proprie idem est ac büßung, emenda; specialius vero denotat pœnitentiam. Spate im teutschen sprachschatz *sub v.* Buße *p. 261.* Secundum jus Sax. ab emenda, der buße, differt adhuc die gewette, mulcta, & quidem ita, ut per emendam homini læso satisfiat; per mulctam vero Judici præstitam placetur Deus offensus, *Thomæ de Noxia animalium C. 25. n. 13. p. 244.*

3. R. quia exinde contritio cordis ac dolor peccati commissi colligitur.

4. Decl. quatenus omissio peccati cum vera cordis contritione & fide conjungitur, utpote quæ erigit, sustentat & vivificat contritos. vid. *Dn. Lutheri* Tischreden *p. 142.* juxta illud: justificati ex fide pacem habemus apud Deum propter Christum Dominum Nostrum. *Rom. 5. v. 1.* conf. omnino *Meisnerus* in widerlegten bösen Sprichwörtern *n. 68. p. 75.* Aliud E. quando formidine pœnæ aliquid omittitur.

5. Quodsi vero vox Buße sumatur pro emenda vel etiam mulcta, unico verbo: pro pœna, ita ut sensus sit: optima emenda est, peccatum non amplius committere velle; tunc ratio parœmiæ nostræ hæc dari posset, quia finis pœnarum est emendatio hominis delinquentis; si finem hunc obtinere possumus absque infligenda pœna, ab hac interdum desistere licet. Notanter autem diximus *interdum*: nec enim tam crude hoc, sed cum grano salis accipiendum, probe attentis omnibus circumstantiis; Imprimis vero eo respiciendum, num pœna sui natura talis sit, ut remitti queat, num pœnitentia res reduci possit in pristinum statum? num delictum notorium, grave & enorme sit, nec ne? Nam si homicida v. g. ad dictum nostrum provocare & cavere vellet de homicidio non amplius committendo, judex propter tale nimmerthun non posset delinquenti remittere pœnam mortis. Pœnitentia non abolet reatum *l. 65. ff. de furt. & l. penult. ff. de Vi bon. Rapt.* conf. *Granzius in Defens. reor. c. 8. m. 2 n. 238. p. 976.* & *Joannes Vaudus Quæst. Jur. Civ. L. 1. Q. 35. n. 3. p. 46.* Aliud quoad Deum dicendum: Wer seine missethat läugnet dem wirds nicht gelingen, wer sie aber bekennt, und lässet, der wird barmhertzigkeit erlangen, *Proverb. 28, 13.* Conf. *Hiob. 39, 38.*

XXXIII.

XXXIII.

1. Bylbrief (*a*) gant voor bodmerie-brief. (*b*) Nos in Germania superiori diceremus: Ein bielbrief geht einem bodmerey-brief vor.

2. Byelbrief significat instrumentum pecuniæ creditæ in navem exstruendam vel instruendam, *Schottel.* von unterschiedl. Rechten in Teutschl. *C. 22. §. 20. p. 425.*

3. (*a*) Bodmerie-brief significat instrumentum pecuniæ creditæ in bodmeriam. Bodmeria autem non tantum usuram maritimam, sed & ipsum periculi pretium denotat. *Dieth.in Cont.Besold.sub v.* Bodmer *p.m.123.* & oritur, quod sub spe majoris lucri certa pecuniæ summa persolvitur navis patrono, hoc pacto; ut salva navi reduci facta tantum cum fœnore reddatur. Spat im teutschen sprachschatz *sub v.* Bod. interea vero hypothecæ loco relinquitur navigii fundus, quo perdito & capitale sive sors interit. *Schottel d. l. p. 418. n. 3.* ubi n. 2. analysin quoque hujus vocis tradit. Hinc quia creditor contra naturam mutui pericula crediti in se recipit, in compensationem pericula centesimas usuras sibi stipulari potest. *ibid. §. 3. & 4. Fritsch in suppl. Besold. sub v.* Bodmerey-Recht. Sensus igitur est, quod in concursu creditorum illi, qui in navem ex-vel instruendam aliquid crediderunt, præferantur illis, qui in bodmeriam crediderunt.

4. R. quia per pecuniam in navem creditam conservatur navis, sine cujus conservatione nullum sperari posset lucrum.

5. Fundatur hoc in Jure Holland. & consuetudinario.

XXXIV.

1. CAntores amant humores, h. e. potulenta, uno verbo: Cantores libenter potant, sie sind durstige brüder.

2. Quia frequens cantio causatur raucedinem in faucibus, ita, ut hæ siti semper siccæ sint, cui malo melius mederi se non posse credunt, quam si largiore vino aut cerevisia utantur, & ductim bibant. Quicquid hujus sit, mihi id potius pravæ consuetudini inter musicam tractantes receptæ, quam cantioni adscribendum esse videtur.

3. Unde universalis parœmia nostra non procedit, sed tantum particularis, & imprimis præsumtio contra illos est, qui profundum insonant. Denn es rühmet sich der grobe baß, daß er krochen sey aus einem groben bier-faß. De cantatricibus dicitur: Cantatrices (die nemlich Profession davon machen) sunt meretrices, denn sie verführen sich und andere mit ihrer angenehmen stimme. Fistula dulce canit, volucres dum decipit auceps. Die lippen der huren sind süsse wie honigseim, und ihre kähle glätter dann oel, *Proverb. 5, 3.* Gewöhne dich nicht zur sängerin, daß sie dich nicht fahe mit ihrem reitzen, *Sirac. c. 9, 4.* conf. *Constantinus Germanicus in Epist. ad Justum Sincerum p. m. 265.* De parœmia: Er ist verloschen, wie Cantoris fackel, *vid. Ernest. Meisnerus* in widerlegten teutschen Sprichwörtern *n. 64. p. 69.*

XXXV.

1. DIe cantzeley (*a*) ist eines Fürsten hertz. Cancellaria cor & anima Principis est. Est locutio impropria & allegorica a *Lymnæo allata L. 2. de Jure Publ. c. 14. n. 31. p. 165.* & Duci

Fri-

Friderico Electori Saxoniæ suam debens originem. *Richterus in Axiom. Polit. ax. 128. p. 301.*

2. Cancellaria h. l. per metonymiam adjuncti pro subjecto denotat Consiliarios sive illos, qui nomine Principis clavum imperii tenent. Dicitur a voce Cantzel, hæc autem a cancellis. Spate im teutschen Sprachschatz *p. m. 928.*

3. R. quia, sicuti cor principium illud est, unde vita naturalis suum habet motum; ita etiam Cancellaria sive regimen vitam movet civilem, ut subsistere possit resp. cujus caput Princeps est. conf. *Struvius in Diss. Acad. de Cancellario Principis Jenæ 1675. edita c. 5. n. 37. p. 30. add. Generos. Dn. a* Seckendorff *P. 2.* des teutschen Fürsten-Staats *c. 6. per tot.*

4. Declara, quod ita sit secundum saniora principia politica, & Principes pios, sive in thesi, fallit vero quandoque in hypothesi.

5. Decl. (2) quatenus nimirum Cancellaria ex viris integris, conscientiosis & rerum peritis ac doctis constat, denn sonst wird die Cantzley ein wagen, worauf des Regenten wohlfahrt ins verderben geführet wird. In der losenden welt 1704. p. 143. ist diese Inscription einer Cantzley oder Raths-stuben zu lesen:

Ist einer, der ihm traut ein rechter Rath zu seyn,
Der tret ohn alle scheu in dieses zimmer ein:
Ihm stehet unser dienst, der hof und pallast offen;
Doch hör er erst, was wir von einem solchen mann,
Der uns recht dienen will, vor qualitäten hoffen.
Gelehrt ist nicht genug, weil diß auch mancher kan,
Der seines Fürsten pest und schädlicher verräther,
Des landes satan ist: Mein solcher übelthäter
Verlang ich nimmermehr. Der rath, den ich begehr,
Soll jedem, der es sucht, ertheilen gut gehör.
Des Fürsten hertze sey, der ihn von hertzen liebet,
Ohn ansehn der person, ohn furcht und ohne scheu,

Wie sein gewissen ihm es auf die zunge giebet,
Entdecken, wie dem land und Herrn zu helffen sey.
Auf seines Fürsten ehr und nutzen einig sehen,
Nicht achten, was gefahr und noth daraus entstehen,
Und ihm erwachsen mag; geschencke weisen ab,
Verschweigen, was er weiß, biß in das dunckle grab.

Conf. quæ habet *B. Dn. Fritschius Part. alt. Syllog. varior. tractat. juridico-Polit. p. m. 356.*

XXXVI.

1. **HEute haben wir einen feyertag, aber zu Castell (*a*) mistet man die ställ.** Hic dies a nobis celebratur, a Cestellensibus vero stabulum expurgatur; h. e. Hic dies Herbipolensibus festus, Castellensibus vero nefastus & ater est.

2. (*a*) Denotat h. l. arcem, quæ in monte a præcipitio suo der steigerwald dicto, apud nos in Franconia sita est, & nomen dedit antiquissimæ Castellanorum Comitum, originem suam Franconiæ Ducibus debentium, familiæ: vocat quidem assertionem hanc de eorundem origine in dubium *Clariss. Tenzelius in Bibliotheca Curiosa de anno 1704. p. 919.* & quidem eapropter, quia *Melchior Adamus Pastorius*, cujus Franconiam redivivam ibi recenset, sibi ipsi non constaret, dum Laudatorum Dominorum Comitum communem stipitem *p. 516. Marquardum, p. 157.* vero *Meningaudum* nominaret. Sed salva res Pastorii est. Meningaudus enim, vel ut ab aliis adpellatur, Meningardus, & Marquardus fuerunt Castellani Comites, nec sibi opponuntur, sed alter ab altero descendit; ille Comitem a Rotenburgo Endsee & Castello se nominavit, hic vero Comitis de Castell nomen speciale primus assumsit. Meningaudus com-

communis parens & plantator Comitum Rotenburgi, Endſe & Caſtellanorum eſt, Marquardus vero peculiarem lineam, Rotenburgenſibus & Endſeenſibus contradiſtinctam, Caſtellanam nempe, conſtituit. Ille eſt ſtipes mediatus, hic vero immediatus, uterque a *Gosberto* Franciæ Orientalis Duce deſcendit. Conferri poſſunt hanc in rem *Tabulæ Genealog. Rittershuſii. Bucelinus in Germania topo-chrono-ſtemmatographica Partis II. part. 3. Spenerus Hiſtor. Inſign. L. 2. c. 12. §. 1. p. 413. Imhoff in Notit. Procer. Germ. L. 8. c. 1. §. 2. Auctor* des Europäiſchen Herolds *p. m. 401. Lucæ* in dem uralten Grafen-ſaal *P. 2. p. m. 889.* qui ad unum omnes conveniunt cum chronicis manuſcriptis Caſtellanis. Nugas ergo profert & fabulam *M. Hieronymus Zieglerus* in brevi de Comitum Caſtellanorum origine & tractatione ſcribens, *Majores Caſtellanorum Comitum ex Italia originem duxiſſe.*

3. Originem hujus proverbii quod concernit, illa talis eſt: Anno Domini 1268. (prouti refert prædictus Zieglerus) „Berchtoldus a Sternberg ſucceſſit „Conrado Epiſcopo, & concorditer electus eſt per „Capitulum in Epiſcopum Herbipolenſem. Erat „tum temporis inter Canonicos Eccleſiæ Cathe„dralis Herbipoli Berchtoldus, Comes de Henneb., „qui Epiſcopatum adfectans, in electionem Berch„toldi a Sternberg conſentire nolebat, imo ipſe Epi„ſcopus eſſe præſumebat. Quare, ut compos voti „fieret, anno proxime inſequente poſt electionem „domini de Sternberg. in Hennebergenſis Canonici „auxilium venerunt Hermannus Comes de Henne„berg, & Henricus Comes ac Dominus in Caſtell. „Dicti igitur Comites ex parte Berchtoldi de Hen„neberg adverſus Canonicos Capitulares expeditio„nem inſtituunt: infeſto exercitu ditionem Eccle-

„ſiæ,

„ſiæ Wurzburgenſis ingreſſi recta Wurzburgum „tendunt, Berchtoldum de Henneberg, Canoni- „cum, invito etiam ipſo Capitulo Epiſcopum & „Ducem Franciæ Orientalis inducere & facere co- „nantur. Quibus Decanus Eccleſiæ Cathedralis „cum ſuis intrepide occurrens, apud Hizingen im- „providos, & nihil ſuſpicantes, adoritur, caſtra op- „pugnat, hoſtem cædit, ſternit, fugat & victor glori- „oſe evadit. Facta eſt hæc clades A. D. 1269. in „ipſo die S. Cyriaci. Ex parte Capituli fuere Fri- „dericus & Crafto Comites de Hohenlohe, & Con- „radus de Weinsberg, qui Eccleſiam & Canonicos „Capitulares fortiter defenderunt. Occiſi ſunt ea „die ab hora prima usque ad ſextam plus quam „quingenti viri: ducenti captivi abducti ſunt, „cæteri fuga ſibi ſalutem quæſiverunt, &c „Hinc Eccleſia Herbipolenſis diem S. Cyriaci ſo- „lennem & feſtum eſſe juſſit, feriatur quippe etiam „hodie Herbipoli eo die, celebranturque feſta am- „burbialia annuatim, ſicuti in feſto Corporis Chriſti, „& fere celebrius propter gratiarum actionem pro „parta illa victoria. Hinc proverbium habent eo „die Herbipolenſes, & dicunt: hodie Herbipolen- „ſibus dies feſtus eſt, Caſtellenſibus nefaſtus & alter. Huc usque *Zieglerus* qui A. 1548. hæc ipſa publici juris fecit. Concordant cum eo chronica manu- ſcripta Caſtellenſia & Herbipolenſia, quæ cauſam hujus cladis fervori Caſtellanorum Comitum tri- buunt, quippe qui prælio ſe commiſerunt, antequam Comes Henneberg. ſuas cum illo conjungere potuit auxiliatrices copias. Et hic dies Cyriaci hodienum Herbipoli ita celebratur, ut ſolennis aliqua proceſſio illa die habeatur a civibus & clericis, vexillum illud das pannier circumferentibus, quo in prælio hoc, Comitatui Caſtellano exitioſo, uſi fuerunt Herbipo- lenſes.

lenses. Conf. Lorentz Friessens Würtzbergische chronick, so zu finden unter denen von Herren Ludwigen edirten geschichtschreibern vom Bißthum Würtzburg. *p. 586*.

XXXVII.

1. DEs Keyser Carls warmes bad
Ist eines nutzen, des andern schad.

Thermæ Carolinæ uni nocent, alteri vero prosunt.

2. Ratio quia sicuti subjecta humana valde sunt diversa; ita etiam diversis laborant morbis, & affectibus: nec enim virtus panaceatica, ut ita loquar, illis tribuenda erit. conf. *Dn. Tenzelius in Bibliotheca Curiosa anno 1704. p. m. 67.* Quidam medice non vivunt, nec bonam observant diætam. Quidam immodice thermis utuntur, & eatenus utique verum est:

Imminuunt vitam balnea, vina, Venus.

Quidam denique destituuntur benedictione divina. Wem es helffen soll, der nehme in acht, was über dem Döplitzer warmen bad geschrieben stehet:

Ad lavantem:

Dium munus habes, cœca tellure, reclusi
Gurgitis, huc propera, qui male-cunque vales.
Funde preces, Jovaque fidem, certumque levamen
Expete, opem tepidis invenies in aquis.
Inde DEI memor immensæ virtutis, in istam
(Hæ thermæ ut videant) ære repone thecam.
Non quisquam hoc urget, pietas te cogat, & ipsa
Gratia, quam debes pro bonitate DEO.

vid. *Misander in Del. Bibl. V. T. 1691. p. 1084.* ubi insimul originem thermarum Carolinarum ita recenset: A. 1370. befand sich Keyser Carl IV. auf der jagt, indem nun die windhunde hin und her lieffen, tritt ein

hund

hund ungefähr in das sehr warme wasser, und fängt an zu schreyen, da nun der Keyser mit andern hinreitet, und das siedend-heisse wasser gefunden, es auch nebst seinen Medicis heilsam befunden und an seinem eigenen schmertzen probiret, hat er darauf befohlen, man solte den Ort saubern, bauen und bewohnen, wie auch geschah. Et hæc ratio quoque est, quare thermæ ita nomen suum habeant a Carolo.

XXXVIII.

1. **Clausula codicillaris (*a*) ist ein kraut (oder pflaster,) das alles heilet. Clausula codicillaris herba sive emplastrum est omnia sanans. Hinc quoque dicitur medicina, emplastrum universale, herba betonica.**

2. (*a*) Clausula codicillaris est nihil aliud, quam enixa voluntatis testatoris expressio, in testamento ideo facta, ut si illud non possit valere ut testamentum, valeat tamen ut Codicillus, *L. ex ea scriptura 29. §. 1. ff. qui test. fac. poss.* Formulam solenniorem vide apud *Zepperum de Codicillis c. 4. n. 9. sqq. p. 30. & in Hoppii Com. Inst. tit. de codicillis p. 548.*

3. Ratio, quia illa vitiis, propter quæ testamentum per se valere aut subsistere non potest, ita medetur, ut testamentum alias in se invalidum, habeat effectum, & quidem causam testati redigendo ad causam intestati, dum scil. heredes ab intestato, vel in priori testamento scripti, rogati censentur, ut hereditatem cæteraque relicta restituant iis, qui in testamento, clausula codicillari subnixo, heredes sunt instituti, vel quibus aliud quid relictum. *L. 3. ff. de Test. milit. L. 41. §. 3. de vulg. & pupill. subst.*

4. Declaratur, quod clausula codicillaris illos tantum suppleat defectus, qui in testamento circa so-

len-

lennia aut heredis institutionem sunt commissi. *L. ult. §. f. C. de Codicill.* conf. *Carpz. P. 3. c. 1. d. 42. C. 4. d. 39. Struvius in Jurisprud. Rom. Germ. For. tit. de Codicill. aph. 4.* E.g. quando priori casu quinque tantum, aut etiam plures adhibiti quidem testes, non tamen rogati; posteriori vero si nullus heres institutus; si filius præteritus, aut non recte exheredatus, *Hoppius d. l. p. 549.* Dissentit quoad præteritionem & exheredationem *Wisenbach. Disp. Jur. Civ. de Codicillis 29. n. 21. p. m. 305.*

5. Effectus inter testamentum per se subsistens, & clausula codicillari valens, hic est, quod illo modo tota hereditas devolvatur ad heredes in testamento scriptos; hoc modo vero Trebellianica ipsis detrahitur ab heredibus ab intestato succedentibus, quippe qui rogati censentur, ut heredibus scriptis hereditatem restituant. *Hoppius d. l. p. 550.*

6. Fallit Regula nostra quoad illos defectus, qui voluntatem aut habilitatem testatoris concernunt. *L. 11. §. 1. de Leg. 3.* quod quidem ad Codicillum nihil amplius requiritur quam habilitas personæ & voluntas testatoris coram quinque testibus exposita, *Excell. Strykius ap. Barbos. in Thes. Loc. Com. sub voc. Codicillus ax. 4. & Hoppius d. l. p. 549. Zepperus d. l. c. 4. n. 84. p. 51. Strausius Wittenbergensium ICtus in Diss. de Clausula codicillari sub ejus præsidio habita th. 6* E.g. quando non satis constat de voluntate testatoris, quando impubes, filiusf. testamentum condit. *Carpz. P. 3. C. 4. d. 29. n. 2.*

7. Fallit (2) quando non adsunt debita Codicilli requisita v. g. quando ille actu continuo non fuit factus, aut quinque testes eidem non interfuerunt, scil. in tali casu, ubi in testamento solenni septem alias adhibendi testes; quoties enim minori numero testium testamentum valet, toties etiam ad

codi-

codicillum pauciores quam quinque sufficere certum est, de quo vid. *Hoppius d. l. p. 545. Strykius d. ult. l. ax. 1.*

XXXIX.

1. TRes faciunt collegium. (*a*) Est quidem proverbium idiomate latinum, sensu tamen lippis ac tonsoribus notum.

2. *(b)* Collegium est plurium personarum ejusdem potestatis & muneris, rerumque ad id pertinentium societas, Principis auctoritate firmata. *Almers in Manuali Jur. sub voc. Collegium.* Deinde vox collegii accipitur pro certo corpore, universitate, conventiculo, qualia sunt illa ICtorum, Opificum & artificum collegia. *Wegnerus in Com. ad tit. de V. S. l. 85. p. m. 220.* quæ ultima significatio hujus loci est.

3. Ratio, quia in duabus personis non invenitur major pars, unde id, quod debet expediri per universitatem, non potest expediri per duos discordantes vel dissentientes. *Jacobus Rigos a Malosco in Com. ad t. ff. de V. S. L. 40. §. 5. p. 174.* conf. Keyser *de Reipub. constitutione c. 8. p. m. 67.*

4. Probatur parœmia nostra per *L. Neratius 85. ff. d. V. S.* ita enim ibi habetur: *Neratius priscus tres facere existimat collegium.*

5. Decl. ut procedat ratione constitutionis, ubi minimum tres requiruntur personæ, *Rigos a Malosco ad d. l. 85. §. 2. p. 268. Wegnerus d. l. n. 2. Vigelius in Methodo Iuris Cont. L. 3. c. 10. n. 59. p. 611. Liebenthal. Exerc. Pol. 5. n. 67. p. 247. Stypmannus de Referendariis c. 7. n. 62.*

6. Fall. quoad collegii conservationem, quandoquidem ejus jura per unum etiam conservari queunt. *L. sicut 7. §. ult. ff. quod cujusque Univ. nomine. Wegnerus d. l. Stypmannus d. l. n. 63.* & ibi allegatus

Carpz.

Carpzov. P. 1. C. 26. d. 3. Berlich. 1. Conf. 42. n. 10.

7. Fallit (2) quoad Christianorum Collegia. Ita enim habet *Matth. c. 18. v. 20.* Wo zwey oder drey versammlet sind in meinem namen, da bin ich mitten unter ihnen, adeo ut etiam duo ad constitutionem sufficiant. Conf. omnino *Guid. Papa decis. 258. p. 171.* Quamvis, si dicendum quod res est, hoc ipso, dum Christus in medium duorum accedit, numerus binarius in ternarium mutatur.

XL.

1. **Laß dich in kein compromiß (*a*)**
Du verliehrst die sach, das ist gewiß.

Non compromittas, causa certo cadas.

(*a*) Est compositum ex præpositione *cum* & voc. *promissum*, ita ut ratione derivationis nihil aliud sit, quam simultanea partium promissio, qua sua sponte ad alicujus arbitrium suam remittunt controversiam, qui deinde arbitri compromissarii dicuntur, schieds-richter. Græci nominant eos αἱρετὰς δικαστάς. Differunt isthinc arbitratores, μεσιτεύοντες, die schieds-männer, theilungs-leute, qui id solum agunt in controversiis, ut, an possint partes componere per modos, quos istis suggerunt, experiantur. De quo vid. *Dd. ad tit. ff. de Recept. arb.*

2. Ratio quia in judicio compromissorio ita lis deciditur, ut illi apices juris, quibus alioquin vitiligator vel Judicem vel adversarium decipere potest, susque deque habeantur; quandoquidem finis compromissi est, ut abbrevientur lites, *Lauterb. in Comp. Iuris tit. de Recept. arb. lit. F. p. m. 90. Winther in Parthenio litigios. l. 2. c. 4. n. 23. p. 310.*

3. Declara ergo, quod illis tantum, qui malam

fovent causam, compromissum non conducat. *Hertius in Tract. de Select. & Rar. Jurispr. argum. & quidem de parœm. Jur. Germ. l. 1. par. 15. p. 420.* aut de bono animo arbitri non satis certi sunt. Quænam cautelæ alioquin circa compromissum adhibendæ sint, vid. *Stryk in Introd. ad prax. for. c. 2. §. 3. Brederodius de Cautelis p. m. 18. & 34. Tenning. in tr. Cautelarum caut. 136. n. 4. p. 605.*

XLI.

1. CRedit ist besser denn baar geld. Fides melior est præsenti pecunia. Alias ita: Melius est nomen bonum quam divitiæ multæ. Est dicterium, quod in omnium fere ore versatur, & cujus mentionem facit *Dn. Adrian Beier in Diss. Acad. de Dissimulatione th. 36.*

2. Ratio quia ille, cui fides habetur, mutua non tantum pecunia, sed & quibusvis mercibus, etiamsi pecunia præsenti destitutus sit, potiri potest: ille v. cui fides non habetur, nil sibi comparare potest, nisi præsenti pecunia interveniente, man trauet ihm nicht weiter, als er geld hat. Marsupio exenterato, nullus locus deinde consilio est.

3. Declara, imprimis hoc quoad mercatores valere. Conf. *Anonymi* curiöse *Speculationes p. 207. seqq.*

XLII.

1. EInes Creditoris vorlauf (*a*) soll dem andern nicht schaden. Unius creditoris præventio alteri nocere non debet.

2. (*a*) Per hanc vocem intelligitur præventio, die prævenirung, wenn einer dem andern zuvorkommt, & quidem non ratione prioritatis obligationis, sed im-

immissionis sive pignoris prætorii, quod tantum servandæ rei causa, & ut ejus tædio debitor eo citius satisfaciat creditori, decernitur, ita, ut prius immittatur, quam alius creditor, forte antiquiorem obligationem habens. Sensus igitur parœmiæ huc redit: quando creditor quidam immittitur in bona debitoris, & hic plures habuit creditores, tunc per hanc immissionem impetratam, reliquis creditoribus non præjudicatur.

3. Ratio, quia decretum talis immissionis semper intelligitur salvo jure tertii, & si preces veræ fuerint. Vnde quoque tale pignus prætorium revera non pignus est, sed effectus tantum quosdam pignoris habet. *Hertius in Tr. de Sel. & Rar. ex univ. Jurisprud. Argum. de parœm. Germ. L. 1. par. 49. §. 12. p. m. 495.*

4. Fundatur in *L. cum unus 12. ff. de Reb. Auct. Jud. Poss. L. 15. cui 5. §. si plures & §. 4. qui prior ff. ut in poss. legator. &c. L. 1. C. de Diversf. Rescr.*

5. Declara, regulam procedere, si tantum nudæ custodiæ causa aliquis creditorum immittatur, *Mevius P. 5. d. 3. n. 2.* Aliud ergo est, si ex secundo decreto fiat immissio, quæ & possessionem & usum rei pro credito creditori concedit, *Id. Mevius c. l.* Effectus, quod si debitor excutiendus sit a creditoribus, qui sibi de ejusmodi immissione prospexerunt, pignora ad concursum conferri debeant. conf. *Diss. de Casibus in foro controversis sub illust. Dn. Stryk Halæ Magdeb. habita Disquis. 3. p. 4. sqq.* ita, ut hic nihil dicere relevet: *Jura viligantibus scripta.*

6. Fallit in Belgio, vid. *Hertius d. l.* obstat *L. 15. C. de R. V.* quod semper ejus causa potior, cui res prius tradita. Conf. *parœm.* Wer ehe kommt, mahlt ehe.

XLIII.

1. CReißtäge (*a*) creutztäge. Diætæ circulares diætæ cruciabiles, h. e. Conventus Statuum circulares valde excruciant subditos.

(*a*) Ita dicuntur conuentus illi, quos Status ad circulum sive regionem quandam provinciarum, ex diversis constantem vicinis ditionibus pertinentes, quandocunque necessitas postulaverit, instituunt deliberaturi de pacis publ. conservatione, & præsentibus circuli necessitatibus. vid. *Wehner in Obs. Pract. Besold. in Thes. Pr. sub voc.* creißtag. *Speidelius in Speculo sub voc.* creiß. Opponuntur conventibus imperii, denen Reichs-tägen, in quibus de rebus salutem totius imperii concernentibus deliberatur, ut & conventibus Comitum, denen Grafen-tägen, in quibus de negotiis dignitatem & utilitatem Comitum recte tuendam attinentibus consultatur. add. omnino *Diss. Inaug. Dn. Funckii. De Imperii circulis eorumque conventibus Altdorffii 1670. habita.*

2. Originem quod concernit, hæc illis temporibus debetur, ubi post pacem Osnabrugensem conventus circulares pro hospitandis Suedicis militibus, ipsorumque satisfactionibus sæpius repetiti & reiterati. *Burgoldens. ad Instr. Pac. P. 3. d. 7. §. 2. p. 56.*

3. Ratio quia conventus circulares non tantum in se sumtuosi sunt, sed & natura negotiorum inibi tractandorum, aurum exigit & argentum, da werden in einem jahr öffters mehr denn hundert Römer-monate außgeschrieben, quod subditum valde excruciare solet, so, daß auch jener bauer gesagt: Er wolte, die Römer behielten ihre monate, deren so viel auf ein jahr giengen, und liessen den Teutschen ihre alte und gezeichnete 12. monate, deren 12. ein jahr ausmachten, uti

uti testatur *Speidelius in Speculo sub voc.* Römerzug *p. 1081.*

4. Decl. ergo, ut imprimis procedat quoad negotia extraordinaria, quæ circuli necessitates respiciunt, & calamitates bellicas: de ordinariis enim quæ pacis publicæ conservationem, mandatorum imperialium executionem, reique monetariæ curam pro objecto habent, aliud dicendum.

XLIV.

1. **Arme leute haben arme creutze.** Pauperibus hominibus pauperes, h. e. viles & exiles præferri solent cruces. Meminit hujus *Dn. Adrian. Beier in Tr. de Conviciis Opificum P. 2. §. 7. p. 41.* Scilicet apud Catholicos & in nonnullis locis Germaniæ apud Augustanæ Confessioni additos, (ut hic in Franconia & in Saxonia;) quando celebrantur exequiæ, ante Scholares præferri solet crux aliqua elevatior, hac observata plerumque distinctione, ut pro qualitate defunctorum differat quoque qualitas crucis. Hinc natum videtur esse proverbium: Arme leute haben arme creutze, quo nihil aliud vult indicari, quam quod pauperes, & vilioris notæ homines, contenti sint simplici & tenui apparatu, sie brauchen keines staats.

2. Ratio quia, qualis persona, talis quoque esse solet adparatus: Talia sunt prædicata, qualia permittuntur esse a suis subjectis.

3. Declara, quod non tam de Jure, quam de facto intelligendum sit hoc proverbium. Conf. *Jacob. c. 2. v. 1. 9.*

4. Optime etiam quadrat præsens nostra paroemia ad cruces istas auro & gemmis distinctas, quas e collo pendentes habere solent foeminæ; quo enim opulentiores istæ sunt, eo preciosioribus etiam se ornant crucibus, & quo pauperiores sunt, eo vilioris etiam pretii crucibus gaudent.

5. Deinde notandum, quod paroemia hæc a nonnullis etiam ita intelligatur, ut sub crucis nomine veniant calamitates, hoc sensu, quo vilioris homines sunt conditionis & fortunæ, eo vilioribus quoque obnoxii sunt calamitatibus. Regibus regia, divitibus dives & vilibus vilis crux est. De illo dicterio: Die pfaffen tragen die kleinen creutzlein hinten nach, die bauern die großen voran, vid. *Lausius in Consultat. p. 233.*

XLV.

1. Es wäre alles gut, wenn nur das und das nicht wäre. Omnia recte se haberent, nisi hoc & illud esset, uno verbo: Das Nisi: Est dictum, quo tunc utimur, quando aliquid affirmatum vel negatum, probatum, promissum aut laudatum est cum restrictione & limitatione, nec non quando aliquid factum est ex omni parte haud perfectum.

2. Ratio, quia, sicuti minima circumstantia variat rem; ita etiam τὸ das und das, vel das *Nisi*, regulariter ponit contrarium ejus, quod universaliter antea dictum est. *L. 2. §. 5. ff. de Custod. & Exhib. reor.* Richter in *Tr. de significatione adverbiorum sub v. Nisi. p. 489.* Hinc

Si Nisi non esset, perfectus quilibet esset,
Sed pauci visi, qui caruere nisi.

3. De-

3. Declar. quod τὸ nisi, Es wäre denn das und das nicht, excipiat, & vim habeat negationis, si adfirmativa præcesserit oratio, præcedente vero negativa, subsequens particula nisi importet affirmationem. *Wehner in Obs. Pract. sub voc.* Es wäre denn *p. m. 97.* Richter *d. l. Strauchius in Lexico particularum Juris sub v. nisi n. 3.*

4. Ampliatur, ut idem dicendum sit de dictione: *Si non:* paria enim sunt, *nisi* & dictio *si non*, quia excipiunt ab iis, quod præcedunt, Richter *d. l.* & particula *nisi* composita est ex *si* & *non. Strauch. d. l.* add. *Zeilerus in Opere Epist. t. 1. Ep. 29. Cent. 2. p. 380.*

XLVI.

1. **Man soll einen degen 60. jahr lang tragen um einer einzigen bösen stunde willen.** Ensem sexaginta annos propter unam horam malam gestare debemus, h. e. vigilare semper, & ad arcendam vim, quæ accidere potest in tam longo tempore, parati esse debemus. conf. omnino *Hertius in Select. & Rar. ex Univ. Jurisprud. argum. L. 3. par. 3. p. 631.*

2. R. quia accidit in puncto, quod non speratur in anno. Præcavenda ergo sunt futura pericula *c. de syracusana 13. dist. 28. c. designata 2. dist. 51.* Nec unquam culpabilis vigilantia est. Sapientis enim est, non tantum id, quod ante pedes, sed & quod futurum est, prospicere. *Terent. in Adelph. A. 3. sc. 3.* In tempore malo parare medicinam omnium rerum primum est.

3. Ampliatur quoque ad omnes cautiones necessarias, quæ nunquam omittendæ, cum incidere queat tempus, in quo earum usus esse potest, *Hertius*

d. l. adeo, ut ille, qui eas negligit, & sic damnum caussatur suo domino, eo nomine conveniri queat. Hinc ipse Apostolus fideles etiam hortatur: Ergreiffet den Harnisch Gottes, auf daß ihr, wenn das böse stündlein kommet, widerstand thun und alles wohl ausrichten, und das feld behalten möget.

XLVII.

1. **Es ist viel an einem guten deuter gelegen.** Bonum interpretatorem habere multum refert.

2. R. quia actus dubii, imo & mali, accedente benigna interpretatione, verti possunt in bonam partem. Nihil est, inquit *Terent. in Phorm. A. 4. S. 4.* quin male narrando possit depravarier.

Si bonus interpres, nunquam mala verba nocebunt;
Sin malus interpres, nunquam bona verba juvabunt.

Germani dicunt:

Es sey gleich etwas böß oder gut;
Nur alles am deuter liegen thut.

vid. Zeiler P. 1. Epist. 62. p. 174. ab initio. Imprimis autem tunc benigniori opus est interpretatione, quam alicui ex imprudentia verbum quoddam lapsum est. Denn es entfähret offt einem ein wort, und meinet es doch nicht also. *Sirac. c. 19. v. 16. & c. 6. v. 5.* vid. *Schilter in Not. ad Wehner. Obs. Pract. sub v.* Deuten *p. 82.*

3. Exempli loco referendarios allegabimus, qui relationibus suis Principum animos occupare, remque & male & bene, prout scientia vel affectus hoc istis suggerit, explicare, adeoque etiam subditis & omnibus illis, quorum interest, nocere possunt. Quid? quod ipsum etiam verbum Dei per male feria-

riatos interpretes sæpe detorquetur in sensum minus genuinum.

XLXIII.

1. DEn dieb soll man häncken,
Und die hur erträncken.

Fur laqueo & meretrix aqua suffocari debet.

2. Ratio prioris, quia constitutione Friderici Imperatoris & Carolina criminali, & quidem *art. 160. seqq.* expresse ita dispositum est; ratio rationis, quia crescente delicto furti, pœna quoque ejus exasperari debuit, ut alii inde caperent exemplum. Ratio posterioris, quia ab Imperatore Justiniano pœna suffocationis infanticidis statuta est. De furibus etiam hæc circumfertur parœmia: Stehlen ist bey hencken verboten. vid. *Beieri Log. Jurid. L. 3. C. 11. §. 7. p. 299.* Pertinet huc quoque illud dicterium: Die fischer sind nirgends besser, als im wasser, die diebe als am galgen, die mönche als im closter. *Beierus in Architect. Jenens. C. 35. p. 406.* Quare autem fur præcise laqueo suspendi, infanticida vero aquæ suffocatione puniri debeat, cum & alio ultimo supplicio adfici queant, non satis liquet. Ratio infanticidii pœnæ finalis extat in *§. 6. I. de Publ. Jud.* ut sc. infanticida omnium elementorum usu vivus carere incipiat, & ei cœlum superstiti, terra vero mortuo auferatur. Sed de hac in præsenti non est quæstio. Conf. tamen *Nævium in Diss. de parricidio & infanticidio sub ejus præsidio Witteb. habita per tot.*

3. Pœna laquei furibus dictanda probatur per Landrecht *Lib. 2. art. 13.* ubi expresse habetur: den dieb soll man hencken. Quoad summæ determinationem vero quod sc. fur strangulationis pœna adficiendus veniat, si ultra quinque solidos furetur, pœna

hæc a *Friderico* Imperatore, deinde a *Carolo V.* confirmata fuit *in Const. Crim. art. 160.* add. *Arumæus Exerc. 17. Inst. §. 7. p. m. 1017. Cludius de Condictione furtiva c. 50.* Pœna vero infanticidii fundamentum suum habet in supra all. *§. 6. I. de Publ. Jud.* ut & *in Const. Crim. art. 131.*

5. Declaratur quoad furem ita, ut procedat, quatenus furtum ad pœnam laquei satis est qualificatum, h. e. omnes circumstantiæ ac requisita adsunt, quæ poena ista præsupponit. vid. *Schneidevv. in Com. I. tit. de furto §. f. n. 7. p. m. 1023.* Nimirum 1) res furto subtracta debet valore excedere quinque solidos aureos, und also mit der Lagio 20. fl. Käyserl. oder Rheinisch, und noch so viel groschen darüber, als auf einen ducaten über die 4. fl. heut zu tag auffgegeben werden. Ratio, quia poenalia odiosa, & hinc restringenda sunt, quod fit, quando ad verum valorem & pretium alicujus solidi respicitur, conf. *Dn. D. Berger in Elect. Jurisprud. Crim. c. 2. §. 7. p. 43.* E contrario non relevat, si fur viliori pretio rem furto subtractam vendiderit, adeoque quinque solidos non acceperit, modo dominus illius desuper juraverit, & rem illam pluris æstimaverit. *Id. Dn. D. Berger d. l. p. 44.* (2) Furtum factum esse cum effractura vel per loca insolita, vel ab armato, vel etiam, si illa cessaret, magnæ esse qualitatis, wenn er gar zu malitiös oder gar zu groß wäre, *Stephan. ad Const. Car. V. art. 160. p. m. 192. seqq.* Sola ergo pecuniæ summa etiamsi quinque solidos aliquantum excedat, non sufficit ad laquei supplicium *Stephan. d. l. ad art. 159. p. 191.* Quid vero in furto reiterato juris est? Resp. quando quis secunda vice furatus sit, nec tamen aliquid effregit, rupit &c. prudentum consilio standum, utut furtum utrinque quinque solidos excedat. *Stephanus d. l. p. m. 193.* Aliud si quis tertium furatus sit: Sic enim sine distinctione ultimo affici debet supplicio, sive

illa

illa tria furta magna vel modica sint, (modo non sint nimis parva aut cum magno dolo non conjuncta) sive pro duobus prioribus furtis fur poenam sustinuerit, sive non; *Stephani d. l. p. 194. Dn. Berger in Elect. Jur. Cr. C. 2. §. 6. p. 39.* Sed an effractio requiritur? Resp. non, modo de corpore delicti constet. *Blumlacher ad Const. Car. V. art. 162. n. 4. seqq.* ubi simul deducit, quam difficile sit corpus delicti demonstrare, si effractio non praecesserit. Quicquid autem horum omnium sit, usus fori Germ. in furto simplici, eodemque tertio, poenam capitis vix aliter admittit, quam concurrentibus tribus his requisitis: (1) ut quantitas rei furtivæ quinque solidos excedat, (2) eadem non sit restituta, (3) fur jam semel a judice sit punitus *Bergerus d. l. p. 40.*

5. Declaratur quoad meretrices, ita ut illas tantum concernat, quæ innocentes interficiunt infantulos.

6. Fallit laquei poena in foeminis furantibus, quæ aquis æque ac infanticidæ suffocantur *art. 159. Const. Crim. Car. V.* Quamvis & foeminam ob furti crimen laqueo punitam fuisse, hic in Franconia meminerim, quod forum Saxonicum redolet. Plures fallentias ac exceptiones vid. ap. *Struvium in Diss. sub ejus præsid.* **von ungehangenen dieben** *Jenæ habita per tot.*

7. Fallit poena suffocationis aquæ in illis foeminis, quæ partum contra figuram humani generis creatum e medio tollunt, *Stephani c. l. art. 131. p. m. 161.*

XLIX.

1. **Der müller mit der metzen,**
Der weber mit der gretzen,
Der schneider mit der scheer,
Wo kommen die drey diebe her?

It.

It.

Ein schalck und müller,
Eines meisters schüler
Sind stets gesellen,
Geschickt zum stehlen.

2. Molitor enim mensura decipit, und ist das beste in der mühle, daß die säcke nicht reden können; Textor subducit glomos eosque projicit in corbem animo sibi habendi? sartor vero forfice rem contrectat alienam, & ea plerumque ita discindit pannum, ut majora sæpe sint segmenta, die abschnitte, quam partes, ex quibus conficienda vestis. conf. *Beierus de Artificibus Palatinis P. 1. c. 10. p. 89.*

3. Hinc est, quod molitorum & textorum liberi olim adeo exosi & indigni, qui in aliorum opificum reciperentur collegia, fuerint habiti, donec per reformationem *Pol. de A. 1551. t. 37. & Ord. Pol. de anno 1577. t. 38. §. 1.* id mutatum, ac prohibitum, adeo ut hodie ne quidem pro levi macula notatis sint habendi, *Struvius in Iurispr. Rom. Germ. For. L. 1. t. 14. §. 9.* conf. *Beierus de Collegiis opificum C. 5. n. 225. p. 65.* quamvis hodienum in nonnullis locis ab opificiis excludantur *Dn. Beier in Tyrone n. 284. p. 60.* (2) quod plerumque in patibulis exstruendis & furibus suspendendis operam suam præstare teneantur, sie müssen gemeiniglich die leiter tragen. (3) quod si frustum panni apud sartorem inveniatur, illud furto ablatum esse præsumatur, *Crusius de Indiciis delictorum c. 26. P. 1. p. 136. n. 19.*

4. Decl. quod valeat plerumque, & quoad majorem partem, ita ut pauci excipiendi sint; unde etiam illi, qui interrogabat: Warum man die diebe nicht hencke? responsum fuit: damit nicht das gantze handwerck untergehe, & Mantuano Duci, Nobilem aliquem

quem interroganti: ob er ihme nicht einen feinen müller, den er ietzo brauchte, zuweisen könnte? respondebatur: er wüste einen frommen, denn gestern hätte seines müllers weib einen sohn gebohren, den hielte er noch vor ehrlich. *Misander in Del. Bibl. V. T. 1695. p. 702. seqq.*

5. Ampl. ut idem de omnibus fere illis artificibus & opificibus dicendum sit, qui ex re nostra sive materia opus nobis aliquod efficiunt, wenn man denen handwercks-leuten die materiam geben muß, woraus etwas gemachet werden solle, wird man insgemein betrogen, und machen sie es nicht besser, als die müller, weber, und schneider.

Quomodo puniendi sint molitores & eorum consortes in furto deprehensi, vid. *Diss. B. Struvii de furibus a pœna laquei immunibus c. 4. §. 17. add. Carpz. in Prax. Cr. P. 2. q. 95. n. 46.* Qui molitorum poenam ad suspendium usque extendi posse tradit. Plura de molitoribus eorundemque fraudibus vid. *apud Dn. Misand. d. l.* ubi & hoc adfert, daß, als einsmahls einer gefraget, warum kein storch auf einer mühl sein nest habe? ihme diese antwort geworden: weilen sie sich fürchteten, daß sie möchten von denen müllern gestohlen werden. Conf. *Mylerus ab Ehrenbach in Metrologia c. 16. p. 344. seqq.* ubi molitores fures esse præsumi asserit.

L.

1. **Gelegenheit (*a*) macht diebe.** Occasio facit furem.

2. (*a*) Occasio h. l. significat causam impulsivam externam, quæ etiam incipiens, irritatrix, provocans ac primitiva dicitur, die veranlassung zu einem ding. conf. *Schilteri Prax. Anal. P. 3. c. 4. §. 6. Bertazolius de Claus. instrum. claus. 27. gl. 15. n. 2. Hartuung Met. Jur. c. 7. §. 21. in f. p. 255. add. Taber ap. Barbos.*

bos. sub voc. occasio ax. 3. Opponitur causæ impulsivæ internæ, quæ est v. g. avaritia, concupiscentia vel alius pravus adfectus, *Hartung d. l.* Sensus est: res male custodita sæpe provocat hominis pravum adfectum ad committendum furtum.

3. Ratio, quia natura nostra depravata ad peccandum prona & proclivis est, adeo, ut nisi coerceatur Spiritu Sancto, non facile occasionem peccandi e manibus patiatur elabi homo.

4. Confirmatur nostrum dicterium *L. 1. §. 11. C. d. Lat. Libert. toll. L. f. §. 3. C. de furt.*

5. E. g. quando quis pecuniam suam in mensam reponat, & abeat, interea vero aliquis in hypocaustum veniat aliquid ibi expediturus negotii, etiam pecuniam conspiciens eo abripiatur, ut illam auferat, ille fur occasione factus esse dicitur.

6. (2) Ex. est in inventoribus alienarum rerum, qui eas lucrandi animo retinent *§. f. l. d. R. D. & L. 43. §. qui alienum 4. ff. d. furt. vid. proverb.* einen fund verholen 2c.

7. Ex. (3) in emtione rerum furtivarum scienter facta.

8. Ex. (4) in administratoribus rationariis est, bey denen verrechneten dienern, oder rechnungs-beamten, welche, wann man ihre rechnung nicht abhöret, öffters untreu werden spe freti, fore, ut nunquam rationes eorum revideantur **Döpler in seinem getreuen rechnungs-beamten.** *P. 2. c. 13. n. 8. p. 494.*

9. Effectus est, quod horum furum, quia eorum contrectatio non adeo deliberata & odiosa est, pœna arbitraria, non vero ultimi supplicii sit. Quod tamen fallit in furto a famulantibus commisso, quia fures domesticos nemo potest effugere. *Philippi in Usu Pract. L. 4. ecl. 5. n. 9.* De illis, qui furti faciendi causam & commoditatem eo animo ostendunt, ut furtum fiat, vid. *Althusius in Dicælogica L. 1. c. 35. n. 13.*

13. Ampl. ut parœmia hæc etiam ad alia extendi queat peccata; hinc illud: Qui vult vitare peccatum, vitet occasionem.

LI.

1. **Kleine diebe hänckt man / große läßt man lauffen.** Furum minores suspenduntur, majores vero dimittuntur. Poeta canit:

Dat veniam corvis, vexat censura columbas.

2. Ratio (1) quia multi Judices personas respiciunt, potentes ac divites metuunt, aut eorum gratiam ambiunt, (2) quia fures majores non tam vi, quam alio modo illicito & dolo res alienas contrectant, v. g. usurarii, die verbotene zinße nehmen, und sich damit bereichern, (3) quia fures tanti sæpe sunt, ut ob eorum potentiam & eminentiam minime possint puniri. conf. *Esaiæ c. 1. v. 23.*

3. Confirm. per *L. tres tutores 55. §. 1. ff. de pericul. & Administr. tut.*

4. Declara, valere parœmiam hanc magis enunciative, quam adprobative, & quidem non tam ratione quantitatis, quasi scil. illi immunes sint, qui magnam furantur quantitatem, quam qualitatis personæ, quæ furatur, hoc sensu, quod furibus in dignitate, potentia & honore constitutis, parci soleat in infligenda pœna laquei. Plures declarationes vide apud *Sonnemannum in Legib. Notab. p. 472. in f.*

5. E. g. Administratores, Quæstores, Publicani, tutores, quando res fidei concreditas intercipiunt, & subvertunt, a pœna laquei immunes sunt. *Hoppius in Com. Inst. t. de Obl. q. ex del. §. 6. p. 795.* Sed sine omni omnino solida ratione, cum quo plus fidei exigitur in Administratore, eo gravius vindicanda veniat

niat ejus perfidia, *Dn. Io. Sam. Strykius Exerc. ult. Inst. th. 28.* vid. tamen *parœm. proxime præced.* Gelegenheit macht diebe. Quapropter etiam Legibus particularibus plerumque contrarium statutum reperitur, vid. *Hahnius ad Wesembec. t. de furt. n. 12. Sonnemannum d. l. p. 473. Carpz. P. 4. c. 41. d. 21. Schulz in synops. Inst. t. de pub. Iud. lit. l. & Hoppius ad eund. tit. p. 1305. Struvius in Diss. de furibus a pœna laquei immunibus c. 4.* Add. *Richteri Axiomata Politica ax. 377. p. 803.*

LII.

1. **Es ist besser einem Herrn dienen, der eine herrschafft verthun, als der eine gewinnen will.** Melius est tali servire domino, qui bona sua perdere, quam nova adquirere allaborat.

2. Ratio quia hic rerum suarum apprime curiosus & tenax, ille vero negligens & ad eas minus attentus est, hinc ibi plus compendii & lucri, quam hic faciendum est. Es giebt abschnitte bey dem geld-aufnehmen, bezahlen, güther verkauffen und verpfänden.

3. Decl. verum hoc esse quoad ministros ad lucrum hiantes, quibusque ex re qualibet bonus odor est, diese mögen es bey Keyser Nerone gut gehabt haben, der da, wenn er geld gebrauchet, zu seinen amtleuten gesaget: Scis, quid nobis opus est? fac, ne quis quicquam habeat.

4. Fallit e contrario quoad conscientiosos & honestos, qui lucro honorem præferunt & gloriam.

LIII.

1. **Herren-dienste sind kein ehe-gelübde.** Ministeria dominis addicta non sunt

nexus

nexus matrimonialis. Affine, si non plane simile, est illud: Herrn-dienst erbet nicht. Sensus autem huc redit: Nexus, qui dominum inter ejusque ministrum intercedit, dissolubilis est, ita, ut iste huic & hic isti repudiare & resignare possit officium.

2. Ratio, quia ligantur tantum contractu. *Mylerus ab Ehrenbach in Hyparchologia c. 4. §. 2. n. 4. p. 175.* Cujus ea natura est, ut tamdiu duret, quamdiu id concedenti libuerit, *Lauterb. in Compend. Jur. tit. de Precario lit. d. p. m. 605. Molenbecius divis. Jur. Cent. 2. div. 6. lit. a. n. 3. p. m. 234.*

3. Declar. modo resignatio fiat juste & sine injuria domini, *Mevius P. 2. dec. 12. n. 7.* nec certum sit præfixum tempus, cujus lapsus utique expectandus. Alias enim ancillæ & servi nostri conductitii ante lapsum termini abire, & nos deserere possent pro lubitu. Hinc si nullum tempus certum præfixum est, Judex ex æquitate aliquod tempus indulgere solet, quo de alio officiali, vel etiam servo conductitio nobis prospicere possimus.

4. Ampl. ut non tantum officialis abdicari queat ex beneplacito domini, *Mylerus d. l. n. 6. p. 176.* sed & vicissim officiali integrum sit resignare in manus inviti domini, *Mevius d. l.*

5. Limit. nisi ex contractu vel jure feudi officium aliquod concedatur. *Hertius in Select. & Rar. Jurisprud. Argum. de Paræm. Jur. Germ. L. 2. par. 9. p. 606.* Hoc enim casu etiam perpetuo manere potest apud aliquam familiam dignitas vel officium Magistratus.

6. Limit. (2) nisi propter infame crimen fiat remotio, utpote quo casu non satis est, removere aliquem ab officio, & deinde ministrum hujus & illius

incusare criminis, non! sed præcedere debet causæ cognitio, ne officiali fiat injuria. *Hertius d. l.* & *ibi allegatus a Sande L. 5. t. 10. dec. 2. Brunnem. ad L. 51. ff. de Manumiss. Testam.* Nec rem conficiunt hic calumniæ malevolorum, indignatio ipsius Domini, collegarum simultates, minime gentium! sed causæ omnino relevantes & coram DEO in foro conscientiæ valentes requiruntur, v. g. ineptitudo, negligentia & socordia, inobedientia, perfidia, pravi & Christianum indecentes mores, sive mala ratio vivendi, eine böse Conduite, virium ad officium rite administrandum defectus, unvermöglichkeit, quo casu tamen gratitudo pro præstitis operis testanda est emeritis. Vid. *Arnold. Mengering in Infor. Consc. Evang. p. 675.*

Exinde tale morale derivat Autor **gemeiner auslegung teutscher sprichwörter** *p. m. 166. & 238.* Quod nemo nimium fiduciæ in dominos suos collocare debeat.

LIX.

1. **Ein ieder dinget so genau als er kan.** Quilibet licetur vel contrahit quam minimo.

2. Ratio quia quilibet commodum suum promovere studet: hinc sicuti Venditor cariori pretio mercem distrahendi; ita emtor viliori eam comparandi votum gerit. *L. 8. C. Rescind. Vend.*

3. Declara, modo dolus absit, & cuilibet libera voluntas maneat, nec contractus læsionem enormem ultra dimidium veri pretii contineat *L. 2. C. d. Resc. Vend. Hertius in Select. & Rar. ex Univ. Jurisprud. Argum. de parœmiis Jur. Germ. par. 44. p. 480.* Aliud ergo dicendum quando emtor intelligit, venditorem in necessitate constitutum, & hinc ad rem vel

vel minimo pretio distrahendam coactum esse: hoc enim casu agendum cum eo ex æquo & bono, nec adflictio addenda adflicto est. Magis expedit, merce illa plane carere, & tranquillum esse in conscientia, quam potiri illa, & mentem habere conscientia exagitatam. Quam grave enim peccatum sit, einem armen, der aus noth etwas verkauffen muß, solches abschweißen, vid. Gerbers unerkannte sünden der welt *P. 1. c. 5. p. 48.* Idem dicendum, wenn einer seine sache gar zu theuer verkaufft, und meinet, es möchte ein ieder seine sachen so theuer verkauffen, als er könnte, Vid. *Luther. Tom. II. Jenens. Germ. tract.* von kaufs handlung *p. 466.*

LV.

1. IN Institutis, comparo vos brutis,
In Digestis nihil potestis,
In Codice scitis modice,
In Novellis comparamini asellis,
In des Reichs abscheid seyd ihr gar nicht kommen weit,

Famigeratissimus Dn. D. Kestner, Rinthelienstum Antecessor meritissimus, in dissert. de fatalibus §. 2. p. 4. subjicit: *In jure Naturæ docetis impure, In Jure Gentium estis instar flentium.* Ego vero addo: In Jure Canonico und Lehnrecht Seyd ihr beschlagen schlecht.
Et tamen creamini Doctores, o tempora o mores!

Est vulgaris lusus in doctorellos illos, die des macherlohns nicht werth sind, de quibus vid. *Giesenius de vita Academica P. 2. disp. 6. §. 40. p. 186.* Vbi protyronibus notandum, intelligi h. l. per

Instituta elementarem istam Corporis Jur. partem, quæ studium juridicum inchoantibus explicatur: per *Digesta* systema illud, in quinquaginta Libros divisum, & veterum ICtorum scita complectens; per *Codicem* Imperatorum constitutiones a Justiniano collectas; per *Novellas* illas constitutiones recentiores, quibus vetera loca emendantur, explicantur & supplentur; per Lehn-Recht consuetudines illas Longobardicas, quæ Corpori juris accesserunt, de quibus omnibus vid. *Molenbec. Divis. Jur. Cent. 3. Divis. 99. n. 1. sqq. p. 675. Kleinschmid in Præcognitis Jur. tr. 4. Sect. 11. reg. 13. p. 328. sqq.* Per Reichs-abschied constitutiones communibus Imperatoris & Statuum sponsionibus, in variis comitiis, successive conventas, & in volumen nunc redactas; per *Jus Canonicum* vero libros illos a Pontificibus collectos, ex decretis eorum, ut & canonibus, ac regulis patrum constantes, de quibus vid. *Molenbec. d. l. div. 100. p. 684. & Kleinschmidius d. l. p. 346.*

2. Ratio, quia hodie solennia Doctorum & Licentiatorum non professione vel eruditione, sed pecunia quæruntur, *Dn. Giesenius d. l.*

3. Exemplum luculentum præbet ille Batavus idiota, qui Pontamussi creatus fuit Doctor: Denn als dieser zum Doctor creiret worden, verwunderte er sich selbst darüber, indem er wol wuste, daß er der gröste, ungeschickteste ignorant war, moquirte sich derowegen mit denen Professoren, und liesse sie fragen, ob sie nicht auch sein pferd, so er bey sich hätte, vors geld zum Doctor machen könnten? welche ihme aber zur antwort gegeben

ben ließen: Nein! Esel könnten sie wol vors geld zu Doctorn machen, aber keine pferde. Paulo aliter recenset historiolam hanc *Jesuita* Engelgrave in seinem *Panth. P. 2. p. 393. citatus a Misandro in Delic. Bibl. V. T. 1693. p. 923.* Also wird auch erzehlet von denen Bürgern zu Ingolstatt, daß, als sie einsten denen Professoribus nicht zu lassen wolten, daß sie ihre kühe mit auf die gemeine weyde treiben solten, diese ihnen sagen lassen: daß wofern sie ihre (der Professoren) kühe nicht auf die gemeine weyde mit nehmen würden, sie auch ihre (der bürger) esel oder söhne nicht mehr in das Collegium gehen, weniger zu Doctoren creiren wolten.

3. Declara, valere parœmiam nostram imprimis hodiernis moribus ac temporibus, ubi pecunia omnia venalia sunt, indignus æque ac dignus simpliciter promotionem adsciscunt.

4. Ampliatur, ut valeat etiam quoad Doctores Theologiæ, Medicos, (ita enim studioso cuidam Medicinæ, interroganti, an honores doctorales in Facultate Medica multi constarent, in antiquissima quadam Germaniæ nostræ Universitate respondebatur:

Date modo nummos, pulvis & umbra sumus:

& Philosophiæ Magistros, qui itidem præter titulum sæpe nihil possident, & in Bibliis Philosophorumque scitis rudes admodum hospites sunt. Hinc etiam est, quod hodie Nobiles titulum doctoralem & magisterialem non amplius adfectent, illum dignitate sua inferiorem esse putantes. Conf. *Paullini* zeitk. erbauliche lust *P. 1. p. 440. sq.* Sed enim quam grave peccatum sit, indignos ornare titulis honorum Academicorum, vid. *Misander d. l.* Decipitur enim & Respubl. & Ecclesia, und ist ein solcher ungelehrter Doctor wie ein falsches camisol, oder unter-rock, der von aussen sammet und seiden sehen läs-

set, inwendig aber von zwilch oder futtertuch ist. Harsdörffer in dem anhang seines großen schauplatzes lust-und lehrreicher geschichte *p. 387*.

LVI.

1. WEr von drohen stirbt, dem soll man mit esels-nüssen zu grabe läuten. Si moriere minis, asini tumulabere bombis, h. e. Viri constantis est, minas non timere.

2. Ratio, dantur enim multi homines, qui statim ignem & ferrum minantur, nec tamen aliquid moliri audent. Canis timidus vehementius latrat quam mordet, *Curtius Lib. 7. p. m. 196.*

Infirmi & timidi est nimirum multa minari
Verbaque fœmineæ vires sunt facta virorum.

Ridiculum ergo est, & metus plane injustus, quando quis ad aliquid faciendum quibuscunque minis se compelli patitur. Aliud, si minæ cum præparatione quadam conjunctæ sint, utpote quæ formidabiles habentur. Vid. *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Com. sub voce minæ ax. 1.* aut minas denuncians solitus fuerit illas exequi, *Brunnemannus ad L. 7. C. de his quæ vi met. n. 7.* in specie vero incendiorum minæ, wenn man einem einen rothen hahn auf das hauß zu setzen drohet, justum metum incutiunt, & animo nocendi conceptæ pœna mortis luuntur. Conf. *Const Crimin. Caroli V. artic. 176. & Damhouderus in Praxi Criminali C. 103. n. 11.* Notandum tamen, quod illi, qui minis coacti delinquunt, aliquo modo excusentur, *Carpzov. Praxi Crimin. P. 1. Q. 18. n. 50.* Add. *Blumlacher in Comment. ad Constitut. Criminal. Caroli V. art. 176. p. m. 397.* De remedio adversus minas proferentem, quod scilicet in carcere detinendus sit, donec præstiterit cautionem de non offendendo; vid. *Carpzov. P. 4. C. 15. d. 5.* Also sollen auch die frommen

men der gottlosen drohen im glauben und in der furcht Gottes verachten, 1. *Petr.* 3. *v.* 14. Fürchtet euch vor ihrem trotzen nicht und erschrecket nicht, heiliget aber Gott den HErrn in eurem hertzen. Trotzen enim ibi idem est ac drohen, cum in græco textu extet vox φόβος, quæ proprie metum significat. Aliud dicendum, quando Deus suam minatur iram, denn da heisset es: Er ist ein GOtt, der täglich drohet, will man sich nicht bekehren ꝛc. *Psalm.* 7. *v.* 12. Facit huc etiam egregie exemplum *Rabsacke Esa.* 36. 2. *per tot. c.* 37. *v.* 6. 7. 8. 28. 29. *collat. cum* 2. *Reg.* 19, 6. 7.

LVII.

1. **DEr treue Eckart** (*a*) **warnet jedermann.** Fidelis monitor est Eccartus.

2. Eccartus est nomen proprium, quod edidisse olim senex ille traditur, qui agmen ducebat in cohorte illa bacchante, quam vulgo das wütende heer adpellabant, quæque olim quotannis proximo a bacchanalibus Jovis die Islebiam, & reliqua Comitatus loca transiisse scribitur a *Bunone in Nat. ad Cluverii Introd. in Geograph. L.* 3. *c.* 17. *§.* 3. add. omnino *Speidelius in Speculo sub voc.* wütend heer *p.* 1372. *&* *Hilscheri Dissert. de Exercitu furioso*, quæ nuper in vernaculam translata, & sub titulo: M. Paul Hilschers curiöse gedancken vom wütenden heer denuo prodiit. Vulgo res ita referri solet: nimirum cohortem illam furiosam antecedebat senex quidam, album baculum manu tenens, & fidelem Eccartum se nominans, qui homines spectatum venientes e via cedere, & domum interdum redire jubebat, nisi damnum incurrere mallent. Hunc senem ipse exercitus insequebatur: partim pedestris, partim equestris, & varias easque ridiculas ac monstrosas species

hominum demortuorum æque ac viventium repræſentans.

3. Adplicata olim fuit hæc parœmia ad Auctorem ſpeculi Sax. qui *Ecco de Repkau* nominabatur. *Ventura de Valentiis in Parthenio Litig. L. 2. c. 5. n. 16. p. 321.* Vel prout *Arthurius Duckius de Auctoritate Juris Civil. Rom. L. 2. c. 2. §. 12. p. 169.* habet: *Eccardus a Repichavv*, ſine dubio ideo, quia ille in ſpeculo Saxon. dehortatur homines, ne delinquant, & in damnum ſe conjiciant. Aliam rationem denominationis Eccarti fidelis adfert *Juſtus Georgius Schottelius* **von der teutſchen Haupt-Sprach** *p. 1139. & Dn. Meyerus in Muſæo Miniſt. Eccleſ. P. 2. p. 298. Mollerus in Continuatione Allegor. c. 40. §. 694. p. 848. & Aventinus L. 1. Annal. Bojor. fol. 38.* Utinam quilibet Chriſtianus indolem haberet Eccarti, & prius non convolaret ad judicium, quam ſuum amice interpellaſſet debitorem. Facit huc *Exod. 21, 29. ibi;* **und ſeinem herrn iſts angeſagt:** Add. *Agricola* **in der auslegung gemeiner teutſcher Sprichwörter** *p. m. 256. Zeilerus in Opere Epiſt. P. 1. Ep. 96. p. 538.* qui ab *Aegcaro*, Bavariæ Rege, fidelem Eccartum derivat, & *Dn.* **Tenzel in monatl. unterredungen** *de anno 1680 p. 1056.*

LVIII.

1. **Man laſſe denen Edelleuten ihr wildpret, denen bauern ihre kirchweyh, und denen hunden ihre hochzeit; ſo bleibet man ungerauft.** Nobilem in jure venandi, ruſticum in encæniorum celebratione, & canem in catulitione non turbes, ſi vis abire ſalvus, h. e. immunis eſſe a vexationibus & damnis.

2. Ratio,

2. Ratio, quia Nobilibus venatio, rusticis vero encæniorum festivitas, & canibus catulitio adeo curæ cordique est, ut quidvis potius, quam horum exercitiorum turbationem patiantur, vid. *Joh. Agricola* **in gemeinen Sprichwörtern** *P. 2. n. 425. p. 84.* Hinc venationum turbationes pœnas, encæniorum turbationes plagas, & catulitionis turbationes morsus pariunt.

3. Declara, per Nobiles intelligi h. l. non tantum Nobiles in specie sic dictos ac Barones, sed & Comites atque Principes, quibus omnibus plerumque adeo curæ cordique est venatio, ut gravissime in ferarum, imprimis majorum, fures animadvertere soleant, de quo vid. *Besold. in Thes. Pract. sub voc.* **wilderer** *p. m. 1006.* Notabile exemplum refert *Zeilerus Epist. 72. P. 1. p. 202. de viro quodam*, den der Ertzbischoff Michael zu Saltzburg, weiln er einen hirsch, so ihme zu schaden gangen, niedergemacht, und mit denen seinigen gessen, in die hirschhaut stecken, auf den marckt jagen, und von denen hunden zerreissen lassen. Quam infeliciter autem crudelitas hæc & poena Christiano indigna, ipsi ceciderit, ibidem legi poterit. Venationis abusum ex *Sebastiano Brandio* Gumpeltzhaimer *in Gymnasmate de exercitiis Academicorum P. 4. Sect. 1. p. m. 220.* ita describit:

Jagen ist auch ohn schwachheit nicht,
 Viel zeit vertreibt man unnütz mit;
Wiewohl es seyn soll ein kurtzweil,
 So darff es dannoch kostens viel:
Den leithund, wind, reckalen und bracken,
 Ohn kosten füllen nicht die backen.
Deßgleichen hund, vögel, federspiel
 Bringt alls kein nutz und kostet viel.
Kein haasen, rebhun fähet man,
 Es steht ein pfund dem jäger an.

Darzu darff man viel harter zeit,
 Wie man ihm nachlauff, geh und reit,
Und sucht all berg, thal, wald und heck,
 Da man vor hag wart und versteckt;
Mancher verschleicht mehr, dann er erjagt,
 Das macht, er hat nicht recht gejagt.
Der andre fäht ein hasen offt,
 Den er hat auf dem marckt gekaufft.
Mancher der will gar freudig seyn,
 Wagt sich an löwen, bären, schwein,
Oder steigt sonsten den gemsen nach,
 Dem wird der lohn zum letzten doch.
Die bauren jagen in dem schnee,
 Der adel hat kein vortheil meh,
Wann er dem wildpret lang nachlaufft,
 So hats der baur heimlich verkaufft.

Add. omnino *Dn. Theodori Pauli, Professoris quondam Regiomontani, Dissert. de Venationibus c. 3. & 4.* ubi inter alia etiam id pluribus deductum, an jure venandi subditi privari, & tam graves poenæ in ferarum fures statui potuerint?

LIX.

1. Als Adam hackt (vel ut *Speidelius in Speculo sub voc.* Adel *p. 22. habet,* rütt, *h. e.* reutete,) und Eva spann, wo war da der edelmann?

Cum sarriret Adam, sua pensaque duceret Eva,
 Pulcer ubi titulus Nobilitatis erat?

2. Ratio, quia isto tempore jus naturale solum obtinebat, de Jure naturali autem omnes homines æquales sunt, *L. quod attinet 32. ff. de R. J.* Servitus enim & status civilis, sive secundarius, postea de-

mum

mum supervenit. add. *Stephani de Nobilitate c. 4. n. 15. p. 27.*

3. Declara ergo paroemiam ita, ut intelligatur de statu naturali, quo nemo nobilis est, vid. *Hartung in Metaph. Jur. c. 3. §. 29. p. 124.* Nec obstat, quod dicamus: Er ist ein gebohrner von Adel. Resp. enim, aliud est, natum esse ex patre nobili in statu secundario, (hoc enim significat phrasis illa: er ist ein gebohrner von adel) & aliud nobilem esse in statu naturali & primævo.

4. Decl. 2. ut adhuc hodie ille status civiles nullam involvat differentiam essentialem, civem inter ac nobilem, sed tantum accidentalem, es ist einer so wohl ein mensch als der andere. Conf. omnino *Sirac. c. 33, 8-14. collat. cum c. 10, 9. seqq. Sap. 7, 3-6.* Unde quoque Imperator *Maximilianus*, cum alicubi hunc legeret rhytmum, festive reposuit:

Ich bin ein mann, wie ein andrer mann,
Nur daß mir GOtt die ehre gann.

Speidelius d. l. Clemens Berg in Introduct. ad Doct. Polit. c. 6. §. 2. p. 75. Becmann in Notitia Dignitatum Illustrium Dissert. 11. c. 2. §. 8. p. 297. add. *B. Speenerus in Opere Herald. Part. Spec. p. 158.* & *Reinking. de Regim. Sec. L. 1. cl. 5. c. 11. n. 18.*

LX.

1. EIn Edelmann mag vormittag zu acker gehen, und nachmittags im turnier (*a*) reiten. Ante meridiem licet nobilibus agros colere & terram laborare, post meridiem vero ludis equestribus interesse. Sensus est: agriculturam & ludum equestrem esse compatibiles in Nobilibus, sive agriculturam non dedecorare Nobiles.

2. Turnier dicitur a voce tur, vel torr quæ vicissitudinem, circuitum, ambitum significat, gallice un tour. Hinc turnier proprie denotat versationem, circuitionem; improprie vero decursionem, sive trojæ ludum. (2) Improprie strepitum, tumultum, das getümmel, quia torneamenta olim cum magno strepitu fiebant; hinc turnieren est crepare & clamare; austurnieren vero cessare a strepitu, confer. Spate im teutschen sprach-schatz *p.m. 2566.* De ludis equestribus ipsis, sive decursionibus vid. *Dissertationes D. Svevi Wittebergæ, & D. Georgii Schubarti Jenæ de illis habitæ. Besold. in Thes. Pract. sub voc.* turnier. *Carpz. P. 3. dec. 296. n 23.* a quibus differunt illa torneamenta, de quibus loquitur *Pontifex in Cap. 1. & 2. X. de torneam.*

3. Ratio, quia agricultura est honesta vitæ conditio, adeo, ut etiam Reges quondam illam exercere non erubuerint, & hodienum Nobiles in Polonia illam exercere non pudeat. Exemplum Rex Saul præbet nobis in S. Scriptura, vid. *1. Sam. 11, 5.*

4. Declara, processisse hoc illis temporibus, ubi simplicitas regnabat, da man die nase noch an den ermel gewischet. *Hæpping de Jure Insignium c. 4. n. 36. p. 189.*

5. Fallit hodie, postquam ratio deglubendi oves, & exinde ditescendi, ac splendide vivendi introducta. Conf. *Speidelius in Speculo sub voc.* wappen *p. m. 1344* add. *Hæpping. d. l. c. 5. n. 19. p. 194. Limnæus tom. V. addit. ad L. 6. c. 5. p. 58.*

LXI.

1. **Einen sperling und Edelmann soll man nicht über 4. wochen leben lassen.** **Ante ætatis septimanam quartam completam nobiles trucidandi sunt & passeres.**

2. Ratio,

2. Ratio, quia sic damnum illud, quod ab eis postea metuendum, avertitur.

3. Declara, valde impium esse hoc dicterium, & nihil aliud spirare, quam vatinianum illud odium, quo nonnulli ordinem persequuntur equestrem scilicet, quia eo sæpe procedunt insolentiæ nobiles, ut non solum subditos suos male habeant ac duriter, sed & alios ex civico ordine oriundos proterve præ se contemnant, utut vel præstantissimi sint eruditione, & magnis in remp. meritis illustres.

Jactant otia parta negotiis paternis
Ac ignavi nobilitate gloriantur.

Ideo vicissim adversus eos rusticorum & civium vulgus haud parvum concipit odium; imprimis autem in terris illis, ubi proprii dantur homines, utpote in quos plerumque plus justo severi esse solent Nobiles, adeo, ut etiam de rusticis in Westphalia dicatur: Daß sie vor nichts fleißiger bäten, als vor ihre pferde, denn wenn diese stürben, möchten sonsten die junckern auf ihnen reiten wollen. Sed enim, sicut dictum hoc magis aculeatum est, quam verum; ita etiam parœmia nostra Nobilibus, virtute talibus, & qui virtutem ac merita etiam in plebeio laudant, nec cum coma sua ipsi servi sunt, nihil derogare valet.

LXII.

1. WEnn man den Edelmann macht zum meyer/
So bekommt der Fürst weder hüner noch eyer.

Quando Nobilis constituitur villicus, tunc Princeps neque ovis potitur neque gallinis, h. e. quando administratio bonorum conceditur

tur Nobilibus, tunc Princeps redituum suorum jacturam facit.

2. Ratio, quia Nobiles prudentia oeconomica & arte arithmetica destituuntur, adeoque non possunt non male administrare bona ipsis commissa. (2) quia fiducia impunitatis, aut spe, non exactum iri ab illis rationes, res Principis in commoda sua vertunt. An autem Nobiles a pœna furcæ immunes sint? de eo vid. *Struvius in dissert. de Furibus a pœna laquei immunibus c. 2. §. 1.*

3. Procedit non καθόλȣ de omnibus Nobilibus in genere, sed ἐν μέρει de improbis, malis & ignaris Nobilibus, qui solo genere, nulla vero virtute tales sunt.

4. Exemplum * solenne refert *Dn. Eyringius in Vita Ernesti Pii c. 22. p. 153.*

LXIII.

1. **Die ehen werden im Himmel gemachet.** Connubia sunt fatalia.

2. Ratio, quia DEUS non tantum Auctor conjugii est, sed & animos conjungit, *Matth. c. 21. v. 6.*

3. Declara valere hoc quoad justa & legitima matrimonia, quorum basis ordinatio divina est. Nec enim omnes, qui in matrimonio vivunt, DEus conjunxit, (efficienter scil. nam permissive etiam connubia illegitima in cœlis fiunt) sed eos tantum, qui secundum præcepta Legum, consensuque parentum nuptias contraxerunt. *Oldendorp. de Act. cl. 4. n. 26. vers. multo minus p. m. 748.* Reinkingk in der biblischen policey *L. 3. c. 12. p. 747.* Binis verbis: procedit non καθόλȣ de omnibus matrimoniis in genere, sed ἐν μέρει de matrimoniis justis, legitimis, & verbo divino convenientibus.

4. Ampl.

4. Ampl. ut procedat parœmia sine discrimine nationum christianarum. Reinkingk. *d. l. p. 745.*

5. Fallit quoad illos, qui contra legum ordinationem, invitis parentibus, contrahunt matrimonium, quos Satanas potius quam DEus conjungit, & quorum connubia potius fatualia quam fatalia dicenda. Reinkingk. *d. l. in f. p. 748.* Pertinet huc quoque illud: Wem Gott eine frau giebt, dem giebt er auch gedult darzu; allein wem der teufel eine frau giebt, dem giebt er keine gedult darzu. Add omnino *Ioh. Barthol. Herold in differt. jurid. de fato matrimonii per tot.*

LXIV.

1. **Aus dem ehebett soll man nicht schwatzen.** Quæ in thoro geruntur, non enuncianda.

2. Ratio, quia humanitas & nexus fidei conjugalis iud non permittit, (2) quia tali manifestatione plerumque læditur verecundia; quæ autem nostram lædunt verecundiam, nec facere nos posse credendum est, *l. filius 15. ff. d. Cond. inst. Tace*, inquit *celeberr. Dn. Thomasius in instit. Iur. div. l. 2. c. 8. §. 29. si per loquelam tuam offendantur alii, aut damnum præter meritum incurrant, aut humanitas, vel pactum, vel in genere pax communis taciturnitatem exigant.*

3. Procedit quoad tales res, quæ bona conscientia celari possunt: turpia enim & quæ conscientiam lædunt, utique manifestari possunt vid. *prælaud. Dn. Thomasius c. l. §. 32.* dummodo conjux enuncians faciat id modo a juribus permisso.

4. Declar. (2) quatenus nimirum facta illa pertinent ad arcana thori.

LXV.

1. Ehestand ist der heiligste orden. Matrimonium omnium ordinum sanctissimus est.

2. Ratio, quia DEus ipse ordinem hunc, matrimonium scil. instituit, adeoque Auctor ejus est, cum e contrario alii ordines ab institutione humana dependeant. vid. *Gen. c. 2. v. 22. & 1. Cor. 7. ver. 14. &* Reinkingk in der biblischen policey *L. 3. ax. 1. & 2. p. 710 sqq.*

3. Declara, quatenus nimirum vox ordinis in latiori & impropria capitur significatione, qualemcunque civilem societatem denotante, sive secularis illa sit, sive religiosa, sive major, sive minor, sive equestris, sive ignobilis.

4. Hinc (1) *Paulus Apostolus 1. Tim. 2.* inquit, salvari mulierem per generationem filiorum, si manserit in fide. Das weib wird seelig durch kinder-gebähren, wann sie bleibet im glauben und in der liebe, und in der heiligung samt der zucht, & (2) communiter dicitur: Der heilige ehestand, der stand der heiligen ehe, quicquid etiam in contrarium blaterent Marcionitæ, Lucianistæ, Manichæi, Severiani, Hieracitæ, Adamiani sive Adamitæ, qui omnes conjugium pro opere atque ordine diaboli habuerunt.

LXVI.

1. Ehestand, wehestand.

Status matrimonii status miseriæ est. Ach und wehe ist das tägliche brod in der ehe. Ehe-orden, creutz-orden. It. In der ehe ist nichts dann ach und wehe. Vid. *Bidembach in Promtuario Connubiali them. 29. p. 145.*

2. Ratio,

2. Ratio, quia matrimonium multa ſequuntur incommoda, quæ ſæpe cordolium pariunt, & animum noſtrum diſcruciant. Qui uxorem ducit, imprimis divitem, libertatem vendit, juxta illud *Plauti:*

Argentum accepi, dote imperium vendidi,

ſe ſuamque familiam alere, & interdum parce ac duriter vivere neceſſe habet.

Negotii ſibi qui volet vim parare, navem & mulierem
Hæc duo ſibi comparato, nam nullæ magis res duæ
Plus negotii habent &c.

Idem *Plautus in Pœnulo conf. huc Zeilerus P. 2. Ep. P. 452. p. 493.*

Væ ſoli, ſapiens Rex non ſine conjuge dixit;
 Nil melius vita cœlibe Paulus ait.
Væ nobis, inquit conjux; at væ mihi cœlebs!
 Væ noſtrum ſimplex ergo, tuumque duplex!

Ovvenus L. 1. Epigram. n. 82. p. 11.

Guter muth iſt halber leib,
Hüte dich, und nimm kein weib.

vel ut Bidembachius habet in *d. l. them. 71. p. 334.*

Ein guter muth iſt eigner leib,
Drum hüt dich narr und nimm kein weib.

Add. *id. them. 73. p. 344.*

3. Fundatur in S. Scriptura, & quidem *Gen. c. 3. v. 16. ſqq. 1. ad Cor. 7. v. 28.* ibi: Doch werden ſolche leibliche trübſal haben.

4. Declara, quod matrimonium minimum occulte ſecum habeat ſuas calamitates & miſerias, man weiß nicht allezeit, wo einen oder den andern Ehegatten der ſchuh drucket. vid. *Zeilerus d. l. Ep. 573. p. 947.* nam & ad amorem conjugalem adplicari poſſunt, quæ *Parmeno apud Terent. in And. A. 1. S. 1.* dixit: *in amore omnia inſunt vitia, injuriæ, ſuſpiciones, inimicitiæ, induciæ, bellum, pax rurſum.*

5. Declara, habere tamen matrimonium etiam sua commoda & delectamenta, bey solchen beschwerlichkeiten, inquit Reinkingk in der biblischen policey *L. 3. ax. 2. in f. p. 717.* gönnt und giebt Gott auch sonderliche ergetzlichkeit und trost denen verehlichten.

6. Declara (3) matrimonium non per se, sed per accidens conjunctum esse cum incommodis.

LXVII.

1. Viel gaben,
Muß der ehstand haben.

Multis rebus indiget conjugium. Desumtum est ex cantico illo Johannis Casimiri Saxoniæ ducis: Jesu wollst uns weisen.

2. Ratio, quia multa onera sustinenda habent conjuges: sustentatio enim familiæ, conservatio sui ipsius, atque liberorum, & aliæ plures subinde obvenientes necessitates, casus & calamitates, haud modicam desiderant erogationem, sive innumerabiles causæ sunt, ut huc verba Imperatoris *§. 13. Inst. de Testam. ordin.* applicare liceat, quæ humanis necessitatibus imminent.

3. Effectus, quod multa in favorem matrimonii constituta sint a Jure; in specie vero notandum, quod dos detur ad sustentanda onera matrimonii *L. pro oneribus 20. C. de Jure dot.* & hinc quoque variis munita sit privilegiis, conf. *Dd. ad tit. ff. & C. de Jure dot.* vice versa, si maritus non fert onera matrimonii, nec fructus dotis ad ipsum, sed ad uxorem spectant. *L. 42. §. 2. ff. solut. matrim. Brunnemannus ad d. l. 20.* Add. *Sonnemannus in Legibus Notabilioribus lit. P. n. 29. p. 297.*

LXVIII.

1. **Eine frau mag ihre ehre wol kräncken.** Fœminæ prostituere possunt suum honorem, scil. admissione stupri.

2. Fundatur in Jure Sax. & quidem *L. 1. art. 5.* Adstipulari videtur *L. 4. §. 3. ff. de condict. ob turp. caus.*

3. R. quia speciali provisione legis id dictum est mulieribus: non quasi impune illis id facere liceret, sed ut ne excludi possint a parentum successione legitima, cum delicta carnis talia sint peccata, in quæ facile quis prolabi possit.

4. Fallit, quando ita se prostituit fœmina, ut promiscue cuivis sui corporis faciat copiam, adeoque meretricem agat.

5. Fallit (2) in fœmina nupta & maritata, quæ propter adulterium amittit dotem, donationem propter nuptias & alia, quæ a marito accepit. *Schneidevvin ad §. erat. 1. de success. sublat. qu. fieb.*

6. Nec obstat brocardicum illud Juris Romani: nemo membrorum suorum dominus est. *L. liber homo 13. ff. ad L. Aquil. de quo vid. Barbosa in Thes. Loc. Com. sub voc. membrum ax. 1.* cum dicterium nostrum non tribuat fœminis facultatem se prostituendi, adeoque potestatem in membra sua contra *d. l. 13. & 1. Cor. 6, 15, 19, 20, 21.* sed saltim dicat, quod propter debilitationem honoris sui non indigna sit hæreditate parentum, tantum autem abest, ut id contra d. l. sit, ut potius tyronibus notum sit, quod de Jure Rom. fœmina exheredari non possit, nisi proprie meretrix sit, & commune prostibulum.

LXIX.

1. **Es ist besser zehen bey ehren erhalten, als einen einzigen zum schelmen machen.** Melius est, decem hominum famæ parcere, eorumque honorem illibatum servare, quam unico infamiam irrogare.

2. Ratio, quia honor pretiosissimum bonum est, & pari passu cum vita ambulat, imo a multis hodie isti præfertur. Sicut autem satius est, impunitum relinqui facinus nocentis, quam innocentem damnare *L. absentem 5. ff. de pœn.* ita quoque rectius ille agit, qui honoris alterius conservationem, quam destructionem quærit. (2) Quia expedit, ut civitas honestis potius hominibus quam turpibus repleatur.

(3) Decl. scil. in dubio, sive ejusmodi casu, ubi certo non constat, an quis honore privandus sit nec ne? Nam si delictum sit tale commissum, & ejus quoque delinquens convictus, quod infamiam meretur, tunc regula nostra cessat, & infamia notari debet reus, etiamsi delictum in se aliquantum levidense sit, & sic lex dura videatur, quia Judex ista mitior esse non debet, nisi & ipse velit fieri infamis. *L. prospexit. 12. ff. qui & a quibus man.*

4. Declaratur (2) imprimis parœmiam nostram procedere quoad opifices, ita, ut illi non nimis proni sint ad convicia, sie sollen einander nicht also fort schelten. Conf. *Dn. Beierus, Præceptor Venerandus in Tr. de domesticis opificum c. 5. n. 318. p. 72.*

LXX.

1. **Guth (alii dicunt: Muth) verlohren, nichts verlohren; Ehre verlohren, alles verlohren.** Vel: **Geld verlohren, nicht**

nichts verlohren; muth verlohren, viel verlohren; ehre verlohren, alles verlohren.

Omnia si perdas, famam servare memento,
Qua semel amissa postea nullus eris.

2. Conf. per *L. 7. ff. ad L. Corn. de Sicar.*

3. Ratio, quia divitiæ sunt recuperabiles; honor vero neutiquam, in tantum, ut nec ab Imperatore famæ quis ita possit restitui, ut non aliquid hæreat. Conf. *Zeilerus Tom. 1. Ep. 100. p. m. 547. sq.*

4. Effectus, quod pro fama & honore tuendo unusquisque summis viribus, summaque animi contentione laborare debeat, *arg. L. 36. §. 10. ad Sct. Trebell.* ita tamen, ut ne quid decedat christianæ abnegationi, conf. *Lucæ 14, 33.*

5. Declara, procedere hoc quoad vitam civilem, fallere vero quoad vitam naturalem, ejusque sustentationem, ubi illud obtinet:

Omnia si perdas, balgam servare memento,
Qua semel amissa certa pericla subis.

6. Ampliatur in tantum, ut fama ipsi vitæ æquiparetur, es wäre mir lieber, inquit *Paulus 1. ad Cor. 9. v. 15.* ich stürbe, denn daß mir iemand meinen ruhm solte zu nichte machen. Et notum brocardicum est: Fama & vita pari passu ambulant. Scil. quoad necessitatem defensionis, non vero quoad modum defensionis, h. e. quilibet quidem obligatus est ad defendendum suum honorem, sed non statim eo modo, quo vitam quis defendere potest, licet etiam defendere suam famam: alioquin enim interficere liceret injuriantem. Improbatur ergo consuetudo illa ferina defendendi se per duella. Conf. omnino *Celeberr. Thomasii Dissert. de felicitate subditorum Brandenburgicorum ob emendatum per edicta Electoralia statum Ecclesiasticum & Politicum.*

LXXI.

1. Ehrenworte binden nicht. Verba honoris non obligant. Sunt autem verba honoris, quæ quis civilitatis tantum causâ facit.

2. Ratio, quia obligatio præsupponit verba considerata, & ad consensum probandum sufficientia, quæ testimonium mentis & voluntatis nostræ esse possunt, vid. *Barbosa in Thes. Loc. Com. sub voc. verba ax. 17.* cujusmodi non sunt verba honoris, quippe quæ non animo se se obligandi, sed ut alterum non offendamus, aut auribus ejus aliquid demus, proferuntur.

3. Confirm. per *L. 19. §. 3. ff. de Aedil. Edict.*

4. Limit. (1) nisi circumstantiæ aliud suadeant, *Hertius in Select. & Rarior. Jurisprudentiæ argumentis de Parœmiis Jur. Germ. L. 1. p. 10. p. 411.*

5. E. g. quando quis utitur comi salutatione sive compellatione, getreuer, gehorsamer, unterthäniger knecht, utpote quæ alteri jus non parit.

LXXII.

1. Eigennutz, befreundter rath (*a*)
Hat verderbt der Trojer stadt.
Privati commodi studium, & amicum consilium magnam istam urbem, Trojam, funditus everterunt. Eodem illud recidit: Eigennutz ist ein böser butz, cujus mentionem facit *Bidembachius in Promtuario connubiali p. m. 162.*

2. (*a*) Sine dubio consilium amicorum fucatorum h. l. intelligitur, & quidem eo, quia *Sinon* erga Tro-

jos ſimulaverat amicitiam, re tamen vera fuerat inimicus, ſuo quippe conſilio eo illos adacturus, ut perniciem ſuam, equum iſtum Trojanum, in urbem intromitterent.

3. (c) Fuit celeberrima illa *Phrygiæ* civitas, quæ per decem annos a Græcis obſeſſa & oppugnata ſcribitur, donec ſtratagemate tandem cecidit, hactenus nondum inſtaurata. Datur equidem novum Ilium, ſive Troja, ſed triginta ſtadiis a veteri diſtans *Cluverius in Introd. Geogr. L. 5. c. 18. §. 3.* Datur & Troja Appennini montis radices in Italia, ſed quæ plane huc non ſpectat, & olim Acquulanum dicta fuit *ibid. L. 3. c. 29. §. 3. p. m. 279.*

4. Nihil aliud autem dicterio hoc innuitur, quam quod conſilia illorum, qui privato commodo ſtudent, & amicitiam ſimulant, perniciosa ſint.

5. Ratio prioris membri eſt, quia commodi privati ſtudium fuit cauſa & initium publicæ calamitatis & adhuc eſt; ratio poſterioris: quia *Sinon*, ſimulans amicitiam, decepit Trojos, & ſic iſtis conciliavit interitum. Non latet quidem nos quæſtio illa ab eruditis moveri ſolita: an & quando a Græcis obſeſſa fuerit Troja? Vid. *Auct.* **der monatlichen unterredungen** *d. A 1690. Menſ. Mart. p. 233.* Sed enim, ſicut, hoc non obſtante, *equus Trojanus* abiit in proverbium; ita quoque & recte noſtra retineri poteſt parœmia, ſive fabulam ſive hiſtoriam nobis recenſuerit Homerus. Hoc tamen certum, ſtratagema illud equi Trojani magis fabulam ſapere quam hiſtoriam.

6. Declara, quod imprimis illud ſtudium privati lucri valde perniciosum ſit, (1) quando Princeps vel miniſtri ea, quæ hactenus communia fuerunt & publica, ſua faciunt, aliis abinde excluſis, præterquam enim quod injuſtum hoc ſit, & parum diſtet a furto,

insuper & discordiam parit ac odium populi: Quapropter etiam Brunsuicenses aureis literis hæc verba olim Curiæ inscripta habebant: *Principium discordiæ est commune suum facere.* (2) Quando judices & magistratus ipsi foenus exercent & sanguisugæ sunt subditorum. contra *L.3. C. si cert. pet. L. un. C de Contract. Iud.* quod adeo absolute a Jure prohibitum, ut ne gratis quidem, sine usuris & foenore, pecuniam mutuam dare possint. L. 33. ff. d. R. C. (3) Quando donis corrumpi sese sinunt, & deinde jus flectunt privati lucri studio seducti. Coronidis loco commendo rhytmos illos Goslariæ in domo Syndicatus adscriptos:

O eigennutz und laster-leben,
Dir sind die meisten leut ergeben
Du feind aller gerechtigkeit,
Wie tobst du doch zu dieser zeit?
Drum weil es so ein übel ist,
Hüt sich dafür ein jeder Christ.

Conf. quoque Froschmäusler *L. 2. P. 2. c. 4.*

LXXIII.

1. WO to Bodenwerder nich geraden de note,
To Hoxter de kohl/ to Alveld de hoppe,
Und to Einbeck dat beer,
Sau synd se arme städen alle veer.

2. Mentionem hujus dicterii facit *Auctor* der neuen zugabe zu Herrn *Zeileri* beschreibung der zehen Cräysse *p. 1390.* Sunt autem quatuor hæ urbes in Saxonia inferiori sitæ, & quidem Bodenwerder ad Visurgim in Ducatu Brunsuicensi, Höxter in Abbatia Corbeiensi ad eundem Visurgim, Einbeck in Ducatu Grubenhagensi, & Alfeld in Episcopatu Hilde-

desiensi an der Leyn, & nihil aliud sibi vult proverbium, quam quod Bodenwerder nucibus, Hörter oleribus, Alfeld lupulo, & Einbeck cerevisia se alat. Nos hic in Germania superiori diceremus:

Wo zu Bodenwerder nicht gerathen die nüsse,
Zu Höxter der kohl, zu Ahlefeld der hopffe
Und zu Einbeck das bier,
So sind sie arme städte alle vier.

3. An dicterium hoc hodienum procedat, & quousque? de eo viderint alii. Hoc certum, quod civitas Bodenvverderiana hodie haud tenuem e re cerevisiaria habeat proventum, & quod male agant Principes, quando subditos & civitates suas impediunt in ejusmodi rebus, unde suum victum quærunt & amictum, aut plane illas sibi vendicare volunt sub pallio monopolii. Vid. *Constantinus Germanicus in Epistola Politica p. m. 225.*

LXXIV.

1. **Einbildung und furcht ist ärger als die pestilenz. Opinio & metus pejores ipsa peste sunt.**

2. Ratio, quia mentem spiritusque animales & sanguinem mirum in modum turbant. *Dn. Leonhardus Georgius* von Stötteroggen, *Amicus noster colendus, in elegantissima Dissert. de hæmorrhagia Vulneratorum Rostichii habita C. 3. n. 134. p. m. 88.* Quod autem ex opinione vel imaginatione fœmina quædam possit fieri prægnans, prout quondam famosa illa *Magdalena d'Avremont* hoc persuadere volebat Galliæ, ego quidem non credo, utut magnum illud Theologorum Parisiensium Collegium, *Sorbonne* dictum, calculum suum isti addidisse scribitur. Nam si hoc possibile est, certe mysterium esse nequit, quod

Christus natus sit ex Maria virgine, sine virili semine. Conf. *Kornemannus in. Tr. de Jure virginitatis c.12. & 13. p. 47. seqq.*

3. Hæc ipsa parœmia in tantum ampliatur, ut nonnulli Medicorum causam primariam pestis in timore & metu quærant. Vid. *D. Bartholdi Floriani Gerstmanni Tumulus pestis recensitus a Dn. Tenzelio* in seiner curiösen *Bibliothec de Anno 1705. p. 75. seqq.* Quicquid autem hujus sit, hoc certissimum est, quod paroemia hæc pestiferis temporibus suum debeat originem, Vid. *Anonymi* curiöse *Speculationes p. 222.* & quod metu torturæ sæpe aliquid confiteantur inquisiti, cujus tamen minime rei sunt. Quapropter etiam prudenti judicio opus est in dijudicandis ejusmodi confessionibus tortura vel metu extortis.

LXXV.

1. Einmal ist keinmal, sc. sündigen. Semel peccare perinde est ac nunquam peccare. Dicitur etiam: Einmal ist nicht offt.

2. Ratio (1) quia ex imbecillitate humana facile quis semel labi potest; (2) quia in illo, qui semel peccat, tantus imperantis & legis contemtus non cernitur, quantus in repetente delictum. *Puffendorff de Jure Nat. & Gent. L. 8. c. 3. §. 22. p. 1188.*

4. Declar. (1) quod procedat in poenis, quatenus nimirum de illis condonandis aut mitigandis agitur. *Hertius in Tr. Select. & Rar. Jurisprud. Argum. L. 1. de Parœmiis Iuris Germ. par. 117. p. 585.*

4. Declar. (2) quod procedat in delictis levioribus. *Puffendorff d. l.*

5. Declar. (3) quod procedat in comparatione ad illos, qui tam emotæ mentis sunt, ut vel centies pecca-

catum aliquod patrare nullatenus fugitent. In se enim etiam semel peccare, est actu peccare.

6. Fallit in delictis gravioribus. Vid. *parœm.* Wer einen erwürgt, darff zehen umbringen, *sub voc.* erwürgen, adeo, ut qui unum homicidium committit, æque mortis poena afficiatur, ac qui decem vel plures interfecit. Differentia saltem in modo & specie poenæ mortis est.

LXXVI.

1. Wer ausgiebt, muß auch wieder einnehmen. Qui dat, illum quoque accipere oportet, h. e. qui ludo & joco utitur, illisque aliquem pungit, ille æquo animo ferre tenetur, si vicissim ludo & joco respondeatur.

2. R. quia resonat clamoribus æther. Res dare pro rebus, pro verbis verba solemus, wie man in den wald schreyet, so hallet es wieder. *Si mihi pergit*, inquit *Comicus in And. A. 5. S. 4. quæ vult dicere, ea quæ non vult audiet.*

3. Declar. modo id, quod per jocum replicatur, non injuriosum sit: injuriam enim pati non tenetur, qui jocosi aliquid dixit. Recte hinc *Plautus in Poenulo; Tu si quid per jocum dixi, nolito in serium convertere; & in Amphit. Si quid dictum est per jocum, non æquum est, id te serio prævortier*, adeo ut dubium non sit, quin actione injuriarum conveniri possit, qui jocanti injuriose respondet, cumprimis si dignitate pares & æquales sint. Conf. *Dissert. inaugur. Dn. Joh. Balthas. a Staude de jure facetiarum Jenæ habit. per tot.*

4. Abstineat ergo joco & ludo qui moderate & leniter illos scire recusat.

LXXVII.

LXXVII.

1. **Wann einer zieht ein, soll man ihn helffen mit rath,**
Wann er aber zieht aus, soll man ihm nehmen was er hat.

Vel:

Zum einzug giebt iedermann rath und that,
Beym auszug aber nimmt man ihm/ was er hat.

Immigrans omni consilio juvandus,
Emigrans omnibus bonis spoliandus.

2. Ratio, quia sicut immigrans tonderi & usui esse potest; ita post emigrationem deficit occasio tondendi. Deglubendus ergo, qui imposterum tonderi amplius nequit.

3. Declara, valere hoc quoad tyrannos, subditos unice propter magistratum, non vero magistratum propter subditos esse, credentes.

4. Hinc sæpe exigitur (1) collecta pro emigratione, die Nachsteuer, neglecta ratione, ob quam illa introducta, (2) vectigal de illis rebus, quæ emigrans secum aufert, (3) Amtsgebühr vor die abrechnung, (4) zehlgeld, (5) so und so viel vor den schrifftlichen abschied, (6) eine stifftung in die kirche, (7) ein andencken vor die frau N. N. Dann kommt auch noch der herr schultheiß, gerichts-schreiber, gemein-knecht, welche alle ebenfalls etwas vor ihre bisherige mühe haben wollen. Das heisset wol rechtschaffen: Argento, quod mecum attuli, abituriens emunctus fui; vel, prout illud Germanorum habet: Wer zeucht über den weg, verliert einen fleck. Arguta & acuta sunt, quæ *Auctor* der aufgefangenen briefe *6. Paqu. 80. Corresp. p. 465.* de collecta emigrationis habet:

Von

Von allen schindereyen in der welt ist keine ungerechter,
Als das vermaledeyte abzugs-geld. Doch hat es seine
lehrer und verfechter.
Der böse feind hats erstlich angegeben,
Denn es gemahnt mich eben,
Als eine folter-banck,
Auf welcher man insonderheit die seelen
Der wittwen und der waisen pflegt zu quälen.
Darauf so habens etliche Juristen
Von denen, so der schaum unächter Christen,
Aus einer eignen angemasten macht,
In vollen schwang gebracht.
Es wurde vor der zeit, als man es hat erfunden,
Das volck bey weitem nicht, als itzt, geschunden.
Denn heut zu tage geht list und gewalt vor recht.
Vernunfft uud billigkeit sind gar zu sehr geschwächt.

Quæ ipsa tamen non tam de usu, quam abusu juris detractionis, quatenus nimirum a ratione, ob quam jus illud introductum, receditur, intelligenda veniunt.

LXXVIII.

1. **EIsern vieh** (*a*) **stirbet nicht.** Pecudes ferreæ non moriuntur. (*a*) Ferreæ bestiæ appellatione veniunt illæ vaccæ, oves &c. quæ hoc pacto locantur, ut si intra tempus locationis-conductionis pereunt, conductor alias in illarum locum substituat, vel æstimationem præstet. *Almers in Manuali Jur. sub voc. socida.* §. 4. *p. 1159.*

2. Ratio, dum enim in locum mortuorum animalium a conductore statim substitui debent alia, idem est, ac si non moriantur.

3. Declara, procedere hoc effective & improprie,

eo sensu, quo *Cornelius Tacitus Lib. 1. Hist. c. 84. n. 8.* Senatum Romanum dicit immortalem.

Plura, quæ huc dici possent, vide apud *Speidelium in Spec. sub voc.* **eisern vieh.** *Wehnerum in Observ. Pract. & Besold. in Thes. Pract. sub eadem voc.* **eisern vieh.** Confer porro *Dissertationes inaugurales Iuris Dni Meyeri & Dn. Homborgii, quarum illa Marburgi de Socida, hæc vero Helmstadii de contractu socidæ fuit habita.*

LXXIX.

1. **Drey schlösser auf einem berg,**
Drey kirchen auf einem kirchhof,
Drey städt in einem thal
Ist gantz Elsas überall.

2. Est dicterium, Alsatis solenne, quoad oppida Keysersberg, Ammerswever & Reyesheim, sibi adeo invicem vicina, ut vix ad bombardæ ictum distent, alludunt, significaturi, quod ista habeant agrum summe fertilem, qui cor & medulla totius vocari possit Alsatiæ. *B. Dn.* **Wagenseil** *in Synopsi Geogr. Peræ Iuvenilis Locul. secund. p. 379.*

LXXX.

1. **ENde gut, alles gut.**
Omnia tunc bona sunt, clausula quando bona est.

Est dictum Friderici imperatoris teste Richtero in Axiomat. Polit. ax. 293. p. 641.

2. R. Quia epilogus vitia antecedentia omnia purgat, & per fictionem ad illa retrotrahitur.

3. Declar. quod proprie intelligendum sit hoc dictum de fine non causali, sive fine terminationis, qui ipse

ipse usus rei est. Conf. *Hartungii Metaph. Iur. c. 8. §. 1. p. 295.*

Hunc qui respicit, facile non peccabit: Was du thust, so bedencke das ende, so wirst du nimmermehr übels thun, *Sirac. c. 7. v. ult.*

4. Ampl. ut procedat etiam quoad causam finalem sive intentionem, qua movetur & regitur agens in opere instituendo; juxta canonem illum moralem: Cujus finis bonus, id ipsum bonum, cæteris nimirum paribus.

5. Ampl. (2) ut valeat etiam vice versa: Omnia tunc mala sunt, clausula quando mala est: Das end trägt die last.

6. Ampl. (3) etiamsi principium fuerit malum, vid. *Ezech. c. 18, 21-24. sæpe enim ex malo principio*, inquit *Terentius in Eunuch. A. 5. Sc. 5.* magna familiaritas conflata est. Il ne rit pas mal, qui rit le dernier; est dictum quo Gallorum cladem ad Gilgilim ridebant Angli, quo de vid. *Puffendorf de Rebus Gestis Guilielmi Magni L. 10. §. 4. p. 644.*

Norunt id ipsum Advocati, qui in scriptis suis præcipua argumenta primo & ultimo ponunt loco: illud ad inducendam bonam opinionem, & præsumtionem de causa illa, quam defendendam susceperant; hoc vero ad confirmandum animum judicis. Aliud exemplum præbet legitimatio per subsequens matrimonium, ubi liberi ante illud nati sunt quidem illegitimi, sed propter matrimonium superveniens legitimati sunt.

Ergo, quicquid agis, prudenter agas, & respice finem. Isthuc enim inquit *Demea* apud *Terentium* in *Adelph. A. 3. Sc. 3.* est sapere, non quod ante pedes modo est videre, sed etiam illa, quæ futura sunt prospicere. Conf. par. Wenn man einen bis nach Rom trüge, und setzte ihn ein einzigs mal unsacht nieder ꝛc. & *Barbosa in Thes. Loc. Com. sub voc. finis.*

LXXXI.

1. Engeland ist der weiber paradeiß, der knechte fegfeuer und der pferde hölle. Anglia mulierum paradysus, servorum purgatorium & equorum infernus est, h. e. in Anglia mulieres bene, servi vero & equi male habentur.

2. Ratio primi membri est, quia mulieres perpulchræ sunt in Anglia, insuperque perofficiose ac amanter observantur a suis maritis; secundi & tertii vero causa est, quia servorum & equorum opera in exercitiis cursoriis, itineribus ac venationibus plerumque abuti solent domini vid. *Auctor* des Europäischen Herolds *p. m. 682.* De proverbiis: Cum toto orbe bellum, sed cum Anglia pax; & : Si vel diabolus in Anglia regnet, Belgis tamen amicitia ejus quærenda, vid. *Puffendorf. de Rebus Gestis Friderici Guilielmi Magni L. 9. §. 25. & 26. p. 562. seq.*

LXXXII.

1. An entschuldigungen wird es leicht niemanden fehlen. Excusationibus nemo facile destituitur.

2. Ratio, quia si actu non habentur, fingi certe possunt.

3. Declara quod imprimis hoc quoad sagaciores & ingeniosiores procedat, utpote qui defectum excusationis statim supplere possunt artificialiter, substituendo causas spurias, quas adeo eleganter colorare queunt, ut sæpe Jovis lapidem jurares, esse veras illas. Cautus igitur & prudens sit judex in earum discretione.

4. Ampl. in tantum, ut per locum narrari soleat:

Der

Der teufel habe seinen knecht geschlagen, als er keine entschuldigung seiner losen händel fürzubringen gewust. *Crusius de Judiciis delictorum P. 1. c. 11. n. 13. p. 75.*

LXXXIII.

1. DE bloedige handen (*a*) neemt geen erfeniß. Est adagium apud Batavos receptum. Nostra dialecto diceres: **Die blutige hand nimmt kein erb.** Sanguinolenta manus hæreditariam portionem non recipit.

2. (*a*) Sanguinolenta manus h. l. per synecdochen partis integralis ponitur pro homine, cujus manus a vulnere, quod alteri inflictum dedit, adhuc rubent. Sic in *L. ult. C. de patr. qui fil. distr.* infantes sanguinolenti blutige kinder dicuntur recens nati, & sanguine materno madentes. Sensus igitur est, quod vulnerantes aliquem non possint ejus habere hereditatem.

3. Confirm. hæc parœmia per *L. indignum 3. ff. de his quæ ut indign.*

4. Decl. modo animus vulnerandi vel occidendi adfuerit, vid. *Lucas van de Poll ICtus Ultrajectinus in Diss. de Verberatis parentibus th. 16.* Animus enim qualificat actiones.

5. Decl. (2) modo de facto, ejusque qualitatibus omnibus satis constet.

6. Decl. (3) modo lethaliter vulneratus fuerit defunctus, *Illustr. Dn. Stryk de Success. ab Intest. Diss. 12. c. 1. §. 11. p. 963.* De quo tamen merito dubitandum ob *L. si inimicitiæ 9. §. 1. ff. de his quæ ut indign.*

7. Decl. (4) quod hereditas vulnerati non adquiratur fisco, sed reliquis vulnerati liberis vel coheredibus & consanguineis in pari gradu constitutis, *Gomez Tom. 3. Resol. c. 3. n. 51.* add. *Brunnem. ad l. alleg. 7. n. 1.*

n. 1. Conf. *Coll. Jur. Arg. tit. de his quæ ut indign. auf. §. 4. n. 3.* Quod tamen ipsum dictus *Gomez* in casu homicidii tunc, quando plures cum interficiente sunt coheredes, quoad portionem sive ratam interfectoris non admittit, ob rationem, quia, utut delinquens non possit nocere coheredibus in ipsorum portionibus, possit tamen illis præjudicare in sua. Quæ ratio uti satis est speciosa, cum hoc ipso nihil, nisi jus speratum adimatur coheredibus; ita *Huberus in Prælect. P. 3. t. de his quæ ut indign. auf. in f.* refert, quod in Frisia hereditas occisi adjudicata fuerit fisco. Præsupponit autem sine dubio casum a nostro longe diversum.

8. Ampl. (1) nostrum proverbium, ut, si vulneratus ex vulnere fuerit mortuus, occisor neque mediate, neque immediate, neque ex testamento, neque ab intestato heres esse possit occisi. *Gomez. d. l.*

9. Ampl. (2) in tantum, ut nec expressa defuncti voluntate ipsi hereditas conservari possit. *Dn. Stryk d. l.* cum nemo cavere possit ultima sua dispositione, ne leges obtineant, *l. nemo potest 55. ff. de leg. 1.* In contrarium nititur rursus *Gomez d. l.* utpote qui putat, & per remissionem verbis expressam & tacite, hoc ipso, dum vulneratus intestatus moritur, vulneranti conservari posse hereditatem.

10. Ampliatur (3) ut procedat etiam in liberis, & omnibus illis, quibus alias legitima debetur. Obstat quoad liberos regula, quæ traditur *ab Illustri Dno Strykio d. l. c. 2. §. 28.* & ita habet: Omnis causa exheredationis, quæ impedimentum injicit parenti, quo minus filium ingratum possit exheredare, eum excludit a successione ab intestato. Ex quo sua sponte fluit, quod omni illo casu, quo verberatus parens condere potuit testamentum, nec tamen condidit, filius verberans & vulnerans admittitur ad successio-

nem

nem ab inteſtato. Verum enim vero ſi præſupponamus vulnerantem ſe adeo indignum reddidiſſe hereditate vulnerati, ut ne ob prohibentem legem filio hæc injuria in effectum ſucceſſionis remitti queat, facile videbimus, illam regulam aliquantum nimis laxam eſſe & generalem. Imo credo, quod, quia nullus heres talem reverentiam debeat ſuo teſtatori, qualem debet filius ſuo parenti, illi etiam ob levius vulnus & leviora verbera, quibus ſuum genitorem excipere fuit auſus, adimi queat & debeat hereditas. Si enim legatarius eapropter ſuum amittit legatum, quia palam teſtatori maledixit, *L. inimicitiæ 9. §. 1. ff. de his quæ ut ind.* multo magis filius vulnerando ſuum parentem ſe indignum reddet ejus hereditate inteſtata. Plus enim eſt verberare quam maledicere, plus quoque honoris exhibere debet filius ſuo parenti, quam alius legatarius ſuo teſtatori. Accedit S. pagina, quæ parentibus maledicentem ultimi reum pronunciat ſupplicii. vid. *Matth. c. 15. v. 4. & Exod. 21. v. 17.* Add. Alberti Imperatoris conſtitutio ibi: Iſt derſelbe ehrlos ewiglich, und kan zu ehren und recht nimmermehr kommen. Accedit & hoc, quod hæc pœna praxi quoque ſit recepta, conf. *Carpz. Crim. P. 3. q. 100. n. 37. Liebenthal. Exer. Pol. 4. Q. 9. p. 215.* Ratio eſt, quia ejusmodi deteſtandus conatus inducit quaſi homicidium. *Althuſius in Dicæolog. L. 1. c. 129. n. 41. ſqq.* ut taceam, quod laudatus *van de Poll d. l.* pœnam etiam quoad liberos receptam eſſe adfirmet.

LXXXIV.

1. **DIe ſchulden ſind der nächſte erbe.** Proximi cujusque heredes ſunt debita, h. e. creditores. Senſus eſt: quando concurrunt creditores cum heredibus aut legatariis,

tunc creditores omnibus, jus aliquod jure successionis vel testamenti prætendentibus, antecedunt.

2. Ratio, quia hereditas est bonorum, bona autem non intelliguntur nisi deducto prius ære alieno, *L. 39. §. bona 1. ff. d. V. S.* Ratio rationis, quia bona proprie dici non possunt, quæ plus incommodi quam commodi habent, *Barbosa in Thes. Loc. Comm. sub voc. bona ax. 14.* vel ut *Rigos a Malosco ad d. l. 39.* habet, quæ nobis potius nocent, quam prosunt, cujusmodi illa sunt, quæ aliis debemus.

3. Declara, quatenus nimirum illa debita justa sunt & demonstrabilia.

4. Ampliatur, etiamsi in testamento Sancti quidam, v. g. *Paulus, Petrus*, Apostoli instituti sint heredes, quod alioquin fieri possit, dubio caret, *L. quoniam 26. C. d. S. S. Eccles.* vel legatum relinquatur ad pias causas, quia liberalitas non debet exerceri cum præjudicio tertii innocentis.

5. Ampl. (2) etiamsi debitor in testamento æs alienum vel debitum neget, & sic jure competenti ipsum privare velit.

LXXXV.

1. **Erfnis ist geen winste.** Est Belgarum parœmia. Nostra dialecto diceres: **Erbschafft ist kein gewinn.** Hereditas non est lucrum.

2. Ratio, quia hereditas est successio in universum jus, quod defunctus habuit. *L. 62. ff. d. R. J.* sive sit activum sive passivum, *§. 1. Inst. de Perp. & temp. act.*

3. Declara regulam ita, ut vera sit, quatenus nimirum quis hereditatem adit minus cautus, quæ plus æris alieni quam bonorum habet.

4. Deinde dic, eam imprimis moribus Gallorum proce-

procedere, & Belgarum', secundum quos heres ex delicto defuncti conventus ad mulctam pecuniariam, & ad restitutionem damni illati parti læsæ tenetur in solidum, etiamsi defuncti facultates non sufficiant. *Simon van Leevven in Censura Forensi & ibi allegatus Grœnevvegen de LL. abrogatis ad tit. C. ex delict. defuncti in quant. hered.* Limitat tamen prius, quoad mulctam, dictus *Simon van Leevven* eatenus, quatenus ad heredem pervenit, quod sicut de Jure Civili certum est atque expeditum, *arg. L. 1. in pr. & §. 2. ff. de Priv. del. & L. 26. ff. de Pœn.* ita e contrario heres ipso Jure pro omni defuncti debito tenetur in solidum, etiamsi hereditas ad exsolutionem æris alieni non sufficiat *L. 8. de Acqu. hered.* modo illa adita absque beneficio inventarii. Aliud obtinere in Saxonia videre est apud *Colerum de Process. Execut. P. 1. c. 10. n. 327. & Carpz. P. 3. c. 14. def. 14. n. 9.*

LXXXVI.

1. **WAs die ege bestrichen** (*a*) **und die hecke** (*b*) **bedecket, das folget dem erbe.** Simile est: **Wer säet, der mähet,** vel, ut Belgæ dicunt: **Die saeyet die maeyet.** Illius est metere, cujus est serere.

2. (*a*) Quando crates dentata consito supertrahitur agro, tunc Germani dicunt: **Daß das land oder die saat mit der ege bestrichen sey.**

3. (*b*) Hæc vox juxta communem sententiam non significat instrumentum aliquod, quo terra laboratur, aut semen cooperitur, sed semen ipsum satum, sive seminarium, dicitur **die hecke, weiln die saat unter der erden gleichsam ausgehecket wird,** ita ut sensus sit: fructus illorum agrorum, qui occati sunt, quorumque semen coopertum, transmittuntur ad heredes. Verum enim vero nobis aliter sentiendum esse videtur,

 tur,

tur, tum eapropter, quia sic verborum germanicorum constructio non cohæret, tum quia verba die hecke bedecket inutiliter repetuntur. Putamus igitur, vocem hecke vel per incuriam scribentium positam esse pro hacke, vel per aliam dialectum, häcke dici pro hacke, ita, ut hujus parœmiæ intellectus talis sit: fructus illorum agrorum, qui occati sunt, & vinearum, quæ bidentibus laboratæ sunt, ad heredes allodiales pertinent.

4. Ratio, quia quoad agros tunc cultura peracta, *Schneidevv. ad §. 36. Inst. d. R. D. n. 3. Hahnius ad Wesembec. ff. quib. mod. ususfr. vel usus amitt. P. 1. p. 425. Philippi in usu pract. L. 2. ecl. 16. n. 8. Carpz. dec. 21. n. 24. vid. tamen Heresbachius de Re rustica L. 1. p. 97.* ubi sarculationem & runcationem interdum post inoccationem necessariam esse tradit. Quoad vineas vero ratio est, quia maximus culturæ labor nach der hacke absolutus est, *Philippi d. l. n. 9.*

5. Reprobat hanc parœmiam Jus Civile, quippe quo fructus extantes pro parte fundi habentur. *L. 44. ff. d. R. V. l. f. §. 6. ff. quæ in fraud. cred.* Adprobat e contrario quoad agros Jus Saxonicum, Landrecht *L. 2. art. 58. l. 3. art. 76.* Ratio diversitatis est, quia Germani agriculturæ, & pecuniariæ rei dediti jus culturæ & seminis soli prætulerunt; Romani vero ad solum, veluti partem principalem, spectabant, *Hert. in Select. & Rar. ex Univ. Jurisprud. Arg. de Parœm. Jur. Germ. L. 1. par. 87. p. 542.* Quoad vineas vero adprobant eam omnes illi, qui fructus vinearum nach der hacke deberi heredibus allodialibus adserunt. conf. *Philippi d. l. n. 9.*

6. Declar. quod hæc parœmia intelligenda sit de usufructuario, non vero de b. f. possessore, quippe de quo jam tum jure Civili satis cautum & statutum est, ut iste fructus pendentes ad heredes transmittat,

secus

secus atque usufructuarius. Plures differentias inter b. f. possessorem & usufructuarium vide apud *Schneidevv. d.l.*

7. Quoad vineas declar. (2) ita, ut non ultima cura die ruhr expectanda sit, *Philippi d. l. n. 9. Struv. Jurisprud. L. 2. t. 8. aph. 8.* sed sufficiat, maximum laborem die hacke esse absolutum, *Philippi ibid. vid. tamen Struvii syntagm. Juris feud. c. 15. §. 16. n. 4.*

8. Ampl. (1) Etiamsi illi fructus nondum extent, *Schneidevv. d. l. & Philippi d. ll.*

9. Ampl. (2) ut hæc parœmia attendatur quoque in fructibus feudalibus, Landrecht *L. 2. art. 58.* industrialibus scil. non vero naturalibus, *Struv. in Synt. J. F. l. c. n. 6.* Aliud vero de jure feudali communi dispositum est, nimirum ut, si quidam decedat post Augustum, aut ante Martium, fructus feudi non ad filias vel coheredes allodiales, sed ad agnatum & heredem feudalem, vel etiam dominum feudi pertineant; sin vero post Martium decesserit, omnes fructus illius anni percipiendi heredibus cedunt allodialibus. *2. Feud. 28. §. hi consequenter. Schneidevv. d. l.* in Marchia rursus aliud obtinet, sc. si post diem Margarethæ ibi vasallus decedit, fructus debentur filiabus, *Illustr. Stryk in Ex. J. F. c. 15. Q. 14.* Quod fructus civiles v. g. decimas, pensiones attinet, illæ cedunt heredibus, si dies venit vivente vasallo, wann die gefälle betaget, oder verfallen sind; Quod si vero dies venit post mortem vasalli, tunc de Jure Sax. ad dominum vel successorem in feudo pertinent. De Jure communi pro rata temporis inter heredes defuncti & dominum vel successorem feudalem dividendos esse fructus adserit *Struvius l. c. n. 7.*

10. Ampl. (3) ut idem procedat in marito, qui fundos dotales consevit, & ante perceptionem mortuus est, *Auctor addit. ad Schneidevv. d. l. lit. c.*

11. Ampl. (4) ad mulierum dotalitia, ita, ut si viduæ fundos dotalitii conserant, & ante perceptionem fructuum moriantur, eos ad heredes suos transmittant, *idem Auct. ad Schneid. d. l.*

12. Quod fructus hortenses demum concernit, illi de Jure Saxonico debentur heredibus allodialibus, wenn der garte besäet, gerodet oder gehacket ist. *Titius* in seinen erörterten erbfällen *cas. 79.*

LXXXVII.

1. WEr einen heller erbet, muß einen thaler bezahlen. In uno obulo qui heres est, ad thalerum solvendum obligatus est, h. e. Quando quis hereditatem adit, ille obligatus est ad omnia defuncti debita exsolvenda, etiamsi hæc quantitate longe illam superent.

2. Ratio, ut præcaveantur fraudes illæ innumeræ, quæ nostrates & Juris Rom. conditores prævideront, si pro modo hereditatis æs alienum dissolvi posset, *Hertius in Select. & Rar. ex Univ. Iurisprud. argum. de paræm. Iur. Germ. L. 1. par. 78. §. 1. p. 529.* (2) quia una eademque persona defuncti & heredis esse censetur, ideo heres ad solvendum æs alienum defuncti integrum obstringitur, *Nov. 48. pr. Tabor apud Barbos. in Thes. Loc. Com. sub voc. heres ax. 7.*

3. Idem quoque constituitur Jure Rom. vid. *l. 8. ff. de Acquir. l. omitt. hered. l. 33. solut. matr. Nov. 1. c. 2. §. 2*

4. Quatenus sc. heres adiit hereditatem sine beneficio inventarii legitime confecti, *Molenbecius Cent. 2. Div. 67. n. 19. p. 405.*

5. Ampl. etiamsi creditores aut legatarii norint, & hereditatem non esse sufficientem fateantur, *Hertius d. l. §. 2.*

6. Ampl.

6. Ampl. (2) ut ne quidem per restitutionem in integrum sibi consulere queat heres damnificans, cum res factæ infectæ hic fieri non possint, *Ioh. Gæddæus Lib. 1. Conf. Marburg. 28. n. 300.*

7. Ampl. (3) ut in solidum teneatur heres omnibus creditoribus hereditariis, legatariis ac fidei commissariis, adeo ut nec falcidiæ beneficium heres habeat, *Molenbecius d. l. n. 19. p. 405.*

8. Fallit (1) de Jure naturali mero, quo obligatio heredis ultra quantitatem rerum hereditariarum non extenditur, *Celeberr. Dn. Hertius d. l. §. 1.*

9. Fallit (2) quando quis confici curavit inventarium ante hereditatis aditionem; Sic enim ultra vires hereditarias non tenetur heres, quia hoc ipsum perpetuo indemnem præstat ac securum, *Carpz. P. 2. Dec. 160. n. 8. 9.*

10. Fallit (3) de Jure Saxonico, ubi itidem ultra vires hereditarias nemo tenetur, etiamsi nullum confectum fuerit ab herede inventarium, *Molenbecius d. l. & ibi allegatus Wesenb. in Paratitl. de Jure deliberandi n. 6. Matth. Colerus de Processu Execut. P. 2. c. 3. n. 384.*

11. Fallit (4) quando concursus creditorum sese exerit in persona heredis, & creditores utuntur jure separationis, h. e. petunt intra quinquennium, ut bona defuncti & heredis invicem separentur, & cuilibet sua adjudicentur. *Molenbec. d. l. n. 21. p. 406.*

LXXXVIII.

1. **Wer ein erb-herr, (a) ist auch ein ober-herr. (b)** Dominus hereditarius etiam superior est.

2. (a) Verbum erbherr emphasin hic habet, & verum ac directum dominum significat, *Webner. in Observ. Pract. sub voc.* erblich *p. m. 96.*

3. (*b*) H. e. qui in territorio suo vere rerum potitur, der den meister absolute spielet. Sensus igitur est: dominus hereditarius in subditos suos liberius dominium & imperium habet.

4. R. quia necessario, non vero cum libera voluntate, & a certis conditionibus recipi debet. *Wehnerus d. l.*

5. Decl. (1) procedere hoc in oppositione ad dominos, qui eliguntur, v. g. Episcopos, Abbates &c item Imperatorem, qui plus potestatis in suis provinciis hereditariis quam in reliquis habet. *ibid.*

6. Decl. (2) debere tamen liberius illud imperium restrictum esse ad leges.

7. Fallit, quoad illos, qui ratione prædiorum, quæ possident, erbherren dicuntur, quod in Saxonia imprimis solenne est, & significationem minus extantiorem habet: utut enim certo modo dici possint erbherren, non tamen sunt oberherren, quatenus nimirum præter Imperatorem adhuc alium superiorem agnoscunt.

LXXXIX.

1. Was GOtt will erquicken,
Das läßt er nicht ersticken.

Vel:

Was GOtt will erhalten,
Das kan nicht erhizen noch erkalten.
Quod Deus vult conservari,
Illud non sinit suffocari.
Galli dicunt: Ce qui est conduit de la main de Dieu, ne peut perir.

2. R. quia Deus est Auctor hominis, curamque ejus & negotium illius gerit, *Dn. Thomasius Polyhistor*

ille

ille Halensis in Saxonia in Jurisprud. Divina L. 1. c. 3. §. 71. sqq.

3. Ampl. (1) ut procedat non tantum ratione hominis, sed etiam quoad alias creaturas *1. Cor. 9. v. 9. Matth. c. 6. v. 26. & c. 10. v. 30. Psalm. 147. v. 9. add. Becmannus in Annot. ad Hutterum L. 7. ad Qu. 1. §. 10. p. 196. & Q. 2. §. 3. p. 198.*

4. Ampl. (2) in tantum, ut ne quidem consilio humano prudentissimo, nec remedio ullo divinæ providentiæ fatalis dispositio subverti vel reformari possit, *Lipsius L. 1. Pol. c. 4. §. 15.* Conf. *Auctorem des Batailles memorables de Francois tom. 1. p. 207.*

Wen der himmel will erquicken,
Den kan niemand unterdrücken;
Wen der Höchste GOtt will retten,
Den mag niemand untertreten.

Conf. *Zeilerus in Opere Epist. P. 1. Ep. 480. p. 583.* Add. Wunsch *in Memoriali Oecon. Polit. Pract. p. 12.* ubi, etiam in Vocationibus diverbium nostrum obtinere, tradit.

XC.

1. **EIne gute erinnerung kan nicht schaden.** Bona interpellatio nociva esse nequit.

2. R. quia superflua non nocent; (2) quia aliquid memoria elapsum per bonam admonitionem vel interpellationem in istam revocari potest.

3. Declara, quatenus nimirum illa opportune fit: wann ein narr schon was gutes redet, so taugt es doch nicht, denn er redet nicht zu rechter zeit, *Sirac. c. 20, 22. unde quoque notanter dicitur:* eine gute erinnerung.

4. Ampl. ut interpellatio non tantum non damno, sed & magno sæpe lucro sit, ita, ut optimos producere possit effectus, sic v. c. constituit debitorem in mora *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Com. sub*

voc.

voc. interpellatio ax. 1. quando nimirum dies solutioni non est adscriptus: nam si hoc factum, tunc ipse dies interpellat pro homine, & debitor die illo elapso constituitur in mora, etiamsi interpellatio ab homine non facta, *Barbos. in Thes. Loc. Com. sub voc. dies ax. 13.* Ex superfluo tamen illa facta creditori nocere inquit.

XCI.

1. ERubescit: salva res est.
Er ist worden roth,
Es hat keine noth.

Est commune & tritum dicterium, desumtum ex *Terentio*, & quidem ex *Adelphis A. 4. Sc. 5.* ubi *Mitio* de *Aeschino* dixit: erubuit, salva res est. Sensus est: quando quis de facto quodam interrogatus erubescit, tunc aliquid boni exinde judicandum.

2. Ratio, quia color ruber est color virtutis & signum salutis. *Richterus in Axiomat. Histor. n. 44. p. 48.* Depuduit, & faciem perfricuit, qui verecundiam excussit, & non erubescit, nullumque animi motum sentit, quando aliquid, quod castas aures lædit, dicitur vel auditur. Conf. **Liebenthal** *in Collegio Ethico Exercit. IV. Q. 11. p. 83.*

3. Declara ruborem sive pudorem esse magnum quidem argumentum, erubescentem nondum perfricuisse frontem, & omnem deposuisse pudorem, quia cum illo, qui fronte attrita & perfricta est, actum esse videtur: Periit, cui periit pudor, quem non pudet, hunc pœna dignum puto. Conf. **Kirchgeßner** *in Tribunali Justitiæ P. 4. c. 7. n. 24. p. 157.* Sed potest tamen argumentum hoc fallere, & aliquis esse perfrictæ frontis, qui tamen erubescit, & aliquis

esse

esse apertæ frontis, qui pallet & inconstanter loquitur. Conf. omnino *Dn. D. Thomasius in Fundam. Jur. Nat. L. 1. C. 1. §. 112. p. 37.*

XCII.

1. Erst wäge es, dann wage es. Prius consultandum est, quam agendum.

3. Ratio, quoniam id exigit naturalis rerum ordo. Consilium enim post factum est instar imbris post tempora frugum, raht nach der that ist zu spat. Vorgethan und nach bedacht hat manchen in groß unglück bracht, prouti canticum illud: Allein auf GOtt setz dein ꝛc. & quidem vers. ult. habet.

3. Declara, quod mature deliberari debeat, quod statuendum semel est: factum enim sine consilio maturo cœptum nihil aliud quam pœnitentia sequi potest, *Tabor apud Barbos. in Thes. Loc. Com. sub voc. consultum. ax. 12.* Non sufficit ergo tumultuarie rem aliquam ponderasse, sed matura debet esse deliberatio. Conf. *Zeilerus Cent. 1. Epist. 43. p. 118. Balthasar Gracian dans l'homme de cour max. 151. p. 219.*

Schneller rath
Nie gut that.

4. Declara (2) ita, ut, quod semel mature deliberatum & conclusum, cum fiducia exequendum sit. vid. *Lipsius L. 3. Pol. c. 7. n. 4.* Cauti in consilio, audaces in facto esse debemus. Add. *Hippolytus a Collibus c. 20. in suo Principe.*

5. Limitatur, nisi circumstantiæ interdum aliud postulent: sic enim ex tempore & in arena capienda sunt consilia. *Tabor. l. c. ax. 9.* Wenn das wasser an das maul gehet, muß man wol schwimmen lernen.

6. Hinc quoque est, quod heredi integer concessus sit annus ad inquirendum in vires hereditatis, & de-

deliberandum, num ipsi hereditatem adire conducat? *L. 5. pr. de Jure delib.*

XCIII.

1. **WEr einen erwürget, darff zehen umbringen.** Qui unum interficit, illi vel decem interficere licet.

2. Ratio, quia æque mortis pœnam subire necesse habet ille, qui unum, quam qui decem occidit.

3. Declar. procedere hoc quoad pœnam mortis; fallere vero quoad speciem pœnæ mortis, cum ille, qui plures occidit, regulariter graviori supplicio adficiatur, quam qui unius tantum homicidii reus est.

4. Decl. (2) modo ille, qui unum occidit, animo occidendi id fecerit, hoc enim proprie est erwürgen.

5. Ampl. ut nihil referat, an delictum hujusmodi circa idem objectum semel fiat, an sæpius repetatur, quod in dubio verum est in delictis, quæ Dd. successiva vocant, *Hertius in Tr. Sel. & Rar. Jurispr. Argument. de Paræm. Germ. L. 1. par. 117. p. 585.*

6. Fallit ergo quoad facultatem moralem, quasi scil. ille, qui unum trucidavit, plures trucidandi potestatem habeat, Conf. *Richterus in Axiomat. Oeconom. ax. 30. p. 132.* ubi illud: Wer eines darff thun, der darff das andere auch thun, ita explicatur, ut sensus sit: Qui committit peccatum libidinis, v. g. adulterii, ille etiam committit cædem.

XCIV.

1. **MAn ruffet den esel nicht eher zu hof, er solle dann säcke tragen.** Ad onera portanda asini vocantur in aulas, sive: Non ac-

cersitur in aulam asinus, nisi cum sacci sint portandi. h. e. Schlechte leute kommen nicht eher nach hof, als wenn man ihrer nöthig hat. Quadrat ergo dictum hoc in eos infimæ sortis homines, qui in aulis Magnatum in auxilium vocantur, aut servitia præstare debent, absonderlich wenn sie frohnen oder schatzung geben sollen. Alii dicunt: Wenn ein schlechter mann eines vornehmen herrn freund ist, so ist er entweder sein narr, oder sein esel. Vid. *Dietherr ad Besold. Thes. Pract. sub voc.* Esel.

2. Procedit de facto, non de jure.

XCV.

1. Viel säcke sind des esels tod. Sub multis saccis succumbit asinus, vel: Multitudo saccorum asinum opprimit. h. e. Subditi, si exactionibus & servitiis nimis graventur, ad incitas rediguntur, & pessumire necesse habent.

2. R. quia si vires eorum sensim ita atteruntur, ut deinde istas nunquam recipere queant.

3. Decl. imprimis verum esse proverbium nostrum quoad contributiones, vid. *Matthias de Contributionibus c. 3. n. 9. seqq. p. 52.* Boni pastoris est tondere, non vero deglubere pecus, scheren darff wol ein schäfer seine schäflein, aber nicht die haut über die ohren ziehen. Ut & quoad servitiorum ac operarum rusticarum præstationem, die frohndienste. Apprime utile hic est illud *Terentii in And. A. 1. Sc. 1. Ne quid nimis!* sed enim communiter hic exceditur,

und

und heisset es insgemein: Wilt du nicht, so mustu, prouti respondit famosus ille Dux *Wallensteinius*, interrogatus, qualis processus erga Germanos esset exercendus? *Burgoldens. ad Instrum. Pac. Osnabrugo-Monast. P. 1. disc. 1. §. 99. p. m. 119.* und giebt man manchem über der frohn mehr schläg als brod. Aliter sentiebat *Ericus*, Dux ille Brunsuicensis, als welcher nicht leiden kunte, daß seine vögte die unterthanen über den frohndiensten schlugen, und als es ein vornehmer mann auf eine zeit versahe, und einen diener schluge, muste er eine zeitlang das land von aussen ansehen, teste *Burgoldensi d. l. P. 1. disc. 23. n. 5. p. 410.* Cogitandum tamen insimul, quod tumeant servi, si non timent. Wenn man den bauern viel bittet, so grollet ihm der bauch. Prudentia ubique opus est.

XCVI.

1. Wenn der esel seine last hat, so weiß er wie er gehen soll. Asinus onustus gradum optime observat, & novit, quomodo sine offensione incedere debeat. Adplicatur ad illos homines, qui in officio contineri non possunt, nisi duriori modo habeantur.

2. R. (1) quia ob defectum judicii statim fiunt insolentes ac feroces, terminosque præscriptos excedunt, suo & aliorum damno. (2) Quia luxuriant animi rebus plerumque secundis. Denn wenn dem esel zu wohl ist, geht er auf das eiß, lernet dantzen, und bricht ein bein. vid. Reinkingk in der biblischen policey *L. 2. ax. 114. p. 464. & Agricola* in der auslegung gemeiner teutschen sprichwörter *n. 87. p. 94.* wenn man ihme aber des lasts genug auflegt, so gumpet er nicht, h. e. non rudit. Conf. *Bidembach in Promtuario connubiali p. m. 271.*

3. Decl.

3. Decl. quod inprimis intelligatur de illis hominibus, qui natura quaſi ſervi ſunt, & quibus melius non eſt, quam ſi ipſis imperetur, & quidem modo duriuſculo. Vid. *Hoppius in Com. Inſt. tit. de Iure Perſ. §. 2.*

4. Decl. (2) onus non debere eſſe nimis grave, ſed viribus illud ferentis proportionatum; alias enim, ſi quis oneri non eſt ferendo, ille tandem ſuccumbit & peſſumit ſecundum illam parœmiam: Viel ſäcke ſind des eſels tod. Halte deinen knecht zur arbeit, läſſeſt du ihn müßig gehen, ſo will er juncker ſeyn; *Sirac. c. 33, 26.* Lege keinem zu viel auf, und halte maaß in allen dingen. *ibid. v. 30.*

XCVII.

1. **Dem mann ein ey, dem frommen Schweppermann (*a*) zwey.** Cuilibet viro unum ovum, probo vero Schvveppermanno duo, ſc. dentur. Meminit hujus *Dietherrus in Cont. Theſ. Pract. Beſold. ſub voc.* **einer** *p. m. 171.*

2. *(a) Schvveppermann* erat Dux ille Norinberga oriundus, cujus ope ac virtute Imperator *Ludovicus IV.* Bavarus vincebat *Fridericum* Auſtriacum. Vid. omnino *Nicolaus Burgundius in Hiſtoria Bavarica p. m. 48.* Nam cum prælio commiſſo, præter ova nihil adeſſet, unde defatigati ſeſe recreare potuiſſent milites, Ludovicus illa ita diſtribui juſſit inter eos, ut quilibet militum unum, duo vero acciperet Schweppermannus. Hinc quoque tale epitaphium in monaſterio Caſtellano Palatinatus ſuperioris, legendum conſpicitur:

Hier liegt begraben Herr Seyfried Schweppermann
Alles thuns und wandels an,
Ein ritter keck und friſch,

Der zu Gnadersdorff im streit thät das best,
Er ist nun todt,
Ihme gnade Gott!
Jedem ein ey
Dem frommen Schweppermann zwey!

Vid. *Auctor descriptionis Circuli Bavarici p. m. 178, Lucæ* im Grafen-saal *p. m. 893.* Sigmund von Bircken in der erinnerung des spiegels der ehren des Ertzhauses Oesterreich *L. 3. C. 3. p. 290.* qui tamen quibusdam verbis immutatis ephitaphium illud recenset. Unde proverbialiter dicitur: Jedem ein ey, dem frommen zwey! quo nihil aliud significatur, quam quod præmia pro meritis dispensanda sint.

3. Ratio, quia præmia reip. sunt; quæ autem reip. sunt, illa pro personæ cujusque merito vel demerito distribuuntur, ita ut bene meritus majori præmio adficiatur, *Hoppius in Comment. Inst. ad pr. de J. & J. p. 21.*

4. Declara ergo parœmiam ita, ut valeat quoad justitiam distributivam.

5. Fallit in rebus, quæ privatorum & singulorum sunt, adeoque ad justitiam commutativam pertinent, ubi aliud obtinet: nempe: Gleiche brüder, gleiche kappen; So viel mund, so viel pfund.

6. E. g. quando post reportatam victoriam præmia distribuenda inter milites, tunc attenditur qualitas & meritum personarum, quando vero portiones hereditariæ adsignandæ heredibus eodem gradu conjunctis, tunc a merito & qualitate abstrahitur & numerus tantum personarum respicitur. Quid de prædis bellicis habendum sit, vid. *Grotius de Jure B. & P. l. 3. c. 6. §. 24.* & *Mullerus in Instit. Jurisprud. Gentium c. 5.*

7. Fallit egregie nostris moribus ac temporibus, ubi modo inverso bene merentes plerumque deterioris conditionis sunt quam minus merentes. Conf.

par.

par. Das pferd, so den haber verdient / bekommet am wenigsten davon.

Es ist der neuen welt ihr lauff,
Wer wenig thut, der hat vollauff,
Und wer des esels last zu tragen hat,
Muß sich am zeißleins futter essen satt.

XCVIII.

1. **Es ist besser ein halbes ey, als gar keines.** Melius est dimidium ovum, quam vacuum putamen. Est dictum illis solenne, qui fortunam tentare & periculum facere non audent, sed in dubio parva re, cujus actu potiuntur, contenti, vel maximas res, quarum spes tamen fallere potest, recusant. Ratio, quia in dubio id, quod minimum est, sequimur, *L. 9. ff. d. R. J.* **Man muß das sicherste spielen**, imprimis, quando quis exiguas facultates possidet.

2. Exemplum in assecurationem procurante est, qui assecurationis clypeo res suas contra sævam fortunam tuetur, & defendit, *Hertius in Tr. Select. & Rar. Jurisprud. Arg. L. 1. de Par. Jur. Germ. par. 43. p. 463.* utpote qui mavult aliquid certi accipere, quam totum fortunæ committere, pertinet huc *Martialis* distichon:

Dimidium donare Livo quam credere totum
Qui mavult, mavult perdere dimidium.

3. E contrario assecurans pro scopo habet illud: Audaces fortuna juvat, wagen gewinnt, wagen verliehrt, de quo pluribus *Hertius d. l.* cui addi potest *Benevenutus Stracha de Assecurationibus.* Aliud

exemplum in transigentibus habemus, qui macre concordium (ut barbare dici solet) pingui præferunt victoriæ.

XCIX.

1. **MAn giebt nicht viel golds um ein ey.** Pro uno ovo non multum datur auri; h. e. Exigua res exiguo quoque emitur pretio. Simile est illud: **Darnach geld, darnach wahr.**

2. Ratio, quoniam mercem inter ac pretium debet adesse proportio, *L. rem majoris. 2. C. de Resc. Vend.* Cum alias justum non possit dici pretium.

3. Decl. proportionatum s. justum pretium requiri quidem ad justitiam, non vero ad substantiam emtionis venditionis. *Lauterbach in Comp. Juris tit. de Contr. Emt. Vend. lit. 1. p. m. 306.*

4. Decl. (2) ita, ut pretium inter & rem venditam civilis, non vero omnimodo exacta debeat esse proportio, ut adeo modicus excessus vel defectus non attendatur, sed tolerari soleat. *L. in causa 16. §. pen. ff. de Min. & d. l. 2. C. de Resc. Vend.* Sicut autem modicus excessus ille reputatur, qui infra dimidium est; ita quoque e contrario dolus abesse debet. *L. 13. §. 4. & L. 5. ff. de Act. Emt. Hoppius in Comment. Inst. ad §. 1. de Emt. Vend.* Rescinditur ergo illa tantum emtio venditio, in qua quis læsus est ultra dimidium, ut & imaginaria, utpote quæ magis donatio quam locatio est, *L. 46. ff. Locat.* E. g. pro uno nummo emi quidem potest simila, sed non aliquod prædium,

C.

C.

1. **Böhmen (*a*) ist der Churfürsten ober-mann. (*b*)**

2. (*a*) Bohemia per metonymiam adjuncti pro subjecto hic pro Rege Bohemiæ posita.

3. (*b*) Ober-mann vel contracte Ob-mann, arbitrator, significat tertium illum, qui vota paria dissentientium reducit ad imparitatem seu pluralitatem, & sic lites componit, vid. *Besold. in Thes. Pract. sub voc.* Obmann *in addit*. Differt ab arbitro, qui judex compromissarius est, ein willkührlicher richter. *Wehnerus sub voc.* Obmann *p. 397*. Sensus est, quod, si ex pari suffragiorum numero inter Electores nascatur discordia, tunc Rex Bohemiæ tanquam arbitrator eam possit componere, ita, ut in Imperatorem eligatur, cui Rex Bohemiæ votum addit. *Vid. Clapmarus de Arcanis Rerumpub. L. 6. c. 19. p. 334. Petrus de Andlo de Imperio Romano c. 2. Schœnborner. lib. 5. Pol. c. 33.*

4. Ratio est, quia Rex Bohemiæ Electorum excellentissimus est.

5. Probant hoc rythmi illi vulgati, quos citant *Burgoldensis ad Instrum. Pac. P. 1. disc. 19. n. 2. p. 323. Vitriarius L. 3. tit. 12. n. 1. & Auctor addit. ad L. 1. T. 12. p. 341. Carpzov. ad L. Reg. Germ. c. 5. Sect. 10. n. 35. p. 137.*

Ich bin der Churfürsten Obermann,
Wenn man nicht wol eins werden kan,
Wem ich dann geb die stimme mein,
Der muß allein der Keyser seyn.

6. Ampl. (1) ut hodienum id, aucto numero Electorum, procedat.

7. Ampl. (2) ut Rex Bohemiæ hanc prærogativam habeat, ſive numerus Electorum par, ſive impar ſit. Quid vero ſi Rex Bohemiæ & ſeptem tantum ex reliquis Electoribus in actu electionis compareant, & quatuor hunc, quatuor vero iſtum eligant Regem Romanorum? an tunc ille erit Imperator, qui ab iſtis electus, qui Regi Bohemiæ ſeſe conformarunt, an vero hoc caſu auctoritatem ſuam denuo interponit Rex Bohemiæ? Pro priori ſententia facit, quod, quia vota utrinque ſunt æqualia, talis electio non habere poſſit exitum, niſi adfirmative reſpondeatur. Poſterius ſi concedas, Rex Bohemiæ effective duplex habebit votum; Ordinarium ſcil. *quod vi Aur. Bull. c. 4. §. primo quidem 4. in ordine* tertium eſt & extraordinarium, quo diſcrepantiam votorum eligentium ad pluralitatem redigit. Deciſionem aliis relinquamus. Quid ergo habendum de illorum ſententia, qui Archipincernam plane nullum votum in actu electionis, niſi in caſu Paritatis votorum habere tradunt, ad illud provocantes: Der ſchenck des Reichs hat keine wahl? Reſpondetur: illam non mereri applauſum ob refragantem A. Bullam d. l. vid. *Auctor addit. ad Vitr. L. 3. t. 12. p. 746.*

INDEX RERUM & VERBORUM secundum numerum parœmiarum directus.

A.

Abschnitte giebt es bey dem geld-aufnehmen, bezahlen, güther verkauffen uud verpfänden. 52
Abusus non tollendus cum usu 4
Adel, ein gebohrner von adel quinam sit? 59
Adami tempore non dabatur nobilitas 59
Advocati in suis scriptis præcipua argumenta primo & ultimo loco ponunt. 80
in Anglia si vel diabolus regnet, Belgis tamen amicitia ejus quærenda. 81
Animus qualificat actiones. 83
Ausmachen soll kein anderer, was einer angefangen oder zugeschnitten. 1
Austräge sind austräge. 2. tragen das recht denen partheyen aus dem land. ib. Austregæ unde nomen habeant. ib. in quem finem introductæ. ib. suntsumtuosæ. ib.

B.

Bacchus, wann der das feuer schüret, so sitzet die Venus beym ofen. 3
Bad, mit dem kind muß man es nicht ausschütten. 4.
Wer ertappet wird, muß das bad austragen. 5
Bären loßlassen ist besser, als einen anbinden. 6
Bären brummen quid significet? 6
Bärenklau, Mantel godes de bärnklau vlü nee werlle. 7.
Insignia Ducum Luneburgensium & Comitum Hoyensium. ibid.
Bancketirer geben gute banckerottirer. 8
Bart, wer sich in den grasen läßt, dem hofirt man zuletzt gar auf das maul. 9. apud Francos olim habita sancta. ibid. in dem bart steckt viel reputation. ibid.
Basan, hört up liefmann! kennt gy nit de grote konig Basan. 10. Sicambrorum rex, qui filium suum adulterii postulatum propria manu truncavit. ibid.

Bastart, trägt keine mutter. 11. Quantum differat à legitimis liberis. ibid.
Bauch, et iß bäter in de wiede welt, oß in de enge beyck. 12
Bauen, wer bauet findet geld. 13. Wer an den weg bauet, hat viel tadler 14. Wer will in das arm-geschlechte, der maure, baue viel und rechte. 15
Bauer, bürger und bauer, scheidet nichts als die mauer. 16
Bodenwerder, Urbs ad Visurgim in Ducatu Brunsvicensi, in re cerevisiaria celebris. 73
Böhmen, Böhmen ist der Churfürsten Obermann. 100
Borgen, Borchard ist Lehnhards knecht. 17. Borgen und jucken thut nur eine zeitlang gut. 18. Wer will verderben, der borge geld und kauffe erben. 19
Botmäßigkeit ist nicht flugs gerichtbarkeit. 20
Bote betriegt einen nicht, wenn man selbst gehet. 21
Brauen und backen geräthet nicht allezeit wohl. 22
Brauwerck ist manufactur und keine kauffmannschafft. 23
Brechen, wann es auf das äusserste kommt, so brichts. 24
Briefe sind besser dann zeugen. 25. Die älteste briefe gehen vor. 26
Brod, die in eines brod seyn, müssen auch in seinem besten seyn. 27. Deß brod ich esse, deß lied ich singe. ibid.
Bruder, gleiche brüder, gleiche kappen. 28
Brunn, wenn man den verstopffen will, muß man die quelle suchen. 29
Burgermeister einmahl, allezeit burgermeister. 30. Wo der burgermeister selbst ein beck ist, da beckt man das brod zu klein. 31
Buß, nimmerthun ist die beste buße. 32
Bylbrieff gant voor bodmerie-brieff. 33. Quid sint hujusmodi instrumenta. ibid.

C.

CAntatrices sunt meretrices. 34. Cantores amant humores. ibid.
Cantzley ist eines fürsten hertz. 35
Carlsbad, des Kayser Carls warmes bad, ist eines nutz des andern schad. 37
Castell, heute haben wir einen feyertag, aber zu Castell mistet

stet man die ställ. 36. Castellanorum Comitum origo. ib.
Cautiones necessarias negligens de damno causato conveniri potest. 46
Churfürsten, deren Obermann ist Böhmen. 100
Civitas honestis hominibus replenda. 69
Civium jura muris terminantur. 16
Clausula Codicillaris ist ein kraut das alles heilet. 38
Clementia intempestiva mores subditorum corrumpit. 24
Collegium tres faciunt. 39
Comessationibus metam facere magistratus officium est. 8
Commodum privatum est initium calamitatis. 72. parum distat a furto. ibid. odium parit populi. ibid.
Compromiss, Laß dich in kein Compromiss, du verliehrst die Sach gewiß. 40. Quid sit compromissum. ib.
Confessio tortura vel metu extorta prudenter dijudicanda 74
Conjugium a sectis quibusdam pro opere diaboli habetur. 65
Connubia illegitima permissive in cœlis fiunt. 63
Conscientiæ malæ signa quæ sint. 91
Conservatio magis quam destructio alterius quærenda. 69
Contractus dolum non continere & cuilibet in eo libera voluntas manere debet. 54
Conventus Imperii, Circulares & Comitum quid sint? 45
Credit ist besser denn baar geld. 41
Creditor, eines Creditoris vorlauff soll dem andern nicht schaden. 42. Quantum creditori conducat si immissionem pignoris adipiscatur. ibid.
Crepitum ventris an emittere liceat? 12
Creyßtage, creutztage. 43. pag. 300
Creutz, arme leute, haben arme creutze. 44

D.

DAs und das, es wäre alles gut, wann nur das und das nicht wäre. 45
Debitores in hæreditate omnibus tum hæredibus tum legatariis. antecedunt. 84
Debitor an possit esse testis in causa creditoris. 17. illum prius interpellare, quam ad judicium convolare decet. 57
Decimæ cui cedant Vasallo vivente, morte tamen ejus superveniente. 86

Degen soll man 60 jahr lang tragen, um einer einzigen bösen stunde willen. 46
Delicti reiteratio exasperat pœnam. 75
Delictum a pluribus perpetratum obligationem in solidum habet. 5. Delinquens ex pluribus deprehensus quatenus teneatur ratione pœnæ ibid.
Deprehensus in delicto pœnam luit. 5
Deuter, es ist viel an einem guten deuter gelegen. 47
Dieb soll man hencken, und die hur ertrăncken. 48. Der müller mit der metzen, der weber mit der gretzen, der schneider mit der scheer, wo kommen die drey diebe her? 49. Gelegenheit macht diebe. 50. Kleine henckt man, grosse lăßt man lauffen. 51
Dienen ist besser einem, der eine herrschafft verthun als der eine gewinnen will. 52
Dienste bey herrn sind keine ehegelübde. 53
es Dinget ein jeder, so genau als er kan. 54
Discordiæ principium est, commune suum facere. 72
Doctoralem & magisterialem titulum Nobiles hodie non adfectant. 55. Doctorum solennia hodie non eruditione sed pecunia quæruntur ibid. In Institutis comparo vos brutis, in Digestis nihil potestis, in Codice scitis modice &c. 55
Domestici a testimonio pro dominis ferendo repelluntur. 27
Dos ad sustinenda onera matrimonii datur. 67
Dotis fructus quatenus ad maritum spectent. ibid.
Drohen, wer davon stirbt, dem soll man mit esels-nüssen zu grabe lăuten. 56
Duella improbantur. 70

E.

EBrietas in stupro prætensa an fidem habeat? 5
Eckart der treue warnet iedermann. 57
Edelleuten lasse man ihr wildpret, denen bauern ihre kirchweyh, und denen hunden ihre hochzeit, so bleibet man ungerauft. 58
Edelmann, als Adam hackt und Eva spann, wo war da der edelmann. 59. Ein edelmann mag vormittag zu acker gehen, und nachmittags in turnier reiten. 60. einen sperling und edelmann soll man nicht über 4

wochen leben lassen. 61 Wann man den edelmann macht zum meyer, so bekommt der Fürst weder hüner noch eyer. 62
Ehebett, aus selbigem soll man nicht schwätzen. 64
Ehen werden im himmel gemacht. 63
Ehestand ist der heiligste orden. 65. Wehestand 66. Viel gaben muß der ehestand haben. 67
Ehr, diese mag eine frau wol kräncken. 68. es ist besser zehen bey ehren erhalten, als einen einzigen zum schelmen machen. 69. Gut verlohren, nichts verlohren; ehr verlohren, alles verlohren. 70
Ehren-worte binden nicht. 71
Eigennutz, befreundter rath, hat verderbt der Trojer stadt, 72
Einbeck, wo to Bodenwerder nich geraden de note, to Hoxter de kohl, to Alfeld de hoppe, und to Einbeck dat beer, sau synd se arme steeden alle veer. 73. Urbs in Ducatu Grubenhagensi, ibid.
Einbildung und furcht ist ärger als die pestilentz. 74
Einmal ist keinmal. 75
Einnehmen, wer ausgiebt, muß wieder einnehmen. 76
Einziehen, wann einer ziehet ein, soll man ihm helffen mit rath, wann er aber ziehet aus, soll man ihm nehmen was er hat. 77
Eisern viehe stirbet nicht. 79. quæ pecudes hac appellatione veniant. ibid.
Elsaß, drey schlösser auf einem berg, drey kirchen auf einem kirchhoff, drey städt in einem thal, ist gantz Elsaß überall. 79
Emigrationis variæ collectæ. 77
Ende gut alles gut. 80 das end trägt die last. ibid.
Engelland ist der weiber paradeiß, der knechte fegfeuer, und der pferde hölle. 81
an Entschuldigungen wird es niemand fehlen. 82
Equus Trojanus fabulam magis, quam historiam sapit. 72
Erb, de bloedige handen neemt geen erfeniß. 83. Die schulden sind der nächste erbe. 84. Erfniß ist geen winste. 85. Was die ege bestrichen, und die hecke be-

decket, das folget dem erbe. 86. Wer einen heller erbet, muß einen thaler bezahlen. 87
Erbherr wer ist, der ist auch ein oberherr. 88
Erinnerung kan nicht schaden. 90
Erquicken: Was GOtt will erquicken, das läßt er nicht ersticken 89
Erst wäge es dann wage es. 92
Erubescit, salva res est. 91
Erwürgen, wer einen erwürgt, darff zehen umbringen 93
Esel rufft man nicht ehe zu hof, sie sollen dann säck tragen. 94. Viel säcke sind des esels tod. 95. Wann der esel seine last hat, so weiß er wie er gehen soll. 96
Excusatio haud facile deest. 82
Extrema omnia vitiosa sunt. 24
Ey, dem mann ein ey, dem frommen Schweppermann zwey. 97. Es ist besser ein halbes ey, als gar keines. 98. man giebt nicht viel golds um ein ey. 99

F.

FAcilitas intempestiva damnatur. 9
Fama & vita pari passu ambulant. 70. earum defensionis differentia. ibid. Fama quousque tuenda & an recuperabilis. ibid.
Finis coronat opus. 80
Frohndienste quomodo præstantur? 95
Fructus extantes pro parte fundi habentur. 86. cui debeantur moriente domino. ibid. Fructus vinearum nach der Hacke cui debeantur. ibid. Fructus fundi feudalis ad quem pertineant Vasallo decedente ibid.
Fures ferarum gravissime animadverti solent, & quatenus justum. 58. Fœminæ qua pœna afficiendæ. 49. quinam a pœna laquei sint immunes. 51. Quando dicantur occasione furtum commisisse? 50
Fures minores saltem suspenduntur. 51
Furtum an committatis, qui putat rem aliquam diripiendam fuisse concessam. 5, Quando ad pœnam laquei qualificatum. 48

G.

GAllorum moribus hæres ex delicto defuncti conveniri potest. 85

Gerichtbarkeit quid sit? 20
Guarentigiata instrumenta paratam executionem habent. 25

H.

HÆreditas continet damna & lucra. 19. in eadem instrumenta potiora sunt testibus. 25. quibus præcautionibus adeunda. 85. & 87 hæreditatem vulnerati an vulnerans vel quis habere possit. 83. ad hæreditatem ab intestato an filius patrem vulnerans admittendus? ibid.
Hæres in quantum ex delicto defuncti teneatur? 85. Hæredis & defuncti una eademque persona 87. heredi quam diu sit concessum in vires hæreditatis inquirere? 92
Honorum Academicorum titulis ornare indignos peccatum est. 55
Honor & vita pari passu ambulant. 70
Hypothecam qui habet, jus in tota ej9 substantia & in solidum habet. 26. Hypothecarum prioritas quousque valeat? ibid.

I.

IMaginatio non imprægnat fœminas. 74
Injuriarum toleratio parit contemtum. 9
Instrumenta liquida paratissimam executionem secum ferunt. 25. antiqua prævalent novioribus. 26
Interpretatorem bonum habere multum refert. 47
Jocanti injuriose respondens, an actione injuriarum conveniri possit? 76
Judex in discretione excusationum sit cautus. 82. an pecuniam mutuam dare possit? 72
Jurisdictionis exercitium quomodo differant in Magistratibus & officialibus? 20

K.

KEysersberg, Ammerswevher und Keyesheim oppida Alsatiæ agrum summe fertilem habentes. 79
Kirchweyhe, diese solle man denen bauern lassen. 58
Krebsscheeren, wie diese und die bart-haare, wachsen andere glieder des leibes nicht wieder. 9

L.

LÆsio ultra dimidium rescindit emtionem venditionem. 99
Liberalitas an exerceri possit in præjudicium tertii. 84
Liberi incestuosi & adulterini an succedant? 11

Lucro honorem præferunt conſcientioſi. 52

M.

MAledicens parentibus eſt infamis, imo ultimi ſupplicii reus. 83
Manufactur quid ſignificet? 23
Matrimonium invitis parentibus contractum Satanas potius quam Deus conjunxit. 63
Media via eſt optima. 24
Membrorum ſuorum nemo dominus. 68
Meretrices aqua ſuffocantur 48
Metus pejor eſt peſte. 74
Minæ animo nocendi conceptæ qua pœna luantur? 56. Cum præparatione conjunctæ formidabiles habentur. ibid. Incendiorum juſtum dolorem incutiunt. ibid. eas non timere viri conſtantis eſt. ibid. erga minas proferentem quodnam remedium adhibendum. ibid. Nimis coacti delinquentes aliquo modo excuſabiles. ibid.
Miniſtrorum reſignatio quomodo fieri debeat? 53
Molitores præſumuntur eſſe fures 49. in furto deprehenſi quomodo puniendi? ibid. an eorum liberi ab opificiis excludendi? ibid.
Mühl, in derſelben iſt das beſte, daß die ſäck nicht reden können. 49
Müller und weber müſſen die leiter zum galgen tragen. ibid. Werden nicht gehenckt, damit das gantze handwerck nicht untergehe. ibid.
Mulieres ob ſtuprum admiſſum an & quando poſſint excludi a legitima ſucceſſione parentum? 68

N.

NAchſteuer ab emigrantibus exigitur. 77
Niſi ſi non eſſet, perfectus quilibet eſſet. 45
Nobiles in Polonia agriculturam exercere non pudet. 60. quare a vulgo odio proſequantur? 61. an immunes a pœna laquei. 62
Nobilem eſſe eſt accidentale. 59

O.

OBligatio præſupponit verba conſiderata. 71
Occaſio facit furem. 50

Omnia

Omnia tunc bona ſunt, clauſula quando bona eſt. 80
Opifices de damno caſu fortuito accidente an & quatenus reſpondere teneantur? 22. Opus ab uno inchoatum alter abſolvere non debet. 1
Otto I. Imperator vindicat evulſionem barbæ. 9

P.

PArtus nullus illegitimus quoad matrem. 11
Pœna an & quando remitti queat? 32
Poſſeſſor bonæ fidei fructus pendentes transmittit ad hæredes, non vero uſufructuarius. 86
Prædæ bellicæ quomodo diſtribuantur. 87
Præſcriptio impium præſidium. 4
Precarium quam diu duret? 53
Promotionem indigni æque ac digni hodie adſciſcunt. 55
Proportio inter pretium & rem venditam quæ eſſe debeat. 99

Q.

Quelle muß man ſuchen, wer den brunnen verſtopffen will. 29
Quicquid agis, prudenter agas, & reſpice finem. 80

R.

REgnum durum abit in tyrannidem. 24
Regula formanda ex iis, quæ frequenter, non quæ raro fiunt. 13
Remotionis officialium juſtæ cauſæ. 53
Römermonat, dieſer gehen viel auf ein jahr. 43
Rothen hahn auf das hauß ſetzen wollen. 56
Ruſtici in judiciis non deterioris conditionis ſunt ac cives. 16
Ruſticum & divitem eſſe ſibi non contrariantur. 15

S.

SAnguinolentæ manus non eſt heres. 83
Schelten ſoll man einander nicht alſofort. 69
Schweppermann Dux Norinberga oriundus. 97
Semper aliquid hæret. 70
Servi vel ſervæ an pro lubitu poſſint deſerere dominos. 53
Socida de hac remiſſive. 78
Species quid ſignificet in jure? 23
Statuta facere contra jus commune an liceat? 1
Stehlen, mitgeſtohlen mitgeſchenckt. 28

Su-

Suburbarii an gaudeant juribus civium? 10

T.

TExtorum liberi an ab opificiis excludendi? 49
Teſtes prævalent inſtrumentis 25
Teſtamentum an ſanetur per clauſulam codicillarem. 29
Thori arcana non ſunt manifeſtanda. 64
Timor & metus ſunt cauſa primaria peſtis. 74
Tituli conſervantur in memoriam geſti muneris. 30
Torneamentorum differentia. 60
Troja Phrygiæ civitas. 72
Turnier unde derivetur? 60
Turpitudo propria an in præjudicium tertii allegari poſſit? 11
Tyranni ſubditos propter magiſtratum eſſe credunt. 77

U

VEnationum abuſus. 59. earum turbationes pœnas pariunt. ibid.
cum Venditore in neceſſitate conſtituto quomodo agendum? 54
Venus friget ſine Cerere & Libero 3
Verba honoris non pariunt jus. 71
Verberans & vulnerans non admittitur ad ſucceſſionem. 83
Violentum nunquam diuturnum. 24
Ultima diſpoſitione nemo cavere poteſt, ne lege obtineant. 83
Untreu verrechneter diener was ſie darzu veranlaſſe? 50
Uſus cum abuſu an & quando abrogandus? 4
Uxorem qui ducit, libertatem vendit. 66

W.

WAgen gewinnt, wagen verliert. 98
Wald, wie man in den ſchreyet, ſo hallt es wieder. 76
Weib, guter muth iſt halber leib, hüte dich und nimm kein weib. 66
Wort entfahren einem oft, ſo man nicht alſo meinet. 47
Wütend heer quid ſit & unde nomen habeat? 57.

Z.

ZInß, verbotene zinß nehmen und ſich damit bereichern, eſt ſpecies furti. 51
Zoili judicio liberi eruditorum ſubjecti. 14
Zythopeptæ culpam tantum levem præſtare ſolent. 22

FINIS.

THESAURUS
PAROEMIARUM GERMANICO-IURIDICARUM,
Teutsch-Juristischer Sprichwörter-Schatz,

IN QUO
MILLE ET QUOD EXCURRIT
GERMANORUM DICTERIA, CUMPRIMIS
IURIS, RECENSENTUR;
RATIONIBUS, LEGIBUS AC DECLA-
RATIONIBUS ILLUSTRANTUR,
ET QUIDEM EIUS

CENTURIA QUARTA,

OPERA ET STUDIO
GEORG. TOB. PISTORII, I. V. L.
Ill. Comiti Hohenloico-Weickersheimensi a Consiliis & Cancellariæ Directoris.

LIPSIAE,
TYPIS JOH. CASP. MULLERI,
1716.

ILLVSTRISSIMO COMITI AC DOMINO,

DOMINO

WOLFFGANGO GEORGIO,

COMITI AC DOMINO IN CASTELLO,

COMITI AC DOMINO SVO GRATIOSISSIMO,

CENTVRIAM HANC QVARTAM PAROEMIOGRAPHIAE GERMANICO-IVRIDICAE

dicat & offert

Devotissimus Ejus Servus

AVTOR.

B. L.

Zusagen macht schuld. Est dicterium, quod in hac insequenti Centuria quarta reperire licet explicatum, & cujus memor operi semel cœpto & promisso tam diu insisto, donec divina auxiliatrici gratia fides liberata, h. e. donec mille, & quod excurrit, Germanorum Parœmiæ Tibi exhibitæ fuerint.

CENTVRIA IV. PAROEMIARVM,

1 DJe auf einem boden in der see sind, die sind gleich reich.
2 Von bodmerey ist man keine haverey schuldig.
3 Der jüngste bodmerey-brief gehet allen andern dergleichen briefen vor.
4 Qvad ey, qvad kucken.
5 Der eyd ist ein end alles haders.
6 Ubersehen ist auch verspielt.
7 Wer eine hure zur ehe nimmet, der ist ein ꝛc.
8 Gemein gerücht ist selten erlogen.
9 Man hencket keinen, man habe ihn dann.
10 Was in des nachbars garten fällt, das ist sein.
11 Duo cum faciunt idem, non est idem.
12 In dem closter Ebrach liegt der teufel und seine mutter begraben.
13 Wem die henne gehöret, dem gehören auch die (eyer.
14 Die Filialisten gehören todt und lebendig zur mutter-kirchen.
15 Nachgeben stillet den krieg.
16 Die herren seind gut, nur die apostel sind ꝛc.
17 Auf dem spiel gilt alles.
18 Wer den Pabst zum vetter hat, kan leicht ꝛc.
19 Gieb mir das dein, glaub was ich will,
Druck ich dich, schweig zu unrecht still.
20 Wie der zeiger gehet, so gehet auch das regim.
21 Een bedorven coopmann is een goet mackelar.
22 Man henckt keinen dieb wider seinen willen.

23 Worm-

23 Wormser Juden, fromme Juden.
24 Eigen lob stinckt gern.
25 Ein schaf ist wol fromm, es graset aber genau.
26 Wer sein weib verlohren hat, muß es in der Schotten closter suchen.
27 Zimmerleut und maurer, das sind rechte zauderer ꝛc.
28 Wann man die ganß bey dem ganter setzet, ꝛc.
29 Man muß bisweilen durch die finger sehen.
30 Kommet feuer und stroh zusammen, so giebt ꝛc.
31 Funcken machen feuer.
32 Eine ganß ist geflogen aus, ein gickack komt ꝛc.
33 Leib an leib, guth an guth.
34 Noth hat kein gebot.
35 Zusagen macht schuld.
36 Volenti non fit injuria.
37 Fehlet dir ein helm-zeichen, kauffe ein baar ꝛc.
38 Man soll nicht alles sagen, was man gedencket.
39 Zu denen erschlagenen Francken gehöret ꝛc.
40 Es ist keinem eine traube verwehret.
41 Denen schlimmsten leuthen soll man die beste Attestata geben.
42 Als David kam ins alter, da machte er psalter.
43 Der marckt lehrt kramen.
44 In Camera non est Christus.
45 Besser ein habich als ein hättich.
46 Wer dich richtet, ist dein Herr.
47 Halt du dich wol, ich kan es nicht.
48 Superflua non nocent.
49 Wehrmann haben, hilfft nicht.
50 Man straffet keinen mit doppelter ruthen.

51 Der anfänger ist aller ehren werth.
52 Es ist niemand schuldig, die kuhe mit dem kalb zu behalten.
53 Vier füße mit einem weissen zeichen,
Dörffen keinen zoll abreichen.
54 Wer menschen-blut vergiesset, des blut soll ꝛc.
55 Hildenbrand, höllenbrand.
56 Geld macht schälck.
57 Wer mir nix geit, und nix leit, der laß mich ꝛc.
58 Am geding ist keine folge.
59 Es setzt sich niemand gern vom pferd auf. ꝛc.
60 Nos docti male pingimus.
61 Es ist besser erhalten, als vorbehalten.
62 In der jugend eine hure, in dem alter eine hexe.
63 Alle sieben jahr frisset man bey hof einen küchen-jungen auf.
64 Man soll sich richten nach der lehre und ꝛc.
65 Genau gedungen und richtig bezahlet.
66 Das werck lobet den meister.
67 Wer einen narren kauft, muß einen narren ꝛc.
68 Die erste maulschelle ist besser, als zwo andere.
69 Mit kleinen fängt man an, mit grossen hört ꝛc.
70 Was gehangen soll werden, ersäuffet nicht.
71 Wann es kommt zur Execution, so sucht man gern Dilation.
72 Der erste finder ist auch der erste muther.
73 Es ist kein was? ohne weil.
74 Wodurch jemand sündiget, damit wird er ꝛc.
75 Wann der hirt auch nicht mehr freyheit hätte, als das schaf, so müste er auch graß essen.

76 Für einen bräutigam ist gut bürge seyn.
77 Vom brücken-geld ist niemand frey.
78 Ein hauß, ein brand.
79 Ungedingt gearbeitet, ohne lohn davon &c.
80 Wer sich dem jagen gar ergeit,
Wird gleich den thieren mit der zeit.
81 Je höher der officier, je grösser das verbrechen.
82 Wer bald giebt, giebt zweymal.
83 Der gelindeste weg, der sicherste weg.
84 Je gelehrter, je verkehrter.
85 Es müssen starcke beine seyn, so die guten tage ertragen können.
86 Brauche was du solst, und gewarte was &c.
87 Böse schuldner verstecken sich vor ihren Creditoren und kriechen ihren weibern unter den beltz.
88 Pfand, giebt offt land.
89 Eine alte gewohnheit soll man nicht brechen.
90 Keine azel heckt eine taube.
91 Wer landes-herr ist, dem gebühret auch die erb- und landes-huldigung.
92 Lehen tragen schulden.
93 Wer getroffen wird, der regt sich.
94 In Policey-sachen gilt keine Appellation.
95 Mache dich klein, aber nicht gemein.
96 Der unschuldige muß das gelag bezahlen.
97 Gesammt guth, verdammt guth.
98 Os Ministri est Os Principis.
99 Der schöff weiset zu recht.
100 Wol oder besser thun ist niemand verboten.

I.

1. **Die auf einem boden in der see sind, die sind gleich reich.** In una navi (**boden** tanquam pars h. l. synechdochice denotat navim ipsam, sive totum. vid. *Fritschius in Cont. Thes. Pract. Besold. sub voc.* **Bodmerey**) existentes, æque divites sunt. Cónf. *Schottelius* **Von unterschiedlichen rechten in Teutschland,** *c. 21 §. 15.* h. e. qui eadem navi vehuntur, eadem gaudent fortuna, & res, in illa navi existentes, habent communes.

2. R. quia necessitas inter illos quandam introducit communionem, & melius est, vitam redimere hominum, quam res suas conservare, & tamen incertum esse, an per naufragium opus quisque habiturus sit iis, quæ seorsim habet. *Celeberr. Dn. Beier in Tr. de Receptu. P. 3. n. 340. p. 86.*

3. Fund. *in L. 2. si laborante §. 2. ff. ad L. Rhod. de Jactu.*

4. Procedit tantum quoad esculenta ac potulenta *Dn. Hertius in Select. & Rar. ex univ. Jurispr. Arg. de Paræm. Jur. Germ. L. 1. par. 37. p. 448.* Conf. *Peckius ad L. Rhod. de Jactu n. 6. it.* quoad res vestiarias & quidem flagitante vel imminente necessitate. *Schottelius d. l.*

5. Adplicari potest hac parœmia propter incertitudinem, fragilitatem & nullitatem bonorum terrestrium, ad omnes vere Christianos, in hoc mundi pelago constitutos, & æque divites existentes, die da kauffen, müssen seyn, als besässen sie es nicht. *1. Cor. 7. v. 30.* und die nichts haben, als die alles haben. *2. Cor. 6. v. 10.*

II.

1. **Von bodmerey (a) ist man keine haverey (b) schuldig.** Belgæ dicunt: **Bodmerie ist geen averie** subject.

2. (a) Ita dicitur a Carina, sive fundo navis, dem boden, & describitur, quod sit pactio, qua a Magistro navis mutuo sumitur pecunia, peritura, si fundus ille interierit; Wenn man geld auf das schiff nimmet oder borget. Add. *Par.* Byl-brief gant vor bodmerie-brief.

3. (b) Descendit a germanica voce hafen, portus, & significat communem refundendi nexum post portus hujus vel illius ingressionem. *Schottelius* von unterschiedlichen rechten in Teutschland, *c. 21. §. 2.* vel est contributio ad damnum illud resarciendum, quod laborantis navis levandæ causa, tempore imminentis naufragii, factum. Sensus ergo est: *qui pecuniam in fundum navis credit, ita, ut navis ei oppignorata sit, & nave pereunte pereat quoque pecunia in eam concredita, illa nihil contribuere tenetur ad damnum illud resarciendum, quod domini mercium in illa existentium per hoc perpessi sunt, quod levandæ navis causa, tempore imminentis naufragii, merces illæ ejectæ fuerint.*

4. Confirm. per plerorumque locorum maritimorum statuta. vid. *Stat. Hamburg. P. 2. t. 28. §. 2.*

5. R.

5. R. quia ille, qui in fundum navis pecuniam credit, jam tum ſatis periculi in ſe ſuſcipit; amittit enim iſtam, perdito fundo navis *Schottelius d. l. §. 3.* & nemo tamen ipſi contribuit aliquid ad damnum illud reſarciendum.

III.

1. DEr jüngſte bodmery-brief gant vor andern gelicke briefe: vel der jüngſte bodmerey-brief gehet allen andern dergleichen briefen vor, h. e. quando concurrunt plures, qui inſtrumenta habent fœnoris nautici, tunc illi, qui noviſſimum pecuniæ nauticæ inſtrumentum habent, cæteris præferuntur. *Schottelius* von unterſchiedlichen rechten in Teutſchland *c. 22. n. 9. p. 424.*

2. R. quia per illam poſtremam pecuniam factum eſt, ut navis ex portu abierit.

3. Fundatur in jure Hollandico, & conſuetudinibus locorum particularibus.

4. Declaratur, nullum jus prælationis eſſe inter illos, qui pecuniam nauticam non nautæ, ſed mercatori dederunt, ſub obligatione mercium, quibus navis onerata. Hic enim omnes habentur pares, & ſimul concurrunt. *Schottelius d. l.*

IV.

1. QVad ey, (a) quad kücken (b). Noſtra dialecto: Böſes ey, böſes küchlein. Mali corvi malum ovum; Wie der vogel iſt, ſo legt er eyer: Græci dicunt: *Κακȣ̃ κόρακος κακὸν ᾠόν.* Originem refert ERASMUS RO-TERO-

TERODAMUS ad Coracem, primum oratorem Syracusis, quo de vid. *Cent. 9. Chiliadis primæ n. 25. p. m. 233.* Eodem recidit illud:

Non procul a proprio stemmate poma cadunt.

Der apfel fällt nicht weit vom stamm: wie der baum so die birn: wie die frau so die dirn.

Namque solet similis filius esse Patri,
Et sequitur leviter filia matris iter.

2. (a) Qvad est vox inferioris Germaniæ & Saxoniæ, quæ idem significat ac böß. Belgæ scribunt: qvaad. v. e. Qvaad vier, erysipelas, sacer ignis, das flugfeuer, oder rothlauff. Conf. *Becmannus in Hist. orbis terrar. c. 9. Sect. 1. §. 6. p. m. 350.* Datur quoque quædam ordinis equestris familia in Westphalia a qvaad dicta.

3. (b) Est itidem vox inferioris Saxoniæ. Belgæ dicunt keycken, kiecken, nos vero küchlein. Sensus autem parœmiæ hic est: *qualis Pater aut mater talis quoque filius & filia est.* Die mutter eine hur, die tochter ein hürlein.

4. R. quia qualis causa, talis effectus, sive: Arth läst von arth nicht. Qualia sunt principia, talia sunt principiata *Gail. de pace pub. L. 2. c. 13. n. 23. p. 142. Crusius de indiciis delictorum, P. 1. c. 24. n. 2.* hoc exprimit ita: prout sanguis, ita & morum labes in Filios propagatur. Add. *Id. P. 3. c. 2. n. 106.* ubi testatur sæpe misellos fures confessos & conquestos fuisse, furandi consuetudinem sibi fuisse hæreditariam. Es sey ihnen das stehlen von ihren eltern angeerbt.

Quo semel est imbuta recens servabit odorem
Testa diu.

Das bier schmeckt gern nach dem faß.

5. Idem

5. Idem quoque in scriptura sacra habetur. vid. *Ezech. c. 16. ut & in Jure Civili arg. L. quod si nolit. §. quis mancipia ff. de ædilit. Edict.*

6. Decl. valere proverbium hoc non nisi ut plurimum, cum interdum etiam parentes mali generent sobolem frugi & præstantem. *Crusius d. l. c. 24. n. 5. p. 124.* Und hat wohl ehe ein gottloser Saul einen frommen Jonathan, und ein frommer David einen gottlosen Absolon zum sohn gehabt. Educationi hic multum tribuendum.

7. Ampliatur procedere illud etiam vice versa, ita ut boni parentes regulariter gignant liberos ipsorum similes. vid. *Reinking in responso juris concernente processum contra sagam quandam nulliter institutum. Q. 2. n. 190. p. 33.* Hinc HORATIUS:

Fortes creantur fortibus & bonis;
Est in juvencis, est in equis Patrum
Virtus, neque imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.

8. Effectus est, quod ex moribus parentum depravatis indicia desumantur contra liberos. *Crusius d. l. P. 1. c. 24. n. 1. Gailius d. l. n. 22.* & consequenter ex eorum moribus bonis indicia desumantur pro liberis. E. G. quando mater est Saga, filia quoque talis esse putatur, adeo, ut indicium hoc faciat ad torturam. *Besold. in Thes. pract. sub voc. Hexen, p. 328. Struvius in Dissert. de Indiciis c. 1. Q. 14.* Juxta doctrinam CATULLI:

Nam magus ex matre & gnato gignatur
oportet.

Ubi tamen notanter addit: *Si vera est Persarum relligio;* Ratio illorum est, quia nullum sacrificium est, quod istis hominibus tantopere Diabolus expetat, quam ut suos ipsorumque liberos simul ac hauserunt lucem, ipsi voveant.

V.

1. DEr eyd ist ein end alles haders. Juramentum omnium litium finis est.

2. R. quia jus-jurandum ab omnibus habetur ultimum, atque firmissimum, fideique mutuæ & veracitatis pignus. *Excell. Bodin. in Dissert. sub ejus præsidio de licito usu & gravissimo abusu juramentorum habita Thes. 1.*

3. Probatur (1) per S. Scripturam & quidem *Epist. ad Ebræos c. 6. v. 16.* (2) per jus civile vid. *§. item: Si quis 11. Inst. de Act. L. properandum in pr. C. de jud. L. 26. §. ult. L. seq. L. 34. §. ult ff. de jure-jurand.*

4. Declara, modo sit verum & corporale, aut minimum verba illa: So wahr mir GOTT helffe! continens juramentum. Conf. *Tabor apud Barbosam sub voc. juramentum. ax. 47.*

5. Declara (2) imprimis quoad illud juramentum, quod ad delationem partis adversæ præstitum est. *d. §. 11.*

6. Ampl. (1) ut etiam apud Barbaros ultima fides sit ea, quæ per jurata pacta sponsores adhibet Deos. vid. *Hugo Grotius d. J. B. & P. L. 2. c. 13. n. 13.*

7. Ampl. (2) sive reus juraverit, sive actor, *Borcholten in Comment. Inst. ad §. 11.*

8. Ampl. (3) sive deferatur ab aliquo extra judicium (quod alioquin voluntarium dicitur) sive in judicio, quod judiciale adpellatur, & a judice adprobari debet, vimque transactionis habet *L. admonendi 31. ff. de jure-jurando.*

9. Ampl. (4) in tantum, ut etiamsi quis ex instrumentis noviter repertis, aut alio modo docere velit, alterum pejerasse, non tamen retractetur controversia semel jure-jurando decisa. *L. 1. C. de R. C.* quantum scil. ad juramentum voluntarium & judiciale

ciale attinet. Extra ordinem tamen puniri posse tali casu perjurium, patet ex *L. 13. in fin. ff. de jure-jur. L. 21. & 22. ff. de dolo malo.*

10. Limit. (1) in eo, quod nemine deferente, sive ultro ab aliquo præstatur *L. 3. pr. ff. d. jure-jur.* imprimis quod purgatorium attinet, ad quod si quis sese ingerit, suspectum omnino se facit *arg. L. 25. ff. de Procur.* vid. *Rulant. in Dissert. de purgationis juramento c. 6. th. 6.*

11. Limit. (2) in juramento suppletorio vel etiam purgatorio, quorum utrumque alias necessarium dicitur, & ob inopiam probationis a judice defertur, adeoque vim transactionis non habet. *d. l. admonendi 31.*

12. Limit. (3) quando metu, vi aut dolo elicitum, aut per illud jurans ultra dimidium læsus sit; hisce enim casibus dari etiam sine prævia absolutione restitutionem adversus tale juramentum, videre est. *apud Dd. in tit. ff. de jure-jur.* Add. *Treutlerus Vol. 1. Dissert. 11. th. 9. 10. p. 119. Besold. Vol. 1. Cons. 13. n. 97. & 123. in fin. Beust. de jure jur. §. si minor 4. p. m. 268. Betsius de pact. fam. illust. p. 272. Benckendorff. in Not. ad Seraphinum de Seraph. de privilegiis juramentorum priv. 83. inf. p. 447. & priv. 100. n. 7. Simoncellus de Decretis L. 3. t. 8. inspect. 18. n. 231. Carpz. P. 2. c. 35. def. 2. Mauricius de restitutione minorum c. 277. n. 12. p. 271. Consil. Marburg. Vol. 2. Cons. 24. n. 123. Mynsinger. Cent. 5. Obs. 59. n. 3.* Idem dicendum de Juramento, quod accedit ad rem jure prohibitam, v. c. ad renunciationem futuræ hereditatis dolo elicitam *Gylmann. Rer. Jud. Cam. L. 1. Dec. 14. n. 45. seqq. Gail. Lib. 2. Obs. 42. n. 59.* Add. *Dn. Lic. Dœriennii Dissert. inaugur. Rinthelii de juramento nullo habita per tot.*

VI. Uber-

VI.

1. Uberſehen iſt auch verſpielt. Etiam incuria jacturam ludi parit.

2. Prob. per *l. 2. C. de furt.*

3. Ratio, quia incuria idem eſt ac negligentia; negligentia autem quis jus ſuum amittit *c. 1. X. de Appell.* Jura vigilantibus ſcripta *l. 24. in f. quæ in fraud. cred.*

4. Declar. quatenus nimirum conſtat de re noſtra ludi & agi: nam qui ignorant, illis negligentia imputari non debet. *Barboſa in Theſ. Loc. com. ſub voc. negligentia ax. m. 16. & 1.* Conf. *Hertius in Select. & Rar. ex univ. Jurisprud. Argum. L. 3. par. 2. p. 631.*

5. Declar. (2) modo ex altera parte dolus non adhibeatur: hic enim ſicuti nemini, ita nec ludentibus prodeſſe debet. Vid. *1. fin. verſ. quibus ſine dolo C. de Aleat. l. 9. §. 4. ad L. Aquil.*

6. Declar. (3) quod regula hæc in aliis conventionibus & contractibus aliter non valeat, niſi quatenus in Jure expreſſe determinatum ſit, quod quis negligentia jus ſuum amittat. *Brunnem. in Comment. ad Cod. tit. de Decur. col. 4. in f.*

7. Sic. v. g. Magiſtratus negligentia ſua jurisdictionem amittit, creditor jus prioritatis, dominus domum ſuam ruinoſam, Clerici præbendas ſuas. *Tabor apud Barboſam d. l. ſub voc. negligentia ax. 8.* item Appellans neglectu fatalium perdit jus agendi &c.

8. Quæritur, an pro incuria reputandum, ſi alterutri aleatorum, dum aleam jacit, una teſſera interim procidat? Reſp. eſt quidem pro incuria reputandum; ſed talis redintegrationem jactus parit, non vero amiſſionem juris. Hinc, cum Mindæ in Weſtphal. aliquando biga militum aleæ vitam committere neceſſe haberet, & alteruter eorum duabus

teſſeris

tesseris socium suum vinceret, indem jenem zwar ein würffel auf die erde fiele, gleichwohl aber er mit denen andern zweyen würffeln mehr augen wurffe, als sein cammerath vorher mit dreyen würffeln geworffen hatte. In continenti res ita decidebatur, ut ille jactum tribus tesseris repetere coactus fuerit, ex hac ratione, quia, si perdidisset, jactum duabus tesseris factum, tanquam actum invalidum sine dubio impugnaturus fuisset. Diu quidem renitebatur, sed certamen, & cum eo vitæ periculum, demuo subire illum oportebat. Et ecce! quod maxime isti erat opus, cadebat actu, & socius suspendebatur in furcas.

VII.

1. **Wer eine hure (a) zur ehe nimmet, der ist ein schelm, oder will doch einer werden.** Meretricem qui ducit, aut est, aut esse vult infamis. Alias etiam dicitur: **Wer eine hur nimmet, der ist ein verräther des vaterlands, oder will doch einer werden.** Vid. *Cypræus de connubiorum jure c. 13. §. 41. n. 5. p. m. 510.*

2. (a) Meretrix h. l. non significat quamvis prostitutæ pudicitiæ fœminam & virginem defloratam, sed quæ palam copiam sui corporis pluribus facit. *c. vidua 16. dist. 34.* unico verbo: quæ fornicatur, die Profession von der hurerey macht, und vor das geld sich gebrauchen lässet. Descendit autem hur a Saxonica voce huer, heuer, quæ locutionem conductionem denotat. Spathe im teutschen Sprach-schatz, *p. 833.* locat enim corpus suum mercede accepta. *Hertius in Rar. & Select. ex univ. Jurisprud. Argum. de Paræm. Jur. Germ. L. 1. p. 12. Zeilerus in Op. Epist. P. 2. Ep 347. p. 160.*

3. Ratio, quia noſcitur ex ſocio, qui non cognoſcitur ex ſe, (2) quia hoc ipſo vilis & abjectus animus proditur *Dn. Adrianus Beierus in Tract. de collegio opificum c. 5. §. 22. n. 325. p. 93.* (3) quia hoc vitium veteribus Germanis adeo deteſtabile fuit, ut nullam veniam iſtud invenerit. Conf. *Tacitus de Moribus Germ. c. 19. n. 2.*

4. Contrariatur jus can. quod opus charitatis fieri exiſtimat ab eo, qui meretricem ducit, cum inter opera charitatis non ſit minimum, errantem ab erroris ſui ſemita revocare *c. inter opera 20. X. de ſponſal.*

5. Declar. modo quis ducat ſciens meretricem in uxorem *Hert. d. l. Beierus d. l. §. 19. p. 71. Cypræus d. l.*

6. Declara (2) modo quis ſibi ſociet talem fœminam, quæ commune egit proſtibulum. *Hertius d. l. & ab eo allegatur Carpz. P. 2. conſt. 6. D. 14. Linck. in Diſſ. Acad. de literis Natalitiis c. 5. §. 4.* Aliud ergo eſt, ſi quis matrimonium contrahit cum illa, quæ moribus alioquin honeſtis ab amante ſe ſubigi patitur *Hert. d. l.* Conf. Schultzen *in Diſſ. Acad. Francofurti ad Viadrum habita de opinione vulgi c. 3. §. 5. Struvius in Jurispr. Rom. Germ. Forenſ. L. 1. t. 13. §. 9.*

7. Effectus eſt, quod talis levis homo in collegia opificum non recipiatur, imo ſemel receptus ab illis removeatur *Schulz. d. l.* Fieri autem ſine ratione, quando quis ducit fœminam alioquin honeſtam, ſed ab aliquo ſtupratam eleganter demonſtrat *Schulz. d. l.* Add. *Dn. D.* Hoyer *in Diſſ. jurid.* exhibente theſes quasdam, *Regiomonti habita th. 1. ubi exemplum ex Scriptura S. affert, quod quis uxorem duxerit ſtupratam.* Add. *Cranzius in Tr. de defenſione Reorum p. 976.* Nota etiam, quod olim in V. T. interdictum fuerit (ſcilicet Levitis) ducere vitiatam *Levit. 21, 7.*

VIII.

VIII.

1. GEmein gerücht (a) ist selten erlogen. Fama publica raro mentitur.

2. Ratio, quia populus integer non facile inducitur ad credendum, & dicendum auditum, nisi adsit probabilis causa. *Dietherrus in contin. Thes. Pract. Besoldi sub voc.* Gerücht *p. 234.* Man heisset selten eine kuhe ein bläßlein, sie habe dann eines.

Nec levis ex nihilo poterit prorumpere fama,
Sed partem veri fabula semper habet.

3. Convenit *l. testium 3. §. 2. ff. de Test. & textus 1. ad Cor. 5. v. 1.*

4. Decl. quod intelligenda sit parœmia de fama manifesta, quæ non a malevolis hominibus, sed Personis, fide dignis, orta, & quæ aliis indiciis ac præsumtionibus subnixa: *Hertius in Select. & Rar. ex Jurisprud. univ. arg. L. 1. de Parœmiis, par. 110. p. 579. Menochius de præsumtionibus L. 1. præs. 89. n. 28.* ex causis probabilibus venit: *Diether. in Cont. Thes. Pract. Besoldi sub voc.* Gerücht, & sua habet requisita, quorum decem recenset *Crusius de indiciis delictorum P. 1. c. 7. n. 4. p. 50.* Add. *Carpz. Prax. Crim. P. 3. qu. 120. n. 20.* & *Granzius de inquisitione Reorum c. 5. m. 2. S. 2. art. 5. n. 414. p. 436. seqq.*

5. Decl. (2) quod procedat ut plurimum, & quidem in rebus, quæ difficilis sunt probationis, utpote quo casu etiam sola fama facit indicium: *Menochius d. l. n. 34. Bartolus in l. siquidem 5. C. sol. matrim.*

6. Ampliatur in tantum ut sufficiat etiam ad torturam: *Hertius d. l. Besoldus in Thes. Pract. sub voc.* Gerücht *p. 313. Menochius & Crusius d. l. c. 6. per tot.* si sc. reus alias suspectus, & cætera quoque paria sint: *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Com. sub voc. fama. ax. 3.* Fama enim sola neque probationem, neque

indicium ad torturam inducit; quod si tamen constans sit, valde adminiculatur unico testi *Brunnemannus ad d. l. 3. §. 2. ff. de Test.*

7. Fallit quoad temerarium istum rumorem, qui vix vero favet, & in quem illud quadrat: *fama ut plurimum mendax;* quia, ut *Ovvenus* habet:

Virtutem parce laudat vitiumque libenter,
Prædicat; hinc dicta est non male fama malum.

Et hoc sensu etiam imperator in *l. 12. C. de Pœnis* dicit: vanas populi voces curandas non esse. Addat. *D. Bechmanni JCti quondam Jenensis Dissertatio de fama per tot.*

IX.

1. **Man hencket keinen, man habe ihn dan. Nemo suspenditur, nisi ille, qui deprehensus est.**

2. Quia pœna suspendii talem executionem involvit, quæ corporalem præsentiam requirit.

3. Declar. scilicet in corpore: in effigie enim etiam hodie puniri solere sceleratos absentes, constat. Conf. *Dissert. B. Struvii sub præsidio ejus de Executione in effigie A. 1692. Jenæ habita per tot.* Ad hunc nimirum effectum, ut alii exemplo & memoria punitionis moneantur, ut a flagitiis sibi caveant.

4. Declar. (2) Minimum deprehensum aliquem fuisse debere mortuum, si corpus vel cadaver ejus suspendii supplicio afficere quis velit. Posse enim etiam post mortem animadverti in cadavera flagitiosorum, videre est apud eundem *Struvium c. 4. §. 4. 5. 6. & c. 8. 5. 2. p. 37.* Add. *Sebastianus Medices in tractatu: Mors omnia solvit. P. I. n. 143. p. 51. P. II. concl. 32. p. 102.*

5. Ampliatur, ut procedat etiam quoad alia pœnarum genera, quæ corpore luenda. Hinc de Proceribus

ceribus Norimbergensibus aliisque civitatibus proverbialiter dici solet: Daß sie keinen köpffen noch richten liessen, sie hätten ihn dann in ihrer gewalt.

6. Cæterum notandum, quod dicto hoc illi pungi soleant & suggillari, qui ad punitionem sunt præcipites, & intempestivo calore accenduntur, nil nisi vindictam anhelantes, adeoque non tam amore justitiæ, quam amore pœnæ ad puniendum feruntur.

X.

1. **Was in des nachbars garten fällt, das ist sein.** Quicquid (fructuum scil.) in vicini hortum decidit, (de arboribus nimirum,) ipsius est. Et hoc dicitur: **Der überhang.**

2. Fundatur hæc parœmia in jure Saxon. & quidem Land-recht *L. 2. art. 52.* Weichbild *art. 126. seq.* Cui adversatur jus civile, quo intra triduum venire & fructus in vicini hortum prolapsos exinde auferre potest vicinus, *l. un. ff. de gland. leg. Stryck. in Tr. de Investig. act. Sect. 4. m. 3. n. 12. p. 381.*

3. Ratio est, quod rami arborum mearum dependentes in fundum vicinum, ad ipsum vicinum pertineant; ratio rationis, quia umbra ramorum, in vicini hortum prominentium, vicino damno est, ob quod incommodum aut fructus illorum ramorum percipere aut illos plane succidere potest, *arg. l. 10. ff. de R. J. Carpz. P. 3. c. 32. d. 25. Schneidevv. in Comment. Inst. tit. de R. D. §. 31. n. 5.*

4. Secundum usum hodiernum fere ubique observatur jus Saxonicum. Vid. *illustr. Dn. Stryckius apud Barbosam in Thes. Loc. Com. in append. sub voce arbor. ax. 2. Cæpolla de Servit. urb. præd. c. 81. Hoppius in Comment. Inst. tit. de R. D. §. 31.*

XI.

I. DUo cum faciunt idem, non eſt idem, h e *quando duæ perſonæ unum idemque agunt vel faciunt, tunc actus vel factum unius non ſtatim judicatur ad normam alterius.*

2. R. quia ſicuti minima circumſtantia variat rem: *l. 26. §. 12. verſ. Celſus de condict. indeb.* ita imprimis circumſtantia perſonæ actum & factum aliquod alterare & variare ſolet. *l. ſi quis. 20. ff. de uſufr. cap. cum ad monaſterium. 6. de Stat. Monach.*

3. E. c. Sic aliud eſt, quando nobilis ruſtico, & aliud quando ruſticus nobili alapam impingit, utut utriusque factum ſpecie idem ſit, nempe alapa.

4. Declar. ſcil. in temporalibus, non vero moralibus. *Tabor apud Barboſam in Theſ. Loc. Com. ſub voc. pars. ax. m. 5.* Perſonarum enim acceptio non eſt apud Deum. *cap. ſicut. 32. qu. 4. c. nec quanquam. 127. de conſecrat. diſt. 4.* & actum per ſe malum circumſtantia non poteſt ponere in genere licitorum. *Zieglerus in Comment. ad Lancell. Inſt. Jur. Can. p. 1049.* Apud hominem vero ex ſtatu perſonæ crimen & pœna, nec non præmium, quandoque augetur; *c. cum non 14. c. cum illorum 32. X. d. Sentent. Excommun.* Conf. *Zieglerus, pag. 997.* Hinc etiam dici ſolet: Des ſchuldheiſſen ſeine kuhe, und eines andern oder gemeinen bauers ſeine kuhe, ſeynd zwo kühe, h. e. Wann des ſchuldheißen ſeine kuhe ſchaden thut, ſo muß man es nicht ſo genau nehmen und richten, als wann eines gemeinen bauers kuhe ſchaden thut. Quod ſcomma in illos dicitur, qui propter qualitatem & dignitatem perſonæ immunes eſſe volunt a pœna in commiſſum facinus ſtatuta, aut qui in irrogandis pœnis, propter munera accepta, perſonas & earum delicta diſtinguere probe didicerunt.

5. De-

5. Declar. (2) Parœmiam procedere etiam quoad Jura & actiones nobis competentes, ita ut aliud sit, si dives & potens actionem aliquam instituat, & aliud si pauper & imbecillior eadem illa actione experiatur. Jener kan es durchtreiben, dieser aber nicht. „Quæ ratio reddi potest, inquit *SPEIDELIUS in* „*speculo sub voc.* Zoll. *p.m.1385.* quod in uno aut altero „loco, pro bove vel equo, loco vectigalis præstari „debeat ducatus, florenus aureus, vel imperialis, „ac in alio non plus quam unus aut duo vel ad summum 4. Crucigeri exigi queant? Nullam aliam „video, quam quod duo cum faciunt idem, non sit „idem, und daß es der stärckere per allegandas rationes „durchtreiben kan, und der schwächere, dem es doch keines wegs an erheblichen fundamenten mangelt, weichen „muß.

6. Ampliatur ut procedat etiam passive: *Duo cum patiuntur idem, non est idem. Schilt. in Manuduct. Ph. Mor. p.332.* Add. Kirchgeßner *in Tribunali Justitiæ p.376.*

XII.

1. IN dem closter Ebrach (a) liegt der teufel und seine mutter begraben. In Monasterio Ebracensi Diabolus cum matre sua sepultus jacet.

2. (a) Est Cisterciensium monasterium opulentissimum, in jugo Franconici montis, Steigerwald dicti, situm. Vid. *Zeilerus* in der Reichs-*Geographia p.m.699. & A.1126.* fundatum, in cujus templo corda demortuorum Episcoporum *Herbipolensium* olim recondebantur, quia monasterium hoc omnium in Episcopatu Herbipolensi ditissimum est, Lorentz Frieß in der Würtzburg. chronick, zu finden unter denen von dem Herrn Ludwig *edirten* geschichts-schreibern

dern von dem bißthum Würtzburg *p. 501. Pastorius in Franconia rediviva p. 450.* Quod hactenus tamen in desuetudinem abire cœpit.

3. Scilicet Autor der historischen nachricht von dem ursprung und wachsthum der Stadt Nürnberg *p. 253.* originem & rationem hujus dicterii ita recenset. *A. 1451.* ist Hannß Teufel wohl betagt, der letzte seines geschlechts und stammes verstorben; und weilen man vorhero seine mutter, eine Schürstabin, in das closter Ebrach begraben, ist er auch dahin gelegt worden, daraus das sprüchwort erstanden, der Teufel und seine mutter liegen in dem closter Ebrach begraben.

XIII.

1. **Wem die henne gehöret, dem gehören auch die eyer.** Cujus est gallina, ejus quoque sunt ova, h. e. *partus animalis ejus est, cujus est animal.*

2. R. quia non tantum mater corpori magnitudinem præbet, & gestationis, nec non parturitionis incommoda sustinet, pater vero impraegnator leviter opera defungitur, sed & quia brutorum coitus plerumque vagi sunt & incerti. *Hert. in Epidipnid. Parœmiarum Jur. Germ. n. 23. p. 26.*

3. Concordat jus Romanum, vid. *§. 19. Instit. de Rer. divis.*

4. Decl. quamdiu scil. illa ova justo titulo & bona fide ad alium non translata fuerint, qui illa deinde per aliam gallinam excludi curavit.

5. Declar. (2) quamdiu scilicet pater ignoratur: nam si de eo constat, non video rationem, quare fœtus non simul etiam pertinere debeat ad masculum, cum hic causa principalis efficiens sit fœtus. Unde etiam GROTIUS fœtum inter Dominos

patris & matris bestiæ dividendum esse censuit, & de Jure civili, ille, qui equum alienum, invito domino, in equas suas immisit, actione in factum ad equimentum, h. e. mercedem tenetur alteri *l. 52. §. 20. in f. ff. de furt.* Conf. *Grotius de Jure B. & P. L. 2. c. 8. §. 18.* Dissentit quodammodo *Pufendorffius d. J. N. & G. L. IV. c. 7. p. m. 582.* Hoc certum partum aliquando quidem partem matris, nunquam vero patris fuisse, sed constare illum partim ex semine matris, partim ex semine patris. Hoc sigillatim consideratum aliquando pars Patris fuit, non vero integer fœtus, quia alias hoc absurdum exinde sequeretur, Patrem etiam semen fœmininum olim in se habuisse.

6. Ampl. ut procedat non tantum quoad animalia eorumque fœtus, sed etiam quoad homines, fœminas scilicet ancillantes, ita ut etiam apud istas partus sequatur ventrem *pr. Inst. de ingen.* Add. *Tabor in Thes. Loc. com. sub voc. Partus ax. 1.*

7. Ampl. (2) licet gallinæ sive fœmellæ ex alterius animalibus conceperint. *l. 5. §. 2. ff. d. R. V.*

XIV.

1. **Die Filialisten** (a) **gehören todt und lebendig zu der Mutter-kirchen.** Filialistæ & mortui & vivi cedunt Ecclesiæ matrici h. e. *Quando actus aliquis parochialis exercendus est apud filialistas, sive vivos sive mortuos, tunc Parocho Ecclesiæ matris ille exercendus relinquitur.*

2. (a) FILIALISTÆ proprie dicuntur illi Parœciani, qui propriam ædem sacram habent, quæ FILIA dicitur, & unita est cum illa ecclesia, quæ MATRIS nomen habet, de quo vide *Schilterum in Institut.*

stitut. Jur. Can. L. 1. t. 3. §. 12. & ibi allegatos textus in can. 16. q. 1. c. & temporis c. quia 2. X. de Relig. dom. c. sicut 8. X. de Excess. Prælat. c. ad audientiam 3. X. de Eccles. ædif. improprie vero & illi Parœciani dicuntur filialistæ, qui æde sacra peculiari destituti, die auf denen weylern und solchen orten wohnen, da keine kirche ist, und eigentlich Eingepfarrte zu nennen sind. Conf. *Slevogtius de unione Ecclesiarum Diss. III. c. 1. §. 8. p. 125. Franciscus Duarenus de S. Minist. Eccles. c. VI.* Notanter autem dictum: *filiam & matrem ab uno administrari Parocho*: nam si filia suum peculiarem habet parochum nova species unionis exinde oritur, quæ non tam confusionem, quam subjunctionem & subalternationem ecclesiarum parit. Conf. *Bœhmerus in Schiltero illustrato p. m. 16.*

3. R. quia filialistarum Parochus ordinarius est Parochus Ecclesiæ matricis: filia enim & mater unam constituunt parochiam.

4. Declar. loqui parœmiam de illis filialistis, qui coemeterio & æde sacra peculiari destituuntur, von denen eingepfarrten. Nam si filialistæ ædem quidem sacram & cœmeterium peculiaria, sed non Parochum peculiarem, habent, tunc Parochus Ecclesiæ matris in Ecclesia filia peragere debet sacra & actus parochiales. *Bœhmerus d. l.* Et sic parœmia non tam de Ecclesia matre ipsa, quam de ejus Parocho intelligenda, hoc sensu: *Ubi duæ ecclesiæ ita unitæ, ut ex duabus una fiat, & quidem altera mater, altera vero filia dicatur, tunc* omnes actus parochiales circa filialistas mortuos & vivos administrandi ad Parochum Ecclesiæ matris pertinent.

5. Fallit in illis Filialistis, quorum ecclesia adhuc distincta est ab Ecclesia matre, & huic tantum subjicitur: hi enim peculiares suos habent parochos, a quibus actus administrari debent. Item fallit quoque

in illis ecclesiis, quæ æque principaliter uniuntur, ita ut neutra neutri subjiciatur, sed utraque communi ministerio fruatur, & sua jura integra reservet, quale exemplum est in *c. 48. c. 16. q. 1.*

6. Fallit quando A. 1624. ecclesia filia separata fuit a matre, religionemque abs hac diversam assumsit: Sic enim vi *Instrum. P.* status ecclesiasticus illius anni conservari debet; ita ut filialistæ mortui & vivi non amplius pertineant ad matrem. Vid. *Instrum. Pac. art. V. § sola criminalis. 44.*

7. Effectus est, quod si actus baptismatis, matrimonialis, funeralis, S. cœnæ, aut visitationis apud filialistas administrandus venit, administratio in Ecclesia matrice, aut certe a Parocho Ecclesiæ matris fieri debeat. Conf. *Slevogtius d. l.* & quod consequenter *jus stolæ*, sive *accidens*, uti vocari solet, illi cedat.

8. Ampl. ut idem dicendum sit quoad jus Episcopale, cum & hujus intuitu filialistæ regulariter censeantur jure ecclesiæ matris.

9. Ampl. (2) etiamsi filialistæ diversam a religione Ecclesiæ matris profiteantur religionem.

XV.

1. **Nachgeben stillet den krieg.** Cedendo sopiuntur lites.

2. Ratio, quia cedendo ira permulcentur & indignatio:

Sæpe Jovem vidi cum jam sua mittere vellet
Fulmina, thure dato substituisse manum.

3. Declarat. quatenus nimirum quis prudentiam adhibet in cedendo, & rem habet cum ejusmodi hominibus, qui cum Rege Davide dicunt: So ihr kommet in frieden zu mir, so solle mein hertz mit euch seyn. Nam si negotium tibi facessit homo insolens, ille ceden-

cedendo plerumque fit adhuc insolentior. Huic verbis aliquantum durioribus respondendum cum eodem Rege: So ihr aber kommet mir zu wider zu seyn, so sehe GOtt darein und straffe es. *1. Chron. c. 13. v. 17.* Cum grano salis igitur illud Germanorum accipiendum: Der gescheideste giebet nach, cumprimis in rebus conscientiæ & theologicis.

4. Declar. (2) e contrario obstrependo, refragando, renitendo, obloquendo, & querendo foveri & augeri lites. Et hæc causa est, quare judiciales querimoniæ & dicæ legibus, Imperatori, Papæ, Theologis, JCtis, & omnibus probis Viris adeo odiosæ habeantur, quia scilicet fomenta inimicitiarum, etiam post decisionem causæ durantium sunt. Vid. *Par.* das recht scheidet wohl, aber es freundet nicht. At ejus, qui litem execratur, verecunda cogitatio est. *l. item si 4. §. potest 1. ff. de Alien. jud. mut.* Add. *Carpz. Axiom. 11. 3. Resp. 98. n. 1. 2. 3.*

5. Ampliatur in tantum ut sæpe cedendo victor abeat, qui cornua objiciendo succubuisset.

XVI.

1. Die Herren seynd schon gut, nur die apostel (diener) sind des teufels. Domini quidem optimi, sed ministri sunt diaboli. Est tritum maleferiatorum hominum dicterium, qui iniquiora sentientes, aut se sentire putantes, ejus culpam in ministros transferunt, & hanc in rem nomine sanctissimorum Apostolorum abutuntur, ita ut sensus sit: *Domini optimi, sed ministri pessimi sunt.*

2. Ratio quia Domini subditis conquerentibus & supplicantibus plerumque quidem benignas præbent

bent aures, verbis clementibus illos administros suos remittunt, & justitiam administratum iri promittunt; ministri vero deinde causam cognoscunt, & re penitius inspecta, deprehendentes, quod preces eorum fucatæ sint, desuper ad principem referre, & sententiam, supplicantibus minus gratam, aperire necesse habent, quod odiosos reddit ministros, supplicantes vero male habet, utpote qui eventus felicis suæ causæ erant persvasi.

3. Declarat. non mereri vituperium, sed laudem Ministros, si secundum conscientiam, & normam legum, causam cum veris circumstantiis ad dominos referant, & hoc ipso alias cogitationes illis inspirent. E contrario vituperium, non laudem merentur, quando in rebus, quæ a nutu, voluntate, arbitrio & gratia Principis dependent, supplicantibus impedimento sunt, quo minus illa potiri possint, quatenus nimirum gratia digni sint.

4. Declar. (2) graviter animadverti posse in illos, qui scommatis hujus prolati convincuntur, sive ministri justitiam administraverint, sive non; illo enim casu fecerunt, quod officium requirebat; hoc vero vindicta domini non subditorum est. Add. *Richterus in Axiom. Polit. ax. 191. p. 428.* ubi plerumque ministros impensius quam ipsos Dominos coli velle tradit, ita ut honor solus penes hos, vis & potestas vero penes illos maneat. Quod utique verum est, und eignet sich mancher diener mehr gewalt als der Herr selber zu, und meynet es wäre nicht recht, wann es nicht hiesse, der Supplicant hätte ihm die gnad oder Justitz zu dancken. Conf. *Pellerus in Not. ad Politicum sceleratum c. 28. p. m. 288. seqq.* Quid? quod dantur, qui miseris subditis prius benevolas non præbent aures, quam certiores facti de largissimo aliquo donario, nachdem man ihnen mit dem Pilato öffters deutlich genug

nug zu verstehen gegeben: redestu nicht mit mir, (giebest du mir nicht, daß ich zu frieden seyn kan, hofirestu mir nicht genug,) weist du nicht, daß ich macht habe, dich zu creutzigen, und macht habe, dich loß zu lassen?

XVII.

1. Auf dem spiel gilt alles. In ludo quævis numismata valent.

2. Ratio, quia victores in illis non adeo sunt curiosi, aut certe non esse debent, sed contenti sunt, modo istis potiantur.

3. Declar. valere hoc populare dictum quoad illa numismata, quæ in se quidem valida, sed minoris tamen æstimationis sunt, also nimmt man insgemein schlechte creutzer vor gute, schlechte batzen vor gute, unwichtige thaler und ducaten vor vollwichtige, 2c. Hinc etiam dicitur: Bey denen Juden, bettelleuthen und spielern, kan man sein geld allezeit vor voll anbringen.

4. Limit. nisi inter ludentes aliter fuerit conventum, aut aliud usu receptum.

5. Fallit quoad falsa numismata, quæ prorsus nihil valent: hæc enim citra crimen falsi in ludo scienter apponi non possunt. Nam eum in finem pecuniam nostram ludo impendimus, ut aliam ejusdem bonitatis lucremur. Vid. *Lehmannus de Variis ludendi generibus c. 8. n. 11. p. 131.*

XIIX.

1. Wer den Pabst zum vetter hat, kan leicht Cardinal werden. Qui Papam habet consanguineum, sive sibi cognatum, ille facile dignitatem Cardinalatus acquirere potest, h. e. *Qui inter consanguineos vel amicos habet*

habet unum & alterum in munere quodam eminentiori constitutum, adeoque autoritate pollentem, ille facile officium aliquod obtinere & sic adspirare potest ad honorem, ejusque conscendere fastigium.

2. R. quia in conferendis dignitatibus & honoribus faveri solet familiis & commendationi illorum, qui in honore & auctoritate constituti sunt, idque vel avertendæ offensionis vel aucupandæ gratiæ causa apud istos viros honoratos.

3. Ampl. (1) etiamsi honores quærens non satis idoneus sit ad tuendos illos, & dignitate alii istum vincant. Sed iniquum hoc esse constat. Vid. *Gerber.* in seinen unerkannten sünden, *P. 1. c. 34. p. 928.* Illo enim tantum casu approbanda est, cæteris paribus, parœmia, ubi Honoratorum & in munere aliquo insigni constitutorum liberi & clientes æque digni & apti sunt ad honores tuendos. Conf. *Mylerus ab* Ehrenbach *in Hyparchologia c. 8. §. 18. seqq.*

4. Ampl. (2) in tantum, ut quamvis alias honores gradatim deferri debeant *l. ut gradatim 11. ff. de Muner. & horor.* Procerum tamen liberis & consanguineis munera ita deferri soleant, ut qui heri juxta *l. 7. §. 2. ff. de in jus voc.* servus, hodie sit liber h. e. ut non secundum ordinem scalam honoris conscendant, sed per saltum in summum fastigium dignitatis evehantur, cui tamen vix applaudendum.

5. Declara imprimis in militia valere hanc parœmiam, ubi sæpe sublimiora munera conferuntur Procerum & Nobilium liberis, quæ rectius ab aliis observarentur, & eorum nutu gubernarentur.

6. Intelligenda ergo parœmia non tam de eo, quod fieri debet, sed quod fieri solet.

XIX.

1. GJeb mir das dein, glaub was ich will,
Druck ich dich, schweig zu unrecht still.

Quod tuum est cedo, nec non credas, quod
ego credo,
Pressuras æquo tute feras animo.

Meminit hujus dicterii *Dn. Pastorius in Franconia rediviva p. m. 508. in f.* Exprimit autem illud indolem ac ingenium magistratuum tyrannicorum, qui tale obsequium a suis exigunt subditis, quod respuit rationem & conscientiam.

2. R. quia tyranni sunt sine lege, *Lipsius Lib. 6. Polit. c. 5. n. 4. Chockier in Thes. Politico l. 6. c. 12. p. 832.* respiciunt unice utilitatem suam, & negligunt contra publicam. Quod libet, id etiam licet, etiamsi illud cum jactura corporis & animæ subditorum conjunctum sit: persvasum enim habent subditos esse propter magistratum, sanctitatem, pietatem & fidem privata esse bona, Reges vero, quia lubet, ire posse, & stare pro ratione voluntatem, modo hoc vel illud velint aut jubeant; juxta illos versiculos:

Was fragt man lang, ob es sey recht,
Man thu nur meinen willen schlecht;
Dann obs wohl billig solt anders seyn,
Soll doch geschehen der wille mein;
Vernunfft und recht acht ich nicht viel,
Gewalt thut selber was sie will,
Gewalt du bist jetzund der herr,
Trutz der sich gegen mir nur sperr,
Und sagt mir nur ein wörtlein krumm,
Es soll ihn reuen, das ist kurtz um.

Item:

Item:

Recht ist der knecht,
Wird offt geschwächt,
Recht hin, recht her,
Ein jeder thu was ich begehr,
Und wer mir solches nicht bald thut,
Dem kost es halß, bauch ehr und guth.
Ich bin das recht.
Trotz der mir wider fecht.

Conf. Reinh. von der Schau *in Hodosophia Viatoris Christiani c. 13. p. m. 347.*

3. Declara valere parœmiam narrative, non vero dispositive & approbative. (2) Quoad tyrannos, & asseclas Pharaonis, de quibus videri omnino potest modo laudatus von der Schau *p. 324. seq.* Die ihren unterthanen kein anders recht als das fuchs-recht angedeyen lassen, indem sie selbigen gleich denen füchßen die haut über die ohren ziehen, non; quoad Magistratus re, non nomine tantum, Christianos, qui propter subditos a DEO se ordinatos esse norunt, & cum probo illo imperatore dicunt: *Talis ero Imperator privatis, qualem mihi privatus optaverim.*

XX.

1. Wie der zeiger (a) gehet, so gehet auch das regiment. Prout horologium dirigitur, ita dirigitur vel gubernatur etiam res publica.

2. (a) h. e. Die schlag-uhr, per metonymiam effectus pro causa, vel etiam adjuncti pro subjecto horologium dicitur der zeiger.

3. R. quia publice interest ut recte dirigatur horologium publicum, utpote ad quod omnes actiones hominum componuntur in Repub. Quod si

ergo illud accurate dirigitur, exinde judicari ſolet, quod etiam Regentibus, ſive ad clavum Reip. ſedentibus, curæ cordique ſit id, quod publice intereſt. *Keckermannus in Syſtem. Diſciplinæ Pol. L. 1. c. 21. p. m. 349.*

4. Hinc principes & Regentes peritos homines præficere debent horologiis publicis: nam ſi ſtultus eſt ille, qui regit horologium, ſtulte omnes hunc ſtultum ſequi tenentur in ſuis actionibus. *ibid.* Apud Romanos cura horologii inter opera cenſoria non in poſtremis fuiſſe videre eſt apud *Alexandrum ab Alexandro Genialium Dierum L. 3. c. 13. p. m. 135.*

5. Decl. quod parœmia hæc non ſemper ſed plerumque procedat, cum interdum horologium tale habeat vitium, ut illud accurate gubernari non poſſit.

XXI.

1. Een bedorfen coopmann is een goet mackelaer (a). Nos dicimus: **Ein verdorbener kaufmann, giebt einen guten mäckler.** Mercator ad paupertatem redactus aptus eſt ad exercendum proxenetam mercantilem Appoſite *Poeta L. 2. Satyr. 3. v. 17.*

Unde tam bene me noſti? poſtquam omnis res mea Janum
Ad medium fracta eſt, aliena negotia curo,
Excuſſis propriis.

2. (a) Eſt vocabulum mercatoribus notum, proprie illum ſignificans, qui ſigna apponit mercibus (deſcendit enim a **mackel oder mal,**) improprie vero proxenetam mercantilem, **einen unterhändler.** Hinc

mäckeln,

mäckeln, vel ut Belgæ dicunt, mäcken, eſt tranſigere, conciliatorem agere. Späte in dem teutſchen Sprachſchatz, *ſub voc.* Mäcker *p. 12. 17.*

3. Ratio, quia ex proprio periculo cautiores facti & ſic cautius negotiari didicerunt: norunt enim mercatorum arcana.

4. Declar. modo non tam ſua culpa, quam infortunio, ad inopiam adducti: nam illo priori caſu potius a mercatura arcendi, quam ad illam admittendi veniunt, quia infeliciores caſus animum malum regulariter non mutant. Vid. *Diſſertat. inauguralis Dn.* Silberrads *Altdorfi Ao. 1711. de Senſalibus vulgo* mäcklern *habita p. 29.* ſed eo plerumque ejusmodi homunciones adducuntur, ut in crimen ſtellionatus incidant, & bonos mercatores calliditate & dolo in venditionibus & permutationibus circumveniant. Conf. *Straccha de Proxenetis p. m. 108. n. 14. ſeqq.* Quamvis enim hoc caſu utiliter rem gerant pro ſe, & pro illis, quorum mercibus emtorem inveniunt, & eatenus etiam dici queant boni proxenetæ ſi per bonum intelligas aptum & idoneum ad negotiandum hominem; attamen tantum abeſt, ut eorum tricæ & actiones doloſæ approbationem mereantur, ut potius illæ damnandæ & explodendæ nobis veniant.

XXII.

1. MAn henckket keinen dieb wider ſeinen willen. Fur contra voluntatem non ſuſpenditur.

2. R. quia fur hoc ipſo, dum rem alienam aufert, in ſuſpendium conſentit: qui enim vult antecedens, cenſetur etiam velle conſequens, neceſſario cum illo connexum. Conf. *l. 52. §. 4. & 5. ff. de Oblig. & Action.*

3. Declar. procedere parœmiam quoad voluntatem indirectam. vid. *Instit. Metaph. Velthemii c. 28. §. 2. in not. p. 1446.* Quod enim voluntatem directam concernit, omnino fur invitus suspenditur, quatenus nimirum, si in potestate ejus esset electio vitæ vel mortis, non hanc sed illam electurus esset.

4. Ampliat. etiam quoad alia delicta, ita ut nemo delinquens puniatur contra suam voluntatem, etiamsi pœna in delictum statuta ipsi distincte non fuerit cognita. Conf. *Barbosa in Thes. Loc. Com. sub voc. antecedens ax. 5.* sufficit, quod sciverit se legi contravenire, & quod ignorantia ejus fuerit vincibilis. Vide tamen *Manuductionem Phil. Mor. Schilteri c. 21. §. 23. p. 280. seq.* Inquis: atqui pœna est malum, voluntas autem non fertur in malum. *Pufendorf. in Compend. Jurispr. Univ. L. VIII. c. 3. Q. 17. p. m. 282.* scil. non fertur in malum voluntas directe, bene tamen indirecte. Add. *Meisnerus in Philosophia sobria P. III. Sect. 1. Q. 7. p. m. 88. seq.*

5. Ampl. (2) ad rem theologicam, cum illud Theologorum notum sit: *nemo contra suam voluntatem salvari aut condemnari potest Velthemius d. l. p. 1448.* Quamvis ampliatio hæc tantum apud Theologos Lutheranos, non Calvinianos, valeat, quia horum decretum omnem voluntatem hominis tollit.

6. Effectus est, quod si fur crimen commissi furti confiteatur, & corpus delicti certum sit, ille suspendatur, utut pœnam hanc abhorreat, & directe aversetur. Add. *Dissert. de interesse controversiarum sub præsidio B. Stryckii habita c. 11. §. 4. p. m. 247. & Hoppius in Comm. ad pr. Instit. de oblig. quæ ex delict. &c.* Nec obstat, quod quis spe impunitatis deliquisse videatur. Resp. enim etiam talem, si non pure, ad minimum tamen conditionate, si nimirum spes illa impunitatis eundem fefellerit, consentire, *id. Stryck. d. l.*

XXIII.

XXIII.

1. **Wormser Juden, fromme Juden.** Judæi Wormatienses, Judæi boni.

2. Ratio hæc dari solet, quia ante Christi nativitatem Wormatii degerunt, adeoque nullam culpam crucifixionis Christi commeruerunt. Vid. **Wagenseil in der belehrung der Jüdisch-teutschen schreib-art im anfang des vortrags**, ubi recenset: **daß nach gemeinem wahn auch vor Christi geburt Juden in Teutschland gewesen, und zwar** in specie **zu Worms, welche in verwichenen zeiten mit klaren beweißthümern denen teutschen Kaysern dargethan haben solten, wie ihre vorfahren, von denen sie herstammeten, viel zeit, ehe Christus gelebet, in Worms sich nieder gelassen, und daß selbige daher an dessen verurtheilung und creutzigung gantz keinen theil gehabt, und um deßwillen vor andern Juden mit grossen freyheiten und** privilegien **von gedachten Kaysern versehen worden, woraus dann das sprichwort entstanden: Wormser Juden, gute Juden.**

3. Ampl. ex eadem ratione ad Judæos Ulmenses, qui & ibi ante Christi nativitatem degisse creduntur.

4. Declar. parœmiam, quod (si fabula vera est,) procedat quidem quoad causam *physicam & immediatam*, sed non quoad *moralem & mediatam*, cum & *VVormatienses & Ulmenses* approbent & laudent crucifixionem Christi; qui autem approbat vel ratum habet aliquid, illius causa est. Conf. *Velthemius in Institut. Metaphys. P. I. c. 25. §. 9. p. 1133.*

XXIV.

1 **Eigen lob stinckt gern.** Propria laus sordet, h. e. quando quis semetipsum laudat, & suas virtutes prædicat, tunc se prostituit, & suæ existimationi damnum, si non pla-

ne mendacium infert. Desumta autem est hæc parœmia ex *Plauto in Epidico 3. 4.* ubi dicitur;

Nam strenuiori deterior si prædicat
Suas pugnas, de illius ore fiunt sordidæ.

Convenit illud Græcorum;

Ὑπὲρ σεαυτȣ̃ μὴ φράσῃς ἐγκώμια,
Tuam caveto, prædices laudem ipsemet.

Et *Horatius* canit:

Nec tua laudabis studia aut aliena reprendes.

2. Ratio, quia propria laus olet philavtiam, vanam jactantiam, & imbecillitatem animi.

3. Confirm. per *l.* 4. *§. 3. ff. de offic. Proconf.* ubi Doctores in suis notis plerumque mentionem facere solent hujus nostri dicterii & *c. 27. v. 2. Prov. Salom.* Laß dich einen andern loben und nicht deinen mund.

4. Limitatur, nisi propria laus ob defensionem fiat, & exemplo tribuatur, uti fit *in pr. Inst.* ubi *Justinianus* se pium, felicem & victorem appellat. Conf. *Tabor apud Barbosam in Thesauro Loc. Com. sub voc. Laus. ax. 1. p. m. 425. & Pellerus in Notis ad Politicum sceleratum c. 39. p. m.* 444. Add. *2. Cor. 10. v. 12. c. 11. v. 17. 18.* Quamvis locum hunc Pauli potius apologiam, quam propriam laudem, continere dicant Theologi.

5. Declara, quod, sicuti laus propria sordet; ita e contrario aliena optime oleat, in tantum ut etiam in hoste virtutem laudare debeamus. Conf. *Curt. Conf. 66. col. 5.* ubi dicitur, quod occultator alienæ laudis fur sit.

XXV.

1. EIn schaf ist wohl fromm, es graset aber genau. Ovis quidem mansueta est, sed exacte pabulatur, h. e. pabulando omnia consumit.

2. Ratio, quia oves minutissimæ etiam gramina usque ad radices vel depascunt, vel pedibus conculcant, dum gregatim, & quidem arctissime, eunt.

3. Hinc est quod armenta tribus vel duobus plerumque diebus ante pascant in agris, & pratis, quam greges ovium, dann wo die schafe heerden weiß hinkommen, da findet das gehörnte vieh nichts mehr. Conf. *Wehnerus in observ. Pract. sub voc.* Weidgang, *p.m.* 497. ubi ex *Meichsnero* & quidem ejusdem *1. Lib. 1. decis. 36. fol 481. & 500.* dicitur: die schafe sind dem weidgang, da das rindvieh gehet, schädlich. Add. *Dietherrus ad Besoldi Thes. Pract. sub voc.* Schäferey *p. 863.* ibi: auch mit denen schafen nicht in die neue halm treiben, es seye dann das gehörnte vieh zu vor zwey tag darauf geweidet. Consuetudines tamen & conventiones etiam in hoc puncto attendendas esse recte tradunt Doctores nostri.

XXVI.

1. WEr sein weib verlohren hat, muß es in der Schotten closter (a) suchen. Uxorem qui amisit, illam in Scotorum Monasterio quærendam habet.

2. (a) Per hoc intelligitur monasterium illud *Norimbergense S. Ægidio* olim sacrum, cujusmodi hodienum Herbipolense illud Monasterium *S. Jacobi* zu denen Schotten dictum est, cujus monachi Scoti esse debent, de quo vid. Lorentz Frieß, zu finden unter denen von dem Hn. Ludwig *edirten* geschichts-schreibern

bern von dem bißthum Würtzburg *p.503.* Denn Kayser Carolus M. hat anfangs solches closter vor die Schotten gestifftet, welches aber nachgehends Kayser Conrad der dritte, als die zerstöhrte stadt Nürnberg wieder aufgebauet worden, in ein anders closter verändert. *Autor* der historischen nachricht von dem ursprung und wachsthum der stadt Nürnberg *p. 205. seq.* Als aber die Münche ein böses leben führten, wein schanckten, gäste setzten, und weiber zu ihnen in das closter gehen liessen, entstunde das sprüchwort daraus: Wer sein weib ꝛc. dahero der Bischoff zu Bamberg unter dem Abt Martino das closter visitiren und eine ordnung machen ließ, so aber nicht lang währete. Worauf endlich die Reformation Anno 1417. ihren fortgang dergestalt erhalten, daß die Regul angenommen werden muste. *Idem Autor d. l.* Ultimus hujus monasterii Abbas erat *Fridericus Pistorius*, qui tempore reformationis Lutheri, toga monastica, uxorem ducebat, & liberos procreabat vid. *Pastorius in Franconia rediviva p. 451.* quibus & nos vitam debemus nostram.

XXVII.

1. Zimmerleuth und maurer,
Das sind rechte zauderer.
Ehe sie essen, messen und sich besinnen,
So ist der liebe tag von hinnen.

Murarii & lignatores
Sunt veri cunctatores;
Antequam prandent, cogitant & metiuntur,
Dies integri sæpe elabuntur.

2. Describitur hoc ipso cacoethes murariorum & lignatorum, qui magis amant solem occidentem quam orientem, pecuniam quam laborem. Conf.

Dissert.

Diſſert. Dn. Bodini Anteceſſoris apud Hallenſes in Saxonia celeberrimi, de privati commodi ſtudio vom eigennuß. *§. 37. p. 71.*

3. Declara, valere adagium hoc imprimis tunc, quando de die in diem ſuas locant operas; Wann ſie das tag-lohn arbeiten.

4. Ampliatur, ut procedat etiam quoad alios opifices, cum dentur plures, quibus itidem otium magis cordi eſt quam labor.

XXIIX.

1. **Wañ man die ganß bey dem ganten (a) ſetzet, ſo bleibt der gante der mann, der es ſeyn ſoll.**

2. Ganß proprie denotat anſerem fœmellam, die Sie, h. l. vero hominem ineptum, ſtupidum, ſimplicem & indignum: hinc dici ſolet: Du tumme ganß du biſt eine rechte ganß, vid. Spate im teutſchen Sprach-ſchaß, *ſub voc.* Ganß *p. 599.* Gante autem eſt vox Saxonibus inferioribus ſaltem uſitata, & ſicuti proprie anſerem marem, den ganten oder ganſer; ita e contrario h. l. hominem aptum & dignum ſignificat. Locum autem habere ſolet noſtra hæc parœmia, quando v. g. alter jus præſentandi, & quidem duos vel plures, ad munus aliquod obeundum, & alter jus habet unum ex illis præſentatis eligendi, præſentans vero unum ſaltem munere illo dignum præſentat, & huic plures indignos, planeque ineligibiles jungit, ad hunc finem, ut nullus alius, quam ille dignus, cujus partibus præſentans addictus eſt, eligi poſſit, & ſic ad munus iſtud certo evehatur. Sed enim non valere talem præſentationem, in fraudem quippe electionis factam, recte tradit *Mevius, P. 5. deciſ. 120.* ubi hanc in rem proverbium noſtrum allegat. Præſentati ergo quando ad unum omnes non ſunt eligibiles,

gibiles, recte præsentatio illa rejici & prætendi potest, ut in vicem indignorum & ineligibilium tales substituantur, qui omnes idonei & capaces functionis sunt. Conf. *Hertius in Epidipnid. Paræmiarum Juris Germanicarum n. 41. p. 62.*

XXIX.

1. **Man muß bißweilen durch die finger sehen.** Interdum connivendum, h. e. dissimulandum. Metaphora ducitur ab his, qui quid vident, videri tamen videre nolunt, & oculos quasi claudunt, vid. *Godofred. ad L. 4. §. 1. ff de Manum.*

2. Prob. per *l. 15. qui suis 4. §. 1. de Manumiss. ibi conniventibus oculis credendum est.*

3. R. quia dissimulatio in se non est turpis, sed si in tempore adsumatur, utilis & licita, *cap. pen. 22. q. 2.* & nihil vetat, alicujus rei imaginem interdum ostendere, & solerti quadam ratione eos avertere, qui putantur intentioni nostræ adversari. Conf. *Du. Thomasius in Institut. Jurisprud. Div. L. 2. c. 8. §. 37. pag. 248.*

4. Declar. (1) quod imprimis procedat, quando Reip. utilitas, quæ suprema lex est, id requirit, sive quoad vitam publicam: *nunquam enim regent, qui non tegent*, nec aliter possunt ii, quibus commissa est tota resp. *Lipsius L. 4. Pol. c. 14. n. 31.* adeo ut etiam veteranus Imperator dixerit: *nescit regnare, qui nescit dissimulare.*

5. Declar. (2) quod jura connivendo, interdum aliquid remittant, quod alias expresse non licet *arg. L. 5. §. si opus 13. d. damn. inf. c. 1. §. 1. de Jur. Calum. in 6.* Add. *Tabor apud Barbos. in Thes. Loc. Com. sub voc. conniventia ax. 1.* & quidem ita, ut dolus absit,

vel

vel etiam quod aliquid fieri concedant jura conniventibus oculis, quod videntibus oculis permittere nolunt. Sic v. c. conniventibus oculis servus dicitur capere legatum, quod reliquit dominus *L. pen. C. de Necess. Serv. Her.* item testamentum facere, quasi dotem dare, *L. 39. ff. d. Jur. dot.* quæ concessio jurium vero non extendenda a judice ad alios casus non expressos.

6. Fallit (2) in rebus justitiæ, maxime commutativæ & distributivæ, quoad judicem inferiorem, qui neque durior, neque mitior esse potest lege *L. prospexit 12. ff. qui & a quibus man.* sed super exigua etiam causa, in judicium deducta, cognoscere debet, nisi magis calumniandi, quam jus suum persequendi, animo, actio illa instituta esse videatur. *Abele in Metamorph. Telæ Judiciar. P. 1. p. m. 136. & P. 2. p. 19. Carpzov. P. 1. c. 2. d. 9.* Quod judicem superiorem attinet, neque hic salva conscientia grande aliquod delictum dissimulare poterit. *Schræter in Fascic. casuum in foro conscient. juridice decis. cas. 32. p. 72.* Aliud quoad leviora delicta dicendum, utpote quæ interdum ex certis causis dissimulare illum posse puto, imprimis si ab inquisitione dependent, wenn sie noch auf der Inquisition beruhen, und nicht offenbar sind.

7. Fallit, (3) quod ipsam fidei orthodoxæ confessionem attinet, ubi non licet dissimulare veritatem, quia debemus semper fidei nostræ rationem reddere. *Schilter in Manuduct. ad Phil. Pract. p. m. 307. c. 8. §. 15.* Add. *Berger in Elect. Jurisprud. Crim. §. 13. c. 2. p. 53.* Conf. etiam *Matth. 10, 32. 33.* *item: 1. Pet. 3, 15.*

XXX.

1. KOmmet feuer und stroh zusammen, so giebt es gerne flammen. Stramine

ad

admoto igni, facile flamma concipitur. Brevius & elegantius dicitur: titio ad ignem, δάλος ἐπὶ πῦρ ſcilicet in eos, qui ſe applicant ad res, ad quas natura propenſi ſunt. *Eraſmus Rotterod. in Proverb. Chil. 2. cent. 9. n. 97. p. m.* 435. Galli dicunt: *il ne faut pas mettre les etouppes auprés du feu.*

2. Ratio, quia ſicut difficile admodum eſt, velle aut agere aliquid contra propenſionem & inclinationem naturalem: ita inclinatio naturalis data occaſione facile abit in actionem.

3. Hinc quando juvenis mulieroſus ſolus ad fœminam libidinoſam accedit ſolam, tunc magis pro concubitu quam contra eum præſumitur, quia data ad laſciviam occaſione, juvenilis ille amor difficulter retinetur, vid. *B. Petrus Mullerus in Diſſert. de Calore juvenili Jenæ ventilata Sect. 3. th. 5.* Quapropter etiam recte Imperator in *Nov.* 74. *c.* 4. dixit: nihil amoris furore vehementius eſt, quem retinere perfectæ eſt Philoſophiæ. Conf. *Zeilerus in opere Epiſtol. P. 1. p. 20.* Quapropter etiam caſtiſſimus ille Juvenis, *Joſephus*, ſibimetipſi diffiſus fuiſſe videtur, quando ad *Potipharis* uxorem prope accedere fugitavit, aber er gehorchet ihr nicht, daß er nahe bey ihr ſchlieff noch um ſie wäre. *Geneſ. c. 39. v. 20.*

XXXI.

1. Funcken machen feuer. Abeunt in ignem ſcintillulæ, h. e. ex re exigua, & in ſe parva, interdum res maximi oriri poteſt momenti.

2. Prob. per illud *Siradicæ c. 12. v. 34.* aus einem funcken wird ein groß feuer & *Jacob. 3, 6.*

3. Ra-

3 Ratio, quia ſicut ſcintillulæ formaliter continent ignem, qui ſtatim excitari poteſt, modo corripiant iſtæ materiam combuſtibilem; ita res aliqua ab initio videri poteſt admodum levidenſis; mox tamen ejus facies ita mutatur, ut ei vix idonea parari queat medicina. Hinc illud Poetæ:

Principiis obſta, ſero medicina paratur,
Cum mala per longas invaluere moras.

Funcken machen feuer,
Feuer macht ein glut ungeheuer,
Glut nimt weg all wohlfart und gut,
Aus ringer ſach ſolches entſprieſſen thut.

Vid. *Burgoldenſis ad Inſtrum. Pac. P. 1. d. 6. p. 180.*

4. Declar. imprimis in rebus politicis hoc procedere, v. g. bello, cui in tempore, ſi non occurrimus, illud ſenſim longe lateque ſerpit. (2) In morbis, quippe qui tanto difficilius curantur, quanto magis inveterati ſunt. Illud politicum, hoc vero medicum ſapit ſolœciſmum. (3) In œconomicis v. g. bello conjugali. Medelam contra ſcintillulas, in ignem abituras, ſuppeditat idem *Siradices c. 28, 14.*

XXXII.

1. EIne ganß iſt geflogen aus, ein gikack (a) kommt wieder nach hauß. Alii dicunt:

Es flog ein ganß hin übern Rhein,
Und kam ein gikack wieder heim.

Item:

Man trieb einen farren nach Manpelier,
Kommt er wieder, er bleibt ein ſtier.

Quis-

Quisquis ab æde sua patria volat improbus anser,
Ille domum rediens anser ut ante manet.

Vel:

Parisios stolidum si quis transmittit asellum,
Si fuit hic asinus, non ibi fiet equus.

2. (a) Ita dicitur anser per onomatopœiam, ita ut Synonyma sint, ganß & gackack oder gikack, sicut gaul & guer. Sensus parœmiæ autem huc redit: *qui natura stupidus est, vel alias ad peregrinandum non satis idoneus, ille parum utilitatis ex peregrinatione sua ducet.* Vid. omnino *Mercurius Germanicus sinceri Germani a Lapide p. m. 21. & Dissert. D. Falckneri sub ejus præsidio Jenæ olim de Jure Hospitiorum ventilata memb. 4. §. 3.*

3. Ratio ex illo *Horatiano* petenda: *Cœlum non animum mutant, qui trans mare currunt.*

4. Declar. quod non simplex tantum anser oder ein gikack, sed ferox bestia, & homo plane impius, qui præter rariores blasphemandi DEUM formulas nihil addidicit, interdum redeat, præsertim, quando in Italiam proficiscuntur juvenes juxta illud:

Wandert nach Rom ein frommer Mann,
So kommt gewiß wieder ein Nequam.

Galli dicunt:

Bon cheval ni mechant homme,
N' amande d' aller à Rome.

Confer tamen *Autor Gymnasm. de Exercitiis Academicorum P. 2. Sect. 5. n. 7. pag. 143. Constantinus Germanicus in Epistola ad Justum Sincerum ab initio pag. m. 1.*

XXXIII.

XXXIII.

1. LEib an leib, gut an gut. Corpus ad corpus, bona ad bona, h. e. qui corpora conjungunt, illi quoque bona conjungunt. Binis verbis: hoc ipso societas & communio bonorum inter conjuges innuitur, ita ut eadem ratione, qua corpus communicant, etiam bona, quæ possident, communicent. *Melonius in Thesauro Jur. Civil. & Crim. tit. 35. p. m. 345.*

2. Ratio, quia posito eo, quod majoris est, potest etiam poni id, quod minoris est *l. 21. ff. d. R. J.* (2) quia conjuges divini & humani juris socii sunt *l. c. ff. d. Ritu N.*

3. Fundatur in statutis specialibus ac consuetudinibus receptis. Aliud de jure civili obtinet. vid. *parœm.* die de mann trouwt die trouwt oock de schulden.

4. Effectus in hoc consistit, quod tali casu alter conjugum defuncto alteri hæres existat, exclusis omnibus agnatis *Melonius d. l.* & quidem ex asse, in allem durch aus. Si scil. adsint liberi.

5. Declar. nonnullis in locis modo integrum annum secum cohabitaverint, relictis nullis liberis, nulloque condito Testamento.

6. Ampliatur: etiamsi pactis ita conventum non sit, modo nulla pacta in contrarium inita, genug ist es, wann mann und weib ohne geding und bestimmung gewisse heyrath-güter, und also gut und blut zusammen heyrathen. *Melonius d. l.* Sed enim universale hoc non esse, patet ex consuetudine Franconiæ & Judicii provincialis Wurzburgensis, in Camera imperiali etiam probata, secundum quam conjux superstes portionem statutariam saltem habet, quando defunctus,

ctus, sine talibus pactis aut Testamento, decedit. *Hertius in Tract. Select. & Rarior. de Parœm. Germ. L. 1. par. 69. p. 522.* De qua portione statutaria consulatur *Demrath in Dissert. Jur. Francon. & Com. P. 3. diff. 15. n. 6. p. 155. Wehnerus in Observ. sub voc.* Gut, *& Rudinger L. 3. Obs. 44. p. m. 654.*

7. Ampliatur (2) etiam ad illa bona, quæ titulo hæreditatis, legati, fidei commissi, donationis acquisita, *Melonius d. l.*

8. Ampliatur (3) ita ut omnes defuncti consanguinei excludantur, sie mögen auch so nahe seyn als sie wollen, modo non sint liberi.

XXXIV.

1. **Noth hat kein gebot.** Necessitas non habet legem, sive, est soluta legibus. Parœmiæ parallelæ sunt: Noth bricht eyßen. Oportet heist ein bretnagel; Noth macht ein altes weib trabend. Necessitas figit adamantinos summis verticibus clavos: Muß ist ein böses kraut; Muß essen ist ein böses mus, (h. e. Gemüs) Vid. *Zeilerus Epist. 75. Cent. 1. p. 486.* Addunt alii: Lieb und noth hat kein gebot: it. Noth und tod hat kein gebot.

2. R. quia omnis lex est de possibili, necessitas autem impossibile quid præsupponit, ita ut ei nemo resistere queat, sed necessitas ipsa sit lex, & quidem fortissima, vid. *Bullæus Consil. 1. n. 127. p. 102.* Plures rationes vide apud *Fritschium in Syllog. Tractat. P. I. p. 588.*

3. Confirm. *per l. tutor qui 7. in pr. ff. de Administr. tut. l. ut gradatim 11. §. 1. ff. de Muner. & hon. l. non*

solum

ſolum 10. §. fin. ff. de Excuſat. tut. l. aliquando 5. ff. de Offic. Proconſ. cap. licet 3. X. de fer. cap. 4. & 5. in f. d. Conſuetud. cap. quod non eſt 4. d. R. J. c. exiit 3. inf. de V. S. in 6. Add. *Speculum Svevicum c. 407.*

4. Declar. intelligendo dicterium hoc de neceſſitate ſimplici *Dn. Hertius in Select. & Rar. ex Univ. Jurisprud. Argum. L. 3. de Parœm. Jur. Germ. par. 4. p. 632.* vera, gravi & urgente, von einer ehehafften noth ut in alleg. Speculo Suevico dicitur, & quæ omnis culpæ expers eſt *Fritſchius d. l. pag. 585.* Neceſſitas enim, quæ poterat eſſe non neceſſitas, non excuſat. Hinc non ſuccuritur ei, qui ſponte ſe injecit neceſſitati. Vid. *Pufendorff. de Jur. Nat. & Gent. L. 2. c. 6. §. 8.*

5. Ampl. (1) ita ut neceſſitas non tantum lege humana ſed & divina ſoluta ſit *Barboſa in Theſ. Loc. Com. ſub voc. neceſſitas ax. 7.* Add. omnino *Fritſchius d. l. Grotius de Jure Belli ac. Pac. L. 2. c. 2. §. 6. n. 2. L. 1. c. 4. §. 7. n. 1. Pufendorff. de Jure Nat. & Gent. L. 2. c. 6. §. 1. Burgoldenſis ad Inſtrum. Pac. P. 1. diſcur. 12. §. 1. p. 277. & diſcurſ. 20. §. 12. p. 346. P. 3. diſcur. 14. §. 1. p. 112.* Exemplum quoad legem divinam habemus in aſino in puteum prolapſo. Vid. tamen *Philippus Mullerus in notis ad Bruckneri mille Quæſtiones de Caſibus conſcientiæ Cent. 2. Q. 3. p. 63. & Q. 13. p. 68.* De baptiſmo, qui in extremo neceſſitatis caſu per obſtetrices vel per alios fit, von der jagt-oder noth-tauffe evolvatur *illuſtris Lynckeri Diſſert. de Baptiſmo c. 3. per tot. Simon in Diſſert. de juribus Obſtetricum th. 22.*

6. Fallit (1) quoad jus naturale & morale, ubi nulla neceſſitas allegari poteſt *Ziegler. in Not. ad Grot. de Jure Belli ac Pac. L. 1. c. 4. §. 7. n. 1. Fritſch. d. l. p. 605.*

7. Fallit (2) quoad neceſſitatem hypotheticam & commoditatis, ſi cum lege Nat. ſeu honeſtate contendatur. De hypothetica incolumitatis vid. *Pufendorff. d. l. c. 6.*

XXXV.

1. Zusagen macht schuld. Omne missum cadit in debitum h. e. *obligat promittentem ad implendam promissionem.*

2. R. quia ex promissione illi, cui promissio facta est, jus quæritur, *Velthemius in Institut. Metaph. c. 4. p. 382. & 516.* dum enim promittit, significat voluntatem de futura juris sui in alterum translatione, jurique mutandi suam voluntatem renunciat, *id. c. 81. p. 1616.* Add. *Guilielm. Grot. de Princip. Jur. Nat. c. 15. §. 4. p. 25.*

3. Adstipulatur *l. 7. C. & l. 20. C. de Pact. c. qualiter 3. X. de Pact. c. relatum 9. X. de præbend. & dign. & Proverb. c. 6. v. 1. & 2. & Jos. 9, 15. 19.*

4. Decl. modo promissio omnibus numeris perfecta & absoluta sit, *Velthemius d. l.* & quis scientiam ac voluntatem sufficientem ad promittendum habeat, h. e. modo quis perfecte fuerit informatus de re ista, quam consensu & voluntate sua approbat.

5. Declar. (2) firmiora tamen illa pacta sive promissiones esse, quæ verba concepta habent, *Prænobil. Dn. Hertius in Select. ac Rarior. ex Univ. Jurisprud. Arg. de Paræm. Jur. Germ. L. 1. par. 8. p. 405. seqq.* oder wann man einander die hand giebt, quia manus symbolum est obligationis, *Cujac. ad l. 10. C. d. inut. stipul. Hertius d. l.*

6. Declar. (3) modo illa promissio ab altera parte quoque acceptata fuit, *Thomasius in Jurisprud. Div. L. 2. c. 7. §. 12. p. 213.*

7. Declar. ita (4) ut hodie imprimis procedat, ubi nuda etiam pacta vim stipulationis habent, & condictionem ex moribus producunt, *Excell. Dn. Stryckius de Act. Forens. invest. Sect. I. m. 3. § 3. & 4. p. 39. Hertius d. l. p. 405.* Aliud erat olim de Jure civili

statu-

statutum, quo simplices promissiones, sive nuda pacta, nullam producebant obligationem, nec hinc quoque actionem, *ibid.* §. 2.

8. Declar. (5) imprimis nobiles promissionibus suis obligari, *Liebenthal. in Colleg. Politico Ex. 2. p. 101.* Nec obstat vulgatum istud: Versprechen ist Edelmännisch, halten aber bäuerisch.

Regia, crede mihi, res est promittere multum;
Sed servare fidem rusticitatis opus.

Aut ironice enim illud intelligendum est, aut non dicit, quid fieri debeat, sed quid de facto fieri soleat. *Solomonis verbum est:* Wer viel geredet, und hält nicht, der ist wie wolcken und wind ohne regen, *Prov. c. 25, 14.* Conf. *Vagedes in oper. Acad. p. 234. & Richterus in Axiomat. Oeconom. ax. 129. p. 276.*

9. Ampliatur, sive promittentes juvenes sint, sive senes modo sui intellectus ac voluntatis perfecte compotes sint.

Zusagen und halten,
Steht wohl bey jungen und bey alten.

10. Sive hostis & inimicus, sive amicus & socius sit ille, cui promittitur. *Burger Observ. Jurid. Polit. Militarium Cent. I. n. 22. p. 44.*

11. Fallit (1) in promissione, quæ turpitudinem continet: hæc enim non obligatoria est. *c. detestanda 2. de conc. præbend. in 6.*

12. Fallit (2) in promissione, quæ in præjudicium superioris fit. *c. venientes 19. X. de jurejur.*

13. Fallit (3), si fiat sub conditione suspensiva, & illa conditio non adimpleatur, *cap. pervenit 3. X. de jurejur.* aliud si fiat sub modo, cujus neglecti alius quam nota perfidiæ, & imploratio aliqua Judicis officii effectus esse non potest. Elegans exemplum vid. *apud Huberum in Prælect. jur. civ. P. 3. L. 23. t. 1. §. 16. p. 179.*

14. Fallit (4) in promiſſione facta in carcere, *Gail. L. 1. Ob. 22. n. 8.*

15. Fallit (5) ſi omnia bona promittantur, *Tabor apud Barboſam in Theſ. Loc. ſub voc. promiſſio ax. 1.*

16. Fallit (6) quoad tractatus & pacta de contrahendo v. g. emendo & vendendo *Dn. Hertius d. l. pag. 407.*

17. Idem de pr miſſionibus DEO factis, ſive votis, affirmandum. *Eccleſ. Salom. c. 5, 3. 4.* De prohibitis votis agit *Num. 30, 6. 9. 13. & Jud. 11, 31.*

XXXVI.

1. VOlenti non fit injuria, h. e. *in volentem nulla committitur injuſta actio.*

2. Ratio, quia injuſta actio, ſive injuria, quo alteri aliquid denegatur, quod ipſe debebat habere, vel aufertur, quod jam tum ipſius eſt, vel aliquid mali infertur, non niſi invito fieri poteſt. Vid. *Pufendorff in Element. jurisprud. univ. L. 1. def. 17. §. 6. & 8. p. m. 306. ſeqq.*

3. Fundatur parœmia hæc in *l. nemo 145. ff. d. R. J.* ubi dicitur, quod nemo videatur fraudare eos, qui ſciunt & conſentiunt. Add. *l. 6. §. 9. ff. quæ in fraud. cred. & cap. ſcienti de R. J. in 6to.*

4. Exempla vide apud *Mullerum in comment. ad d. l. 145. p. 203. ſeq.*

5. Declara parœmiam, quod intelligi debeat de voluntate plane libera ab omni coactione *cap. 1. cauſ. 15. q. 1. Tabor apud Barboſam ſub voc. voluntas ax. 22.*

6. Intellige (2) volenti non fieri injuriam a tertio, a ſeipſo enim, quin fieri poſſit injuria, non eſt dubium *l. ff. de Bon. eor. qui &c.* Hinc dici ſolet a ludentibus: ich habe mir ſelbſt unrecht gethan, quando ſcilicet ex inadvertentia animi damnum aliquod incurrunt.

7. Intel-

7. Intellige (3) in factis licitis & contrahendo, non in delinquendo, & quæ per se sunt turpia *Tabor d. l. & sub voc. injuria ax. 32.*

8. Fallit quoad voluntatem impeditam, undecunque etiam illud impedimentum veniat e. g. Quando illud, quod volo, non satis cognitum mihi est, mihi utique fieri potest injuria, quia illud volo, quatenus mihi apparet bonum, non vero quatenus sub eo latet malum, sive injuria: hæc enim mihi incognita est, ignoti autem nulla cupido, & hinc quoque, nulla voluntas est, duo sunt principia actionis voluntariæ, scilicet scientia & voluntas. Conf. *Schilterus in Manuduct. Phil. Mor. c. 7. §. 6. p. 258.* Deceptus ergo & dolosis persuasionibus inductus non habetur pro volente *Mullerus d. l. p. 205.* Sic quoque pro volente non habetur, qui furtum aliquod fieri permittit, ut fur in isto deprehendatur: deficit enim voluntas carendi re ista, quam fur contrectaturus est. Casum vid. *§. 8. Instit. de Oblig. quæ ex del.*

XXXVII.

1. **Fehlet dir ein helm-zeichen, kauffe ein paar hörner.** Si tibi deest galea, vide duobus potiaris cornibus.

2. Ratio est: Denn

> Was man träget insgemein,
> Muß hörner oder federn seyn.

vid. die durchleuchtige welt *P. III.* Von der wappen-kunst. *p. 77.*

3. Nimirum dicterio hoc sugillatur Nobilium cum primis apud Germanos longo tempore mos receptus, quorum majores galeæ suæ imponebant duo cornua, scutum vero coloribus simplicioribus

ornabant, ita ut antiquissimarum familiarum arma sive insignia nihil aliud regulariter repræsentaverint, quam cornua & colores. Vid. *Bœckler in Arte Heraldica P. XIII. p. 88. & P. XII. p. 75.* Quoniam autem horum acquisitio facilis est, & haud magno constat pretio, quid? quod a multis ista nobilium insignia de facto assumta; ideo proverbialiter dici cœptum fuit: Fehlet dir ein helm-zeichen (h. e. Wappen oder Adelstand:) kauffe dir ein paar hörner. Conf. die vorrede über die Geschicht-schreiber vom Bißthum Würtzburg. §. 17.

XXXVIII.

1. **Man soll nicht alles sagen was man gedencket, und nicht alles glauben, was man saget.** Non omnia quæ cogitantur, recensenda, nec omnia quæ recensentur, credenda.

2. Ratio, quia ex utroque arguitur imprudentia: prudens enim non omnia animi sui aperit sensa, sed multa pectore penitissimo retinet, nec fidem illi adhibet, cui eam denegare prudentia jubet. Illud simplicitatis: Ein narr schüttet seinen geist gar aus, aber ein weiser hält an sich. *Proverb. Salom. c. 20. v. 11.* hoc vero credulitatis signum est.

3. Decl. quoad prius, quatenus nimirum non obligati sumus in conscientia ad id, ut mentis nostræ aperiamus deliberationes; quoad posterius, quatenus circumstantiæ aliud non suadent: utrumque in vitio est; & omnibus credere & nulli, *Lipsius Lib. 4. Polit. c. 14. n. 22.* Conf. *Buddæus in Element. Phil. Pract. p. m. 99.*

XXXIX.

XXXIX.

1. Zu denen erschlagenen Francken gehöret eine große hölle. Occisos Francos parvus haud capit infernus.

2. Eſt dictum, quod originem ſuam iſti cladi debet, quam Franci ſub Duce ſuo, *Conrado I.* Imperatore a Saxonibus apud *Martisburgum*, ſive ut alii habent, *Heresburgum* accipiebant. Nam cum Dux Saxoniæ, *Henricus*, Imperatoris *Conradi* fratrem, *Eberhardum*, prælio vinceret, & ingentem ſtragem faceret, quidam in hæc verba erupiſſe dicitur. Wo man eine so große hölle hernehmen wolte, welche alle erschlagene Francken in sich begreiffen könte. Vid. *Matthiæ Theatrum Hiſtoricum ſub Conrad. I. pag. m. 676.* quæ deinde in proverbium abierunt, & ſequenti verſiculo latino comprehenſa:

Vix capit infernus miſerorum corpora
ſævus.

Quem verſiculum Michael Sachß *in Chronicis imperat.* rhythmis germanicis ita reddidit:

Ein so weite höll findt man kaum,
Da all diese todten haben raum.

Factum autem id eſſe A. C. 915. perhibetur. Vid. Hübner in kurtzen fragen aus der politischen Historie *P. I. p. 805.*

XL.

1. Es ist keinem eine traube verwehret. Una uva nemini negatur.

2. Fundatur hæc parœmia *Deuter. 23. v. 24. & Matth. c. 12. v. 1. ſeq.* nec non in jure canonico & feudali. Vid. *cap. diſcipulos 26. de conſecrat. diſt. 5. & 2. Feud. 27. in f.* ubi dicitur, quod iter facienti liceat

pro equo pabulaturo carpere gramina. Ergo nec homini vineam prætereunti, & uvas appetenti, uvam aliquam carpere, & cupiditatem suam exsaturare interdictum erit.

3. Ratio quia omne bonum est sui communicativum, si sine notabili damno fiat.

4. Declar. quod imprimis tunc procedat, si in itinere constitutus sit lassus & languidus, aut appetitu aliquo extraordinario laboret, sicuti mulieres prægnantes.

5. Declar. (2) Quod si Dominus vineæ, vel ejus custos præsens sit, hic desuper interpellari debeat; quod si vero nemo ibi reperiatur, impune unum vel alterum botrum decerpere liceat dum modo nihil auferatur, sed id quod decerptum, statim comedatur.

6. Ampl. de jure divino (positivo scilicet non morali) ut tantum comedere liceat, quantum libet. Wann du in deines nächsten weinberg gehest, so magstu der trauben essen nach deinem willen biß du satt habest. Quamvis *Chaldæus Paraphrastes* textum hunc de vindemiatoribus explicare velit: Vid. *Ahasverus Fritschius in Tract. de Præsidio necessitatis contra legem Sect. VII. Concl. 2.* De consuetudine hodierna vero ultra tres botros consumere fas non est. Drey sind frey. An dictum hoc etiam ad rapas & poma extendi queat? quæritur, & videtur responderi posse quod sic ob identitatem rationis.

7. Limit. nisi statuto aut consuetudine contraria aliud sit introductum, *Ahasverus Fritschius d. l.* Sic enim ne unicam quidem uvam invito domino, abscindere licebit impune, utut ejusmodi statutum, ceu verbo divino contrarium, vix mereatur approbationem. Conf. omnino *Prosperus Rendella de Vinea, Vindemia & Vino c. 10. p. m. 6.* De refocillatione peco-

pecorum de gramine vel ſegete ex agris carpendo vid. *Zabel in Different. jur. civ. & Sax. P. II. Diff. 34. p. m. 332. & Thomæ de Noxia animalium c. 15. n. 24. p. 168.* ubi recte ejusmodi pabulationem gratuitam ſub hac reſtrictione ſaltem admittit: ſi fiat ſine vaſtatione & ingenti fundi damno.

XLI.

1. **DEnen ſchlimmſten leuthen ſoll man die beſten Atteſtata geben. Peſſimis hominibus optima danda ſunt teſtimonia.**

2. R. quia alias nullibi recipiuntur, & hinc vel pejores fiunt, fureſque & latrones agunt, vel iſthuc redeunt, unde expulſi ſunt.

3. Sed enim quia ejusmodi favorabilia teſtimonia eſſent falſa, & contra præceptum octavum Decalogi; mala autem facienda non ſunt, ut inde eveniant bona, cumprimis talia, quæ commodum tantum privatum promovent; ideo merito improbanda eſt hæc parœmia. Es wäre wohl gut genug vor das Intereſſe ſeiner herrſchafft, nicht aber genug vor das gemeine weſen geſorget. Hoc tamen recte fieri poſſe puto, ut literæ dimiſſoriales iſtis dentur, & inibi mentio ejus facinoris fiat, cujus convicti fuerunt dimiſſi. Inquis: cui bono? cum nequeant produci ejuſmodi literæ. Reſp. proſunt tamen ad hoc, ut ſi majora delicta iſtis imputentur, quam quorum rei ſunt, literis illis ſe defendere poſſint, imo etiam dimiſſi virtutes, bonas qualitates, & dona inſeri poſſe, imo debere, ſi ſpes ſit emendationis & melioris vitæ, nullus ſtatuere dubito, ex ratione, quia non tantum virtus etiam in hoſte laudanda, ſed etiam quia alias in præjudicium commodi publici, & contra charitatem proximi, dona iſta inutilia redderentur.

XLII.

1. ALs David (a) kam ins alter,
Da machte er psalter.
Cum David senescebat,
Tunc Psalmos componebat.

2. (a) Significatur hic per Davidem optimus ille Rex & Propheta, qui admodum delectabatur cythara, prout hoc ex *Psalmo 92.* & aliis, passim elucescit; Conf. Reinhold von der Schau *in Hodosophia Viatoris Christiani c. 15. p. 1027. seqq.* An vero in senectute, prouti dicto hoc indigitatur, Psalmos demum composuerit, de eo vid. Gerber *P. 1.* seiner unerkannten sünden *p. m. 470.* Quicquid autem hujus sit, coincidit cum illo: Wann die hur alt wird, wird sie fromm, h. e. in juventute indulgemus peccatis, in senectute vero resipiscimus.

3. Ratio, quia vulgus hominum in ea est opinione; quasi in juventute liceat luxuriari, ita ut emendatio vitæ usque in senectutem moram patiatur. Vid. Gerber *d. l. p. 469.* Conf. *Paræm.* die jugend muß verrasen.

4. Declar. dicterium hoc loqui de facto & eo, quod fit, non vero de jure, & eo, quod fieri debet; intelligique debere enunciative, non approbative, de eo quod plerumque, non vero semper, fit. Eo enim procedit hominum malitia, ut etiam decrepiti, defloccati, & senio confecti concupiscant, und gehet es ihnen insgemein wie denen alten fuhrleuthen, welchen gleichwohl das klatschen und patschen wohlgefället, wann sie selbsten nicht mehr fahren können. Deficiente calore & corpore non semper deficit malitia, quæ sicuti in pueris, ita etiam in senibus sæpe supplet ætatem & plerumque non tam voluntas,

quam potentia delinquendi deest. *Quo semel est imbuta recens servabit odorem Testa diu &c.*
Auf eine eitle und ruchlose jugend folget selten ein frommes und gutes leben, sondern heisset gemeiniglich: Je länger je böser.

XLIII.

1. **DEr marckt lehrt kramen.** Nundinæ docent licitationem & pretia rerum, h. e. tractatio die handlung est optimus rerum magister. Alias dicitur: *Consilium nobis resque locusque dabunt.* **Von denen conjuncturen muß man profitiren und die Consilia darnach einrichten.**

2. Quia in ipsa tractatione sese exerunt circumstantiæ, quæ rem variare solent: minima enim circumstantia variat rem. *l. 26. §. 12. ff. de Condict. indeb.* & quidem in omnibus rebus, civilibus & criminalibus. Quoties enim res & usus aliquid apportat novi, toties illa variatur & consequenter quoque nova deliberatione opus est.

3. Hinc ministri Principum, ad negotium aliquod specialiter instructi, haud satis prudenter agunt, quando in ipsis tractatibus tales emergunt circumstantiæ, de quibus Principes, tempore datæ instructionis, haud cogitarunt, & quæ per consequentiam ad illas non quadrat, & illi nihilominus instructioni cœcitus inhærent. Exigit enim hic necessitas rei, ut desuper ad principes referatur, & nova instructio petatur, denn wann ein Minister so unbesonnen seyn und opiniâtrement seiner instruction inhæriren wolte, sie möchte sich gleich bey denen in der unterhandlung sich geäußerten umständen, zu der affaire schicken oder nicht, so wäre es eben so viel, als wann einer dem

dem andern ein kleid machen lassen, und ihn es anzuziehen obligiren wolte, es möchte ihm gleich gerecht seyn oder nicht, er möchte es gleich anders, und daß es sich an seinen leib schickete, gemacht haben wollen oder nicht. Propria autem auctoritate, & sine prævia relatione non licet Ministris aliud statuere, quam mandatum & instructio permittunt. *Grotius d. J. B. & P. L. III. c. 22. th. 4. 3.* imprimis in causis bellicis, ubi mandati fines exactissima diligentia sunt servandi, nihil contra instructionem suscipiant Duces & imperatores. Vid. *Grotius d. l. L. III. c. 18. th. 1. 2.* Quæ omnia tamen suam limitationem patiuntur. Vid. *Barbosa in Thes. Loc. Com. sub voc. mandatum ax. m. 23. v. g.* quando actus essent connexi & dependentes, tunc qui mandavit unum, videtur mandasse & aliud, aut mandatum excederet mandatarius præsente & non contradicente Domino?

4. Declar. Ministrum, super novis emergentibus referentem, aliud mandatum petere & acceptare non debere quam quod æquum, rationabile, justum est & honestum. Conf. *Mulerus ab Ehrenbach in Hyparchologia c. 11. §. 17. p. 548.*

XLIV.

1. IN *Camera non est Christus.* h. e. in Collegio illorum, qui reditus respiciendos habent, non attenditur ad id, quod doctrinæ & verbo Christi est conveniens.

2. R. quia in Cameris id, quod utile & conducibile est, etiam pro justo haberi solet, ita ut secundum *Carneadem* jura utilitate sanciantur varia: Christo autem nihil est justum, nisi quod æquum, honestum & verbo ejus consentaneum est.

3. De-

3. Declara valere parœmiam non dispositive, sed enunciative, non approbative, sed relative, sive dicit, quid fieri soleat, non vero quid fieri debeat.

4. Declar. (2) veram illam esse ἐπὶ τὸ πλεῖστον. Quamvis enim raræ aves sint in terra Ministri camerales, qui utile judicant ex ratione honestatis & æquitatis, verboque divino, dari tamen adhuc nos ipsimet experti sumus.

5. Declar. (3) quatenus nimirum non tantum reditus ab antiquo quidem introductos, sed injustos tamen, mordicus tenet, sed & illos auget, extendit, & novos plane super-inducit, subditisque imponit Camera. Notanter dictum (1) *injustos ab antiquo introductos:* nec enim omne antiquum statim justum est, dann was tausend jahr unrecht ist, kan nicht eine stund recht seyn, wenigstens bey GOtt und nach dem gewissen, wann es auch schon auf der welt sich einiger massen verfechten lässet. Conf. Gerber in denen unerkannten sünden der welt. *P. 1. c. 95. p. 1413.* ibi: Vielleicht sind die vorfahrer harte unchristl. leuthe gewesen, die mit grosser gewalt ihren unterthanen so viel dienste haben aufgebürdet. &c. (2) *Antiquos reditus extendi & mirum in modum augeri:* Qui de hoc dubitat, ille antiquos & novos inter se comparet libros redituum & inveniet, quid distent æra lupinis. Jus vectigalium detractionis, laudemii, collectationis, servitiorum, venandi &c. ita sunt mutata per suas extensiones de loco ad locum, de persona ad personam, de re ad rem, de tempore ad tempus, ut a ratione dispositionis, & quare illa introducta fuerint, plane aberratum. Monstrorum instar ista sæpius sunt, si ad lydium lapidem legis, ejusque rationes examinentur. Sie sind gleich einem zur welt gebohrnen schönen jüngling, der aber nachgehends zu einem elenden krüppel gequetschet worden, oder auch jenem bild, so die mücken

also

also verdorben hatten, daß es die bauern nicht mehr anbeten wollen. Et hæc jura tantis pœnis muniuntur & defenduntur adversus eorum transgressores, ut longe gravius puniantur, quam in ipsum DEUM peccantes. In contemtu Principis, istam severam legem ferentis, quæritur quidem patrocinium, sed non invenitur; Cur enim, quæso, contemtum divinum adeo enixe non vindicamus ab injuria? scil. tantum abest, ut per istum aliquid Damni inferatur Aerario Principis, ut potius sæpe illam reddat locupletiorem. Exemplum habemus in nundinis encæniis, Weinschencken, rc. Add. Herr von Seckendorff im Fürsten-staat, *& quidem in Addit. p. 189. seq.*

XLV.

1. Besser ein hab ich als ein hätt ich. Melius est τὸ habeo, quam τὸ haberem; sive ut *Accursius in l. 8. ff. d. Transf.* dixit: *Melius est unum tene, tene, quam centum cape, cape.* Alias JCti dicunt: Melius est rem ipsam habere, quam actionem ad rem consequendam. Conf. *Tabor in Thes. Loc. Com. Barbosæ sub voc. capere ax. m. 1.* qui sensum axiomatis hunc esse tradidit, quod melius sit *accipere pecuniosam præsentem, quam expectare longe majorem summam.*

2. Fundatur in *l. minus 204. ff. d. R. J. & l. Quod debitor, si ff. de Pecul.*

3. R. quia actionis eventus non tantum incertus, sed & sæpe ita sumptuosus est, ut sumptus rem prorsus absorbeant, quam actione petimus. *Manzius in Resolut. quæstionis: an nomina &c. salva lege anastasiana*

ſtaſiana minori pretio cedi & redimi poſſint. Q. 2. n. 19. p. 28. Bronchorſt in Comment. ad tit. d. R. J. & quidem ad d. l. 15. p. 51.

4. Declar. ſcil. in naturali ſignificatione, & quoad posſeſſionem & rei veritatem, qua attenta melius eſt rem habere, quam actionem.

5. Fallit in ſignificatione civili, & quoad fictionem juris, qua attenta actionem habens rem ipſam habere dicitur. *l. rem in bonis 52. ff. d. R. J.* Conf. *Barboſa in Theſ. Loc. Com. ſub voc. actio ax. 7. Bronchorſt in Comment. d. l.*

6. Ampl. in tantum, ut ſæpius melius ſit partem tantum rei habere, quam actionem ad totam rem conſequendam. Hinc etiam cum addito ſæpe dici aſſolet: Es iſt beſſer ein dürrer hab ich als ein fetter hätt ich. Affinia ſunt: Beſſer etwas als gar nichts: Beſſer ein halbes ey als gar keines: Beſſer ein magerer vergleich als ein fettes urtheil: Beſſer ein vogel in der hand, als zehen über land.

7. E. G. Qui posſeſſione fundi ſpoliatur, habet quidem actionem ad poſſesſionem illam recuperandam, & civiliter habetur pro eo, qui poſſidet, & rem habet *l. 143. ff. d. V. S.* Sed in rei veritate tamen non poſſidet, nec vere dici poteſt, quod rem habeat, quia alias non opus haberet, interdicto ad poſſesſionem iſtam recuperandam experiri, & quod fieri posſit, ut illam vel plane non, vel non niſi difficulter recuperet: Beſſer ein hab ich, als hätt ich. Conf. *Mullerus in Comment. ad tit. d. R. J. l. 15. p. 93. & Carpz. P. 1. Conſt. 1. def. 15. per tot.*

XLVI.

1. WEr dich richtet, iſt dein Herr. Qui te judicat, eſt tuus dominus, h. e.

qui

qui in causis tuis judicat, & illas decidit, Magistratus tuus est.

2. Ratio, quia nemini nisi soli Magistratui in te competit jurisdictio: nam homo jurisdictionalis, sive subditus, & Magistratus se invicem respiciunt. Huic soli recte paretur.

3. Declar. scil. regulariter: potest enim fieri, ut quis in causa illius, qui non est subditus, judex sit. Exemplum habemus in Dicasteriis Cæsareo-Provincialibus, bey denen Kayserlichen Land-gerichten und Land-vogteyen. v. g. zu Würtzburg und Anspach, ubi causa etiam non subditi ventilari potest, idque ex speciali ratione & privilegio, quo jurisdictio illa provincialis concessa est, salva subjectione territoriali Magistratui competente; Vid. *Philoparchus* im klugen beamten *P. II. t.13. §.28. t.18. §.5.* Et eatenus omnino differunt: Ein unterthan seyn, und einem gewissen gericht unterworffen seyn.

4. Declaratur (2) intelligi hoc debere de judice & Magistratu immediato, ita ut excludatur, qui in secunda instantia, nimirum appellationis de causis tuis cognoscit: quamvis enim & hic quodammodo tuus dici possit dominus, primario & principaliter tamen parœmia de judice immediato loquitur, utut hic non sit dominus territorialis. Ita in Saxonia subditi, Nobilibus subjecti, hos suos vocant dominos, quamvis illi Nobiles supra se alium habeant Dominum, cui etiam subditi mediate subjecti sunt: Dann dieses ist der Lands-herr, jener aber der Erb-herr. 2c.

5. Declar. (3) procedere parœmiam quoad jurisdictionem propriam, non impropriam, cujusmodi est mandata, quæ ab officialibus exercetur, die diener sind nicht der unterthanen ihre herren, ob sich schon ein

mancher

mancher solches einbildet, und mehr gewalt über die armen unterthanen heraus nimmt, als der Herr selbst, item jurisdictio prorogata.

6. Declar. (4) scil. in causis civilibus, sive ut hodie loqui solemus, vogteticis, ita ut excludantur causæ criminales, ecclesiasticæ, feudales, quarum decisio ad alios pertinere potest, salva jurisdictione territoriali, cum primis apud nos in Franconia, allwo das recht geben und nehmen eigentlich von denen vogtey-fällen zu verstehen, es mag nachgehends die Cent- und geistl. gerichtsbarkeit haben wer da will. Qui in causis civilibus præcipit, mandat, judicat, ille dicitur καθ' ἐξοχὴν der Herr bey dem man das recht giebt und nimmet. Conf. *Philoparchus d. l. tit. 40. §. 11. p. 1014. Leuchtius in Tractat. de Jurisdictione p. m. 336.* Quando vero quis simul Jus Episcopale, & centenæ, exercendum habet, tunc est omnigenus Dominus.

7. Fallit E. in causis der Kayserl. Land-gerichten, appellationum, mandatæ & prorogatæ jurisdictionis, centenæ, juris Episcopalis &c.

XLVII.

1. Halt du dich wohl, ich kan es nicht. Rem tumet bene gere, ego id non possum, sive, mihi id non datum est. Est scomma, quo illos pungere solemus, qui alios officii, rite & recte faciendi, quidem monent, ipsimet vero illud negligunt, & legibus quasi soluti rem pessime gerunt, dum propter φιλαυτίαν, majorem utilitatis & voluptatis, quam honestatis rationem habent. Vid. *Richterus in Axiomat. Hist. p. 463.* Agnoscunt quidem,

& quodammodo etiam intelligunt pravam ſuam rationem vivendi, ſed nolunt iſti dicam ſcribere, man will ſich nicht abbrechen, und ein wenig wehe thun. Man iſt gar zu ſehr in den alten Adam verliebet, uud vermeynet, es wåre genug, wann man ſeinen fehler und gebrechen nicht verhelete, und nur andere davor warnete, ob man ſchon ſich ſelbſten die incommoditåt nicht anthun, und ſelbigen abſtellen möchte, ſprechende: Omnes ſibi indulgent, quisque autem in alios ſeverus eſt cenſor. Oder wie der Sirach ſaget *cap. 37, 22.* Mancher iſt wohl geſchickt zu rathen, und iſt ihm ſelber nichts nutz. Video meliora, proboque, deteriora ſequor; ſed recte *Menedemus* apud *Terentium in Heavt. 5. 1. Nonne id flagitium eſt te aliis conſilium dare, foris ſapere, tibi non poſſe* (velle) *te auxiliarier?* Certe: nihil quicquam ſapit, qui ſibi non ſapit, Μισῶ σοφιστὴν ὅστις οὐκ αὑτῷ σοφός. Nam ſi ille non ſapit, qui ſuum vitium cernit, nec tamen illud vult facere miſſum, juxta *Ovvenum:*

Crimina qui cernunt aliorum, nec ſua cernunt,
Hi ſapiunt aliis deſipiuntque ſibi.

Quomodo, quæſo, illi pro ſapientibus erunt reputandi, qui morbum ſuum & vitium animi, cognitum habent, atque perſpectum, nec tamen illi volunt parare medicinam. Superant

ſane

ſane malitia eos omnes, qui in rebus propriis talpæ, in alienis vero lynces ſunt, ſie ſind noch ſchlimmer als diejenige, ſo in ihres nächſten augen den ſplitter ſehen können, den balcken in ihrem eigenen auge aber nicht gewar werden, deñ dieſe ſündigen blindlings, jene aber ſehend. Dort iſt der wille zu ſündigen deutlich, hier aber nicht. Ante igitur nobis quam aliis, recta danda ſunt conſilia. *Il y a*, inquit quidam Gallus, *plus de gloire à guerir nôtre eſprit de ſes foibleſſes qu' un autre. Tous les Docteurs en Theologie, en Droit & en Medecine ſont des ignorans ſ' ils ignorent l' art de ſe ſauver.* Medice! cura teipſum.

XLVIII.

1. SUperflua non nocent. h. e. Quæ præter neceſſitatem a contrahentibus adjiciuntur, certe illis non nocent, ſi non proſint.

2. Prob. per *l. quæ extrinſecus 65. ff. d. V. O. l. 17. C. de Teſtam. l. non ſolent 94. ff. d. R. J.*

3. R. quia illud tantum adjiciunt, quod contractui jam tum ineſt, & hunc ſaltem planius & prolixius exponunt, dubitationemque tollunt, non vero immutant aut alterant.

4. Declar. ergo non nocere ſuperflua, ſi ſint præter rem adjecta. *Tabor apud Barboſam in Theſ. Loc. com. ſub voc. ſuperfluum ax. 4.* & illam tantum planiorem, prolixioremque faciunt. *B. Stryckius de caut. Contract. S. I. c. I. §. 13. p. 9.* adeoque dubitationem tollunt. *Bertazol. de Clauſulis inſtrumentalibus clauſ. 34. gloſs. 2. p. 934.* & hinc majoris ſecuritatis cauſa adjiciuntur.

5. Declar. (2) in illis ſcilicet, quæ ſuſpicione carent. *Sonnemannus in Prælect. ad Leg. Notab. lit. Q. n. 6. p. 316.*

6. Fallit, ſi ſuperflua adhibeantur, quæ contra rem ſunt. *Tabor d. l.* h. e. illam deſtruunt, aut certe immutant.

7. Fallit (2) in rebus & contractibus ſuſpectis, ubi ſuſpicionem augent, & dolum arguunt. *Sonnemannus d. l.* imprimis ſi ſuperflua illa ſint inſolita & nimia *B. Stryck. d. l. §. 17. p. 10.* Nam & hic vulgatum illud obtinet: *omne nimium vertitur in vitium.* Exemplum ſolenne habemus in falſario illo famoſo, *Joh. Frider. Wernero*, qui falſum aliquod chirographum fabricatus eſt, hoc ipſo autem tanquam ſorex ſe prodidit, quod illud multis ſuperfluis, iisdemque nimiis & inſolitis clauſulis anxie muniverit. Lis deſuper in Camera imperiali mota nota eſt, ipſe autem falſarius tandem in Bavaria capite plexus.

8. Fallit (3) in materia interpretationis, & iterandis actibus. *Barboſa ipſe d. l. ax. 6. & 7.* Vid. tamen *Paræm.* ein gutes lied kan man wohl zweymahl ſingen.

9. Sic cautela ſuperflua, ſed innoxia eſt, ſi fidejusſores ſe in ſolidum obligent, cum ad hoc jam tum in puncto juris teneantur, ſi venditor evictionem promittat, & conductor rem conductam ſalvam ſe conſervare velle pollicetur, quia & evictio & conſervatio rei contractui naturaliter ineſt, & quidem illa emtioni venditioni, hæc vero locationi conductioni. *Stryckius d. l. §. 13.* Pertinet huc verbis quidem otioſis abundans, ſed curioſa & ridicula proteſtatio, & reſervatio illius officialis: Daß er ſeinem gnädigen Herrn alle Obrigkeit auf- und unter der Erden, auch ſo viel noch künfftig erdacht werden möchte, jetzt als dann, und dann als jetzt per expreſſum vorbehalten

haben

haben wolte. *Leuchtius in Tract. de Jurisdictione p. m. 157.* Plura vide apud ſæpius laudatum *B. Stryck. in triga Diſſertat. de cautelis abundantibus, ſub præſidio ejus habitarum.*

10. Quousque ſuperflua phyſice proſint, vel noceant, Medicis dijudicandum relinquimus. Quód Theologos concernit, illos in rebus bonis parœmiam noſtram itidem approbare conſtat ex *Phil. 3, 1.*

XLIX.

1. **Wehrmann (a) haben hilfft nicht.**

2. Wehrmann, h. l. idem eſt ac autor, oder derjenige von welchem ich eine Sache habe. Senſus dicterii noſtri hic eſt: non ſufficit poſſe nominare ſuum autorem. Obiter hic obſerva, quod a voce Celtica wehrmann nonnulli derivent latinam GERMANUS. vid. *Dn. M. Grubelii Rectoris Mindenſis Scholæ meritiſſimi Diſſert. de lingua Germanorum veteri & hodierna, th. 3. c. 2.*

3. Ratio quia honor & exiſtimatio læditur tam divulgando quam fingendo injurias, *l. 1. §. 4. ff. de injur.* Conf. *Cruſius ad Stat. Mindenſ. L. 3. t. 2. dec. 5.*

4. Probatur argumento *l. un. C. de fam. libell.*

5. Declar. ut procedat in delictis & maxime in injuriis, nec attendatur, quis ſit maledicti aut convicii autor, an ab aliis excepta & porro propalata ſit injuria nec ne? *Dn. Bernhard Schulz in Diſſ. de injuriis. p. 8.* Uterque, dicit *Fritſchius in Continuat. Beſoldi Theſ. Pract. ſub voc.* Wehrmann & injurias fingens & injurias ſpargens injuriarum tenetur.

6. Ampl. (1) ſive vera ſive falſa ſint ea, quæ propalavit manifeſtans, cum veritas convicii non relevet in cauſa injuriarum, *l. 5. C. d. injur.* & animus, quo quid dicatur, inſpici debeat. Nec obſtat *l. 18. ff.*

de injur. quippe quæ loquitur de modo manifestandi alterius crimen, qui non est cum injurandi animo conjunctus. *Mevius P. 3. dec. 357.* Add. *Fibigius in Collegio publ. legali Ex. 12. Q. 4. per tot.*

7. Amplia (2) utut injurians habuerit mandatum injuriandi alterum. vid. *Philippi Usus Pract. L. 3. ecl. 84. n. 7.*

8. E. G. Quando advocati aut procuratores in productis sive scriptis suis injurias evomunt contra Clientis adversarium, judicem aut etiam advocatum adversæ partis; statim illi advocati & procuratores possunt conveniri injuriarum, utut probare possint, se habuisse mandatum expressum ad istud faciendum. Quod in tantum procedit, ut ne quidem servus ejusmodi mandato parere debeat, *Philippi L. c. n. 9.* nec injurians habeat actionem adversus mandantem, quia illud mandatum ob turpem suam causam erat non obligatorium. Quod autem non obligat, nullam quoque producit actionem.

9. Ampl. (3) etiamsi actionem jam tum instituerit injuriatus contra autorem, *l. 34. ff. de injur.*

10. Fallit in contractibus, ubi regulariter nominare posse suum autorem prodest.

L.

1. **Man straffet keinen mit doppelter ruthen**, vel, **man streichet niemanden mit zwey ruthen.** Nemo duabus virgis castigatur. h. e. *Nemo bis aut dupliciter punitur.*

2. R. quia alias duæ statuerentur in peccantem pœnæ, unius autem delicti una tantum est pœna, & bona fides non patitur, ut idem bis exigatur *l. 67. ff. d. R. J.*

3. Fund.

3. Fund. in *l. 14. ff. de Accusat. l. 6. circa fin. naut. caup. stab. l. 24. C. de Pœn. cap. clerici 4. inf. de judic.*

4. Declar. (1) scil. ex eodem crimine, *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Com. sub voc. pœna ax. m. 10.* & quatenus unus est titulus criminis, ita, ut ex una causa omnes actiones suam originem habeant, cum hoc casu unius electione reliquæ consumantur *ibid.* Conf. *Granzius in inquisitorum defensione c. VII. m. IV. n. 179. p. 900.*

5. Declar. (2) scilicet simul & eodem tempore.

6. Fallit (1) quoties actiones ex diversis delictis vel factis oriuntur, cum eo casu pœna una remedium aliud, aliamve actionem, vel pœnam, non tollat *l. 2. ff. de Priv. delict. Carpz. P. 4. const. 27. d. 6. n. 4.* Ita condemnatus civiliter, propter interesse partis ad pœnam dupli, vel quadrupli, potest nihilominus criminaliter puniri, propter læsionem seu violationem securitatis publicæ, cum civilis actio non tollat criminalem, *Tabor d. l.*

7. Fallit (2) in Ecclesia, quæ plures pœnas imponere solet uni delicto, si hujus gravitas adsit, e *quorundam de Judæis.*

8. Fallit (3) si pœna ista, diverso tempore, & post iteratum & semel punitum delictum irrogetur.

9. Fallit (4) in fustigatione bey dem staup-beesen, & castigatione illa militari quæ per virgulas fit, wann man einen durch die spieß-ruthen lauffen lässet: ibi enim, una virga facta obtusa, sumitur alia, hic vero tot virgulis castigatur miles delinquens, quot sunt milites, & quidem cum hac extensione, ut si unius vel alterius virgula rumpatur, aut obtusa fiat, illi alia detur: ratio est, quia pœna fustigationis & virgularum constat ex pluribus ictibus, adeoque una virga & virgula non semper expediri potest.

10. Nec eſt, quod dicas, unum delictum duplici coerceri poſſe pœna, Reſp. enim intelligi hoc debere de illo caſu, ubi una pœna delicto minor eſt. *l. 5. C. de SS. Eccleſ. ibique Brunnem.* Add. *Granzius d. t. n. 197. p. 902.*

11. Ampl. etiamſi delinquens punitus ſit ab eo, qui jus puniendi incompetenter exercuit: hoc caſu enim manutenendus eſt delinquens adverſus incompetentem Magiſtratum, & multa ab illo repetenda, aut ſi Judex competens illum non manutenere, nec mulctam, de facto extortam, repetere & ſubdito delinquenti reſtituere poteſt, abſtrahere debet ab ulteriori punitione, & proteſtatione jus ſuum ſalvare, niſi malit jus ſuum cum præjudicio & damno tertii exercere, & ſic injuriam inferre miſero delinquenti.

L I.

1. **DEr anfänger iſt aller ehren werth.** Cujusque rei inceptor honore dignus eſt, h. e. *qui autor & inventor alicujus rei eſt, & hanc exorditur, laudem & honores meretur.*

2. R. quia omne principium grave eſt, *Richterus in Axiom. Polit. ax. 369.* (ita *Terentius in Heavt. Hæc dum incipias, gravia ſunt, dumque ignores: ubi cognoris, facilia,*) & pro cujusque rei parte præcipua habetur *Tabor apud Barboſam in Theſ. Loc. Com. ſub voc. principium ax. 1.* inventis & inceptis vero facile eſt aliquid addere: Daher pflegt man auch von einem ſolchen, der den anfang zu einer ſchweren ſache gemacht, zu ſagen: glaciem ſcidit vel fregit, er hat das eyß gebrochen.

3. Declar. ſcil. in rebus laudabilibus, honeſtis & licitis.

4. Declar. (2) modo rem aliquam incipiens bonum

num ponat fundamentum: universa enim bene geruntur, si rei initium fiat decens *Nov. 6. in præfat.*

5. Declar. (3), tamen & illi laudem deberi, qui aliquam rem inceptam ingeniose elaboravit, emendavit & polivit, juxta illud Imperatoris in *l. DEO auctore 1. C. de Vet. Jur. Enucl. Qui subtiliter factum emendat, laudabilior est eo, qui primus invenit.* Pertinet huc etiam illud *CICERONIS: Omnium rerum principia parva sunt, sed suis progressionibus usa augentur.*

6. Fallit in rebus turpibus, iniquis & illicitis: harum enim autor culpandus & vituperandus est; modo abusus illis non conciliaverit vitium. Ita autor typographiæ & artis chartariæ laudandus est, utut illis interdum abuti soleant homines. Vitium non est in re, sed in homine.

LII.

1. **Es ist niemand schuldig die kuhe mit dem kalbe zu behalten.** Nemo tenetur vaccam cum vitulo retinere. Est parœmia, quæ de uxore, ab alio ante nuptias gravidata, dici solet, hoc sensu: *nemo tenetur uxorem illam retinere, quæ ab alio ante nuptias prægnans facta. Græci eam ψευδοκόρην appellant.*

2. Ratio, quia consentitur in virginem integram, illibatam, non vitiatam, aut plane gravidatam, adeoque ejusmodi maritus decipitur, & ita errat in qualitate personæ, ut in rei veritate dici non possit, quod consenserit; non quasi virginitas sit de substantia matrimonii, sed quia deficit consensus, cujus defectus nullitatem inducit, *Brucknerus in Decision. Jur. Matrim. c. 20. §. 17. p. 129. seq.*

3. Prob. per *Levit. c. 21. v. 7.* & jus civile, & quidem per *l. 11. §. 5. ff. de Act. Emt.* Contrariatur jus canon. vid. *c. un. caus. 29. q. 1. inf.*

4. Declar. quatenus nimirum quis ignorat uxorem ab alio ante nuptias gravidam factam esse, & quidem ita, ut si hoc scivisset, nunquam cum illa matrimonium contracturus fuisset. Vid. *Stryck. de Dissensu sponsalitio S. 2. §. 34. p. m. 78.* Alias enim, si constiterit de vitio, retinere illam tenetur sponsus, quia se deceptum esse queri non potest. *Cypræus de Jure Connubiorum c. 13. §. 42. p. 513.*

5. Ampliatur in tantum, ut etiamsi uxor ante nuptias, vel sponsa ante sponsalia tantum vitiata, non vero gravidata, fuerit, nihilominus tamen illam retinere non teneatur sponsus vel maritus.

6. Ampl. sive sponsalia consummata fuerint cum ejusmodi vitiata & compressa sive non, *Stryckius d. l.* Conf. *Carpzovius in jurisprud. Consistor. L. 2. d. 193.* ita ut neque maritus uxorem, neque sponsus sponsam vitiatam retinere teneatur invitus: neque enim benedictio sacerdotalis, neque concubitus subsequens sanare potest illam nullitatem, quæ ab initio radices egit. *Anonymus*, qui *Patronus Nupturientium* dicitur, in *Tract. de injuriis novis nuptis illatis m. 2. n. 140. p. 53.*

7. Ampl. (3) ut procedat etiam vice versa ex natura correlatorum, ita ut & sponsa recusare possit sponsum, & uxor maritum, si scortatione & fœda libidine antea se maculaverit, & sponsæ vel uxori de vitio isto non constiterit, sed illa Juvenem virginem præsupposuerit. *Carpzov. Jurisprud. Consistor. L. 2. d. 188. Stryck. d. l. & Patronus Nupturientium d. l.* Dissentit *Cypræus d. l. §. 57. n. 2.* Sed verior illa prior est sententia, quia jura regulariter debent esse reciproca, & castitas æque decet juvenes quam fœminas.

8. Fal-

8. Fallit ergo quoad viduas & fœminas illas nuptas, quarum vitium sponsus vel maritus antea habuit cognitum.

9. Fallit (2) quoad Doctrinam Theologorum Scholasticorum, qui delictum stupri levissimum, & quasi pro nihilo ducendum esse existimant, nec eapropter sponsam vitiatam repudiari posse credunt. Conf. *Cypræus d. l. §. 40. p. 503.* Add. *Beust. de Jure Connubiorum P. 2. c. 34. & 35. Meieri dissertatio de Uxore Virgine Basileæ 1671. habita §. 17.* & *Carpzovius in Jurisprud. Forensi P. IV. Const. 20. d. 12.*

LIII.

1. **Vier füsse mit einem weissen zeichen, Dürffen keinen zoll abreichen.** Quatuor pedes, signo albicante notati, immunitate vectigalis sunt dotati. Scilicet respicitur hic ad equos illos, quorum pedes albicant infra propter ungulam, ita ut sensus sit: **Das pferd, so an denen vier füssen unten weiß gezeichnet ist, ist zollfrey.**

2. R. consistit in eo, quia raro nascitur ejusmodi equus, adeoque juri teloniorum parum damni infert ejus immunitas. Uno verbo: fit remissio vectigalis propter raritatem.

3. Declar. quod non nulli parœmiam hanc extendere voluerint ad merces, quæ ejusmodi equo vehuntur. *Florinus in Oeconomia Legali p. 916.*

4. Fallit hodie, ubi indistincte omnes equi juri vectigalis sunt obnoxii, und wann eines mit vier graßgrün-gezeichneten füssen käme, so müste es zoll geben, si nimirum per illum mercatura fieret. Aliud ergo si quis equo uteretur ad id, ut isto proveheretur,

zum reiten, sic enim apud nos in Germania quilibet Christianus immunis est a jure vectigalis, sive equus, quo vehitur, habeat, quatuor pedes albicantes, sive non. Conf. *Dn.* **Donauer in seinen juristischen Anmerckungen,** *apud Florinum c. l.* Quatenus nimirum via regia utitur, nec de illa eo deflectit, ubi pedagium & portorium penditur, de quo vid. *Dietherr. in Continuat. Thes. Pract. Besoldi sub voc.* **Weg-geld** *pag. 660.*

LIV.

1. **WEr menschen-blut vergiesset, deß blut soll wieder vergossen werden.** Sanguinem humanum qui effundit, ejus sanguis vicissim effundetur, h. e. *qui hominem occidit, ille vicissim occidetur.*

2. Fundatur commune & fere omnibus notum hoc dicterium in *Genes. c. 9. v. 6.* cui omnino congruit jus civile, vid. *l. 3. §. pen. ff. ad L. Cornel. de sic. §. 5. Instit. de Public. Judic.* & *Constitutio criminalis Caroli V. art. 137.* Non vero jus naturale, utpote quod quidem delicta vult puniri ex merito, nullam tamen pœnarum speciem, a qua ob necessitatem Reipub. ipsi recedere fas non esset, determinat, sed pœnarum determinationem juri positivo relinquit, quod ad necessitates Reip. illam attemperare debet. *Puffendorf. de Jure Nat. & Gent. L. 8. c. 3. §. 26.* Hoc tamen certum, juri naturali nihil magis convenire, quam ut eo modo quis pœnam luat, quo peccatum admisit.

3. R. quia alias nemo tutus esset a suo inimico in civitate, & Deus ipse pœna ultimi supplicii; præceptum quintum decalogi munivit. In dict. *c. 9, 6. Gen.* hæc ratio additur: **Denn GOtt hat den menschen zu**

seinem

seinem bild gemacht. Accedit, quod homicida lædat sanctissimam naturæ legem, edicentem: *quod tibi non vis fieri, hoc alteri non est faciendum*, & communem Gentium legem susque deque habeat, qua universim hodie homicidis proæreticis mortis pœna decreta est.

4. Declar. quatenus nimirum quis dolo & ex proæresi humanum sanguinem effundat.

5. Declar. (2) ita, ut dictum hoc procedat ex nonnullorum opinione, tantum quoad legem positivam divinam expressam, & pœnam forensem, Judæis tantum latam, non vero quoad jus divinum morale aut naturale *Dn. Professor Engelbrecht in Dissertat. inaug. Rinthelii de Jure Pœnarum capitalium in homicidio doloso 1706. habita c. 3. §. 6.* Add. *Pufendorff. d. l. §. 26. Seldenus L. 4. c. 1.* Quapropter etiam juxta illorum mentem Principibus ne quidem in homicidio doloso potestas dispensandi, quoad pœnam capitalem, adimenda, quatenus nimirum ex rationibus validis, loco, tempore, persona &c. desumtis, non ex inordinata aliqua voluntate, & intempestiva misericordia, dispensatur. Singularis quidem hæc est sententia, & communi contraria, nec tamen omnibus destituta Juris fundamentis. Quicquid autem hujus sit, hoc non negandum, bene Reipub. consulere Principem, si ultimum supplicium statuat in facinorosos homicidas, & citra gravissimas causas nullam agnoscat dispensationem. DEUS omnium sapientissimus legis lator est, quem in dubio sequi tutissimum est. Conf. *Thomasius in Instit. Jurispr. Divin. L. III. c. VII. n. 129. p. 607. & in Annot. ad Strauchii Dissert. p. 458.* ubi principi negat facultatem competere in pœna homicidii, ex ratione, quia pœna illa esset legis divinæ positivæ universalis,

toti

toti generi humano in primordio ejus promulgatæ, quæ principem æque ac alium obligaret.

6. Declar. (3) modo effundatur sanguis hominis vivi & animati juxta *artic. 133. Const. Crim. Carol. V.* & quidem ita, ut occidens sit causa per se, non per accidens. *Carpzov. Prax. Crim. P. I. q. 1. n. 63. 64. & q. 2. pr.*

7. Ampl. sive effundat quis sanguinem humanum per se, sive per alium, sive solus, sive cum alio, sive quis occidat Christianum, sive Turcam, sive Judæum, sive alium, modo sit homo & noster proximus, sive in duello sive extra illud, de quo vid. Seckendorff im Christen-staat *1. 2. 3.* Fit enim & ibi occisio ex proæresi & quasi ex compacto.

8. Fallit in homicidio culposo, quamvis & hic interdum pœnam ad fustigationem exasperari posse recte statuant Criminalistæ. Vid. *Bergerus in Electis Jurisprud. Criminalis memb. 3. §. 6. p. 100.*

9. Fallit in eo, qui ex justo mandato & jussu superioris sanguinem effundit humanum, quorsum pertinent carnifices.

10. Fallit in bello, quod juri Gentium & divino voluntario convenit. Vid. *Grotius de Jure B. & P. L. 1. c. 2. n. 1. 2. 3. & 4.* ut & in extrema necessitate, quando nimirum quis vitam suam aliter servare non potest, nisi cum internecione alterius, vel etiam defensionis modum excedendo per culpam mortis causam dat. Vid. *Anonymus, Patronus nupturientium dictus, de injuriis novis nuptis illatis m. 1. n. 84. p. 16.* Conf. omnino *Carpz. in Prax. Crim. Q. 27. n. 24.*

LV.

1. Hildenbrand (a) höllenbrand. *Hildebrandus* est torris infernalis, h. e. Hildebrandus mancipium est gehennæ.

2. (2) Per

2. (2) Per *Hildebrandum* intelligitur hic famosissimus ille Pontifex, *Gregorius VII.* alias Hildebrandus dictus, qui imperatori *Heinrico IV.* tam multum facessit negotii, & in Concilio Wormatiensi A. 1076. indignus Pontificatu judicatus fuit.

3. Ratio, quia magis anti-christi quam Christi partes egit: ita enim *D.* Lorentz Frieß *in Chronicis Herbipolensibus* in denen von dem Herrn Ludwig *edirten* Geschichts-schreibern von dem Bißthum Würtzburg *p. 476. seq.* habet: diese alle (nemlich die zu Worms versammlete Bischöffe) handelten mit einander des Pabsts halber, und beschlossen zum letzten, daß der gemeldte Pabst Gregorius, sonst Hildenbrand genannt, kein Pabst, sondern ein abgott, kein statthalter Christi, sondern ein wider-und Anti-christ, kein nachfolger St. Peters, sondern ein freventlicher muthwilliger verfolger des H. Geistes, und darum vom pabstthum zu setzen wäre. Quæ omnia tanta arte perfecerat, ut paucissimi in mentem ejus penetraverint. Quapropter etiam tricæ & machinationes ejus dictæ fuere Hildebrands griffe, (vulgo dicitur: Hilperts griffe,) non Gregorii griffe, weilen, prout Frieß d. l. habet, diese handlung er nicht erst im pabstthum gefunden, und erlernet, sondern zuvor, als man ihn noch Hildebrand geheissen, wohl gewust und offt getrieben. In specie autem summum caput totius Christianitatis se renunciavit, (2) Clericis conjugium prohibuit, & (3) collationem omnium beneficiorum sibi arrogavit. Conf. Hübner in kurtzen fragen aus der politischen Historie *P. I. p. 842.* Quibus cum optimus Imperator, *Henricus IV.* sese opponeret, Pontifex *Gregorius* ad extremum usque halitum illum persequebatur, & tandem præcipitem dabat. Add. *Theodosius Gibellinus in Cæsareo-Papia Romana pag. 202. seqq.* Samuel Pufendorff in der einleitung *c. 8. p. 573. seqq.*

LVI.

1. **Geld macht schälck.** Pecunia facit nebulones h. e. *inducit ad nequitiam. Paulus* dixit: *aurum multis multa sæpe persuasit perperam.*

2. Ratio, (1) quia pecunia omnia fere comparari possunt, quæ ad vitam felicem necessaria sunt, imo pecunia instructus omnium rerum potiri potest. Ideo etiam domina rerum appellatur. (2) quia pecunia parit auctoritatem. Hinc varias fraudes & technas pecuniam lucrandi excogitant homines, man verfälschet die wahren, getraid und wein, man machet kurtze ellen, kleine maaß, gering gewicht Brevius: lucri bonus est odor ex re qualibet. Conf. omnino *Matthias de Contributionibus c. 3. n. 202. seq. p. 124.*

3. Declar. quod pecunia non per se, sed per accidens, & potius cupiditas habendi quam pecunia ipsa homines impellat ad maleficia. Pecunia enim in se & abstractive considerata res media imo quando a probis possidetur, materia virtutum est. Reinkingk in der Bibl. Policey *L. 2. ax. 90. p.* Hæc (bona nimirum) perinde sunt, ut illius animus, qui ea possidet, qui uti scit, ei bona, qui non utitur recte, mala *Terent. in Heavt. A. 1. S. 2.* Reichthum ist wohl gut, wann man es ohne sünde brauchet *Sirac. 13, 30.* Add. *ejusd. c. 31, 8. cum seqq. collat. cum 1. Timot. 6, 9. seqq.* Conf. *parœm.* Haab ist wie der haber.

4. Exemplo nobis *Judas* est, qui pecuniæ amore percitus proditor Christi factus, ut & *Gehasi*, *Elisæ* Minister, utpote qui itidem *φιλαργυρίας* perniciosæ valde studiosus fuit. 2. *Reg. 5.*

LVII.

1. **WEr mir nix geit (a)**
Und nix leiht,
Der laß mich ungeheyt. (b)
Qui mihi nihil dat,
Et nihil mutuat,
Ille me missum faciat.

2. (a) **Nix** & **geit** per dialectum Franconicam, & quidem minus elegantem, dicitur pro **nichts giebt**. Sic quoque dicunt Franci rusticiores: **Was geits?** h. e. **Was giebt es.**

3. (b) **Heyen** est vexare, irritare, **ungeheyet einen lassen** est missum facere, non vexare aliquem, vid. **Spathe im teutschen Sprach-schatz** *sub voc.* **Hey** *p. m. 31.* ita dicitur etiam quamvis male: **was die leuthe geheyt, das ist meine freud.** Alias, itidem rusticius dicunt: **einen ungeschoren lassen.** Est ergo insulsorum rusticorum in Franconia dictum, quo incuriam & indignationem suam produnt, quando male audiunt, imprimis apud eos, unde nihil lucri aut damni sperare habent.

4. Ratio, quia nihil incommodi exinde venire debet, unde nihil commodi sperandum.

5. Declar. quod si sano intelligatur sensu, adeo improbandum non sit nostrum dicterium, quatenus nimirum verum est, quod minimum nocere non debeamus, si prodesse nolimus. Verba tantum aliquantum insulsiora sunt, res ipsa adeo mala non est: si enim diceres: **Wer mir nichts guts thun will, der soll mir auch nichts übels thun**, res salva esset.

6. Declar. (2) quod, si dicterio hoc respondeatur calumniatoribus non tam ex generositate, quam levitate animi, adeoque fama susque deque habeatur, illud minime approbandum sit, cum negligere

aut parum curare, quid de se quisque sentiat, non tantum arrogantis, sed etiam dissoluti, imo crudelis animi sit, quia hoc ipso famam nostram non conservamus integram, nec mali speciem evitamus, quam tamen merito evitare debemus ex mandato Apostoli: **meidet allen bösen schein**; *ad Thessalon. c. 5. v. 22.* cui consonum est illud *Siracidæ c. 38,. 17. & 28.* **du solt bitterlich weinen &c. auf daß man nicht übel von dir rede.** Add. *Barbosa in Thes. Loc. Com. sub voc. fama ax. 6.* & *Richterus in axiomat. Historicis n. 18. p. 251.*

LVIII.

1. **Am geding (a) ist keine folge.** Abusiva investitura nullam involvit successionem.

2. **Geding** varias habet significationes, imprimis apud Saxones. Interdum denotat simultaneam investituram, **die mit-belehnschafft oder gesammte hand**, & hæc importat successionem, interdum vero investituram abusivam, quæ nihil aliud est quam actus, ubi dominus directus signo quodam v. g. baculo aut gladio adhibito, coram testibus, jus feudi alicui, fidem promittenti, quasi cedit, & hunc in vasallum recipit *Almers in Manuali jurid. sub voc. investituræ §. 6. p. m. 645.* & quidem conditionaliter: si feudum scilicet revertatur ad Dominum *Struv. in Syntagm. Jur. Feud. c. 7. §. 4. p. 225.* quo ipso a simultanea investitura differt *ibid.* Alias dicitur **eine Anwartung**, expectanz, expectativa ac super-infeudatio *Stryck. in Exam. Jur. Feud. c. 12. Q. 24. Hertius in Select. ac Rar. ex univ. Jurisprud. Arg. de Parœm. Jur. Germ. L. 2. par. 21. p. 617.* Posterior significatio hujus loci, & sensus hic est: *quando dominus feudi facit alicui gratiam in feudo vasalli, post mortem nullos heredes masculos relinquentis, tunc si dominus feudi ante moritur, quam ille, cui promissio facta, ad feudi possessionem*

nem pervenit, successor domini directi, investituram vel promissionem ratam habere non tenetur. Wehnerus in Observat. Pract. sub voc. Geding *p. m. 512.* De etymologia vocabuli geding vid. Spate in dem teutschen Sprach-schatz, *p. 319. in f.*

3. Fundatur in Jure Saxonico feudali, & quidem *c. 5. c. 11. 26. 57. 59.*

4. Ratio est, quia nemo nisi heres præstare tenetur factum defuncti; successor autem feudalis est tantum successor singularis, non heres, nisi succedat etiam in bonis allodialibus.

5. Declar. quod de jure feudali communi procedat quoad agnatos, jure proprio & ex pacto primi acquirentis succedentes, ut & quoad investientem clericum, ratione cujus dispositio ejus convenit cum Jure Saxonico, cum domini directi clerici promissionem non adimplere teneatur successor, quippe causam successionis non ab antecessore, sed ex electione, adeoque proprio jure habens *2. Feud. 35. Laudatus Dn. Stryckius d. l.* Add. *B. Struvius in Jure Feud. c. 7. aph. 9. in Exeg. n. 1. Hertius d. l. Leiserus in Dissert. de Expectativa in Casum mortis concessa Wittebergæ & Ungepaueri Dissert. de Expectativis feudorum Jenæ habita.*

6. Fallit quoad filios *Struvius d. l. p. 246.*

7. Fallit de Jure Saxonico feudali tunc, quando investiens hanc adhibuit clausulam: nos investimus pro nobis & heredibus nostris *Stryck. d. l. Q. 37. p. m. 181.*

LIX.

1. Es setzt sich niemand gern vom pferd auf den esel. Nemo ab equo ad asinum adscendit, sive, ut Latini dicunt, caprarius fit, qui antea bubulcus erat. h. e. *Nemo honori-*

bus s. muneribus majoribus functus minores dignitates suscipit.

2. Ratio, quia hoc ignominiosum est, & in injuriam majorem dignitatem habentis tendit, cujusque vero honori & existimationi parcendum *l. Quintus 48. ff. Mandat.*

3. Declara, quod ille, qui in majori hactenus fuit honore, si eligatur ad minorem, possit declinare mutationem, cum nemo cogatur incedere retro, more cancrorum. Adscendendo conferuntur honores, non descendendo, *l. ut gradatim 11. ff. de Muner.*

4. E. G. Qui officialis fuit, vel Magistratus, non debet vocari ad decurionatum, Doctor Juris non vocandus est ad docendam Grammaticam. Qui consiliarii munere hactenus functus, non cogitur redire ad munus alicujus inferioris officialis. *l. 2. C. quemad. civ. mun. induc. Lib. 10.* Conf. *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Com. sub voc. honor. ax. 10.* sic qui Superintendentis spartam hactenus ornavit, ille recusat munus alicujus parochi ruralis, nec parochus ruralis optat redire in scholam, & conflictari cum petulante & ferocula juventute.

5. Quæ omnia tamen de illo casu intelligenda, quando quis remoto primo honore ad minorem vocatur. Aliud E. si primus honor duret, quia tunc cessat ratio, cum nemo vocetur ad minorem honorem, ubi prior durat. *Tabor d. l.* Conf. *Mylerus ab Ehrenbach in Hyparchologia c. 6. §. 28.*

6. Aliud ergo, ubi quis ex justa causa & in pœnam ad vilius aliquod munus redire necesse habet. Sic enim, etiamsi ægre fiat, jubetur illud suscipere, nisi malit sine dignitate & officio degere. Pertinet huc materia translationis Pastorum, wann man bißweilen einen auf eine Pœnitenz- oder geringe Pfarr gesetzet, quæ tamen prudentia opus habet, ne offendatur minor

nor Ecclesia. Vid. *Schilterus in Instit. Jur. Can. L. 1. t. 17. §. 11. & t. 19. §. 5. ibique allegatus Carpzovius L. 3. def. Eccles. 118. & 124.* Add. *Dissert, de translocatione Ministrorum Ecclesiæ sub præsidio D. Joh. Sam. Stryk. Halæ Magdeburg. habita per tot.*

7. Aliud porro etiam est, quando quis morbo aut alio casu ad officium recte administrandum inidoneus sit, & eapropter sparta tenuior ipsi defertur; aut quando quidam minister Ecclesiæ ideo ad munus aliquod scholasticum vocatur, quia ad hoc aptior deprehenditur.

LX.

1. N*Os docti male pingimus* (scribimus.) Est verbum, quod veteri usu circumfertur, & cujus mentionem facit autor **der kunst teutsch zu schreiben** mox ab initio. Nos Germani dicimus itidem: **die gelehrte schreiben übel.**

2. R. quia docti tantum temporis literis eleganter formandis non possunt impendere, quantum scribæ impendunt.

3. Declar. parœmiam non universalem esse, sed suas habere exceptiones, & valere plerumque quoad Pastores, Advocatos, & Medicos, quorum illi conciones, isti suas deductiones, hi vero sua, uti vocant, recepta adeo obscure scribunt, ut vix illa legi queant.

4. Declar. (2) improbandam illam esse, si ita intelligatur, quasi character alicujus viri eruditi consistat in literis male pictis, & quasi implicent hæc duo: *esse eruditum & eleganter scribere*, **wie dergleichen leuthe wohl gefunden werden, die von der zeit an, da sie vermeinet, sie gehörten** ex merito **mit in die rolle der gelehrten leuthe, nach ihrem tod aber in des** Clarmundi **le-**

bens-beschreibung etlicher haupt-gelehrter männer, so bald angefangen haben den schönen buchstaben, den sie sonst geschrieben, zu ändern und dergestalt zu verziehen, daß man selbigen nicht mehr lesen können, indeme man nicht gewust, ob es griechisch, teutsch oder böhmisch seyn sollen. Denn die vielen ideæ von denen characteren der begriffenen sprachen und wissenschaften verursachen insgemein eine solche erbarmungs-würdige confusion und verwirrung in dem gehirn, daß alles darüber in eine gäntzliche desordre und unordnung gerathen, und aus dem häußlein kommen muß.

5. Declar. (2) si tempus non permittat, ut eruditi & docti tanta cura & diligentia pingant literas, quanta illas antea formare potuerunt, quod tunc tantum absit ut eapropter vituperentur, ut potius excusandi sint, denn die zeit wäre zu kostbar, wann man sie auf das mahlen und ingrossiren wenden wolte. Dummodo absit (1) illa vana cogitatio, quod doctorum non sit distincte, & ita scribere, ut legibile sit, & (2) pigritia, quæ sæpe adeo tenet scripturos, ut pigeat & tædeat illos scriptionis. Conf. *par.* Ein guter schreiber ist aller ehren werth.

LXI.

1. **Es ist besser erhalten als vorbehalten.** Melius est rem aliquam conservare vel retinere, quam reservare.

2. Ratio, quia rem semel amissam, vel de manibus emissam, tam facile recuperare non possumus.

3. Ampliatur, etiamsi propter reservationem nobis competat jus agendi, & rem illam repetendi; revera enim minus est actionem, quam rem ipsam habere *l. 204. ff. d. R. J.* & melius habere rem, quam illam petere. Nec obstat *l. 15. ff. d. t.* ubi dicitur: is qui actionem habet ad rem recuperandam, ipsam rem habere

habere videtur: Fictione enim Juris hoc tantum procedit. Unde quoque verbum videtur, quod nota fictionis, non proprietatis est, adhibitum. *Petrus Mullerus in Comment. ad d. l. p. 92. & 352.*

4. Decl. modo in nostra potestate alterutrius electio sit: alias enim si coacti simus ad rem nostram dimittendam, melius est, mediante reservatione aliqua, nobis prospicere, quam se illa prorsus abdicare: *inter duo mala minus eligendum.*

5. E. G. Melius est, ut Parentes, dum vivunt, bona sua retineant, quam ut illa liberis suis cedant, & ad dies vitæ alimenta sibi reservent. Laß dem sohn, der frauen, dem bruder, dem freunde nicht gewalt über dich, weil du lebest, und übergieb niemand deine güter, daß dichs nicht gereue, und müssest sie darum bitten. Es ist besser, daß deine kinder dein bedörffen, denn daß du ihnen müssest in die hände sehen. *Sirac. c. 33. v. 20. & 22.* Cum quo illud coincidit: Es ist besser die kinder sitzen auf der eltern, als die eltern auf der kinder banck.

LXII.

1. **In der jugend eine hure, in dem alter eine hexe.** In juventute scortum, in senectute saga, h. e. *fœmina quæ in juventute suam prostituit pudicitiam, in senectute animum appellit ad incantamenta.*

2. R. quia virgo, virginitatis suæ jacturam passa, nihil veretur amplius, sed perfricat frontem ad quaslibet turpitudines. *Richterus in Axiomat. Oeconomicis ax. 213. p. 380.*

3. Declar. procedere hanc parœmiam imprimis quoad adulteras: nullum enim scelus, cujus non facile suspicio in eam caderet, quæ fide rupta, sacrique lecti genio contemto, adulterium admittere ausa est. *Crusius de indiciis delictorum P. 2. c. 32. n. 43. p. 150.*

4. Declara (2) illam ita, ut, si fœmina aliqua in suspicionem vocetur criminis veneficii, quæ in Juventute suam prostituit pudicitiam, tunc aliquid contra illam militet indicium.

5. Declara (3) valere illam saltem interdum, & hinc admittere probationem contrarii, imprimis hodie, ubi magia usu non adeo viget, sicuti olim. Deinde quoque puto distinguendum esse inter fœminam, quæ amore capta vitium sui corporis admisit, & quæ ex proæresi illud prostituit.

6. Ampl. ut diverbium nostrum ex generalitate rationis etiam quoad alia crimina procedat, si fœmina aliqua in eorundem suspicionem veniat, quia nullum tam magnum facinus est, ad quod violatæ pudicitiæ audacia non impellat. *Crusius d. l.*

LXIII.

1. **Alle sieben jahr frisset man bey hof einen küchen-jungen auf.** Intra singula septennia unus famulus culinaris in aula devoratur, sive deglutitur. Est dicterium hyperbolicum, cujus mentionem facit Döpler *P. II.* des getreuen rechnungs-beamten *c. 1. n. 127. p. 38.* & quo nihil aliud significatur, quam quod dapes & epulæ aulicæ sint inquinatæ, dum coqui & eorum famuli solent esse squalidi & immundi, sæpe illotis manibus accedunt ad coquendum & in ipsa ciborum præparatione demum illas abluunt. Aulæ præfecti & Magistri ergo ad id attendere debent, ut mundos & ab omnibus sordibus puros se exhibeant in culina. Vid. Döpler *d. l.* Unde quoque in aulis pecu-

peculiares ministri culinares constituuntur, truchsßes, küchen-meister, küchen-schreiber, de quibus vid. Seckendorff in dem Fürsten-staat *P. III. c. 5. n. 3. p. 534.*

LXIV.

1. Man soll sich richten nach der lehre, und nicht nach dem leben der geistlichen. Secundum doctrinam, & non secundum vitam & exemplum clericorum vivendum. Est dictum, ad quod vulgus clericorum impiorum provocare solet, & cujus ipse noster Salvator mentionem facit *Matth. 23. vers. 2.* Auf Mosis stuhl sitzen die schrifftgelehrten ꝛc. aber nach ihren wercken sollet ihr nicht thun.

2. Ratio, quia vita & doctrina eorum sæpius sibi contrariantur. Hæc bona, illa vero pessima, & scandalosa est.

3. Declar. justificari quodammodo posse hanc parœmiam, si parochiales ipsi, vel alii illam ad Parochi vitam, minus decoram, excusandam adhibeant. (2) si sermo sit de peccatis imbecillitatis, quibus Clerici æque ac alii obnoxii sunt. Gerber *P. I.* in unerkannten sünden der welt. *c. 97. p. 1453.*

4. Damnanda vero omnino illa est quoad Parochos impios & sceleratos, quando ipsimet in dicto hoc latebram quærunt delictis suis, persuasi, quod sic optime rem gerant; & se defendant exclamantes: folget meinen worten und nicht meinen wercken. Gerber *d. l.* Aberrant enim ictu, & illi ipsi cane & angue pejores fugiendi sunt. Sunt Noæ fabris lignariis

similes, qui arcam quidem ædificarunt, sed intrare non potuerunt. Conf. Brodkorbens teutsche wahrheit *p. 219.* ubi sequentes rythmos de facinorosis Pastoribus habet:

Dergleichen pfarrer arm und reich
Acht ich den zimmerleuten gleich,
Die an der archen bauten fein,
Und kamen doch nicht selbst hinein:
Sie unterweisen and're wohl,
Wie man besteigt den himmels-pol;
Sie aber bleiben hauffen stehen,
Und müssen noth und jammer sehen.

Et Gerber *d. l.* ita habet: Du schalcksknecht, wie sollen die zuhörer nach deiner lehre thun, wenn du selber nicht darnach thuest. Du bist ein schwein, und wilst haben die zuhörer sollen schafe seyn, ja das reimet sich fein 2c. Paulus redet gar anderst von der sache. Allenthalben, spricht er, stelle dich selbst zum fürbilde guter wercke *Tit. 2. v. 7.* Add. *1. Pet. 5. v. 3.* Sonsten vergleichet auch Herr Gerber dergleichen priester und geistliche mit denen glocken auf den kirchthürnen, die anderen in die kirche läuten, und selbsten nicht hinein kommen, item mit Herode, und seiner damahligen clerisey *Matth. 2.* welche die weisen aus morgenland nach Bethlehem zur krippe Christi wiesen, selbsten aber nicht hinein giengen.

5. Quid vero statuendum, si quæstio moveatur, an Parochus vitæ honestæ præstet Parocho docto & erudito? Resp. illam omnino affirmandam esse, quia verba erudita Parochi, turpiter viventis, plerumque nullam vim & efficaciam in animis auditorum habent. Movent, sed non trahunt.

Sic agitur censura & sic exempla parantur,
Cum Judex alios, quod monet, ipse facit.

Add. omnino Reinkingk in der biblischen policey *Ax. 43. p. 99.* & Reinhold von der Schau *in Hodosophia*

phia p. m. 524. ibi: vom studio pietatis wissen sie so viel als nichts. Es sind blose schrifftheiligen 2c. aber der teuffel fraget viel nach ihren controversiren und disputiren, wann keine krafft des lebens, keine tugend und gebet dabey ist. Der teuffel hat nie einen scharffsinnigen disputatorem geflohen, aber einen heiligen Mann hat er offt geflohen, 2c. & p. 526. ibi: wer andern will ins hertz reden, dem muß der heil. Geist zuvor auch ins hertz geredet haben, wer andere wozu überreden will, der muß es fürwahr selbst halten, und in der that zu werck richten. *Mihi proderit*, est Augustini verbum, *si facienda dicam*, *vobis*, *si faciatis audita.* Notatu digna verba sunt, quæ in aliqua instructione Ministris Ecclesiæ a Consistorio Coburgiaco præscripta, & typis A. 1694. expressa, habentur: Da hingegen wann sie (die zuhörer nemlich) vermercken, daß ihrer pfarrer leben anders ist, als ihre lehre, und sie ursach finden zu klagen, daß niemand geitziger, zänckischer, hoffärtiger seye, noch eher zur hochzeit, kindtauff, gastmahl komme, und später wieder weggehe als der pfarrer und die pfarrerin, niemand waschhafftiger seye, als die pfarrerin, niemand muthwilliger und boßhaffter seye, als des pfarrers seine kinder, und was dergleichen beschwehrungen mehr seyn mögen, so ist hernach kein wunder, daß die warheit verachtet, und in den wind geschlagen wird, indem sie sehen, daß der, so sie fürträgt, selber nicht darnach thut, und müssen sie alsdann nothwendig alle liebe, vertrauen, gehorsam und respect verliehren. 2c.

LXV.

1. Genau gedungen, und richtig bezahlet, scil. ist recht. Minimi contrahere, & expedite solvere justum est. Sive: Contractus sit minimi, solutio vero expedita, h. e. *in conven-*

ventionibus cuilibet licet tantum, quantum potest conditiones restringere & parcum esse ac tenacem, dummodo illas deinde accurate adimpleat, & sic promissis fiat, quod satis sit.

2. R. quia in pactis & conventionibus proprio commodo studere licet, ita ut ex mente *l. 16. §. 4. ff. de Minor.* contrahentibus naturaliter liceat se invicem circumvenire, modo id fiat ἐμποϱικῶς seu negotiative, & sine proposito fallendi. *Grot. de Jure B. & P. L. 2. c. 12. n. 26.*

3. Declar. modo conventio illa non sit contra amorem christianum, nec magis sapiat avaritiam quam parsimoniam. Man kan zwar genau dingen, gleichwohl aber muß man des andern seine sachen nicht zu gering schätzen, und wider das gewissen, oder unchristlich handeln. *Vili velle emere, & care velle vendere, revera vitium est. August.* Et damnandum omnino illud mercatorum est: iniquum petendum, ut æquum feras, de quo vid. *Exod. 22. v. 12.* Ad quod optime reponi potest notus ille versiculus: wo bleibet die brüderliche liebe, die gantze welt ist voller diebe. Conf. Gerber *P. I. c. 5.* der unerkanten sünden *p. 47.*

4. Declar. (2) valere interdum parœmiam etiam tunc, quando duræ & iniquæ conditiones factæ, comparative scilicet intuitu illorum, qui faciles, largi & generosi sunt, in ineundis contractibus eorumque conditionibus, sed deinde plane nihil præstant, dummodo alterius re potiantur. Diese sind freylich schlimmer als die da auf das genaueste accordiren, und accord-mäßig bezahlen, als die da viel eingehen, und hernach nichts præstiren. Den ersten fall bekommet man doch etwas, hier aber gar nichts vor seine sache. Si nimirum eo animo tam pingves admittant conditiones, ut alteri animum addant ad contrahen-

hendum & rem suam dimittendam. Aliud si quis post contractum initum eo redigatur, ut non sit solvendo. Animus, mens & voluntas distingvunt actiones hominum, & in maleficiis voluntas, non exitus spectatur. *l. 79. ff. d. R. J. l. 8. ff. de Jurejur.* Add. *Bronchorst in Comment. ad d. l. 79. m. 254.*

LXVI.

1. **Das werck lobet den meister.** Opus commendat artificem (magistrum.)

2. R. quia effectus testatur de sua causa.

3. Declar. si scilicet opus eleganter & scite factum sit, auf welchem fall die arbeith dem meister viele kundschafft bringet, vid. *Prov. c. 26. v. 10.* Alias enim illud potius contemtibilem reddit magistrum sive artificem. Hinc apud opifices etiam receptum, ut ille, qui recipi vult in numerum opificum, certum opus elaborare debeat, & quidem secundum præcepta opificii, cujus characterem ambit, ita peragendum, ut in examinatione nihil in eo desiderari possit. *Beier in Magistro c. 8. n. 103. p. 72. seq.* Et tali opifici vel artifici etiam in arte ipsius credendum est *l. 1. §. 1. de Vent. inspic. l. nemini 11. §. 1. C. de Advoc. div. Jud.* imprimis si juraverit *l. 20. §. omnes autem C. de fid. instr. Conf. Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Com. sub voc. ars ax. 1.*

4. Ampl. ut procedat etiam in rebus naturalibus & physicis. Sic ex admirabili structura stupendæ illius machinæ, quæ mundus vocatur, nec non ex accuratissima directione & conservatione totius compagis mundanæ judicari potest de conditore & auctore tanti operis.

Emicat ex ipsis divina potentia terris,
Et levis est cespes, qui probat esse DEUM.

LXVII.

1. Wer einen narren (a) kaufft, muß einen narren behalten. Qui insanum emit, insanum retinere debet.

2. (a) INSANIA habet suos gradus, & est vel superior, diciturque FUROR & MANIA, vel inferior, & dicitur MELANCHOLIA, item DEMENTIA, quando spiritus animales non ignei & fervidi evadunt, sed tetri, obscuri, & tenebricosi manent. Differt hæc DEMENTIA ab illa, quæ sine hac vel illa delira imaginatione duntaxat in hebetudine simplici spirituum animalium consistit, ita ut nec facile aliquid percipere, nec judicare promte aut ratiocinari possit, & speciatim FATUITAS, STUPIDITAS appellatur; Et hæc hujus loci est, opponiturque STULTITIÆ, quando quis intellectu & ejus facultatibus non rite utitur, sed accedente malitia voluntatis actiones contra rationis & sensus dictata crebro perpetrat. *Buddeus in Elementis Phil. Pract. c. 3. §. 25.* Stoicis omnis insipidus est stultus ac demens. Conf. *Schilterus in Manuduct. ad Phil. Mor. c. 5. §. 3. p. 189.* sicuti Theologis stultus est qui salutem æternam negligit.

3. Est parœmia, quæ juri Romano suam debet originem. Nimirum quando quis olim servum emebat, qui vitio animi laborabat, actio redhibitoria adversus venditorem non habebat locum, quia hæc vitium vel morbum corporis, non animi præsupponebat, ita ut levem, superstitiosum, iracundum, contumacem, & si quæ alia similia animi vitia haberet servus, emtor redhibere non potuerit, dummodo alioquin corpore fuerit sanus. Conf. *Strauchii Dissertationum ædilitiarum Priorem cap. 4. §. 8. 9. & 10.*

4. R.

4. R. quia insania est vitium animi: non autem propter vitium animi, sed corporis, uti dictum, redhiberi potest servus.

5. Lim. nisi ex vitio & morbo corporis vitium veniat animi, veluti si propter febrem aliena, vel per vicos more insanorum, deridenda loquatur servus *l. ob quæ* 4. *ff. d. Ædil. Edict.* Add. *Discursus super quæstione: an in Republica Christiana Bacchanalia tolerari possint? Augustæ Vindelicorum olim editus n. 6.* vel etiam tantum sit vitium animi, ut servi nullus sit usus *d. l. §. idem Pomponius 3.* Sic enim etiam intuitu vitii animi redhibitoria locum habet. *Strauchius d. l.*

6. Applicari quoque solet hæc parœmia ad conjuges, & conductos servos, ita tamen, ut lapso conductionis tempore, servum insanum dimittere liceat, **man schicket den narren wieder fort**, conjugem vero insanum retinere teneamur, cum matrimonium sit individua vitæ consuetudo, Vid. *Paræm.* **Weiber nehmen ist kein pferdhandel**, modo insania, priori illo casu, non ita sit comparata, ut operas plane præstare nequeat servus: sic enim etiam ante tempus conventum illum dimittere & actione conducti experiri licet.

7. Quid vero de pecoribus dicendum, utpote quæ ad secundum caput edicti ædilitii (ad primum enim servi & mancipia pertinent) spectarunt? Resp. illa ex eadem causa redhibitioni obnoxia habentur, ob quam servi redhiberi potuerant, adeoque morbum aut vitium corporis præsupponunt, aut insania etiam tanta, quæ pecora ad usum destinatum inepta facit, laborant, quatenus nimirum vox insania analoga est, & brutis etiam tribuitur *Schilterus d. l. §. 2. p. 188. v. g.* si bos sit cornupeta, jugum non patiens, mula pessumdans, equus calcitrosus, sus fœmella sterilis &c.

&c. Hodie tamen plerumque statutis vel consuetudine aliud introductum, & de certis tantum vitiis latentibus, teneri solet venditor, quoad equos, boves & vaccas, sues. &c. Sic de Jure Saxonico redhiberi potest equus, si sit retrogradus stättig, cœcitate latente laborans, staar-blind, scabiosus haarschlechtig. Weichbild *art. 97. Strauchius d. l. c. 6. §. 3.* Apud alios loco cœcitatis latentis plerumque aliud vitium, nimirum phrenesis, sive lunaticitas substituatur. Conf. *Florinus in Oeconomo Prudenti & Legali L. V. c. 26. p. 930. Melonius in Thesauro tit. 9. n. 50. p. 79. Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Com. sub voc. equus ax. 1. Besoldus in Thes. Pract. sub voc.* roßkauf: Ita secundum statuta Francofurtensia redhiberi potest (1) ein gestohlnes (nisi emtus sit in nundinis) (2) ein haarschlechtig oder schlebrüchiges, (3) ein stettiges, & (4) ein hauptsüchtig als mönig oder rotziges pferd. Secundum statuta Norimbergensia, (1) ein rotziges, (2) ein räudiges, & (3) ein haarschlechtiges pferd. Secundum statuta Lubeccensia, (1) ein anbrünstiges, (2) ein stettiges, & (3) ein kollerendes pferd. Apud nos in Franconia in illis locis, ubi statuta deficiunt, (1) ein rotziges, (2) ein räudiges, (3) ein haarschlechtiges, & (4) ein kollerendes pferd, quæ omnia tamen ita intelligenda, ut non excludatur furtivitas; hæc enim in omnibus rebus, adeoque etiam in equis secundum jus commune præstanda, etiamsi desuper nihil conventum, nec statutis aut consuetudine specialiter introductum, ut venditor indemnem præstet emtorem, si huic equum furto captum aut raptum vendiderit.

LXIIX.

1. Die erste maulschelle ist besser als zwo andere. Præstat prior alapa aliis duabus

bus insequentibus h. e. *conducibilius sive consultius est, primam infringere alicui alapam, quam primam sustinere & hanc bis reciprocare.* Est autem in hac paroemia enunciatio comparativa improprie sic dicta, in qua alterum ad alterum ita comparatur, ut id, in quo instituitur comparatio, in neutro eorum, quæ comparantur, sit.

2. R. Quia ictus primus addere solet animum, ita ut illum infringens amplificet suam auctoritatem, pulsatus vero pertimescat.

3. Declar. scilicet plerumque, imprimis vero in bello: Da ist sehr viel an dem ersten streich gelegen. Reinkingk in der biblischen policey *l. 2. ax. 157. p. 557.*

4. Exemplum habemus *2. Sam. c. 17. v. 9. & 10.* ubi HUSAI ita loquitur: Wenns geschähe, daß es das erste mahl übel geriethe, und kåme darůber ein geschrey, so wůrde jedermann verzagt werden, der auch sonsten ein krieger ist, und ein h rtz hat wie ein löwe.

5. Declar. (2) valere dicterium hoc comparative, non absolute.

6. Declar. (3) intelligendum esse hoc verbum de facto, non de jure, utpote cui valde ille odiosus est, qui primum percutit, & pugnos in aliquem ingerit, utut alius auctor rixæ sit. Conf. paroem. Wer schilt, der bricht. Add. *Dissert. de Autore Rixæ sub præsidio D. Bergeri Witteberga habita th. 10.*

LXIX.

1. **Mit kleinen fångt man an, mit grossen hört man auf.** In parvis incipitur, in magnis desinitur, *Cicero 1. Tuscul.* inquit *omnium rerum principia parva sunt, sed suis*

progresſionibus uſa augentur. h.e. Quando quis minora, ſive leviora delicta committere auſus eſt, tunc ſucceſſu temporis animum etiam ad majora perpetranda, appellit. Eodem illud recidit: **An kleinen låpplein lernen die hunde leder freſſen.**

2. Ratio, quia qui ſemel verecundiam læſit, hanc plerumque tandem prorſus amittere ſolet. Semel malus, pluries talis.

3. Effectus, quod de illo, qui ſemel leve aliquod delictum admiſit, præſumtio ſit, quod etiam majoris reum ſe fecerit, ſi indiciis ſeſe oneraverit.

4. Declar. quamvis argumentum a minori peccato ad majus non æque forte ſit ac illud, quod a majori ad minus delictum deſumitur, tamen & illud ſua conſtare efficacia & validitate. Sic jus noſtrum in *l. 5. §. 6. ff. de Re milit.* a delicto militari minori, nempe a ſegnitie & negligentia rerum ſuarum ad majus delictum, v. g. ad deſertionem concludit, & Chriſtus ipſe *Lucæ 16. v. 10.* ita arguit: ὁ ἐν ἐλαχίςῳ ἄδικος, καὶ ἐν πολλῷ ἄδικός ἐςιν; quæ argumentatio cumprimis tunc procedit, quando minus malum ordinatum eſt, ad majus: E. g. Quæ volens paſſa eſt, ut ab adoleſcente manus ad pectus admoveantur, aut libidinoſa oſcula libenter accepit, ulteriores amoris lineas non abhorrere inde præſumitur. *Cruſius de indiciis delict. P. II. c. 11. n. 15. Menoch. L. V. præſumt. 41. n. 26.* Add. *Zanger. de Quæſt. & Tort. c. 2. n. 22.* aut quando minus delictum gradu, non ſpecie, a majori differt. v. g. de illo, de quo conſtat quod rem minoris pretii furto ſurripuerit, præſumitur, quod etiam rem minoris pretii abſtulerit, ſi indiciis ſe ſuſpectum reddiderit; ſed caute hic procedendum. Qui leviter impingit in legem, non ſtatim

enor-

enormiter peccat; Ratio, quia qui non timet minorem pœnam, majorem tamen timere poteſt. Conf. *Diſſertatio Juridica occaſione illius brocardici: Semel malum, ſemper malum, Vitembergæ 1692. ſub præſidio D. Hornii habita c. 5. §. 16. ſeqq.*

5. Fallit ergo in delictis, quæ nullam inter ſe habent connexionem & ordinationem, aut ſpecie invicem diſtant.

6. Nec obſtat, quod omnis actus hominis ita accipi debeat, ut delictum excludat, & ſic etiam de illo, qui minus admiſit aliquod delictum, præſumendum, quod majus non perpetraverit. Reſp. enim: illa generalis præſumtio tamdiu ſaltem vera eſt, donec ſpeciali aliqua præſumtione, de qua hic ſermo eſt, non elidatur. *Dn. Horn. d. l. §. 20.* cum præſumtio ſpecialis potentior ſit generali *l. Divus 7. ff. de in integ. Reſt.* Conf. *Tabor apud Barboſam in Theſ. Loc. Com. ſub voc. præſumtio ax. 10. & ſub voc. malus. ax. 4.*

LXX.

1. **Was gehangen ſoll werden, erſäufft nicht.** Laqueo ſuffocandus aqua non perit, h. e. ſi caſum laquei fatum alicui immittit, ille declinari non poteſt, nec in caſum ſuffocationis aquæ mutabilis eſt. Meminit hujus dicterii *Schilterus ad Wehneri obſervat. Pract. ſub voc.* Galgen *p. 148.*

2. R. quia per fatum nihil aliud, quam decretum DEI intelligendum, quod autem DEUS decrevit, ab hominibus mutari non poteſt. *Richterus in Axiomat. Hiſtor. ax. 279. p. 474. Lipſius Lib. 1. Polit. c. 4.* qui tamen nimium ſectatus eſt ſtoica principia, dum *§. 22.* tradit, quod videantur tantum homines cauſæ

esse suorum infortuniorum, & plerumque tantum sponte ad deterius ire, atque nisi irent, trahendos fore a fato. Conf. *Schilterus in Manuduct. ad Philosoph. c. 6. §. 27. p. 250.* ita ut hoc sensu plane privetur homo liberi arbitrii facultate.

3. Declara igitur paroemiam non ex stoica & fatali necessitate, non ex absoluto quodam DEI decreto, sed ex decreto DEI, æterno, firmo, & immoto cum infallibili præscientia conjuncto intelligendam esse *Raupius in Bibliotheca Portatili L. II. P. II. Prædestin. p. 51.* ita scilicet, ut præter providentiam divinam fatum nullum agnoscendum. E. g. ille, quem DEUS ab æterno prævidit & præscivit transgressurum leges, quæ suspendii pœna munitæ, ex divino etiam decreto perire debet, & quem prævidit & præscivit transgressurum leges, quarum violatio sub pœna suffocationis aquæ prohibita, hac etiam non illa pessum ire necessum habet. Concurrit ergo quidem DEUS cum voluntate humana, sed ita, ut illi sua constet libertas. *Buddeus in Elementis Phil. Pract. P. I. §. 36. p. 25.* Ex præscientia enim Numinis non major homini injicitur necessitas, quam solis aut lunæ defectui, quod ab homine astrorum leges edocto, prævideatur *ibid.* Nec absolute aliquid a DEO decernitur, sed illud, quod hypothetice decretum necessario etiam exequitur, cum alias caderet in ipsum mutabilitas, & decretorum fallibilitas. Vid. *Meisnerus P. III. Phil. Sobriæ p. 85.* Et eatenus illud etiam verum est:

Fata monere DEUS tollere fata potest.

4. Ampliatur in tantum, ut fur furcæ maturus laqueum ipse conferre dicatur; Wann ein Dieb zum galgen zeitig wäre, so müsse er den strick selbst beybringen, vel prouti *Bidembachius in Promtuario connubiali them. 62. p. 291.* habet: Wann der fuchs zeitig ist,

trägt

trägt er den balg selbst zum kürschner, quo nihil aliud significatur, quam quod homo ipse ruat in suum infortunium, nec possit quiescere, donec carnifici ad suspendium fuerit traditus, etiamsi e manibus ejus una vel altera vice evaserit, aliaque varia pericula, terra marique superaverit.

5. Exempla huc pertinentia videri possunt apud *Richterum d. l.*

LXXI.

1. **Wann es kommt zur** execution, **so sucht man gern** (a) dilation. Quando pervenitur ad executionem, tunc quærit Reus dilationem; Est dicterium in Camera imperiali usitatum, cujus mentio fit *in Memoriali Visitationis de Ao. 1574.* §. altem Sprichwort nach. 18.

2. (a) Exceptiones, quibus rei se tuentur, sunt vel dilatoriæ, vel peremtoriæ; hæ intentionem actoris in totum tollunt, & dicuntur endliche oder unauslöschliche ein- oder schutz-reden, illæ actionem ad tempus tantum differunt, & per dilationem hic intelliguntur. Dicuntur germanice verzügliche schutz-reden & regulariter ante, peremtoriæ vero post litem contestatam in judicio opponi debent.

3. Ratio quia condemnati executionem evitare, aut certe singulos in dies differre conantur. Intuitu enim condemnatorum parœmia intelligenda est, utpote qui executionem effugere studant.

4. Ne vero sententia eludatur & intervertatur, aut victor doctis dolis ad longum tempus circumveniatur, victo quidem certus terminus in Camera imperiali præfigitur, intra quem vel parendum, vel

excipiendum, sed eo tamen attenditur, ut ne facile victori contra has exceptiones specialis replicatio injungatur, & sic novo Processui ansa praebeatur, sed id, quod contra merita causae, proponatur, prudenter perpendatur, & an adversus inchoatam executionem admittendum nec ne? cognoscatur, ac decidatur, parte victa, in poenam executorialibus insertam, & expensas, damnaque declarata. Vid. *Blumius in Processu Camer. t. 77. n. 6. & 7.* Conf. *l. fin. C. de Compensat. & Colerus de Processu Executivo. P. I. c. 26. n. 115.* Nam si hoc non fit, pauperes litigatores, qui summis laboribus, & infinita impensa obtinuerunt sententiam justissimam, faciunt naufragium in portu rei judicatae, & coguntur litem deserere, vel accipere conditionem transactionis iniquissimam, prouti loquitur *Wintherus in Parthenio Litigioso L. 1. c. 16. n. 19. p. 246.* Miserabile autem est post multa variaque certamina, cum res fuerit approbata, tunc ex altera parte, quae jam convicta est, moratoriis ambagibus spem condemnationis excludi *l. ult. C. de Compens.* Add. *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Com. sub voc. executio ax. m. 4.*

LXXII.

1. **Der erste finder (a) ist auch der erste muther.** Primus inventor est etiam vasallus.

2. (a) Finden h. l. est terminus artis metallariae, & idem significat ac scrutari, alias schürffen. Muthen vero idem est ac petere investituram, ita ut sensus sit: *Qui primum in aliquo fundo metallum scrutatur, illo quoque investitur.*

3 Ratio, quia inventori, metallum illud accepto ferendum est.

4. Ampl.

4. Ampl. Etiamsi inventor ille specialem concessionem scrutandi metallum non habuerit ab illo, qui regali metalli fodinarum jure gaudet. *Dn. Caspar Heinricus Horn in Jurisprudentia feudali c. 9. §. 20. p. 258.*

5. Ampl. (2) Etiamsi alius primum inventorem prævenerit in petitione investituræ. *ibid.* nec enim locus hic isti vulgato est: Wer ehe kommt, malt ehe.

6. Declar. Debere tamen vasallum decimas de illo invento metallo, si non est dominus territorialis in isto fundo, ubi metallum invenit, & deinde in feudum accepit. *Winzingerus in Annotationibus ad Examen feudale. c. 9. q. 17. p. 280.*

LXXIII.

1. Es ist kein was? ohne weil. Nullum quid? est sine quia; sive, ut alias dicitur: Omne quare habet suum quia, h. e. *omnis res habet suam causam & rationem.*

2. R. quia nihil fit sine causa; quicquid est, per suam causam est. Es hat alles seine Ursach.

3. Probat. per arg. *l. Si pater 4. C. de Hered. instit. & l. eam 14. C. de fideicom.*

4. Declar. omnium rerum quidem dari posse rationem probabilem, dialecticam, remotam, generalem, & accidentalem &c. sed non semper apodicticam, analyticam, proximam, specialem, veram & naturalem. Et de hac ratione intelligenda est *l. non omnium 20. & l. seq. ff. de Legibus*, ubi dicitur, non omnium, quæ a majoribus nostris instituta sunt reddi posse rationem. Conf. *Autor* des *semper* lustigen Fabel-Hansens, *p. 201.* ubi falsiorem applicationem hujus dicterii reperire licet.

LXXIV.

1. Wodurch jemand sündiget, damit wird er auch gestraffet. Per quod quis peccat, per idem punitur & idem, h. e. *quando quis in aliquem peccat, & malum ei conficit, tunc alius eodem modo in peccantem peccare & malum isti dare solet.* SEVERVS dixit: *Fumo pereat, qui fumos vendidit.*

2. R. quia divina nemesis par pari referre solet.

3. Prob. *per Sap. c. 11. v. 17. & Lucæ 6. v. 38.* Eben mit dem maaß da ihr mit messet, wird man euch wieder messen.

4. Declar. scilicet plerumque, & quidem directive ac permissive, h. e. quatenus scilicet DEUS permittit, ut peccatum peccato puniatur, de quo vid. *Richterus in Axiom. Oeconom. Ax. 85. p. 222. Adami in Deliciis Evangelicis p. m. 934.*

5. E. g. Wer einen von dem dienst bringet, wird gemeiniglich wider von einem andern davon gebracht. Johan Wilhem Wundsch *in Memor. Oeconom. Polit. Pract. c. 14. p. 234.* Exemplum in Sacra Scriptura habetur & quidem in Historia de ADONIBESECKO *Jud. 1. 6, 7. it. de Davide 2. Sam. 12, 11. 12.*

6. Ampliatur, ut valeat etiam hoc modo, ut sensus sit: *quo membro quis peccat, eodem etiam pœnam luere solet*; quod tamen itidem non semper, sed interdum saltim procedit, sive nemesin divinam sive humanam respicias. Multi sunt, qui membro aliquo corporis peccarunt, & in illo membro pœnam luerunt; sed multi etiam dantur, qui impune plane abierunt, certe in Judicio soli, aut in alia parte corporis pœnam sustinuerunt.

7. Ampl.

7. Ampl. (2) ut valeat vice verſa ita: Was einer guts thut, damit oder darinnen wird er auch wieder gesegnet. *Adami d. l. p. 948.* Conf. Götz in dem Regenten-*Catechiſmo p. 544.*

LXXV.

1. **Wann der hirt (a) auch nicht mehr freyheit hätte, als das ſchaf, ſo müſte er auch graß eſſen.** Si opilio majorem ove non haberet libertatem, illum etiam gramen comedere oporteret h. e. *Principes & imperantes majorem ſubditis habent libertatem.*

2. (a) De Principe paſtore vid. *Tabor, apud Barboſam in Theſ. Loc. Com. ſub voc. Princeps ax. m. 1.*

3. Prob. *per l. 31. ff. de leg. & Nov. 5. c. 2.* ex quibus pateſcit non tantum ſubditis majorem habere libertatem, ſed legibus civilibus plane ſolutos eſſe imperantes.

4. Ratio, quia alias ordo imperandi & parendi confunderetur, & auctoritas imperantium tolleretur, ſi æque obnoxium legibus declararemus Principem. Et hoc ſibi volunt verba illa in Parœmia addita: ſo müſte er auch graß eſſen, h. e. ſo müſte er auch ein ſchaf ſeyn, folglich wäre kein hirt oder imperans, juxta illud:

Wann wir wären alle reich,
Und ein ander alle gleich,
Und wären all zu tiſch geſeſſen,
Wer wolt uns tragen auf das eſſen.

Conf. Reinhold von der Schau, *in Hodoſophia Viatoris Chriſtiani c. 13. p. 151.*

5. Decl. ſcilicet quoad LL. civiles: naturales enim & divinas morales, nec non fundamentales quod concernit, non tantum harum intuitu obligati ſunt imperantes, ſed & ſacerdotibus incumbit eorum

publica delicta publice reprehendere & taxare Reinkingk in der biblischen policey, *L. 1. ax. 36. p. 92.* Vid. *tamen Meisnerus de Legibus* L. 4. *Sect. 1. p. 300.*

6. Ampliatur, ut procedat tam quoad vim directivam sive civilem, quæ honestatis, & pœnæ expers est, quam quoad vim coactivam sive servilem, quæ necessitatem involvit & pœnam post se trahit. Dissentit *Meisnerus d. l. p. 300.* Conf. *Dissert. de Principe legibus soluto, Jenæ 1685. sub præsidio B. Struvii habita, p. 18. & Velthemii Diss. ibidem sub præsidio ejus 1675. ventilata, Sect. 5. & 6.* Si dicendum, quod res est, non video, quare Princeps etiam quoad vim directivam solutus esse debeat legibus civilibus indistincte omnibus. Minimum in sensu Juris Romani res dubia est. Vid. *§ ult. Inst. quib. mod. test. inf. & l. digna. 4. C. d. LL.* Notanter autem dictum INDISTINCTE: nam quoad illas leges, quarum ratio latet, vel indifferens est, vel quoad principis personam plane cessat, ut sunt ea, quæ pertinent ad juris solemnia, puta in contractibus, v. g. non uti veste serica, non incedere cinctum gladio, etiam quoad vim directivam Principem exlegem esse recte statuitur. *Meisnerus d. l. p. 302.* De testamentis Principum vid. *Dissert. B. Struvii sub ejus præsidio Jenæ 1688. habita,* nec non *Stryckius in Tract. de Cautelis testamentorum c. 5. m. 1. per tot. pag. 161. seqq.* De contractibus principum *ejusdem Struvii Dissert. Anno & Loco iisdem habita.*

7. Fallit ergo parœmia quoad LL. naturales divinas morales, & fundamentales, quia ibi, ut privatus consideratur Princeps. Conf. *Sonnemanns in LL. Notabilioribus sub lit. R. n. 34. Lim. 1.* ubi in specie de contractibus, etiam Principem obligantibus, loquitur. Impia ergo vox est, qua noverca Imperatorem

torem Caracallam alloquebatur: *Licet, si libet, an nescis imperatorem dare, non accipere leges?*

5. Fallit (2) parœmia ista: Wann der Abt die würffel auf den tisch leget, so hat das Convent macht zu spielen, quandoquidem Princeps quoad leges civiles, uti dictum, solutus est, & hinc ad ejus exemplum non vivendum. Aliud si quoad certas personas relaxare velit legem a vi obligandi, sic enim utique impune ejus permissione uti licet. Quoad LL. naturales, divinas morales & fundamentales habet ille, sicuti alius privatus, ligatas manus, & hinc, si contraveniat illis, ejus exemplum non sequendum est.

LXXVI.

1. **Für einen bräutigam ist gut bürge seyn.** Pro sponso spondere vel cavere facile est, h. e. *fide jubere pro sponso propter dotem restituendam omni periculo caret.*

2. Ratio, quia fidejussio pro dote invalida est, *l. 1. & 2. C. ne fidejuss. dot. dent. & l. un. Cod. Theod. de fidejuss. dot.* Turpe enim esset, uxorem, vel sponsam majorem habere fidem fidejussori extraneo, quam ipsi sponso vel marito, cui animum, corpus & omnem vitam tradit, *l. 8. C. de Pact. conv. Eckoltus tit. de fidejussor. §. 14. p. 1177.* juxta illud:

Corpus, opes, animus, communia cuncta duobus,
Lætitia in lætis inque dolore dolor.

3. E. g. Quando sponsa dotis loco infert suo sponso 1000. thaleros, & desuper prætendit fidejussionem, eum in finem, ut in tuto sint illi mille thaleri, sponsus etiam aliquem sponsorem invenit, qui cavet de conservanda & restituenda dote, obligatio hæc fidejussoria omni caret periculo, quia contra legem prohibentem facta, adeoque nulla est, *l. 5. C. d. LL.*

d. LL. ita, ut si sponsus postea dotem illam consumat & profundat, sponsa fidejussorem convenire non possit.

4. Ampliatur etiamsi fidejussio ultro præstita fuerit, *B. Hertius in Epidipnidibus Parœm. Jur. Germ. n. 26. §. 2. p. 31.* tamen illam invalidam esse, & omni periculo carere.

5. Ampl. (2) ut procedat assertio non solum in conservanda, sed & in restituenda dote, cum utroque casu præmissa militet ratio. *Eckolt. d. l. Francus de fidejussoribus c. 3. n. 314. p. m. 143.*

6. Ampl. (3) etiamsi fidejussor datus fuerit non tam sponsæ quam alii, vices sponsæ hac in parte gerenti, *Hertius d. l. §. 4.* & legibus fidejussor renunciaverit cum jurejurando, *ibid.*

7. Declar. tamen pignora pro dote dari posse, cum in pignore dando nulla versetur mariti vel sponsi ignominia, *ibid.*

8. Limit. nisi consvetudine aut statuto contrarium introductum sit. *Idem Hertius d. l. §. 7.*

9. Limit. (2) nisi maritus vergat ad inopiam; sic enim constante matrimonio uxorem a marito pro securitate dotis accipere posse fidejussorem, dubio caret. *ibid.*

LXXVII.

1. **Von brückengeld (a) ist niemand frey.** A pontenagio, sive pontivegio immunis nemo est.

2. Bruckengeld est gabella, sive ejusmodi vectigalis species, quæ solvitur a transeuntibus pro eo, quod pontem transire possint. Differt a *passagio*, sive *pedagio*, quod ad illos pertinet, qui transeundo iter, alioquin seclusum, soluto æris modulo, pede transeunt, dicitur alias *plateaticum*, *pedaticum*,

Weg-

Weg-geld; nec non a *guidagio*, quod ad id penditur, ut tuti corpore, bonisque suis in via procedere quis possit, das geleit-geld. Conf. *Vander. Graef. in Syntagm. Jur. Publ. c. 30. n. 3. & 4.*

3. R. quia sumtus maximos requirunt pontes; natura autem æquitati consentaneum est, ut is onera sustineat, qui & commoda percipit, *l. 10. ff. d. R. J.*

4. Fundatur in *Speculo Saxonico L. 2. art. 27. §. 6. ibi:* Pfaffen und ihr gesinde sollen zollfrey seyn, sie fahren, reiten, oder gehen, wo sie schiffs und brücken nicht bedürffen.

5. Ampl. (1) ut procedat etiam quoad *portorium*, die fähren und schiff-brücken.

6. Ampl. (2) sive transeuntes sint personæ seculares, sive ecclesiasticæ, sive nobiles, sive ignobiles, utut male hoc habeat Pontifices. Vid. *Ziglerus de Jur. Majest. L. 2. c. 8. §. 2.* Ampl. (3) sive transeuntes equo sive curru vehatur, sive pedibus eant. Add. *Besoldus in Thes. Pract. sub voc.* fährig-geld *p. 251. & sub ead. voc. Dietherrus in continuatione dicti Thesauri p. 196.* nec non *B. Hertius in Epidipnidibus Parœmiarum Juris Germanicarum n. 29. p: 22.*

7. Fallit plerumque in pontibus lapideis, quos libere transire licet christianis, qui merces vectigali obnoxios secum non portant aut vehunt. Aliud quoad Judæos receptum.

LXXIIX.

1. **Ein hauß ein brand.** Ædes sunt bustum, h. e. *Ædes incendiis obnoxiæ sunt.*

2. Ratio quia constant ex materia combustibili.

3. Effectus, quod nemo facile pecuniam mutuam collocet in ædificia, nisi area per se valore exæquet pecuniam mutuo dandam. Alias enim, combustis ædibus, creditor jacturam facit suæ pecuniæ, si debitor

debitor aliunde non ſit ſolvendo. Notanter dictum *niſi area per ſe valore exæquet creditum:* hoc enim caſu creditoris pecunia periclitari nequit; quia oppignoratis ædibus etiam area oppignorata cenſetur *l. Paulus, 29. §. 2. ff. de Pignor.* cum area ſit pars ædium *l. 16. §. 2. d. l.* & res ſtabilis. Ita pronunciatum apud *Carpzovium Deciſ. illuſt. 12. Conf. B. Hertius in Epidipnid. Paræmiarum Juris Germanicarum n. 14. pag. 17.*

4. Declar. reviviſcere jus pignoris etiam quoad ædes, ſi hæ inſtaurentur in illa area, quæ pignoris nexui obnoxia manſit, quia jus ſoli, tanquam principale ſequitur ſuperficies, tanquam acceſſorium per *dict. l. Paulus 29. §. domus ff. de Pignor. & Hypoth.* Dummodo creditor ſumtus reſtituat bonæ fidei poſſeſſori, quos hic in ædificium novum impendit. *ibid.* Conf. *Vigelius in Methodo Jur. Civ. L. XVII. c. 13. p. 1430. inf.* Aliud in uſufructu, utpote qui non redintegratur, ſi ædes, quibus ille inhæſit, comburantur, & poſtea reſtituantur. Ratio, quia concedens uſumfructum ulterius non ſenſiſſe videtur, quam de præſentium ædium uſufructu, *l. 10. §. 7. ff. quib. mod. uſusfruct. amitt.* Add. *Hoppius in Comment. Inſt. §. 3. de uſufructu p. m. 328.*

LXXIX.

1. **Ungedingt gearbeitet, ohne lohn davon gangen.** Mercedem certam pro labore ſibi non ſtipulatus ſine mercede abit, ſive, nullam accipit mercedem.

2. R. quia gratis operam ſuam conceſſiſſe videtur: deficit enim vinculum obligationis, conventio nimirum.

3. De-

3. Declar. (1) modo quis, nulla necessitate cogente, alienum gerat negotium.

4. Declar. (2) modo ignorantis peragatur negotium; sciens enim & patiens mandasse videtur, *l. si remunerandi. 6. §. 2. ff. mand.*

5. Declar. (3) quod imprimis valeat nostrum dicterium, si quis prohibentis gerat negotium *l. fin. C. de Neg. Gest.* Add. *illustris Stryckius apud Barbosam in Thes. Loc. Com. sub voc. negotium ax. 12. 13. 14.* Conf. *parœm.* **Wer ungebeten zur arbeit geht geht auch ungedanckt davon.** *Sub voc.* **Arbeit.**

6. Limit. Nisi operarium quis indefinite constituerit ad operas præstandas, dicendo: v. g. Er solte nur hin zur arbeit gehen, man wolte des lohns schon eins werden. Sic enim si constituens nollet postea dare mercedem, judex desuper arbitrari, & ex æquo ac bono illam definire deberet. Ita Paterfamilias in parabola illa Christi operarios his verbis in suam vineam mittebat: *abite in vineam, & quicquid fuerit justum accipietis. Matth. 20.* & deinde ex singulari benignitate tantum dabat sero venientibus, quantum in tempore venientes accipiebant.

LXXX.

1. **Wer sich dem jagen gar ergeit, (a) wird gleich den thieren mit der zeit.** Venationi nimium intentus, bestiis tandem fit similis. h. e. *ferox, immanis, barbarus, agrestis & male moratus.*

2. (a) h. e. Ergiebt. Dialecto enim Franconica dicitur: geit pro giebt.

3. Ratio, quia assidua venatio ferinum parit animum, *Gumpelzheimerus de Exercitiis Academicorum P. IV. S. I. n. 4. p. 229.* dum venatores diluculo sur-

surgere, equitare, currere, atroces feras observare, æstum, frigusque & sæpe etiam famem pati consuescunt, Conf. *Gailius L. 2. obs. 67. n. 1.*

4. Declara parœmiam hanc magis de venatoribus quam Principibus, aliisque Magnatibus prædicari posse & debere, utpote qui exercitii & recreationis ergo, non ut defatigentur, venari solent. *ibid.* Negari tamen non potest, sæpius in exercitio juris venandi abusum committi, dum nimium huic indulgetur, etiam cum damno pauperum, subditorum, & populatione agrorum, sive tempus sit solitum, sive insolitum, commodum, sive incommodum, perinde id est, und heisset es nachgehends: Es ist zwar alle tag gut jagen, aber nicht alle tag fang-tag: item: Grosser Herren wollust, ist der armen leute unlust. Quasi scilicet subditi ad id creati essent, ut opem ferrent in explenda voluptate, wie dann jener edelmann sich nicht gescheuet hat zu sagen, was ihm seine bauren sonst nutz wären, wann er sie nicht recht brauchen dörffe? Conf. *Stephani de Nobilitate c. 7. n. 34. p. 190.* Hinc felix prædicanda illa Respub. in qua non est ABRAHAM, (Judæus) NIMROD, (tyrannus & venator) & NAEMAN (leprosus.) Vid. *Gerhard. in Isagog. Loc. Theolog. p. 1473.*

5. Decl. E. (2) loqui parœmiam hanc non de vero usu, sed abusu venationis. Unde etiam additur & subjicitur particula: gar. Add. *Anonymi* curiöser Hauß-spiegel: *Nosce teipsum p. 34.* ubi satyrice in abusum venationis invehitur. Notatu digna sunt verba Electoris Palatini *Ludovici*, qui admonitus de parce exercenda venatione, quoniam subditi desuper conquererentur, nec imposterum pro ejus salute preces fundere vellent ad DEUM, respondisse fertur: wann das wahr ist, so wollen wir uns lieber der jagt und alles wildprets verzeihen alles wildprets verzeihen, als

unserer

unserer lieben unterthanen vorbitte verliehren, denn es ist uns das wild nie so lieb gewesen, unsere unterthanen seynd uns noch weit lieber, und ziehen lieber derer wohlfahrt unserer wohlfahrt vor. *Misander in delic.Biblicis V.T.P.I.p.753.* O utinam multi darentur ejusmodi Ludovici & procul a Christianis abessent omnes Nimrodi, die einen armen unterthanen viel geringer achten als einen schäbichten hund, und dahero auch jenen weit mehr plagen als diesen, diesen weit mehr lieben und versorgen, als jenen.

6. Exemplum solenne habemus in *Nimrode*, qui ab initio venator bestiarum & deinde hominum erat, welche er als bestien tyrannisch bezwungen. *Jer. c.16,16.* Klaglieder *c.3,10. c.4,18.* Conf. *Misander in deliciis Biblic. p.536. seqq.*

LXXXI.

1. Je höher der officirer, ie grösser das verbrechen. Quo major est officialis, eo majus est peccatum, h.e *Quo major est dignitas alicujus præfecti in militia, eo gravius quoque peccat, qui illum lædit verbis aut facto.*

2. Ratio, quia cum dignitate officialis crescit ejus inviolabilitas, & hinc pœna etiam augetur. *Burgerus in singularibus observ. Juridico-politico-militaribus, Ob.24. p.733.*

3. Ampl. in tantum, ut omnis contumacia adversus ducem capite punienda sit, *l.6. §.1 ff. de Re milit.*

4. Ampl. (2) ut idem procedat quoad officiales in dignitate civili constitutos, hoc tamen observato discrimine, ut major sit inviolabilitas præfectorum sagi, quam togæ, & hinc quoque injuria illis illata severius puniatur quam horum injuria. Conf. *Mylerus ab Ehrenbach in Hyparchologia c.VIII. §.32. p.430.*

5. Declar. parœmiam quoque intelligi posse, ut sensus sit: *quo major officialis est, eo gravior est reatus, quando delinquit, & eo gravius quoque puniendus est, l. quædam de Pœnis &c. non afferamus 24. q. 1.* quatenus nimirum commissum delictum est contra dignitatis splendorem & excellentiam. Vid. *Gail. L. 1. Ob. 110. n. 42. & Stephani in Tractatu de Nobilitate civili c. 6. n. 47. p. 143.* cujusmodi est crimen læsæ majestatis, falsi, proditionis, hæreseos, adulterii, furti, latrocinii, famosi & violati mandati Principis. *ibid.*

LXXXII.

1. **Wer bald gibt, gibt zweymahl.** Qui cito dat, bis dat. JCti dicunt: solvere plus dicitur, qui statim solvit, **wer bald zahlt, zahlt zweymahl.**

2. Probatur per *l. ut si cui 22. §. 1. l. minus 32. ff. de V. S. §. pen. Instit. de fidejuss. §. 51. quis agens. 33. ver. plus autem Inst. de Action. l. 22. §. 2. ff. Solut. matrim. t. t. X. de Plus petit.* Add. *Proverb. c. 3. v. 27, 28.*

3. Ratio, quia majus temporis plerumque quam quantitatis est compendium *Barbos. in Thes. Loc. Com. sub voc. Solvere ax. 35.* ratio rationis, quia pecunia non tantum interim uti, sed & aliud commodum facere, vel etiam notabile damnum evitare, possumus.

4. Declar. quod proprie intelligatur de mendicantibus, utpote quibus bis datur, quando cito datur; **man solle arme leut nicht lange vor der thür stehen lassen.**

Munera des lætus, corrumpunt tædia donum.
Nil tibi debebo, si mihi tarda dabis.

Ovvenus in Monost. Eth. & Polit. p. 115. n. 34.

5. Declar. (2) quod procedat in illis debitis, quorum & venit & cessit dies, atque ubi creditoris solutionem fieri interest; imprimis autem operariis in tem-

tempore mercedem solvere debemus, wer dir arbeitet, dem gib bald seinen Lohn, und halt niemand seinen verdienten lohn für. *Tob.* 4, 15. Add. *Sirac. c.* 29, 6.

6. Ampliatur, ut procedat etiam vice versa, ita ut minus solvere dicatur, qui tardius solvit. *Barbos. d. l.*

7. Fallit quando creditor pecuniam suam in sortem redegit, & alteri ad certum tempus mutuo dedit pro usuris; hoc enim casu, si debitor solutionem præmaturare, nec tamen usuras integras præstare velit, minus ille solvit, ratio diversitatis, quia non statim alius idoneus inveniri potest debitor, ita ut otiosa deinde manere debeat pecunia, man kan das capital nicht gleich wieder an einen gesicherten orth anbringen. Add. *Woldenbergius in Micarioturis p.* 3.

LXXXIII.

1. **DEr gelindeste weg, der sicherste weg.** Benignissimum est tutissimum, h. e. *id quod debitori patrocinatur, quodque reo commodius est & tolerabilius, v. g. præstatio minimi, amplectendum venit. Bronchorst in Comment. ad tit. d. R. J. & quidem ad l.* 56. *p. m.* 188.

2. R. quia benignitas æquitati tribuitur, sicuti rigor juri, *l. nulla* 25. *ff. de Leg.* 3. sive quia in benignitate æquitas consistit, ita ut mansuetudinem & clementiam potius, quam ad acerbitatem compositæ sint leges. *Bronchorst. d. l. Barbosa in Thes. Loc. Com. sub voc. pœna ax. m.* 52.

3. Fundatur in *l. semper.* 56. *ff. de R. J.* ubi dicitur semper præferenda benigniora esse.

4. Declar. scilicet in dubio *d. l.* 56. sive in dubia legum interpretatione.

5. Ampl. ut procedat tam in pœnalibus quam civilibus. *Bronchorst. d. l. l.* 155. *§. fin. ibid.* & quidem ita,

ut benignius in re dubia non tantum tutum ſed & juſtum ſit. *l. 192. §. fin. ff. d. R. J. Barboſa d. l. & ax. 53.* Conf. Herr von Seckendorff in ſeinem teutſchen Fürſten-ſtaat, *p. m. 464.*

6. E. g. Quando delinquens criminis commiſſi nequit convinci, recte abſolvitur, etiamſi illius fortean reus ſit, quia melius eſt, in dubio nocentem abſolvere, quam innocentem condemnare *l. 5. ff. de Pœn.* Conf. *Tabor. apud Barboſ. in Theſauro Loc. Com. ſub voc. benignitas, ax. 1.* item quando nobis non conſtat, quo animo, qua mente, aliquid dictum, in benigniorem partem illa capienda & intelligenda ſunt.

7. Fallit in rebus certis & caſibus expreſſe definitis, ubi Judex non poteſt eſſe mitior lege, imprimis inferior, cujus nullæ aliæ partes ſunt, quam condemnare, aut deciſionem ad ſuperiorem remittere.

8. Fallit hodie plerumque apud vulgum, & fœminas ſuſpicaces, a quibus omnia fere, quæ audiunt, vident & legunt, in malam partem verti & detorqueri ſolent. Sie kehren wenig ſachen zum beſten, und wird insgemein ein ungütiges urthel über des nächſten thun u. laſſen gefället, und nachgehends damit entſchuldigt, daß es nur die médisſance gethan hätte, nicht anderſt, als wann die médisſance eine tugend wäre, und weiß nicht wie weit von der verläumdung differirte.

9. Nec eſt quod dicas: benignitate ſubditos fieri pravos & pejores, ſed arctioribus diſciplinæ cancellis, mores compeſci, & illos contineri in officio. En reſponſum! Valet hoc quoad homines feroces & barbaros, quorum vitium non eſt imputandum univerſo ordini, quamvis & apud illos prudentia opus ſæpe vel ferociſſimus equus blandis regitur verbis, qui calcaria pati nequit. Faciamus illud, quo reddimur ſimiliores imagini divinæ. (Eſt autem DEUS benignus & miſericors.) Cætera committamus ipſi,

qui

qui suo tempore supplicium promeritum sumet de illo, qui benignitate nostra abusus est. Ne sequamur instinctores immisericordiæ & inhumanitatis, etiamsi nobis exprobretur: Die ungelehrten schicken sich besser zu der regierung und ämtern als die gelehrten, dann diese wären gar zu scrupuleus, und machten dem Herrn allerhand difficultäten und aufenthalt, daß er nicht fortkommen könne. Quare autem? quia scilicet Midæ auriculis non judicant, illiterati vero plerumque caligine mentis tenentur, & eo rapiuntur, quo voluptas & voluntas Dominorum inclinat, sie wissen öffters anders nichts, als daß die unterthanen um des Herrn willen erschaffen worden, da es doch umgekehrt ist. Quid? quod dantur & literati, qui seposita legis jurisque norma, Christianaque æquitate, viam eligunt rigidissimam, modo illa Principi rem faciant gratam, & ejus aucupentur benevolentiam, dicentes, quod omnia facienda sint, ne delicta maneant impunita, idque non tam amore justitiæ quam pœnæ. Sed enim ubi, quæso, scriptum est hoc? occulta quæ erui & patefieri absque iniquitate non possunt, rectius relinquuntur illi, qui solus novit corda, *cap. consuluisti 2. quæst. 5.* quam ut iniquitatis & immisericordiæ nos reos faciamus, si omnia in hoc seculo vindicarentur, locum divina judicia non haberent, *cap. si omnia 7. 6. quæst. 1.* Add. *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Com. sub voc. occultum. ax. 3.*

LXXXIV.

1. **JE gelehrter, je verkehrter.** Quo quis doctior, eo perversior.

2. Ratio, quia eruditi sæpe religionem fingunt & judicant ad suam rationem & opinionem: hinc omne id non credunt, quod comprehendere ea nequeunt,

queunt, adeo ut etiam hodie atheiſmus, nomine religionis eruditorum, ſignificari ſoleat. Vid. *Dn.* Tentzel in denen Monatlichen unterredungen *de Ao. 1689. Menſ. Octobr. p. 984.* (2) quia habent arma nocendi, plurimumque ſua vitia tegunt & obumbrant velo eruditionis. *Lipſius Lib. 1. Polit. c. 10. n. 9.* Subtilia ſtudia, inquit *Autor Gymnaſmatis de Exercitiis Academicorum p. 61. Partit. I.* Doctorem non ſolum faciunt raro meliorem, ſed ſæpe etiam improbiorem.

3. Declar. quod procedat hoc interdum, & quidem per accidens: nec enim ſtudia per ſe hominem reddunt improbum & perverſum, ſed tantum eorundem abuſus, aut etiam vitioſitas ſubjecti. Cumprimis Philoſophia nociva eſt, quando quis magis attendit profanas vocum inanitates & oppoſitiones falſæ nominatæ ſcientiæ, quam verba & ſermonem ſpiritus ſancti, contra *1. Timoth. 6. Col. 2. & 1. Cor. 2.* Conf. omnino *Epiſtola Dedicatoria B. Finckii, Schediaſmatibus ejus præmiſſa.* Philoſophia debet eſſe famulans & miniſtrans, non dominans.

4. Declar. (2) quod tamen doctrina vera non fucata, faciat ad prudentiam, illuſtret mentem, acuat vim judicii, molliat animum, & diſcat effectus habere in poteſtate. *Lipſius l. c. n. 2. ſeqq.* in ſpecie autem, quod theologiam revelatam & S. Scripturam attinet, tantum abeſt, ut ejus ſcientia hominem reddat perverſum, ut potius ſit lucerna pedibus & lumen ſemitis *Pſalm. 119, 105.* reddatque hominem DEI ad omne opus bonum perfecte inſtructum *2. Tim. 3. v. 16.*

5. Nota ergo quod in rebus fidei non attendendum ſit ad artem. Vid. *Adamus* Herrenſchmid in der Sünder-roll *p. 599.* Exemplo nobis eſſe poſſunt *Arius* & *Neſtorius*, eloquentiæ & artis, ſed inſimul etiam

iam malitiæ, nomine insignes. Vid. *Hist. Goth. Eccles. L. 2 p. 380. 382.* und ist dahero besser geringe klugheit mit Gottesfurcht, denn grosse klugheit mit GOttes verachtung. *Sirac. c. 19. v. 21.* Add. *Richterus in Axiomatibus Ecclesiast. n. 176. p. 260.* & *Brandes in Tractatu de Vera & simulata JCtorum Philosoph. per tot.* Eleganter Poeta Germanicus canit:

Am wissen mangelts nicht, nur leider! am gewissen,
Auf jenes ist man sehr, auf dieß gar nicht beflissen.
Indem nur mancher mensch das erstre so begehrt:
So trifft bey vielen ein: Gelehrte sind verkehrt.

Vid. Schlesischen Helicons auserlesene gedichte *P. IV. pag. 862.*

LXXXV.

1. **Es müssen starcke beine seyn, so die guten tage ertragen können.** Fortem illum esse oportet, qui æqua mente otiosos ferre potest dies, h. e. *commoda sua & felicitates.*

2. Ratio quia *luxuriant animi rebus plerumque secundis. Ovid. Autor anonymus* des Fried-bestrahlten Ungarn *p. 13.* in rationem veteris hujus dicterii inquirens ita scribit: Will man die ursach wissen, so weiß ich keine andere zu geben, als daß durch ein lang beständig-glückliches wohlwesen des menschen gemüth vor hochmuth angeblasen, und damit nicht allein von allen politischen sorgen, in welchen doch die erhaltung seiner selbst, und der schild wider die gefahren bestehet, sondern auch von der furcht und verehrung GOttes abgeleitet, und gegen androhenden übeln gantz verbeint und verhärtet werde. Dei, scribit *B. Martinus Geierus in Commentario Proverbiorum Salomonis* & quidem *in Prolegomenis, p. 4.* sic obliviscimur, nostris peccatis blandimur, voluptatibus nostris diffluimus, atque nostris viribus hæc secunda tribuimus.

3. Ampl. ut procedat non tantum quoad singulas personas, sed etiam quoad integras Respublicas & civitates, non tantum quoad simpliciores & rudes, sed etiam quoad sapientes, ita ut modestissimum continentissimumque eum esse oporteat, qui felicitate non corrumpatur. *Rittershusius in Comment. ad Salvianum Masilienſem p. 327.* & longe facilius fit constantiam & moderationem animi præstare in adversis quam in rebus secundis, atque ad nutum fluentibus.

4. Hinc bella & translationes regnorum de gente in gentem. Hinc calamitates privatorum, & mutationes dominiorum. Et hæc ratio etiam est illius diverbii: Je besser land je böser volck, quoniam scil. pubertas & fertilitas incolas inertes reddit & voluptuosos, voluptas autem & otium parit improbos.

LXXXVI.

1. **BRauche was du solst, und gewarte was GOtt will.** Utere medicamentis præscriptis, deinde operire a Deo eventum.

2. Ratio, quia nemo membrorum suorum dominus, sed quilibet ad conservandam suam vitam, ejusque sanitatem, obligatus est, zu solchem ende lässet GOtt die artzney aus der erden wachsen. *Sir. c. 38, 4. & 6.* und soll man den artzt ehren mit gebühzlicher verehrung, daß man ihn habe zur noth *ibid.*

3. Decl. ita ut procedat tantum quoad media licita; hinc notanter additur: was du solst, ita ut excludantur omnia illa, quæ causam naturalem non habent, cujusmodi est das seegen-sprechen: ita enim vitam conservare studeamus, ut ne animam negligamus, sed hanc illi præferamus *Dn. Thomaſ. in Inſtit. Jur. Div. L. II. c. 11. §. 7. seqq. p. 156.* Negligitur autem anima, quando superstitiosa, ceu DEO displicentia, adhi-

adhibemus remedia. Deinde media debent etiam præscripta esse a peritis Medicis, non vero ab unguentariis, von denen Kühe=Doctorn.

4. Ampl. etiamsi illa remedia naturalia non conducere velint ad recuperandam sanitatem; nec enim curationes morborum secundum semper sortiuntur eventum, sed hic a sola voluntate divina dependet, in qua acquiescendum: *Namque*,

Non est in Medico semper relevetur ut æger.

Hinc in parœmia additur: und gewarte was Gott will. Dicendum cum Joabe: der HErr aber thue was ihm gefällt. *2. Sam. 10. v. 12.* Vid. Hertzog Bernhards zu Sachsen=Meinungen geistliche seelen=artzney *p. 99.*

4. Quod si vero superstitiosa quis adhibeat remedia, tunc non tantum civiliter, sed & criminaliter adversus illum agi, insuperque pœnitentia ecclesiastica decerni, potest, etiamsi remedium illud non ad nocendum sed ad bonum finem fuerit adhibitum. Conf. *Hartungii Dissert. de superstitione Jenæ 1685. sub ejus præsidio habita c. 4.*

6. Ampliatur etiam ad remedia moralia & juridica, ita ut & hic ab omnibus illicitis abstrahere, & in voluntate divina unice acquiescere debeamus. Conf. *Dissert. D. Wildvogelii Jenæ de DEO Commissis habita.* Nec enim ad illud Poetæ, recurrendum:

Flectere si nequeo superos, Acheronta movebo.

Wann wir thun was wir sollen,
So thut auch GOtt was wir wollen.
Weil wir aber nicht thun was wir sollen.
So thut auch GOtt nicht was wir wollen.

LXXXVII.

I. Böse schuldner verstecken sich vor ihren creditoren, und kriechen ihren weibern unter dem beltz. Mali debitores metu credito-

rum sub pellibus uxorum suarum se occultant, h. e. *quando mariti ære alieno opprimuntur, & ægre solvunt, tunc rem eo dirigere solent ut uxores interveniant, & illata sua repetant.*

2. Ratio, quia fœminæ & uxores certis gaudent privilegiis, quibus in concursu creditorum sæpe ita abuti solent, ut interventione sua impediant justas eorum petitiones, si non plane intervertant. Da hat insgemein die frau so viel tausend an heyraths-guth, so viel tausend an paraphernal, und so viel tausend an andern bonis eingebracht, da es öffters kaum so viel hundert gewesen, welch eingebrachtes guth sie alles voraus wegnehmen will, wann auch gleich die Creditores keinen heller bekommen solten.

3. Declar. valere dictum hoc non approbative, sed enunciative, nec dicere, quid fieri debeat, sed quid fieri soleat. Hinc prudens judex, sicut juvat mulieres, ne dotes perdant, & ob maritorum inopiam suis priventur bonis; ita vicissim etiam cavere debet, ne contra *pr. Instit. qui & ex quib. caus. manum. non poss.* jure ad bona sua conservanda competente, in perniciem & damnum creditorum abutantur. Ne igitur hoc fiat, justa aliquot interventionis requisita circa eam, ad evitandum abusum observanda esse probe monet *Mevius P. IV. Dec. 59. n. 20. & P. V. dec. 57. dec. 333. & dec. 347.* Conf. *B. Dn. Hertius in Epidipnidibus Paræmiar. Juris Germanicar. n. 21 p. 24.*

LXXXVIII.

1. Pfand gibt offt land. Pignus sæpe fundum vel terram tribuit, h. e. *quando creditori aliqua res oppignorata est, sæpe accidit, ut creditor illius dominus fiat.*

2. Ratio, quia debitores sæpenumero eo rediguntur,

tur, ut pignus reluere non possint, interdum culpa propria, interdum vero & quidem plerumque culpa & dolo creditorum, qui instar Harpysiarum, rei oppignoratæ inhiant, & tempore, debitori inopportuno, creditum tanto repetunt impetu, ut miser ille, omnis consilii & auxilii humani expers, cogatur rem oppignoratam vendere creditori, qui deinde rationes adeo implicatas, impeditas & intricatas ratione usurarum, lucri cessantis, damni perpessi, impensarum & sumtuum conficere & ei obtrudere solet, ut non tantum immisericors creditor plane potiatur illa, sed & ut magna vis æris alieni restet ei apud oppignorantem debitorem, und dieses ist der Christlichen liebe gar nicht zu wider, daß es vielmehr nun fast zur allgemeinen Praxin worden ist, uñ die wenigsten sich ein gewissen darüber machen. Sagt man was darzu und will es improbiren, so ist dieses die replic, der kerl taugt nichts, und verthut alles, er ist es nicht besser werth, ich habe kinder, ich muß auf diese sehen, ich kan ihnen nichts verschencken, ich finde bey mir keinen anstand in meinem gewissen, es muß recht seyn, weilen es andere auch thun, die doch auch gute Christen seyn wollen. Ja wohl wollen, sie sind es aber deßwegen noch lang nicht, und wer kan davor, daß du eine solche grosse thür zu deinem gewissen hast? Leihe du deinem bedrängten nächsten das, so dir GOtt zugewendet, und du entbehren kanst, unentgeltlich, und nimm nicht ehe einen zinß von ihm, als wann er sich mit deinem geld einen nutzen und vortheil schaffet, so thustu als ein rechtschaffener Christ nach dem sinne Christi. Conf. *Sir. c. 29, u. 12. 13. & 14. Luc. 6, 34. & 35. Ex. 22, 26.*

3 Declar. parœmiam intelligendam esse non approbative sed enunciative: dicit enim saltem quid contingere soleat in facto.

4. Declar. (2) Judicem, si duritiem creditoris sentiat, huic non velificare debere, ad id, ut gravis sit

debi-

debitori quoad recuperandum pignus *l. si servus 25. ff. de Pign. Act.* Sicuti nec e contrario ignavo & negligenti, multo minus doloso debitori intempestive indulgere. Dolus enim & culpa nemini, & sic nec debitori prosint.

5. Declar. (3) valere dicterium hoc imprimis tunc, quando Potentioribus pignora dantur.

6 Declar. (4) valere imprimis quoad oppignorationes illas imperiales, de quibus vid. *B. Strauchii Diſſert. Jenæ 1671. habita.* Scilicet confirmatæ sunt ab imperatoribus ita, ut irreluibiles sint, usque dum aliud convenerit inter Cæsarem & Status, vid. *Capit. Leopoldi art. 3. verbo* pfandschafften *& Instrum. Pac. Art. V. §. 26.* Add. *Rhezius in Instit. Jur. Publ. L. I. t. 18. §. 4. & L. II. tit. 32. §. 9.*

LXXXIX.

1. Eine alte gewohnheit, soll man nicht brechen. Antiqua consuetudo haud violanda.

2. Ratio, quia consuetudo introducta jus facit, & juris effectum habet, *l. 32. 33. & 35. ff. d. LL.*

3. Declar. modo illa antiqua consuetudo sit rationabilis, quia alias potius corruptela quam consuetudo est. *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Com. sub voc. consuetudo ax. 4. & 5.*

4. Declar. (2) modo sit vere antiqua consuetudo, vid. *Ockel de Præscriptione immemoriali c. 1. §. 12. p. 11.* & habeat requisita, quæ ad istam necessaria sunt, de quibus vid. *B. Stryck. in Annot. ad Lauterb. Compend. tit. d. LL. SCtis &c. p. m. 27. Hoppius in Comment. Inst. de Jur. N. G. & Civ. §. 9. p. 45.* Quomodo consuetudo ab observantia von dem herkommen, & stylo von dem gebrauch differat vid. *Blum. in Processu Camer. t. 111. n. 23. p. m. 10.*

5. Fallit

5. Fallit in rebus Deo displicentibus, & rationi contrariantibus. Sic consuetudini illi, qua die dominica celebrantur nundinæ, habentur ludi publici, exercetur ars jaculatoria &c. pertinaciter non inhærendum, utut illa ab immemoriali tempore invaluerit, cum & hic vulgato isti locus sit: **hundert jahr unrecht, ist nicht eine stunde recht.** Vid. *Wildvogelii Dissert. de Deo-Commissis sub præsidio ejus Jenæ habita p. 73. & ibi allegatus Dn. Joh. Sam. Stryckius de Jure Liciti. c. III. n. 72.* Rationem illud verbum suppeditat: **Alt ist drum nicht recht**, de quo vid. **Gerber** *P. I.* **seiner unerkannten sünden** *p. 248.* Exemplum est in servitutibus, servitiis & collectis ab antiquo quidem receptis, sed immodicis & nimium duris, atq; hoc ipso injustis. Conf. *Par.* **Mißbrauch ist keine gewohnheit.**

6. Notetur ergo cautelæ loco pro subditis, quod si quasdam laudabiles habent consuetudines, privilegia, toties illorum petant confirmationem, quoties mutatio fit in imperante. **Denn diese muß man nicht abkommen lassen, sondern sich derselben gelegenheit bedienen, und wann man selbige abschaffen will, sie rechts-erlaubter dingen verfechten.**

7. Ampliatur in tantum, ab hominum vulgo, ut dici soleat: **Ich habe die sünde nicht aufgebracht, so will ich sie auch nicht abkommen lassen.** Sed damnanda est hæc ampliatio. Conf. *Lehmann. in Florilegio politico aucto sub voc.* **Gewohnheit** *p. 338. seqq.*

XC.

1. **KEine azel (a) heckt eine taube.** Pica non progenerat columbam. *Horatius* dicit: Aquilæ columbam non gignunt: h. e. *nemo procreat sobolem vel prolem sui dissimilem.*

2. (a)

2. (a) Sive Alster, eine geckerhetze, de qua *Martialis* canit:

Pica loquax certa dominum te voce saluto,
Si me non videas esse negabis avem.

3. R. quia quodlibet animal producit sui simile. Der apffel fällt nicht weit vom stamm. Arth lässet von arth nicht. Animus ex animo accipitur. Generantes sunt radices, & generati sunt fructus.

4. Declar. parœmiam procedere *regulariter:* interdum enim natura aberrat, & degenerat, juxta illud: Heroum filii noxæ. Conf. *Crusius de indiciis delictorum P. I. c. 28. n. 17. p. 147. & Rittershusius ad Salvianum Massiliensem p. 426.*

5. Ampl. ut valeat non tantum quoad figuram externam, sed etiam quoad indolem & qualitatem internam: ita enim *Terentius in Heavt.* id, quod est consimilibus moribus, convinces facile ex te natum: nam tui similis est probe: nam illi nihil vitii est relictum, quin sit & idem tibi. Unde etiam inferri solet: si saga est mater, est etiam filia. *Besoldus in Thesauro Pr. sub voc.* Hexen. Quousque autem huic fides tribuenda, vid. *Hertius in Epidipnidibus Parœm. Jur. Germ. n. 32. §. 2. p. 45.* Procedit ergo tam quoad vitia quam virtutes.

6. Ampl. (2) ut sæpe unius vel quorundam flagitium totam nationem reddat suspectam, & diffamet. Vid. *l. quod si nolit. 31. §. 21. ff. de Ædilit. Edict.* juxta illud: der Sachß ein säuffer, der Böhm ein ketzer rc. Conf. *supra par.* Quad ey, quad kücken.

7. Limitatur: nisi pulli vel ova permutantur. Quapropter etiam a nonnullis statim parœmiæ adjicitur: es werden dann die jungen oder eyer verwechselt. Sic enim optimus Parens potest educare partum spurium, & suppositititium. Eine graßmücke kan wohl einen kuckuck ausbrüten und aufziehen.

XCI.

1. **WEr Landes-Herr ist, dem gebühret auch die erb- und landes-huldigung.** (a) Qui dominus regionis est, huic etiam homagium debetur.

2. (a) Landes-huldigung, homagium sumitur hic in significatione extantiori, prout denotat juramentum veræ subjectionis & opponitur dem lehen-eyd, erb-huldigungs-eyd und dergleichen.

3. R. quoniam dominus territorii sive regionis fidei illorum, qui inibi habitant, certus esse debet, quod melius fieri non potest, quam juramento subjectionis, sive homagio, quia Princeps hoc ipso nanciscitur quasi possessionem suæ jurisdictionis. Vid. *Besoldus sub voc.* Huldigung *p. 400. Knichen. c. 3. de Jure Territorii n. 322.*

4. Ampl. in tantum, ut procedat tam quoad Principes & Comites, quam quoad Nobiles immediatos, quatenus nimirum Statibus Imperii effective æquiparati sunt, nec non quoad Civitates imperiales.

5. Declar. non valere parœmiam vice versa: *homagium non præstitit, E. non est subditus:* neque enim ideo quis subditus existimatur, quia jurat, sed ideo jurat, quoniam est subditus. *Hertius in Epidipnidibus Parœm. Jur. Germ. n. 40. §. 2. p. 62.* Sive: homagium per se, neminem facit subditum, sed cæteris paribus eum arguit. *Baro de Lyncker Responso 193. n. 54. p. 214. & Responso 153. n. 22. p.* 4. Exemplum habemus in Civitate Hamburgensi, quæ salva sua immedietate homagium Regi Daniæ præstitisse dicitur.

6. Limit. Nisi consuetudine vel pacto aliud fuerit observatum.

7. Effe-

7. Effectus, quod recipiens juramentum homagiale omnes illos actus jurisdictionis exercere potest, qui de jurisdictione dependent. *Besoldus d. l.* nisi ille, qui juravit, docere possit, se ab hoc vel isto jure exemtum esse. *Dn. Baro de Lyncker d. l. Respons. 153. n. 22. p. 4.*

XCII.

1. Lehen tragen schulden. Feuda æri alieno sunt obnoxia.

2. R. Quia allodia sua vasalli sub hac lege Principibus obtulerunt in feudum, ut in subsidium fides eorum in rebus creditis inde liberari deberet. *Mevius P. IV. dec. 121. n. 7.*

3. Declar. scilicet de jure provinciali Pomeranorum. Vid. Pommerische lehen-*constitution tit. 22.* & quidem ita sunt obnoxia, ut in subsidium obligentur.

4. Ampl. etsi dominus feudi in debitum non consenserit, aut debitum sit chirographarium. *Mevius P. II. dec. 115. P. IV. dec. 21.*

5. Fallit de jure communi feudali, ubi feuda non obligantur, vid. 2. *Feud. 55.* nisi desuper hypotheca constituta cum consensu Domini directi & Agnatorum, *Stryckius in Exam. Jur. Feud. c. 19. q. 8. p. 314.* & ibi allegatus *Struvius in Syntag. Jur. Feud. c. 13. th. 7. p. m. 314.* Scilicet ita, ut oppignoratio illa privilegium tribuat, & ulterius valeat, quam quoad ipsum vasallum, ejusque heredes. Nam quod hos attinet, etiam oppignoratio feudi de Jure feudali communi suum habet effectum, *Stryck. d. l. Q. 9.* Nec enim defectus consensus domini directi inducit nullitatem oppignorationis, sed effectum tantummodo restringit.

XCIII.

XCIII.

1. **WEr getroffen wird, der regt sich.** Percussus commovetur, h. e. *Quando aliquod jocularium indefinite profertur in conventu plurium hominum, & unus ex hisce illud ad se trahit, tunc credunt, istum reum esse facti, quod dicto illo mordaci suggillatum fuit.* Eodem sequens diverbium recidit: **Wenn man unter die hunde wirfft, welchen es trifft, der schreyet, oder wann man den hund trifft, so billt er.**

2. R. quia percussus cognoscit se talem esse, & hinc irascitur, adeoque hoc ipso, dum se defendit, accusator sui est.

3. Decl. procedere dictum hoc ἐπὶ τὸ πλεῖστον, sæpe vero etiam fallere, cum ex imprudentia aliquis jocularium ad se trahere, & tamen innocens esse possit.

4. Decl. (2) satius esse id, quod paulo mordacius dictum, silentio & risu dissimulare, & sic eludere, quam contra illud se descendere. *Hertius in Epidipnidibus Parœm. Jur. Germ. n. 28. §. 1. p. 37.*

5. Declar. (3) illum, qui dicto mordaci revera aliquem pungit, & animi injuriandi convincitur, criminis injuriæ reum esse, adeoque actione injuriarum conveniri posse.

6. Declar. (4) in dubio animum injuriandi in proferente dictum aliquod mordax non præsumi, imprimis si illud fiat ab Ecclesiæ ministris pro concione in terminis generalibus, utpote quæ arripere, sibi applicare, & pro injuria interpretari cæteris paribus non licet, quia in illis non animus injuriandi, sed corrigendi præsumitur. Conf. *Diss. de action. injur. sacerd. concern. Jenæ 1676. sub præs. D. Simonis habita per tot.*

7. Declar. (5) si proferens verbis utatur specialibus, & aliquem ita depingat, ut quilibet intelligere possit, quorsum ista tendant, tunc utique illum desuper conveniri posse, imprimis si factum nondum notum fuerit. Multo magis hoc procedit, quando alicui aliquod delictum speciale objicitur. Hoc enim casu melius est, ut quis contradicat, quam ut taceat, & injuriose dictum dissimulet, quia hæc dissimulatio tacenti aliquando nociva esse posset, cum tacendo hic quis faciat se suspectum criminis objecti, *Carpz. Pr. Crim. P. III. quæst. 120. n. 81. & 82. Lauterb. in Compend. Jur. tit. de quæstion. p. m. 1128. Struv. in Dissert. de indiciis c. 1. n. 5.* Add. *Zangerus de Torturis sive Quæstionibus c. 2. n. 108. Brunneman. in Processu inquisit. c. 8. memb. 5. n. 2.*

XCIV.

1. **In policey-sachen, gilt keine Appellation. In causis politicæ ordinationis non locus est appellationi.**

2. (a) Policey-sachen. Res politicæ ordinationis hic dicuntur illæ leges, quæ ad utilitatem & salutem subditorum latæ pro ratione & statu peculiari cujusvis provinciæ, & universitatis. Sic leges *forenses* pertinebant olim ad politiam judaicam, cui finem imposuit Christus. Quorsum pertinent leges opificiariæ, vestiariæ, mercenariæ, ædilitiæ, convivales, sumtuariæ &c. descendit autem germanica vox policey a græca voce πολιτεία, quæ administrationem Reip. seu civitatis regimen, item vitæ institutum & rationem significat. Galli dicunt: LA POLICE.

3. Ratio, quia in causis politicæ ordinationis, non de jure singulorum sed de usibus publicis quæstio est, in quibus regendis magistratui impedimentum injicere-

ceretur & publica cura turbaretur, si appellatio admitteretur. *Mevius P. III. Dec. 154. n. 14.*

4. Declar. intelligendam esse parœmiam de Appellatione ad Dicasteria superiora.

5. Declar. (2) quod res politicæ ordinationis, ut tales, seu quatenus ordinationibus suis comprehenduntur, & juxta eas exercentur, sint inappellabiles, aut, si appellantes audiuntur, sine ordinario appellationum processu expediantur. **Reichs-abschied** *de A. 1654. §. 106.* Conf. omnino *Mevius d. l.* ubi paragraphum hunc erudite exponit.

6. Fallit in illis rebus, quæ extra ordinationes politicas accidunt, & ubi sub istarum sinistra applicatione aliquis gravatur, vel res dubia est, vel etiam contra ordinationes istas quidquam iniquum vel insolitum irrogatur: sic enim recte appellari posse tradit idem *Mevius d. l.* Conf. *Brunnemannus ad l. fin. ff. de Appellat. Recipiend.*

XCV.

1. **Mache dich klein,**
Aber nicht gemein.

Humilem te gere, sed non familiarem.

2. R. quia sicut humilitas DEO acceptissima virtus est, quippe qui humiles extollit & superbos prosternit; ita familiaritas parere solet contemtum.

3. Declara parœmiam absolute procedere, quando humilitas consideratur in ordine ad Deum. Vid. *Buddeus in Elementis Phil. Pract. c. 6. P. I. §. 60. p. 162.* Nam si respiciamus ad hominem, tunc distinctione opus inter imperantes & parentes: illi nisi se contemni malint ab humilitate alieni esse *Zeilerus in opere Epistolico P. I. Ep. 55. p. 151.* (exceptis tamen charitatis Christianæ operibus, vid. *Joh. 13, 15. Lipsius*

Lib. 4 Pol. c. 12. n. 12. 13. & Lib. 2. cap. 16. n. 10.) aut certe comitatem decenti gravitate temperare *Granzius de defensione reorum c. 4. m. 1. Sect. 4. n. 226. p. 187.* hi vero etiam atque etiam illam commendatam sibi habere debent. Deinde, quod familiaritatem concernit, intelligi proverbium nostrum debet de familiaritate nimia, quando quis facit se nimis sodalem, & contra ac decet, communis est, sive id fiat erga superiorem, sive inferiorem; illo casu læditur honor superioris, hoc vero proprius. Aliud ergo dicendum, quando modum in familiaritate servamus, prouti Ciceronianæ illæ phrases, familiariter, familiarissime aliquo uti, intelligi debent. Unde quoque a nonnullis additur particula gar, ita: **mache dich klein, aber nicht gar zu gemein**: familiaritas enim in se nihil habet vitii.

4. Exemplum sistit nobis imperator Justinianus in *l. 9. §. 2. ff. de Offic. Procons.* ubi circa advocatos patientem Proconsulem, sed cum ingenio, ne contemtibilis habeatur, esse oportere monet & in *l. 19. ff. de Offic. Præsid.* eundem a nimia familiaritate provincialium abstinere jubet. Add. *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Com. sub voc. familiaritas ax. 2.* Conf. *paræm.* **Gemein ist selten ein.**

XCVI.

1. **DEr unschuldige muß das gelach bezahlen.** Omnium innocentissimus symbolum dare tenetur, h. e. *Quando plures delinquunt, & sors vel alea adhibetur ad demonstrandum capitis reum, tunc hæc plerumque illum capitis reum facit, a quo ex minima parte peccatum fuit.*

2. Ratio, quia sors cœca, hincque lubricum & cœcum ejus est judicium.

3. Con-

3. Contrariatur jus divinum & humanum, juxta cujus normam & præscriptum ex suo quisque admisso puniendus, *l. 26. ff. de Pœn. l. si fugitivi, C. de Serv. fugit. Avth. omnes peregrini C. Com. de Success. c. Crimen, 1. q. 4.*

4. Hinc salva justitiæ regula non aliter recte in causa criminali adhiberi potest sors, nisi omnes, qui sorti committuntur, æquales plane in reatu sint. *Burgerus in Observat. Singular. Juridico-Politico-Militaribus Cent. IV. Ob. 22. pag. 582.* cum irreparabile exinde nasci possit præjudicium. Quapropter etiam prudenter, & non nisi ad ultimum definiendæ quæstionis subsidium, necessitatemque sorte utendum est, & quidem non tantum in causa criminali, sed & civili, ita ut & hic quando disceptatio sorte dirimenda, disceptantes parem causam & æquale jus habere debeant. Idem observandum illo casu, ubi munera publica, præmia & dignitates sorti committuntur. *idem Burgerus d. l.*

5. Nec obstat, quod dicatur: in casibus dubiis rem sorti committi debere. Nec enim intelligendum hoc est de ejusmodi casibus dubiis, ubi non est certum, quod singuli ex pluribus rem aliquam prætendentibus parem causam, & æquale omnino jus, ad illam habeant, sed de illis, qui in æquali plane jure constituti sunt, ita tamen, ut quoniam unus tantum illam rem habere & possidere potest, nesciatur cuinam illa adjudicanda veniat. Conf. *Tabor apud Barbos. in Th. Loc. Com. sub voc. sors ax. 1. 2. & 3. & Diss. B. Brunn. de sorte A. 1664. Francof. ad Viadrum habita per tot.*

XCVII.

1. GEsammt gut, verdammt gut. Bona communia sunt bona damnata, h. e. *molesta, odiosa & incommoda.*

2. R. quia indicant communionem, communio autem parit discordias, & est mater ac nutrix rixarum. *Brunnem. d. l. 5. C. Commun. divid.* facitque ut quis recte sua parte uti & frui non possit.

3. Effectus, quod nemo invitus teneatur stare in communione bonorum, *l. 26. §. 4. ff. de condict. indeb.* sed quilibet possit quandocunque provocare ad æqualem divisionem rerum communium. *Melonius in Thesauro tit. 21. n. 2. p. 249. & Barbosa in Thes. Loc. Com. sub voc. communio. ax. m. 4.*

4. Ampl. in tantum, ut nullum de perpetuo conservanda communione pactum validum sit, *l. 12. §. 2. ff. commun. divid.* etiamsi illud juramento firmatum fuerit. *Bachovius in Treutlerum Vol. 1. disp. 19. th. 14. lit. J.* (quod dubium tamen est) aut mille annos duraverit, a Parente in testamento imperata communio &c. *Melonius d. l. n. 4. p. 250.* aut etiam divisioni renunciatum fuerit. *Celeberrimus Dn. Molenbecius in Dissert. sub ejus præsidio Giessæ 1709. de Renunciatione divisionis in communione habita per tot.*

5. Limitatur in illis bonis & rebus, quæ indivisibilia sunt. Conf. *Molenbecius l. c. Sect. 2. §. 36. pag. 49.* Add. *Baro de Lyncker de individuitate c. 2. Sect. 2. a 7. n. 64. p 86.* Sic v. g. quando Principatus aliquis, de quo unum tantum votum comitiale dependet, inter plures dividitur, tunc votum illud pluribus commune manere debet, quia individuum est.

6. Declarat. valere parœmiam imprimis, si socii communionis graves sint & rixosi.

7. Declar. (2) intelligendam illam esse in sensu tropico & improprio, non vero proprio, ita ut ratione effectus & consequentiæ bona communia tantummodo dicantur, non vero sint bona damnata.

XCVIII.

1. OS *Miniſtri, eſt os Principis.* h. e. Dictum miniſtri pro eo habetur, ac ſi ab ipſo Principe diceretur.

2. R. quia miniſter vicem gerit Principis. *Mevius Conſ. 100. n. 110.* & ſubſtitutus huj9 eſt ratione muneris ipſi concrediti, adeoq; Principem repræſentat, & præſumtum habet mandatum, *l. qui patit. 18. ff. mandat.*

3. Declar. (1) quatenus nimirum negotium concernit Principem, adeoque officium ejus concernit. Declarat. (2) imprimis valere dicterium hoc quoad Cancellarios. *Mylerus ab Ehrenbach in Hyparchologia c. 10. §. 14. p. 518.*

4. Ampl. (1) ut procedat etiam quoad aliorum Statuum Imperii miniſtros.

5. Ampliatur (2) in tantum, ut factum miniſtri & noceat, & proſit ſuo domino, ita ut hic illius negligentiam & culpam æque ac ſuam præſtare teneatur. *Mevius P. IV. dec. 23. n. 3.* cum officialis geſta ſint geſta Principis, & ſcientia officialis habeatur pro ſcientia Principis.

6. Ampl. (3) ut cadat dictum noſtrum etiam in Miniſtros Eccleſiæ, qui itidem os cœleſtis Principis tam diu ſunt, quamdiu ſua divinis non immiſcent. Conf. *Mylerus ab Ehrenbach in Hyparchologia c. 10. th. 14. 15. & 16.* adeo ut Dominus de damno ſui officialis teneatur, *ibid. th. 20.* Imputet enim ſibi, quod talem miniſtrum officio præfecerit. *Nov. 82. cap. 7.* Add. *Lipſius Lib. III. Polit. c. 10. n. 11. & 12.* Et ſic habemus hic caſum, ubi factum etiam alteri nocere poteſt contra *l. 74. ff. d. R. J.* Effectus ergo eſt, quod quicquid ex ipſorum adminiſtratione reſultat, ſive laudis, ſive vituperii, id Principi tanquam capiti imputetur, *arg. l item eorum 6. §. 1.* ibi: *pari refert ipſe ordo elegerit &c.*

7. Sed quæritur, quoniam scientia officialium sit scientia Principis, an etiam mala fides officialis noceat Domino, qui est in bona fide E. g. Debet alicui Princeps 1000. thaleros, quos Pater ejus mutuo accepit a Sempronio qui sæpius interpellat Principis ministros, qui interpellationem celant, nec illam referunt ad Principem, spem tamen faciunt solutionis; interim triginta anni labuntur, & Princeps tandem in judicio desuper convenitur, qui hujus debiti ignarus opponit exceptionem præscriptionis, quæritur an audiendus? Hic Doctores in diversas abeunt partes. Nonnulli id affirmant, nonnulli negant, nonnulli declarant. Conf. *Mylerus d. l. §. 16. p. 520.* qui calculum suum negantibus addit. Aliquantum durum id ipsum esse videtur, quia re vera nescivit debitum, adeoque in b. f. fuit: hæres autem, si ignoraverit debitum, & intra 30. annos post mortem debitoris non interpellatus fuerit, præscribere potest. Vid. *Hoppius in Comment. Inst. ad §. 7. de Usucap. & Long. temp. præscr. p. m. 345.* Et quamvis duritiem per id compensare & mitigare velit, quod Principes per actus gestos a suis officialibus etiam constituantur in quasi possessione aliquid præscribendi, & sibi acquirendi, veritas tamen fictioni prævalere deberet, cum plus sit in veritate quam fictione.

8. Excipiuntur tamen illa negotia, quæ Principi in signum singularis cujusdam præeminentiæ & dignitatis conceduntur. *Nolden. in Trebatio apud tract. de Hereditatibus quæ ab intest. def. §. 29. p. 235. seqq.* Hæc enim a ministro propria auctoritate recte non expediuntur, etiamsi sit Locum-tenens Principis, vulgo der Statthalter, sed speciale mandatum requirunt.

XCIX.

1. Der schöff weiset zu recht. Scabinus, quid justum sit, enunciat. 2. (a)

2. (a) h.e. Schöpff, schöppe, Scabinus, assessor judicii, nomen suum habet a schaffen, quod mandare, jubere significat, Judex enim judicando imperat, & qui judicio præsunt, vel inter sunt, sententias ferendo injungunt, & præscribunt facienda Spathe im teutschen Sprach-schatz, *sub voc.* Schöppe, *p. m.* 1714. ubi simul alias derivationes vel potius allusiones adducit. Conf. *Hartung. in Dissert. jurid. de Schultetis Jenæ 1684. habita c. III. §. 2. p. 29.*

3. Ratio, quia fides scabinorum tanta olim erat, ut id, quod de jure respondebant, velut oraculum fuerit habitum. *Hertius in Epidipnidibus Parœmiar. Jur. Germ. n. 39. §. 1. p. 56.*

4. Declar. valere parœmiam imprimis quoad *jus non scriptum*, utpote quod scabini optime callere creduntur.

5. Exemplum affert idem *Dn. Hertius d. l. §. 2.* de Judicio quodam olim per scabinos ab Archiepiscopo Trevirensi & *Dn. de Limburg* formato; (ubi obiter notandum, quod Dynasta hic Limburgicus, non de gente illa illustrissima Limburgica Francorum, nuper admodum extinctorum, sed ab illa distinct9 fuerit, & sedem suam Limburgi ad fluvium die Lahne dictum in Diœcesi Travinensi cis Rhenum quondam habebat.)

6. Limit. hodie quoad Scabinos illos centenales, & paganicos, der cent- und dorff-schöpffen, quorum auctoritas admodum exigua est, ita ut fere dicis & solennitatis tantum gratia habeantur. De Processu Banni per ejusmodi Scabinos instituendo in Holsatia vid. apud *Fuchsium in introduct. Prax. L. IV. c. 3. § 12. p. 570.* Aliud dicendum quoad scabinos illos doctos, qui scabinatus & collegia schöppen-stühle formant, & quæsiti de jure respondere possunt, cujusmodi olim erat *Coburgi*, & hodienum *Halæ Magdeburgicæ*, nec

non *Jenæ* & *Lipsiæ* &c. Plura de Scabinis paganicis vid. apud *D. Hartungium d. l. p. 29. seqq.*

C.

1. Wohl oder besser thun ist niemand verbothen. Bene agere vel facere nemini interdictum, sed cuivis licet.

2. Ratio, quia publice privatimque interest, ut commoda promoveantur.

3. Prob. per *pr. Inst. de Auct. tut. & Cur. l. 1. ff. de Acquir. rer. dom. l. 9. ff. de Auct. tut. l. 7. §. 1. ff. de Contr. stip. l. 1. C. de Aut. præst.*

4. Decl. (2) modo revera bene vel melius aliquid faciat: sola ergo intentio hic non sufficit, sed eventus correspondere debet intentioni; alias datur actio negotiorum gestorum adversus agentem ad restituendum damnum culpa datum. *§. 1. Instit. de Obligat. quæ quasi ex cont.*

5. E. g. Pupillus infans sine auctoritate tutoris rem suam non potest facere deteriorem, bene tamen meliorem, *§. 6. Inst. d. Att. tut.* it. pauperibus aliquod dare beneficium cuivis patet, sed nocere istis minime licet

6. Ampl. etiamsi illa commoda aliena sint, & nos non concernant: nec enim ad id tantum, quod nostrum est, attendere, sed illud etiam, quod ad alios pertinet, curare debemus. Vide tamen parœmiam: Was dich nicht brennt, solstu nicht löschen. Pertinet huc & istud dicterium: Wer besser kan, soll besser thun, in illos quadrans, qui opus aliquod taxant. Conf. *Philo in Mundo Chronograph. & quidem in Patriarch. p. 134.*

Wers besser machen kan,
Der greiff das werck auch an,
Es bleibt ihm unverwehret,
Das tadeln bringt kein lob,
Das werck muß seyn die prob,
Sonst wirstu nicht geehret.

INDEX

INDEX RERUM ET VERBORUM
ſecundum numerum parœmiarum directus.

A.

ABſolvere nocentem in dubio melius eſt, quam innocentem condemnare. 83

Actio: Actionis voluntariæ duo principia. 36. Actionem habens quo ſenſu rem ipſam habere dicatur? 45. 61. Actiones ſi ex diverſis delictis oriantur, quid juris circa pœnam infligendam? 50. Actio civilis non tollit criminalem. 50. Actionem habere minus eſt, quam rem ipſam. 61. actiones hominum diſtinguuntur ab animo, mente & voluntate eorum. 65. Actione conducti quando experiri liceat contra Dominum ſervi conducti inſani. 67

Actus hominum quomodo accipiendi ratione delictorum 69

Adultera: In eam uniuscujusque facile cadit ſuſpicio ſceleris. 62

Advocati & Procuratores, ſi habent mandatum in ſcriptis ſuis injuriandi, ſi id faciant, an actione injuriarum conveniri poſſint? 49

Ædes: Ædibus oppignoratis an etiam area oppignorata cenſeatur? 78. Illis reſtauratis, an etiam pignus reviviſcere incipiat? ibid. Quid juris in uſufructu? ibid.

Ædificium: Quare in illud nemo facile pecuniam mutuam collocet? 78. Creditor, an ſumtus, quos bonæ fidei poſſeſſor in ædificium creditori oppignoratum, ad id reſtaurandum impendit, reſtituere teneatur? ibid.

Æquitati tribuitur benignitas & juri rigor. 83

Aleatori, ſi una teſſera in terram procidat, dum aleam jacit, an pro incuria hocce reputandum? 6. An hæc procidentia redintegrationem ſive repetitionem jactus pariat, an vero amiſſionem juris? ibid. Illuſtratio per exemplum hujus caſus. ibid.

Alt ist drum nicht recht. 89
Amoris furorem retinere, perfectæ est Philosophiæ. 30
Amtiren: Wer am besten darzu tauge, gelehrte oder ungelehrte? 83
Anfänger der ist aller ehren werth. 51
Animal: Cujus est animal, illius quoque est partus ejus 13. an partus animalis etiam ab alio, quam ipsius animalis possessore acquiri queat? ibid.
Animus: Animum malum casus infeliciores regulariter non mutant. 21. Animi ob vitia an servum emtor redhibere possit? 67. Quid si animi vitia ex morbo corporis proveniant? ibid. Animus ex animo accipitur. 90
Anwartschafft, quid? 90
Apffel fällt nicht weit vom stamm. 90
Apostel: Die herren sind schon gut, nur die apostel sind des teufels. 16. Quorum hominum dicterium hoc sit. ib.
Appellans neglectu fatalium an jus agendi amittat? 6
Approbans & ratum habens aliquid, an etiam illius causa sit? 23
Aquila non gignit columbam. 90
Area an etiam oppignorata censeatur, si ædes oppignoratæ? 78
Arius eloquentia, arte & malitia insignis. 84
Arme Leute soll man nicht lang vor der thür stehen lassen. 82
Armenta duobus vel tribus diebus quare plerumque ante pascant in pratis & agris post messem, quam ovium greges? 25
Art läst nicht von art. 4
Artzt den soll man ehren. 86. Artzney zu was ende sie aus der erden wachse? ibid.
Atheismus nomine religionis eruditorum hodie venit. 84
Attestata, die besten Attestata soll man denen schlimmsten leuthen geben. 41
Aulæ præfecti & magistri ad munditiem coquorum attenti sint. 63. Aulicæ dapes & epulæ plerumque inquinatæ. ib.

Aurum

Aurum multis multa persuadet perperam. 56
Autorem suum nominare posse in contractibus prodest 49
Azel: Alster, quid? 90. Keine azel heckt eine taube. ibid.

B.

Bald: Wer bald gibt, gibt zweymal. 82. Wer bald zahlt, zahlt zweymal. ibid.
Baptismus an in extremo necessitatis casu per obstetrices fieri possit? 34
Barbarorum fides ultima quænam sit? 5
Bauer: Nobilis cujusdam durum de illis effatum. 80
Baum: Wie der baum, so die birn, wie die frau, so die dirn. 4
Bello in tempore occurrendum. 31. Bellicis in causis mandata exactissime sunt observanda. 43
Beniguissimum tutissimum est. 83. Benigniora semper præferenda. ibid. An tam in pœnalibus, quam civilibus procedat? ibid. Benignius in re dubia, non tantum tutum, sed & justum. ib. Benignitate an subditi fiant pejores. ib.
Bezahlen: Genau gedungen und richtig bezahlet. 65
Bier schmeckt gern nach dem faß. 4
Bis dat, qui cito dat. 82
Blut: Wer menschen-blut vergiesset, des blut soll wieder vergossen werden. 54
Boden: Die auf einem boden in der see sind, die sind gleich reich. 1
Bodmerey: quid sit? 2. Unde derivetur? ibid. Von bodmerey ist man keine haverey schuldig. ib. Der jüngste bodmerey-brief gaet vor andere gelicke briefe. 3
Bona: Pro bonis privatis a tyrannis sanctitas, pietas & fides reputantur. 19. Bona quando sui sint communicativa? 40
Brand: Ein hauß, ein brand. 78
Brauche was du solst, und erwarte was Gott will. 86
Bräutigam: Vor einen bräutigam ist gut bürge seyn. 76
Brücken-geld quid sit? 77. Von dem ist niemand frey. ibid.

Bru-

Brutorum coitus plerumque ſunt vagi & incerti. 13
Byl-brief: Quid ſit? 2. Gaet vor bodmery-brief. ibid.

C.

Camera: In illa non eſt Chriſtus. 44. In illa id habetur pro juſto, quod eſt utile. 44. Camerales miniſtri, qui utile judicant ex ratione æquitatis & verbo divino raræ ſunt aves. ibid. Camerales reditus, ab antiquo introducti, ſed injuſti an tollendi? ibid.
Caracallæ Imperatoris noverca quid ſenſerit de libertate Principum. 75
Cardinal kan der leicht werden, welcher den Pabſt zum vetter hat. 18. Qualis hujus diverbii ſenſus. ibid.
Caſtigatio militaris per virgulas an ſimplex ſaltem ſit pœna? 50
Caſtitas æque decet juvenes quam fœminas. 52
Caſus: De caſu expreſſo ad non expreſſum non ſemper valet conſequentia. 29
Cautelæ ſuperfluæ, inſolitæ & nimiæ contractum an faciant ſuſpectum? 48. Illuſtratio hujus puncti per exemplum falſarii cujusdam. ibid.
Cauſa: Nihil fit ſine cauſa. 73. Quicquid eſt, per ſuam cauſam eſt. ibid. Cauſa qualis, talis effectus. 4
Cedere: cedendo ſopiuntur lites. 15. Ira per id permulcetur & indignatio. ibid. In cedendo adhibenda prudentia. ibid. Cedendo homines inſolentes fiunt inſolentiores. ibid. Cedere an liceat in rebus theologicis & conſcientiæ. ibid. Cedendo ille ſæpe exiſtit victor, qui alias ſuccubuiſſet. ibid.
Chartariæ artis inventor an laudandus? 51
Circumſtantia minima variat rem. 11. 43. Cumprimis perſonæ. 11. An circumſtantia actum in ſe malum in genere licitorum ponere poſſit? ibid.
Clericus: Succeſſor an Domini directi promiſſionem datam Clerico Vaſallo adimplere teneatur? 58. Clericus a quo cauſam ſucceſſionis in feudum habeat? ibid. Clericorum

vita & doctrina sæpius contrariantur. 64. Clerici, an immunes sint a pontivegio? 77
Collectæ immodicæ ab antiquo introductæ an tollendæ? 89
Commodum: Commodo proprio studere licet in pactis & conventionibus. 66. Commoda ut promoveantur publice privatimque interest. 100
Communio parit discordias & est mater rixarum. 97. An quis invitus in communione stare teneatur? ibid. An semper provocare liceat ad divisionem? ibid. Pactum de perpetuo conservanda communione an validum sit? ibid. Quid si juramento confirmatum? ibid. Quid si communio a Parente in testamento confirmata? ibid. Quid si divisioni renuntiatum fuerit? ibid. Quid si bona sint indivisibilia? ibid. Quid si socii sint graves & rixosi. ibid. Communio eorum, qui in una sunt nave quousque valeat? 1. Effectus communionis conjugum. 33
Concessio in uno casu non est extendenda ad alios non expressos casus. 29
Concubitus: An præsumtio pro eo sit, si juvenis & fœmina ambo libidinosi soli reperiantur. 30
Concursus creditorum: In illo frequens est abusus circa privilegia fœminarum & uxorum. 87. Quodnam hic judicis officium? ibid.
Conducti actione quando experiri liceat contra Dominum servi conducti? 67
Connivere: Quid? 29. An liceat in rebus justitiæ? ibid. Conniventibus oculis credendum est. ibid. Connivere an liceat, si dolus absit? ibid. Connivendo jura interdum aliquid remittunt, quod alias expresse non licet. ibidem. Conniventibus oculis servus dicitur a domino relictum capere legatum. ibid.
Conjux: Conjuges qua ratione corpus, ea etiam bona communicant. 33. Divini & humani juris sunt socii. ibid. Quomodo sibi invicem succedant? ibid. Si decedant sine liberis & testamento, quid juris circa successionem? ibid. Conjugum portio statutaria ubinam recepta? ibidem.

In conjugum ſucceſſione an excludantur conſanguinei? ib.
Conjugium a quo pontifice clericis interdictum fuerit? 55.
Conjugem inſanum an retinere teneamur? 67
Conjuncturen, von denen muß man profitiren. 43
Conradi I. Imperatoris Clades Martisburgi. 39
Conſentientes & ſcientes nemo fraudare videtur. 36
Conſilia recta nobis ante, quam aliis ſunt danda. 47
Conſtantiam præſtare in rebus adverſis facilius eſt, quam in ſecundis. 85
Conſuetudo introducta jus facit & juris habet effectum. 89.
Irrationabilis, potius corruptela quam conſuetudo eſt. ib.
An ab obſervantia & ſtylo differat? ibid.
Contemtus Principis ſæpe magis vindicatur, quam Dei. 44
Contractus, in illis nominare poſſe ſuum autorem prodeſt. 49
Contumacia adverſus Ducem an ſemper capite punienda? 81
Conventio: In conventionibus amor chriſtianus non lædendus. 65
Coopmann: Eenbedorfen coopmann is een goet makelaer. 21
Corax: primus Rhetor Syracuſis. 4
Cornua & colores veterum nobilium in Germania inſignia. 37
Credere omnibus & nulli, utrumque in vitio eſt. 38
Criminis objecti an quis reum ſe faciat tacendo? 93
Cupido nulla ignoti. 36

D.

Δάτος ἐπὶ πῦρ. 30
David: Als David kam ins alter, da machte er pſalter. 42. An in ſenectute demum Pſalmos compoſuerit? ibid. Delectabatur cythara. ibid.
Debita, quorum dies venit & ceſſit, an ſtatim ſolvenda? 82
Deceptus an pro volente habeatur? 36
Decretum Dei quale illud ſit? 70. Deus nihil abſolute decernit, ſed hypothetice decretum ſaltem exequitur. 70

Delictum: Unius delicti una tantum est pœna. 50. Delictum iteratum an iterum puniendum? 50. Unum delictum quando duplici coërceri possit pœna? ibid. Contra admittentem delictum levius, an præsumtio sit, quod etiam majoris se reum fecerit? 69. In militia an a delicto minori concludi possit ad majus? ibid. Quando nullam habent connexionem, an etiam valeat conclusio? 69. Omnis actus hominis ita accipiendus, ut delictum excludat. ibid. delictum contra dignitatis splendorem gravius punitur. 81. Delicta occulta, quæ erui atque patefieri absque iniquitate nequeunt, an detegenda? 83. Delictum speciale si cui objiciatur, quid consilii? 93

Delinquens, criminis commissi si convinci nequit, recte absolvitur, etiamsi illius fortean reus sit? 83. Delinquens si a Magistratu incompetente jam sit punitus, an etiam a competente puniri possit? 50

Dementia, quid? 67. Quot ejus species? ibid.

Dencken: Man soll nicht alles sagen, was man dencket. &c. 38

Dicarum vituperium. 15. Sunt fomenta inimicitiarum post causam decisam adhuc durantium. ibid.

Dictum aliquod, de quo non constat qua mente fuerit prolatum, quomodo interpretandum? 83. Dicto mordaci aliquem pungens, quando actione injuriarum conveniri queat? 93. In proferente dictum aliquod mordax an in dubio animus injuriandi præsumatur? ibid.

Dieb: Keiner wird gehenckt wider seinen willen. 22

Dienst: Wer einen von einem Dienst bringet, wird gemeiniglich von einem andern darum gebracht. 74. Exemplum de hoc in S. literis. ibid.

Dignitates: Quæ causa si in illis conferendis faveri solet familiis? 18. Dignitates minores an suscipere teneatur is, qui majoribus muneribus jam functus est? 59

Dilation: Wenn man kommt zur execution, so sucht man gern dilation. 71

Dissimulare qui nescit, nescit regnare. 29. An liceat dissimulare in confessioue fidei orthodoxæ? ibid.
Dissimulatio, an in se sit turpis? 29. Quando licita? ibid. Quid, quando Reipublicæ utilitas eam exigat? ibid.
Docti: Nos docti male pingimus. 60. Quæ ratio quod docti male pingant? ibid. Quinam docti cumprimis male pingant? ibid. An character viri docti in literis male pictis consistat? ibid. Docti quando excusandi, si literas male pingere incipiunt? ibid.
Doctores, quales per subtilia plerumque evadant studia? 84
Doctrina vera, non fucata quid prosit ratione emendationis sui ipsius? 84
Dolus & culpa nemini prodesse debent. 88. 6
Dominus omnigenus est ille, qui jus episcopale & centenæ simul exercet. 46
Dos: pro sponso propter dotem fidejubere omni caret periculo. 76
Drey sind frey. 40. Quando hujus dicterii applicatio procedat? ibid. An etiam ad rapas & poma sit extendendum? ibid.
Dubiis in rebus an res sorti committi possit? 96
Duo cum faciunt idem, non est idem. 11. An hoc in moralibus æque ac in temporalibus procedat? ibid. Duo cum patiuntur idem, non est idem. ibid.

E.

Eberhardus, Conradi I. Imperatoris frater a Saxonibus prælio victus. 39. Dicterium de hac clade. ibid.
Ebrach, ein closter Cistercienser ordens in Francken. 12. Ditissimum omnium in Ducatu Herbipolensi. ibid. In dem closter Ebrach liegt der teufel und seine mutter begraben. ibid.
Ecclesia: Ejus distinctio in matrem & filiam. 14. Unde dignosci possit, quænam alterutra sit? ibid. Ecclesia filia, qua talis an proprium habere possit Parochum? ibid. An sacra in loco ubi illa est, quoque peragenda? ibid.

quo-

quomodo dividatur? ibid. Instrumenti pacis dispositio de ecclesia filia & matre. ibid. Ecclesia an plures pœnas uni delicto imponere possit? 50. Ecclesia minor non est offendenda in translocatione Pastorum. 59

Edelmännisch: Versprechen ist edelmännisch, aber halten ist baurisch. 35

Educationi multum tribuendum in hominibus frugi aut nauci. 4

Effectus testatur de sua causa. 66

Effigies: quare hodie in illa scelerati puniri soleant? 9

Eingepfarrte quinam sint? 14

Eltern: Es ist besser die kinder sitzen auf der eltern, als die eltern auf der kinder banck. 61

Emere velle vili & vendere care an vitium sit? 65

Encomium: ὑπὲρ σεαυτȣ̃ μὴ φράσῃς ἐγκώμια. 24

Episcopale & centenæ jus qui simul exercet an sit Dominus omnigenus? 46

Equum alienum invito Domino in equas suas immittens, qua actione alteri teneatur? 13. Equi, quatuor pedes supra ungulam albicantes an immunes sint a vectigalibus? 53 Equus ferocissimus sæpe blandis regitur verbis. 83

Erb-herr und Landes-herr, quomodo differant? 46

Erhalten ist besser als vorbehalten. 61

Eruditorum religio quænam? 84. Eruditi plurimi vitia sua tegunt & obumbrant velo eruditionis. ibid.

Esprit: Plus de gloire a guerir nôtre esprit de ses foiblesses, qu'un autre. 47

Etwas ist besser, als gar nichts. 45

Exceptiones reorum quotuplices? 71. Peremtoriæ quomodo germanice vocentur? ibid. Earum effectus. ibid. Dilatoriæ. ibid. Quando opponendæ? ibid.

Execution: Wenn es dazu kommt, so sucht man gern dilation. 71. In processu executionis, quodnam sit officium judicis? ibid.

Expectanz, Expectativa quid? 58

Ey; quad ey, quad kucken. 4. Böses ey, böses küchlein. ibid. Wie der vogel, so legt er Eyer. ibid. Ein halbes ist besser als gar keines. 45
Eyd: der ist ein end alles haders. 5

F.

Factum an etiam alteri nocere possit? 98
Falsarius famosus Joh. Frid. VVerner. 48
Fama: publica raro mentitur. 8. Quæ ratio? ibid. Fama publica, si vera credenda, qualis esse debeat? ibid. Quænam ejus requisita? ibid. Fama sola quando faciat indicium? 8. An ad torturam sufficiat? ibid. Fama utplurimum mendax. 8. Famam susque deque habere est animi dissoluti & crudelis. 57
Familia: In conferendis honoribus quare plurimum faveri soleat familiis. 18
Familiaritas parere solet contemtum. 95. Erga superiorem, ejus lædit honorem. 95
Fatuitas quid? 67
Fatum quid sit? 70. An ab illo trahatur qui non vult ire? 70 An præter providentiam divinam aliud adhuc fatum agnoscendum sit? ibid.
Felicitate qui non corrumpatur, eum modestissimum continentissimumque esse oportet. 85
Fertilitas regionis incolas reddit inertes & voluptuosos 85
Feudum: Successor Domini directi an ratam habere teneatur expectativam ab antecessore alicui in feudum aperiendum concessam? 58. Quid de jure Saxon.? ibidem. feudalis successor qua talis est singularis. ibid. Feuda an de jure communi obligentur? 92. Quid si oppignorata cum consensu domini directi & agnatorum? ibid. Quinam effectus talis oppignorationis? ibid. Feudi oppignoratio an per deficientem consensum domini directi omnino reddatur nulla? ibid.
Feuer und stroh kommen die zusammen, so giebt es gerne flammen. 30

Fide-

Fidejussor: in solidum cum se obligat, an cautela sit superflua? 48

Fidejussio pro dote an valida sit? 76. Contra legem prohibentem facta, nulla est. ibid. Quid si ultro pro dote præstita fuerit? ibid. Quid si de restituenda? ibid. Quid, si alii, quam sponsæ, vices ejus hac in parte gerenti, fidejussio facta? ibid. Quid si legibus fidejussor renunciaverit cum jurejurando? ibid. Quid si pignora desuper data? ibid. Quid si maritus vergat ad inopiam? ibid. An constante matrimonio uxor a marito fidejussorem accipere possit? ibid.

Fides: Ultima apud Barbaros quænam sit? 5. In confessione fidei orthodoxæ an dissimulare liceat? 29. fidei nostræ rationem semper reddere debemus. ibid. fides bona non patitur, ut idem bis exigatur. 50. fidei in rebus non attendendum est ad artem. 84

Filialisten; Gehören todt und lebendig zur mutter-kirch 14. Actus parochialis apud filialistas a quo parocho exerceri debeat? ibid. Filialisten quinam sint? ibid. Filia & mater unam constituunt parochiam. ibid. Filialistæ intuitu Juris episcopalis censentur jure ecclesiæ matris. ibid. Quid juris, si filialistæ dissentiant a religione Ecclesiæ matris? ibid.

Filius talis, qualis Pater. 4 In filios morum labes propagatur ut sanguis 4

Finder: Quis sit? 72. Der erste finder, ist auch der erste muther ibid.

Finger: Man muß bisweilen durch die finger sehen 29

Flagitiosus: An post mortem etiam in cadavera flagitiosorum animadverti queat? 9

Flugkfeuer, quid? 4

Fœnoris nautici Instrumenta novissima in concursu præ cæteris prælationem habent. 3. Quæ hujus prælationis causa? ibid.

Fœtus an ad fœmellam solum pertineat, an vero etiam ad masculum? 13

Fortes creantur fortibus 4
Francke: zu denen erschlagenen Francken gehöret eine große hölle. 29
Francorum clades sub Imperatore Conrado I. 29
Fructus de arboribus in fundum vicini decidentes, cuinam secundum usum hodiernum cedant? 10
Fuchs-recht: Quid sit? 19. Wem es angedeyhe? ibid. Fuchs: Wann der zeitig, so trägt er den balg selbst zum kürschner. 70
Fuhrleuthe: Denen alten gefällt das klatschen wohl, wann sie selbst nimmer fahren können. 42
Funcken machen feuer. 31. Aus einem funcken wird ein grosses feuer. 31
Fur: Non suspenditur contra voluntatem. 22. Dum rem alienam aufert, in suspendium consentit. ibid. Voluntas ejus ad suspendendum directa & indirecta. ibid. Ignorantia ejus est vincibilis. ibid. Sufficit ad pœnam, quod scire debuit, se legi contravenire. ibid. Spe immunitatis delinquens non excusatur. ibid. Fur furcæ maturus laqueum ipse confert. 70. Furandi consvetudo an sit hæreditaria? 4
Furtivitas: An ob illam, si nihil desuper conventum, equus redhiberi queat furtivus? 67
Furtum fieri permittens, ut fur deprehendatur, an pro volente habeatur? 36

G.

Gackak, gikack quid? 32
Gallina cujus est, ejus quoque sunt ova. 13. Quomodo hoc limitandum? ibid.
Ganß, Gante, quid? 28. Eine tumme ganß. ibid. Eine ganß ist geflogen aus, eine gackack kommt wieder nach hauß. ibid. Es flog ein ganß hin übern Rhein ibid.
Garten: Was in des nachbars garten fällt, ist sein 10
Geding: Quid sit? 58. Quot habeat significationes? ibid. Am geding ist keine folge ibid.

Geistliche: Nach derer lehr, und nicht leben soll man sich richten. 64. Die gottlosen werden denen glocken auf denen kirchthürnen verglichen ibid.
Geit, leiht: Wer mir nix geit, und nix leiht, der laß mich ungeheyt 57
Geld: Bey denen juden, bettel-leuten und spielern kan man sein geld allzeit vor voll anbringen. 17. Geld macht schälck 56
Gelehrte; die schreiben übel. 60. Gelehrte und ungelehrte: Welche sich am besten zur regierung und amtiren schicken? 83. Je gelehrter, je verkehrter 84
Geleit-Geld quid? 77
Gelind: Der gelindeste weg, der sicherste weg 83
Gemein: Mache dich klein, aber nicht gemein 95
Genau gedungen und richtig bezahlet 65
Germanus: unde hæc vox derivetur? 49
Gerücht: gemein gerücht ist selten erlogen 8
Gescheideste: der giebt nach 15
Gewohnheit: Eine alte soll man nicht brechen 89
Glauben: Man soll nicht alles glauben, was man sagt ꝛc. 38
Gleichheit: Wann wir wären alle reich, und einander alle gleich ꝛc. 75
Graß-mücke: die kan offt einen guckuck ausbrüten 90
Guidagium quid? 77 Propter quod pendatur? ibid.
Gutes: Was einer gutes thut, damit oder darinnen wird er auch wieder geseegnet 74
Guth: gesammt guth, verdammt guth 97

H.

Habich ist besser, als hättich 45
Hæres: nemo nisi hæres factum defuncti præstare tenetur 58
Hamburgum homagium præstat Regi Daniæ, salva ejus immedietate 91
Handlung est optimus rerum Magister 43

Handeln: Im handeln sind des andern sachen nicht zu gering zu schätzen, oder wider das gewissen zu genau zu contrahiren 65
Hangen: Was gehangen soll werden, ersäuffet nicht 70
Hauß: Ein hauß ein brand 78
Haverey: Averie: quid sit? 2 Unde derivetur? ibid. von Bodmerey ist man keine haverey schuldig ibid.
Helm: Fehlet dir ein helm-zeichen, kauffe ein paar hörner 37
Hencken: Man hencket keinen, man hab ihn dann 9. quinam hac parœmia notentur? ibid. Man hencket keinen dieb wider seinen willen 22
Henne: Wem die gehöret, dem gehören auch die eyer 13
Herkommen: quomodo differat ab observantia & stylo? 89
Heroum filii noxæ 90
Herr: Die Herren sind schon gut, nur die apostel sind des teufels. ib. Wer dich richtet, ist dein herr. 46 Quinam ille sit, bey dem man recht gibt und nimmt? ibid. Großer herren wollust, ist der armen leuthe unlust 80
Heyen: Quid sit? 57. Was die leuthe geheyt, ist meine freud ibid.
Hildenbrand, Höllenbrand. 55. Hildebrandus Pontifex remotus a dignitate pontificali ibid. Antichristi egit partes. ibid. Scelera ejus. ibid. Machinationes ejus dictæ Hildebrands, sive Hilperts-griffe. ibid. tria de eo specialia ibid.
Hilperts-griffe: unde deriventur? 55
Hirt: Wann der auch nicht mehr freyheit hätte, als das schaf, so müste er auch graß essen 75
Hörner: Was man träget insgemein, muß hörner oder federn seyn 37
Hof: Alle 7. jahr frisset man bey hof einen küchen-jungen auf 63
Homagium, an per hoc princeps nanciscatur quasi possessionem suæ jurisdictionis? 91. An hoc etiam procedat quoad

ad Comites, nobiles & civitates imperiales? ibid. Homagium per ſe an aliquem faciat ſubditum. ibid. Homagium recipiens an omnes actus jurisdictionis exercere poſſit, qui de illa dependent ibid.
Homicida, ſi pœna capitalis illi infligenda, homicidii cauſa eſſe debet per ſe, non per accidens. 54. Homicidii ejusque pœnæ an ille etiam reus ſit, qui Judæum aut Turcam occidit? 54. Homicidii culpoſi pœna quousque exaſperari poſſit? ibid.
Honores dignioribus ſunt conferendi. 18. honori cujusque & exiſtimationi parcendum. 59. Honores conferuntur aſcendendo non deſcendendo ibid.
Horologium ut recte dirigatur publice intereſt. 20. Omnes actiones hominum ad id componuntur. ibid. Judicatur ſecundum illud de his, qui ad clavum Reipublicæ ſedent. ibid. Præficiendi ſunt illi, periti homines. ibid. Si ſtultus ſtulte id regit, omnes hunc ſtultum ſequi tenentur. ibid. Apud Romanos cura illius inter opera cenſoria numerabatur ibid.
Hoſti an promiſſum ſervandum? 35
Hund: Wenn man den trifft, ſo billt er 93
Hure: Wer eine hure zur ehe nimmt, der iſt ein ſchelm, oder will doch einer werden. 7. iſt ein verräther des vaterlands oder will doch einer werden. ibid. Vox hure: unde derivetur. ibid. Wenn die hur alt wird, ſo wird ſie fromm. 42. In der jugend eine hure, in dem alter eine hexe 62

I.

Jaculatoria ars: Quid de illa conſuetudine, qua hæc ars die dominica exerceri conſuevit, ſentiendum? 89
Jagen: Wer ſich dem jagen gar ergeit,
Wird gleich den thieren mit der zeit 80
Ictum primum infringere, an melius ſit quam illum expectare ab alio 68
Ignorantia furis, ſi furatur, eſt vincibilis 22

Imperantes an omnino alieni esse debeant ab humilitate? 95
Incipiens rem aliquam, bonum ponere debet fundamentum 51
Inclinationem contra naturalem agere difficile. 30. Inclinatio naturalis facile abit in actionem data occasione ibid.
Incommodi nihil venire debet inde, ubi nihil commodi sperandum 57
Incuria idem est ac negligentia 6
Initium si fiat decens, universa bene geruntur 51
Injuria non nisi invito fieri potest. 36. tam fingendo quam divulgando illas honor & existimatio læditur. 49. illas fingens & spargens injuriarum tenetur. ibid. an solus autor illarum, an vero etiam propalatores conveniri possint? 49. In causa injuriarum veritas convicii non relevat. ibid. & animus inspici debet. ibid. injurians an habeat mandatum injuriandi alterum, an sit excusandus? ibid. Injurians an habeat actionem adversus mandantem injurias? ibid.
Insania: An gradus habeat? 67. Quotuplex sit? ibid. Quo sensu brutis tribuatur? 67
Instructioni suæ minister Principis quousque inhærere debeat? 43. An extra mandatum suæ Instructionis ipsi aliquid statuere liceat? ibid.
Instrumenta fœnoris nautici novissima in concursu cæteris præferuntur. 3. Quæ sit hujus prælationis causa? ibid.
Inventis & incæptis facile est aliquid addere 51
Inventor metalli, si eo investitus, an decimas de illo solvere teneatur? 72
Investire: Primus inventor metalli, illo investitur. 72 Quid si alius inventorem in petitione Investituræ prævenerit? ibid. Investitura abusiva sive simultanea quænam? 58
Inviolabilitas Præfectorum sagi, major an sit quam togæ? 81
Jocularium ad se trahens an ideo nocens sit nec ne? 93. jocula-

cularia silentio & risu dissimulare satius est, quam ad se trahere ibid.

Josephus an sibimet ipsi diffisus sit non accedendo ad Potipharis uxorem? 30

Inter facienti an liceat pro equo pabulaturo juxta viam carpere gramina? 40

Juden: Wormser juden, fromme juden. 23. Ob in Teutschland vor Christi geburt schon juden gewesen? ibid. Juden zu Ulm vor Christi geburth. ibid. Quomodo de his possit dici, quod etiam Christum crucifixerint ibid.

Judex inferior nec mitior nec durior esse potest lege 29. super exigua etiam causa cognoscere debet. ibid. Quid ipsi liceat, si actio quædam calumniandi animo instituta? ibid. Judex superior an salva conscientia grande aliquod delictum dissimulare possit? ibid. Quantum ipsi liceat circa leviora? ibid. Judex quando mitior lege esse possit? 83. Judicis inferioris officium, circa decisionem litium ibid.

Judicia divina locum non haberent, si omnia in hoc seculo vindicarentur 83.

Jugend: Auf eine böse und ruchlose, folgt selten ein gutes leben 42.

Juramentum omnium litium finis est. 5. Juramentum ab omnibus hominibus pro ultimo & firmissimo fideique & veracitatis pignore habetur. ibid. Juramentum quale esse & quid continere debeat? ibid. Juramento decisa controversia an & quando retractari possit? ibid. an renunciatio futuræ hæreditatis dolo elicita & juramento confirmata retractari possit? ibid.

Jurisdictio: Mandata impropriè est talis. 46. An salva territoriali, causæ criminales, ecclesiasticæ & feudales ad alium pertinere possint? ibid.

Jura vigilantibus sunt scripta 6

Jus suum cum præjudicio & damno tertii an exercere liceat? 59

50. Jura regulariter debent esse reciproca. 52. Juri tribuitur rigor & æquitati benignitas 83
Justitia: An in rebus justitiæ connivere liceat? 29
Justum nihil est Christo, nisi quod verbo ejus consentaneum 44
Juventus: an illa liceat secundum vulgi opinionem luxuriari? 42

K.

Κακῶ κόρακος κακὸν ὠόν. 4. Origo hujus dicterii ibid.
Kauffmann: Ein verdorbener, gibt einen guten mäckler 21
Keycken, kiecken, kucken quid? 4
Kinder: Es ist besser die kinder sitzen auf der eltern, als die eltern auf der kinder banck 61
Klein: Mit kleinen fängt man an, mit großen hört man auf. 69 An kleinen läpplein lernen die hunde leder fressen ibid.
Klugheit: Geringe ist besser mit Gottesfurcht, als grosse mit dessen Verachtung 84
Kommen: Wer ehe kommt, malt ehe 72
Kramm, lehrt der marckt 43
Krieg: Darinn ist viel am ersten streich gelegen 68
Küchen-meister, Küchen-schreiber: Quodnam eorum officium inter alia? 63
Küchen-junge: Einer wird alle 7. jahr bey hoff aufgefressen ibid.
Kuhe: Man heisset selten eine kuhe ein bläßlein, sie habe dann eines. 8. Des schultheissen kuhe und eines andern seine, sind 2. kühe. 11. Die kuhe ist niemand mit dem kalb zu behalten schuldig. 52. Kühe-Doctores, von denen ist keine artzney zu gebrauchen 86

L.

LAnd: Je besser land, je böser volck. 85. Landes-herr-

Wer der ist, dem gebühret auch die erb-und landes-huldigung. 91. Landes-herr und erb-herr: quomodo differant? 46. Land-gerichte und landvogteyen zu Anspach und Würtzburg. ibid. Wie fern sich ihre Jurisdiction in der ihnen concedirten provintz, auf anderer herren unterthanen erstrecke? ibid. Landes-huldigung quid? 91. Opponitur dem lehen-eyd, erb-huldigung. ibid.

Laus: propria sordet 24. Effectus laudis propriæ. ibid. Olet philautiam, vanam jactantiam & imbecillitatem animi. ibid. Quando liceat semetipsum laudare? ibid. Theologi quid de laude propria Pauli statuant? ibid. Laus aliena optime olet. ibid. alienæ laudis occultator fur est. ibid.

Laudabilior est is, qui factum subtiliter emendat, quam qui primus invenit 51

Lehen tragen schulden 92

Leib an leib, guth an guth 33

Leihen: Wie ein Christ dem andern leihen soll? 88

Lex: Omnis est de possibili. 34. Leviter qui impingit in eam, non statim enormiter peccat. 69. LL. civilibus an Principes plane soluti sint? 75. Ad quosnam LL. Principes & Imperatores alligati sint? ibid. LL. potius ad mansuetudinem & clementiam, quam ad acerbitatem compositæ sunt 83

Liberi honoratorum & in munere aliquo insigni constitutorum quando promovendi? 18. liberi Procerum non per scalam sed per saltum ad honores provehuntur. ibid.

Lieb und noth, hat kein gebot 34

Lied: Ein gutes kan man wol zweymahl singen 48

Litem qui execratur, ejus verecunda est cogitatio 15

Lob: Eigen lob stinckt gern. 24. Lasse dich einen andern loben, und nicht deinen mund ibid.

Lohn: Ungedingt gearbeitet, ohne lohn darvon gegangen. 79

Ludus: In ludo quævis numismata valent 17. Victores in

ludo parum curiosi esse debent. ibid. in ludo numismata, quæ prorsus nihil valent, an citra crimen falsi, scienter opponi possint? ibid. Quid de illa consuetudine, qua ludi publici die dominica celebrantur, sentiendum? 89

M.

Maeckler, Mackelaer, mäcklen, mäcken, quid? 21. unde deriventur? ibid. Eorum descriptio apud Poetam, ibid. norunt mercatorum arcana. ibid. Cautius negotiari didicerunt ex proprio periculo, ibid. Si sua culpa ad inopiam redacti an a mercatura arcendi? ibid. committunt plerumque crimen stellionatus. ibid.

Magia: Hodie non adeo usu viget ut olim. 62. Magorum quinam sint parentes secundum religionem Persarum 4

Magistratus: tyrannici indoles. 19. Dicterium de tali magistratu. ibid. Competens magistratus an subditum delinquentem & ab alio magistratu incompetente jam punitum, iterum punire queat? 50. Magistratus non est vocandus ad Decurionatum 59

Majus: Argumentum a majori ad minus fortius est, quam a minori ad majus. 69. Si poni potest id, quod est majoris, etiam poni potest id quod est minoris 33

Maleficium: In illo voluntas, non exitus spectatur 65

Malitia non semper deficit, deficiente calore & corpore 42

Mali corvi malum ovum. 4. Autor hujus diverbii. ibid. Quando valeat? ibid.

Malum: Semel malum semper malum. 69. Mala non sunt facienda, ut eveniant bona. 41. Mali etiam species vitanda. 57. Inter duo mala minus est eligendum 61

Mandans unum in causis connexis, an etiam alterum mandasse videatur? 43

Mandatum: Mandatum habens alterum injuriandi, an ideo, si id faciat, sit excusandus? 49. Mandatum ob turpem causam, an sit obligatorium? ibid. Mandata in causis bellicis exactissime sunt observanda 43

Mandatarius, si mandatum excedat, præsente & contradicente Domino, quid juris? 43
Mangel: Von denen 4. haupt-mängeln der Pferde an verschiedenen Orten 67
Manus an sit symbolum obligationis? 35
Marckt: Der lehrt kramen 43
Martinus, Abbas Monasterii Scotorum Norimbergæ 26
Martisburgi ingens Francorum clades facta 39
Mater si est saga, an etiam filia talis esse putetur? 4. An faciat indicium ad torturam? ibid. Matris incommodum gestationis & parturitionis majus est, quam patris opera in imprægnando. 13. matris quando commodum majus quam patris? ibid. An ad matrem solam pertineat fœtus, an etiam ad Patrem? ibid. Ecclesia mater & filia unam tantum constituunt parochiam 14
Matrimonium: Ejus nullitas an per benedictionem sacerdotalem aut concubitum sanari possit? 52. Matrimonium individua vitæ consuetudo 67
Maulschelle: Die erste ist besser, als zwey andere. 68. Quando hoc procedat? ibid.
Medissance quid? 83. Mit der wird viel entschuldiget ibid.
Melancholia, qualis sit species insaniæ? 67
Membrum: Quo quis peccat, eo plerumque etiam pœnam luere solet. 74. Membrorum suorum nemo dominus est. 86
Mercator ad paupertatem redactus aptus est ad exercendum proxenetam mercantilem. 21. Mercatorum excusatio: iniquum petendum, ut æquum feras, an probanda? 65
Meretrix: Qui eam ducit, aut est, aut esse vult infamis. 7. Quando hoc procedat? ibid. Meretricem ducere apud veteres Germanos pro vitio detestabili reputabatur. ibidem. In jure Can. pro opere charitatis habetur. ibid. Levitis in V. T. erat interdictum. ibid. Meretricem ducens an in collegia opificum recipi possit? ibid. An ex illis ejiciendus? ibid.

Metal-

Metallum: Qui primum id in aliquo fundo ſcrutatur, illo quoque inveſtitur. 72. Quid ſi ſpecialem conceſſionem ſcrutandi metallum ab illo non habeat, qui regali jure metalli fodinarum gaudet? ibid. An vaſallus de illo invento decimas ſolvere teneatur? ibid.

Miniſter: quare illi plerumque a Domini ſubditis odio habeantur? 16. Miniſtri officium quale ſit circa preces ſubditorum? ibid. Quid ſentiendum de illis, qui ſubditis impedimento ſunt, quo minus ſcopum aſſequi poſſint in rebus, quæ a gratia principis dependent? ibid. Scommata ſubditorum in miniſtros quomodo punienda? ibid. Miniſtrorum vitium peculiare. ibid, Dictum quoddam Pilati ad Chriſtum applicatum ad miniſtros gloriæ avidos & avaros. ibid. Miniſter principis ad negotium aliquod ſpecialiter inſtructus, ſi novæ emergant circumſtantiæ, quomodo ſe gerat? 43. An inſtructioni ſemper pertinaciter inhærere debeat? ibid. Comparatio talis pertinaciæ cum veſtimento. ibid. Miniſter an mandatum iniquum acceptare teneatur? ibid. Miniſtrorum eccleſiæ Coburgiacorum Inſtructio. 64. Miniſter eccleſiæ ſi reprehendat & increpet auditores pro concione in terminis generalibus, quo animo id feciſſe præſumatur? 93. Quid ſi terminis ſpecialibus utatur? ibid. Miniſtri os, eſt os Principis. 98. Factum miniſtri an noceat ſuo Domino? ib. an Dominus ejus negligentiam præſtare teneatur? ibid. Miniſter, an illa negotia, quæ Principi in ſignum ſpecialis præeminentiæ conceſſa ſunt, absque ſpeciali mandato expedire queat? ibid.

Moderationem & conſtantiam præſtare in rebus adverſis facilius eſt, quam ſecundis. 85

Mompelier: Man trieb einen farren nach Mompelier, rc. dicterium de peregrinantibus. 32

Morbi quanto magis inveterati, tanto difficilius curantur. 31. Morborum curationes a voluntate divina dependent. 86

Mores: Eorum labes in filios propagatur ut ſanguis. 4. Ex moribus parentum depravatis an indicia contra liberos deſumi poſſint? ibid.

Mors

Mors: an post mortem in cadavera flagitiosorum adhuc animadverti queat? 9
Mulierum extraordinario appetitu laborantium, quale privilegium? 40
Münche schencken wein, setzen gäste, und lassen weiber zu sich gehen, rc. ubi? 26
Mundus: Ex admirabili ejus structura & directione conditor ejus cognosci quoque debet. 66
Munera, an etiam in pœnam conferantur? 19
Murariorum & lignatorum cacoethes. 27. Magis amant solem occidentem, quam orientem, magis pecuniam, quam laborem. ibid.
Muß ist ein böses kraut. 34. Muß essen ist ein böses mus. ibid.
Muther: quid? 72. Der erste finder ist auch der erste muther. 72
Mutter eine hur, tochter ein hürlein. 4. Qualis mater, talis filia. 4. Mutter-kirche: quænam sit? 14. Dahin gehören die filialisten todt und lebendig. 14

N.

Nachgeben stillet den krieg. 15
Narr: Der schüttet seinen geist gar aus. 38. Wer einen kaufft, muß einen behalten. 66
Natio: Flagitium unius totam sæpe nationem reddit suspectam. 90
Natura: Jus naturæ an definiat pœnarum species? 54. Jus naturæ relinquit pœnarum determinationem juri positivo. ibid. Nihil magis ei convenit, quam ut eo modo quis pœnam luat, quo peccatum admisit. 54 Naturæ lex: quod tibi non vis fieri &c. ibid. Natura sæpius aberrat non tam quoad figuram externam, quam etiam quoad qualitatem internam. 90
Naufragium: In illo melius est vitam redimere hominum, quam res suas conservare. 1. An is ad damnum, quod navis levandæ causa, imminente naufragio, per ejectionem mer-

mercium, mercatores perpetiuntur, resarciendum quoque teneatur, qui pecuniam in illam concredidit? 2
Navis: In una navi existentes æque divites sunt. 1. Necessitas inter illos quandam introducit communionem. ibid. Hæc communio quousque valeat? ibid. Applicari potest ad omnes Christianos. ibid. Pecunia in navim concredita est privilegiata. 1. Hæc pecunia cuinam credenda, an nautæ, an vero mercatori? 3
Nautici fœnoris instrumenta novissima in concursu cæteris præferuntur. 3. Idem observatur in Hollandia. ibid.
Necessitas: non habet legem. 32. Impossibile quid præsupponit. ibid. Est ipsa lex fortissima. ibid. Quænam necessitas a lege dispensetur? ibid. Necessitas, quæ potest esse non necessitas, an excuset? ibid. Sponte se injicienti in necessitatem an succurrendum? ibid. An necessitas lege etiam divina soluta sit? ibid. De jure naturali & morali quid de illa statuendum? ibid. Necessitas hypothetica & commoditatis an excuset? ibid.
Negligentia: Ignoranti non est imputanda. 6. Quando obsit? ibid. An per eam jus nostrum amittamus? ibid. An Magistratus jurisdictionem? ibid. An creditor jus prioritatis? ibid. An Dominus domum ruinosam? ibid. An Clerici præbendas? ibid.
Negotia aliena gerens, nulla cogente necessitate, an mercedem, quam sibi antea non erat stipulatus, eapropter petere possit? 79. Negotium alterius, illo sciente & patiente gerens, an mercedem petere possit? ibid. Negotium prohibentis gerens, quid juris circa mercedem? ibid.
Niestorius eloquentia, arte & malitia insignis. 84
Nimrod Venator hominum. 80
Nobilis: Rusticus quando nobili, & nobilis quando rustico alapam infligit, an sit idem? 11. Nobiles imprimis suis promissionibus obligantur. 35. Nobilium veterum in Germania, quænam insignia? 37. Dicterium de illis. ibid. Nobiles an immunes sint a Pontivegio? 79

Noth

Noth hat kein gebot. 34. Noth bricht eisen. ibid. Lieb und noth halten kein gebot. ibid. Noth-oder jagt-tauffe. ibid. ehehaffte noth. ibid.
Nundinæ: quid de illa consvetudine, qua nundinæ die dominica celebrari consveverunt, sentiendum? 89
Nürnberg: Da köpft oder richtet man keinen, man habe ihn dann. 9

O.

Officier: Je höher der, je grösser das verbrechen. 81. Officialis cum dignitate crescit ejus quoque inviolabilitas. ibid. An æque procedat, sive quis in dignitate civili, sive militari constitutus sit? ib. Officialis scientia an habeatur pro scientia Principis? 98. Officialis mala fides an noceat Domino, qui est in bona fide. ibid.
Onera sustineat ille, qui commoda percipit. 77
Operarium indefinite constituens ad operas præstandas, quid juris circa mercedem? 79. Operariis merces in tempore solvenda. 81
Opificum cacoëthes. 27. Opificum mos, vi cujus ille, qui ambit characterem alicujus opificii, ad illius præcepta certum opus elaborare debet, cui sit usui? 66. Opifici vel artifici, imprimis jurato, in arte sua credendum. ibid.
Oppignorationes imperiales an sint irreluibiles? 88
Opus commendat artificem. 66
Otiosi dies quare æqua mente ferri nequeant? 85
Ovis quidem mansveta est, sed exacte pabulatur. 25. Quare armenta prius pascant in agris & pratis, quam greges ovium? ibid.

P.

Pabst: Wer den zum vetter hat, kan leicht Cardinal werden. 18
Pabulatio pecorum gratuita? 40

Pacta an hodie vim ſtipulationis habeant? 35. Quam conditionem producant? ibid. In pactis & conventionibus an proprio commodo ſtudere liceat? 65
Par pari referre an liceat? 74
Parentes an bene faciant, ſi bona ſua liberis cedant, & alimenta ſibi reſervent. 61
Parochiam unam tantum conſtituunt eccleſia filia & mater 14. Parochus ruralis, an ad operas ſcholaſticas vocari poſſit? 59. parochi ſcelerati quomodo impietatem ſuam excuſare ſoleant? 64. hi Noæ fabris lignariis comparantur. ibid. Rhythmi aliqui de illis. ibid. Parochus vitæ honeſtæ an præſtet parocho docto? ibid. Parochi turpiter viventis verba docta an efficaciam in animis auditorum habeant? 64
Parœcianorum appellatio propria & impropria 14
Partem rei habere melius eſt, quam actionem ad totam rem conſequendam 45
Partus an ſit ſolum pars matris an etiam patris? 13. Conſiſtit ex patris & matris ſemine ſimul. ibid. Sequitur ventrem ibid.
Pater qualis, talis filius 4
Pauperibus aliquod dare beneficium cuivis, nocere vero iſtis nemini licet 100
Peccare: per quod quis peccat, per idem &c. 74
Pecora: Ad quodnam caput ædilitii Edicti ſpectent. 67 Ob quas cauſas redhibitioni obnoxia ſint? ibid. Nonnulla eorum vitia. ibid. Quid de hujusmodi vitiis in jure Saxonico, Lubeccenſi, & ſtatutis Norimbergicis cautum? ibid. Quid in Franconia, ubi ſtatuta deficiunt? 67
Pecuniæ in navem concreditæ, quodnam privilegium? 2 Cuinam concredenda illa ſit, nautæne an vero mercatori, ſi quis inde ſecurus eſſe velit. 3. Pecuniæ nauticæ Inſtrumenta noviſſima prælationis jure gaudent in concurſu. ibid. Pecuniam præſentem melius eſt accipere, quam expectare longe majorem ſummam. 45. Pecunia domina rerum. 56. Parit autoritatem. ibid. Pecuni-

am

am lucrandi variæ fraudes & technæ. ibid. Pecunia ad certum tempus alteri mutuo data pro usuris, quid si debitor solutionem præmaturare nec tamen usuras integras præstare velit? 82. Pecuniam mutuam quare nemo facile collocet in ædificia? 78
Pedagium quid? 77. Quando solvendum? ibid.
Peregrinantes: De illorum inhabilitate varia diverbia. 32
Juvenes in Italiam peregrinantes quid discant? 32
Perjurii pœna extraordinaria 5
Personarum acceptio non est apud Deum. 11. Ex personæ statu præmium & crimen quandoque augetur ibid.
Pfaffen und ihr gesind sind zollfrey wo sie schiff und brücken nicht bedürffen 77
Pfand gibt offt land 88
Pferd: Es setzt sich niemand gern vom pferd auf den esel 59
Philautia, quale vitium? 47
Philosophia nociva est, si magis attendatur ad inanitates vocum, quam ad Sermonem Spiritus S. 84. Debet esse famulans & ministrans, non dominans ibid.
Pignus: Quibus fraudibus & technis ab immisericordibus creditoribus pignora sæpe pauperibus debitoribus extorqueantur? 88. Quodnam hic officium Judicis si creditor nimis durus in extorquendo pignore? ibid. Pignoris jus an ædibus combustis aut dirutis restauratis reviviscere incipiat? 78
Pistorius (Fridericus) ultimus Abbas Monasterii Scotorum Norimbergæ, 26. Ducit uxorem tempore reformationis ibid.
Pœna: in illam unusquisque consentire putatur, licet illa ipsi non satis fuerit cognita. 22. Pœnæ abusus in transgressores redituum Cameralium. 44. Pœna una tantum est unius delicti. 50. Pœna capitalis in homicidam a qua lege divina præcepta? 54. Pœnam minorem qui non timet, majorem tamen timere potest 69

Pœnitenz-Pfarr quæ? 59

Policey: Policey-sachen quænam? 94. Unde deriventur? ibid. Quænam leges ad eam pertineant? ibid. In Policey-sachen gilt keine Appellation. ibid. Politiæ judaicæ finis a Christo impositus. ibid. In causis politicæ ordinationis non de jure singulorum, sed de usibus publicis quæstio est. 94. Res politicæ ordinationis ut tales an sint inappellabiles? ibid.

Poma in vicini fundum decidentia cuinam secundum jus hodiernum cedant? 10

Pomeraniæ Vasalli sub qua lege olim allodia sua Principibus in feudum obtulerint? 92

Pontes lapideos an Christianis libere transire liceat? 77. An etiam Judæis? ibid.

Pontivegium: Pontinagium: Quid? 77. Quomodo differat a passagio & pedagio? ibid.

Possessione spoliatus habetur pro civiliter possidente 45

Præsentatio, si ad munus aliquod obeundum unus saltem dignus cum plurimis indignis præsentetur, an valeat? 28

Præsentati omnes debent esse eligibiles. 28

Præsumtio an pro concubitu an vero contra eum sit, si juvenis mulierosus & fœmina libidinosa soli reperiantur? 30

Primus qui percutit, in jure odiosus est 68

Princeps: Ejus contemptus a Cameralibus sæpe magis vindicatur, quam Dei. 44 Principi an deneganda sit potestas dispensandi quoad pœnam capitalem in homicidio doloso? 54. Bene consulit Reipublicæ capitaliter puniendo homicidas. ibid. Principes & imperantes an majorem subditis habeant libertatem? 75. An legibus civilibus plane sint soluti? ibid. Principum delicta publica an a sacerdotibus publice reprehendi possint? ibid. Principes an tam quoad vim directivam quam coactivam exleges sint? ibid. Principes secundum quas leges ut privati considerentur? ibid. Principi an quod-

quodlibet liceat? ibid. An quoad certas personas relaxare possit legem a vi obligandi? ibid.
Principium: Qualia principia, talia principalia. 4. Principiis obsta, sero medicina paratur. 31. Principium pro cujusque rei parte præcipua habetur. 51 Principia omnium rerum parva sunt, sed suis progressionibus usa augentur 69
Privilegia: Subditis quænam cautela ratione privilegiorum suadenda, existente mutatione Imperantium? 89
Procerum liberi per saltum ad honores evehuntur. 18. cumprimis in militia ibid.
Promissio, promissionibus suis imprimis obligantur nobiles. 35. Quid ad eam requiratur, si valida esse debeat? ibid. Promittens informatus esse debet de re, quam voluntate sua approbat. ibid. Promissiones, quæ verba concepta habent, an sint firmiores cæteris? ibid. Promissionis validitas an etiam ab alterius partis acceptatione dependeat? ibid. Promissiones simplices olim non producebant obligationem. ibid. promissio turpitudinem in se continens, an sit obligatoria? 35. An illa, quæ in præjudicium superioris tendit? ibid. promissio sub conditione suspensiva & modo? ibid. promissio in carcere an obliget? ibid. Quid si omnia bona promittantur? ibid.
Promissum: Cadit in debitum. 55. An hosti sit servandum? ibid. ex promisso quænam actio nascatur? ibid. An per promissum juri, voluntatem suam mutandi, renunciatum sit? ibid.
Promittere, quinam possint? 35
Promotio in militia improbanda quænam? 18
Propriis in rebus talpæ, in alienis lynces 47
Protestatio quædam ridicula & curiosa 48
Proxeneta: Quis? 21. Quia ratione bonus dici queat? ibid. In venditionibus & permutationibus bonos mercatores plerumque circumveniunt. ibid.

Prudens an omnia animi sensa aperire debeat? 38. Quid si in conscientia obligetur? ibid.
Psalter: Ob solche David erst im alter gemacht habe? 42
Publica salus præferenda commodo privato 41
Pudicitiæ violatæ audacia ad quævis facinora impellit 62
Pupillus: An sine Tutoris autoritate rem suam deteriorem facere possit? 100

Q.

QUare: Omne quare habet suum quia 73
Quad: Qualis vox? 4. Quid significet? ibid. Quad vier quid? ibid. Quad ey, quad tucken. ibid. Quad: Ordo equestris in Guestphalia ibid.
Quantitas: Temporis plerumque majus, quam quantitatis est Compendium. 82
Querimoniæ & dicæ judiciales sunt fomenta inimicitiarum etiam post decisionem causæ durantium. 15. Ab omnibus probis viris odiosæ habentur ibid.

R.

RAritas rei an remissionem vectigalis inferat? 58
Rationes rerum quænam & quales dari possint? 73. An ab omnibus rebus ratio reddi possit? ibid.
Recht: Fuchs-Recht quid? 19. Wem es angedeyhe? ibid. Das Recht scheidet wol, aber freundet nicht 15
Redhibitoria actio quando instituenda? 67. Quodnam vitium præsupponat, animi an corporis? ibid.
Reditus camerales antiqui sed injusti, an tollendi? 44. Redituum antiquorum & hodiernorum comparatio. ibid. abusus pœnæ in transgressores illorum. ibid. Reditus nundinarum & Encœniorum quales? 44
Regere: nunquam regent, qui non tegent 29

Regie-

Regierung: Wer sich besser darzu schicke: Gelehrte oder ungelehrte? 83
Regiment gehet so, wie der zeiger in der stadt. 20
Regnare nescit, qui nescit dissimulare. 29
Religio eruditorum quænam? 84
Remedia naturalia si ad sanitatem recuperandam conducere nolint, an superstitiosis uti liceat? 86. Superstitiosa adhibenti quænam pœna infligenda? ibid.
Rem ipsam melius est habere, quam actionem ad rem consequendam. 45
Res semel amissa difficulter recuperatur. 61. Rem habere melius est, quam illam petere. ibid.
Reservatio quando necessaria? 61
Respublica: An secundum jus naturæ alligata sit ad certas species pœnarum? 54. Illa est felix, in qua non est Abraham, Nimrod & Naëman. 80. Reipublicæ utilitas suprema lex est. 29
Retro nemo cogitur incedere more cancrorum. 59
Richten: Wer dich richtet, ist dein herr. 46
Roma: Dicterium de illa germanum & gallicum. 32
Ruthe: Man streichet niemand mit zwey ruthen. 5*

S.

Saga si est mater, an etiam filia talis esse putetur? 4. An faciat indicium ad torturam? ibid.
Sapit ille nihil, qui sibi non sapit. 47
Sanitas: ad eam conservandam quilibet obligatus est. 86
Scabinorum fides qualis olim fuerit? 99. Judicium per Scabinos formatum ab Episcopo Trevirensi & Domino quodam de Limburg. ibid.
Schaf: Das ist wol fromm, es graset aber genau. 25. Wo die schafe heerden-weiß hinkommen, da findet das gehörnte vieh nichts mehr. ibid. Sind dem

weyd=gang schädlich, da das rind=vieh hingehet. ibid.
Schöff: Schöpff: Schöppe: Quid? 99. Unde nomen habeat? ibid. Schöppen=stühle, ubinam inveniantur? ibid. Centschöpffen: Dorffschöpffen, qualem potestatem habeant? ibid.
Schotten=Closter: ubi? 26. Wer sein weib verlohren hat, muß es darinnen suchen. ibid. Dessen stifftung und veränderung. ibid.
Schreiber: Ein guter schreiber ist aller ehren werth. 60
Schuld: Zusagen macht schuld. 35
Schuldner: Böse schuldner verstecken sich vor ihren creditoren, und kriechen ihren weibern unter den beltz. 87
Schürffen: Quid sit? 72
Schutz=reden: Endliche, auslöschliche, verzügliche quænam? 71. Quando opponendæ? ibid.
Sciens & patiens mandasse videtur. 79
Scintillulæ abeunt in ignem. 31. An formaliter ignem contineant? ibid. Medela contra scintillulas in ignem abituras ex Siracide. ibid.
Segen sprechen: An causam naturalem habeat? 86
Senes an desinant concupiscere? 42
Servitutes & servitia immodica ab antiquo introducta, an tollenda? 98
Servus an mandato injuriandi parere debeat? 49. Servum conductum insanum an retinere quis teneatur? 67
Socius: Noscitur ex socio, qui non cognoscitur ex se. 7
Soli jus sequitur superficies. 78
Sors cœca est. 96. Sorti rem committere an sit contra jus divinum vel humanum? ibid. Sorti quando res committi possit? ibidem. Sorti an tantum in causa civili, an vero etiam criminali res committi possit? ibid. In committenda re sorti an omnium par causa esse debeat? ibid.
Spiel: Auf dem spiel gilt alles. 70
Spießruthen lauffen: Pœna militaris. 50

Spon

Sponsa an retinere teneatur Sponsum, qui se scortatione antea maculavit? 52
Sponsus: pro sponso fidejubere omni caret periculo. 76
Stamm: Apffel fällt nicht weit davon. 4
Statim qui solvit, plus solvere dicitur. 82
Status ex statu personæ an crimen aut præmium augeatur? 11
Statutaria conjugum portio ubinam recepta? 33
Statutum, quo cavetur, ne liceat uvas viatori prætereunti vineam decerpere & commedere, an sit approbandum? 40
Stehlen: Obs von denen eltern könne angebohren werden? 4
Stoicorum principia de causis infortuniorum hominum. 70
Stolæ jus in ecclesia filia cui cedat? 14
Straffen: Man straffet keinen mit doppelter ruthen. 50
Stultus: Stoicis quinam sint stulti? 67. Secundum doctrinam theologorum quinam censeantur stulti? 67
Stultitia quid? 67. Qualis sit species insaniæ? ibid.
Stupiditas quid? 67
Subditus: An subditi ob scommata in ministros principis, ob non administratam justitiam, puniri possint? 16
Subditus & magistratus se invicem respiciunt. 46. Subditi Dominus an etiam ille sit, qui secundam habet instantiam? 46. Quæ ratio, quod principes majorem habeant libertatem subditis? 75. Subditi an benignitate Dominorum pejores fiant? 83. Subditus an talis esse existimetur, quia jurat? 91. An talis esse possit, licet homagium non præstiterit? ibid.
Successio conjugum qualis in Franconia & judicio provinciali VVurzburgensi? 33
Sündigen: Wordurch jemand sündiget, damit wird er auch gestraffet. 74
Superficies sequitur jus soli. 78
Superflua non nocent. 48. Quando hoc procedat? ibid. Si contra rem sint, an noceant? ibid. In contractibus suspe-

suspectis suspicionem augent. ibid. Illustratio per exemplum. ibid. An noceant in materia interpretationis & iterandis actibus? ibid. Quousque physice & theologice prosint? ibid.
Superinfeudatio quid? 58
Superstitiosa remedia adhibenti quænam pœna sit infligenda? 86
Suspendii pœna regulariter corporalem requirit præsentiam. 9

T.

Taggute: Es müssen starcke beine seyn, so die guten tage ertragen können. 85
Tardius qui solvit, minus solvit. 82
Temporis plerumque majus quam quantitatis est compendium. 82
Tene, tene unum, melius est, quam centum cape, cape. 45
Tessera una, si aleatori, dum aleam jacit, in terram procidat, quid juris? 6. Exemplum hac de re. ibid.
Testimonia bona an malis hominibus danda? 41. Testimoniorum falsorum prohibitio. ibid. An & qualia facinorosis danda? ibid. Cui illis sint usui? ibid.
Teufel: Ob der mehr einen scharffsinnigen disputatorem, als heiligen mann fliehe? 64
Theologiæ revelatæ quinam effectus? 84
Theologorum scholasticorum doctrina de delicto stupri. 52
Titio ad ignem. 30
Translocatio Pastorum: In illa prudentia adhibenda, ne minor offendatur ecclesia. 59
Traube: Es ist keinem eine traube verwehrt. 40
Treffen: Wer getroffen wird, der regt sich. 93

Truchses quinam? 63
Tyranni: sunt sine lege. 19. Magistratus tyrannici indoles. ibid. Unice respiciunt utilitatem suam & publicam negligunt. ibid. Credunt subditos esse propter se. ibid. Sanctitatem, pietatem & fidem reputant pro bonis privatis. ibid. Duo dicteria de tyrannis, ibid.

U.

Ubersehen ist auch verspielt. 6
Ubertas & fertilitas terræ incolas reddit inertos & voluptuosos. 85
Vectigalia quare in plerisque locis diversa? 11
Venatio: Assidua ferinum parit animum. 80. Venatorum labores. ibid. Venationis abusus. ibid. Notatu digna verba Electoris Palatini Ludovici de illa. ibid.
Venditor, cum evictionem promittit: an cautela sit superflua? 48
Veneficii contra suspectam fœminam, an prostituta ejus in juventute pudicitia faciat indicium? 62. An hic probatio in contrarium admittenda? ibid.
Verecundiam semel qui læsit, hanc tandem prorsus amittere solet. 69
Vergleich: Ein magerer ist besser, als ein fettes Urtheil. 45
Veritas convicii an relevet in causa injuriarum? 49
Versprechen ist edelmännisch, halten ist bäurisch. 35
Via regia utens, an pedagium aut portorium pendere teneatur? 53
Victores in ludo plerumque parum curiosi sunt. 17
Videtur: verbum hoc est nota fictionis non proprietatis. 61
Virginem ab altero vitiatam an de jure Canonico sponsus retinere teneatur? 52. Virgo virginitatis suæ jacturam passa

passa nihil amplius veretur. 62. Quid de illa sentiendum, quæ ab adolescente manus ad pectus suum admoveri volens patitur? 69
Virginitas an sit de substantia matrimonii? 52
Vitam redimere hominum melius est, quam res suas conservare. 1
Vitia aliorum cernens, nec sua, qualis judicandus? 47
Virtus etiam laudanda in hoste. 24. 41. Virtutes & bonæ qualitates an literis dimissorialibus inserendæ? 41
Ungedingt gearbeitet, ohne lohn davon gegangen. 79
Unguentarii medici an etiam consulendi sint? 86
Unrecht 1000. jahr ist nicht eine stunde recht. 44
Unschuldige: Der muß das gelag bezahlen. 96
Unterthan seyn, und einem gewissen gericht unterworffen seyn, diversa an sint? 46. Unterthanen ob die um herrn willen, oder vice versa, erschaffen seyn? 83.
Vocatio ad minus munus, quam quod quis antea habuit? quando ipsi ignominiosa? 59
Vogel: Einer in der hand ist besser als 10. über land. 45
Volenti non fit injuria. 36. An a tertio fieri possit? ibid. An a seipso? ibid. An in factis illicitis & per se turpibus? ibid. An quoad voluntatem impeditam? ibid. An deceptus pro volente sit habendus? ibid. An pro volente habeatur, furtum aliquod fieri permittens, ut fur in isto deprehendatur? ibid.
Voluntas: Non fertur in malum. 22. An quis contra voluntatem suam salvetur aut damnetur? ibid. Quid hic Lutherani aut Calviniani statuant? ibid. Voluntas non exitus spectatur in maleficiis. 65. Quomodo Deus cum voluntate humana concurrat? 70. Voluntariæ actionis quot principia? 36
Votum comitiale principatus alicujus, qui dividitur inter

inter plures, an etiam dividi possit? 79
Vox populi vana non curanda. 8
Ursach: Es hat alles seine ursach. 73
Ususfructus an ille redintegretur, si ædes, quibus inhæsit comburantur & postea restaurentur. 78
Uva nemini negatur. 40. Dispositio juris divini positivi de hoc. ibid. Item juris Canonici. ibid. Quid de consuetudine hodierna? ibid. Quid juris, si dominus vineæ præsens? ib. Uvas decerptas an etiam liceat auferre? ib. Quid si statutum in contrarium? 40. An tale approbandum? ibid.
Uxorem ante nuptias ab alio vitiatam an maritus & viceversa retinere teneatur? 52. Uxor majorem fidem marito quam extraneo fidejussori habere debet. 76. Si maritus vergat ad inopiam an pro securitate dotis ab illo fidejussorem accipere possit? ibid.

W

WAndert nach Rom ein frommer mann, so kommt gewiß wieder ein nequam 32
Was: Weil: Es ist kein was? ohne weil 73
Weg: Der gelindeste der sicherste. 23
Wehrmann: Quid? 49. Wehrmann haben hilfft nicht ibid.
Weib: Wer sein weib verlohren hat, muß es in der Schotten-Closter suchen. 26. Weiber nehmen ist kein pferde-handel 67
Werner (Joh. Frid.) falsarius famosus capite plexus 48
Wol oder besser thun ist niemand verboten. 100. Wohl halten: Halt du dich wohl, ich kan es nicht 47
Wormser Juden, fromme Juden. 23. Ob zu Worms vor Christi geburt schon Juden gewesen? ibid.

Z.

Zeiger: Wie der in einer stadt gehet, so gehet auch das regiment 20
Zeitig: Wann der fuchs zeitig ist, trägt er den balg selbst zum kürschner. 70. Wann der dieb zum galgen zeitig, so bringt er den strick selbst mit ibid.
Zimmerleuth und maurer sind rechte zauderer ꝛc. 27
Zoll: Vier füsse mit einem weisen zeichen, dörffen keinen zoll abreichen. 53. An hoc etiam ad merces extendendum? ibid.
Zusagen macht schuld. 35. Zusagen uud halten, stehet wol bey jungen und alten ibid.

FINIS CENT. IV.

THESAVRVS
PAROEMIARVM
GERMANICO-
IVRIDICARVM,
Teutsch-Juristischer
Sprichwörter-Schatz,

IN QVO
MILLE ET QVOD EXCVRRIT
GERMANORVM DICTERIA, CVMPRIMIS
IVRIS, RECENSENTVR,
ET
RATIONIBVS, LEGIBVS AC DECLA-
RATIONIBVS ILLVSTRANTVR,
ET QVIDEM EIVS

CENTVRIA QVINTA,

OPERA ET STVDIO
GEORG. TOB. PISTORII, I. V. L.
*Ill. Comiti Hohenloico-Weickersheimensi a Consiliis
& Cancellariæ Directoris.*

LIPSIAE,
TYPIS JOH. CASP. MVLLERI,
1716.

ILLUSTRISSIMO

COMITI AC DOMINO

DN. LUDOVICO GODEFREDO,

COMITI HOHENLOICO

ET

DYNASTAE LANGENBURGICO,

COMITI SUO CLEMENTISSIMO,

CENTURIAM HANC QUINTAM SUAE PAROEMIOGRAPHIAE IURIDICO-GERMANICAE

Humillime dicat & consecrat

AUTOR

CENTVRIA V PAROEMIARVM.

1 WEr nicht kan übersehen, der kan auch nicht regieren.
2 Die freyheit in religions-sachen ist der Stände höchstes regale.
3 Weiber-regiment, nimmt selten ein gutes end.
4 Wer im schacht ziehen, und im bergwerck bauen will, soll seine augen nicht in die taschen stecken.
5 Sauff-brüder, lauff-brüder.
6 Huren pfeiffen.
7 Es fieng ein siegreicher Pfältzer, einen jäger, Stader und Sältzer.
8 Im krieg disputirt man nicht viel, sondern es heisset: knüpffe auf.
9 Mit kleinen fängt man an, mit grossen hört man auf.
10 Wer nichts hat, muß mit der haut bezahlen.
11 Es ist nicht alles gold, was da gläntzet.
12 In der noth sind alle güther gemein.
13 Verdorbene bauern geben gute hof- und schirr-meister ab.
14 Wo das blut nicht hingehen kan, da kreucht es hin.
15 Der freunde in der noth, gehen zwantzig auf ein loth.

16 Aller wasser König der Rhein, die Donau soll seine gemahlin seyn.
17 Rips raps in meinen sack, ein andrer habe was er mag.
18 Man solle niemand mit zweyen ruthen streichẽ.
19 Ein jeder krähmer (verkäuffer) lobt seine waare.
20 An der hunde hincken,
der huren wincken,
der frauen weinen,
und krähmer schwören,
soll sich niemand kehren.
21 Das küssen ist nur ein abwischen.
22 Des schultzens kühe, und eines andern kühe, sind zweyerley kühe.
23 Laufft Cuntz weg, so kommt Heintz wieder.
24 Wer da hat die mühe, der muß auch haben die kühe.
25 Einen kuß in ehren, kan niemad wehren.
26 Die lincke hand gehet von hertzen.
27 Leipzig liegt haussen, und Leipzig liegt drinnen, Also kan Leipzig nicht Leipzig gewinnen.
28 Kürtzen kanst du das leben dein, verlängern kan es GOtt allein.
29 Des mannes list ist behend, weiber list hat gar kein end.
30 Des Müllers henn und wittwers magd, hat selten hungers-noth geklagt.
31 Ein nachbar ist dem andern einen brand schuldig.

32 Man muß dem kind einen nahmen geben.
33 Man soll nicht harren auf einen narren.
34 Narren wissen alles.
35 Wann man die narren auf den marckt schickt, so lösen die krähmer geld.
36 Priester und frauen soll man ehren.
37 Wem nicht zu rathen, dem stehet auch nicht zu helffen.
38 Wäre nicht der ratz und haaß, und der schreiber mit der küpfern naaß, so läge mein herr nicht im grünen gras.
39 Als niet komt tot yet,
Dann kennt yet hem selven niet.
40 Gedüngt pferd macht kurtze meilen.
41 Klanck überwand den ranck.
42 Wo der König sitzet, da ists oben an.
43 Ecce! conveni, kommstu nicht, so hol ich dich.
44 Es ist kein dörfflein so klein, es ist doch des jahrs ein kirch-weyhe darinnen.
45 Auf eine frage gebühret sich eine verantwortung.
46 Wer will klagen, der klage fest.
47 Der Kayser bringt das geleit mit sich.
48 Wann der Kayser stirbt, so setzt sich der König in den sattel.
49 Wer ein grosses hauß hat, beherbergt den Kayser.
50 Niemand will gern der katzen die schelle anhängen.
51 Der kercker quälet wohl, aber zahlet nicht.

52 Es isset sich am besten, wo der kessel über den herd hänget.
53 Die Edelleute in Bäyer-land mögen jagen, so weit sich das blaue am himmel erstrecket.
54 Wer im 23sten jahr nicht stirbt, im 24sten nicht ertrinckt, und im 25sten nicht wird erschlagen, der mag wol sagen von guten tagen.
55 Wer mag jagen, der darff auch hagen.
56 Bonus Institutista, bonus Jurista.
57 Hiß immerwad der fick Dennemarck it fannes bad.
58 Hüte dich für dem interim, es hat einen schalck hinter ihm.
59 Man hencket keinen, man habe ihn dann.
60 Zu hof kan man sich wohl wärmen, aber auch verbrennen.
61 Hoffen und harren macht manchen zum narrē.
62 De näst in graed
De outst op straet
De manns vor frouwen
Siet man nen Hollands leen behouwen.
63 Die Holsten vertheidigen ihr recht mit dem schwerdt.
64 Das holtz muß pfleglich gehalten werden.
65 Es ist hüte myn, morne din, so theilet man die hüben.
66 Aus einer argen hur wird selten ein gut eheweib.
67 Barbierer und huren muß man recht bezahlen.
68 Einer ieden hure trost ist, daß sie die erste und letzte nicht seye.

69 Was von huren säuget, das ist zum huren geneiget.
70 Hand muß hand wahren.
71 Wann der haaß läufft über den weg, so ist unglück schon auf dem steg.
72 Das hauß soll man stützen, und das geld mittler weil nützen.
73 Die hechte werden um deßwegen in die teiche gesetzt, damit die andern fische nicht faul werden.
74 Der hehler ist so gut als der stehler.
75 Die heiligen holen ihr wachs wieder.
76 Die henne trägt das hand-lohn auf dem schwantz mit sich.
77 Eine henne kan mehr verscharren, als zehen häne erspahren.
78 Herbipolis sola judicat ense & stola.
79 Grosse Herren grosse sorgen.
80 So wir hätten einen glauben,
GOtt, gerechtigkeit vor augen,
Ein ell, gewicht, maaß, müntz und geld,
So stünd es wohl in dieser welt.
81 Dem gläubiger wird der schuldner an die hand und halffter gegeben.
82 Gnad gehet vor recht.
83 Wer auf gnad dienet, dem wird mit barmhertzigkeit gelohnet.
84 GOtt und die Obrigkeit.
85 Eine metz gunst, vermag mehr als ein scheffel rechts.

86 Eingebrachtes guth, ergreifft auch ererbtes guth.
87 Ein ieder ist seines guths mächtig.
88 Hahnreyschafft ist die vornehmste zunfft.
89 Ist das bett beschritten, so ist das recht erstritten.
90 Die besten feinde sind, so zuvor drohen.
91 Der weiber schande ist auch der männer schande.
92 Der gesamten hand muß folge geschehen.
93 Der diener ehre ist des Herrn ehre.
94 Mit abtheilung der güther zertrennen sich die gemüther.
95 Eine henne hat das recht über neun zäune.
96 Der männer ehre ist der frauen ehre.
97 Man bittet nicht eher zu gevattern, biß man ein kind hat.
98 Kort en bondig best.
99 Jahr und tag ist die rechte gewähr.
100 Gewalt gehet vor recht.

I.

1. WEr nicht kan übersehen, (a) der kan auch nicht regieren. Qui nescit dissimulare, nescit imperare. Est Politicorum axioma, quod subinde in ore habuit Imperator *Fridericus*, vel ut alii volunt, *Sigismundus*. Variare enim hic Autores testatur *Lipsius L. 4. Polit. c. 14. n. 28.* Nunquam regent, qui non tegent *ibid.* In summis qui stant, plurima ne videant. **Die hoch stehen, müssen viel übersehen.**

2. (*a*) Ubersehen idem est ac durch die finger sehen, oben hin sehen, & differt in eo a verbo simulare, quod falsa simulemus, vera autem dissimulemus juxta versum scholasticum:

Quæ non sunt simulo, quæ sunt ea dissimulantur.

E.G. simulare amicitiam est sich stellen, als wenn man freund wäre, da man es doch nicht ist. Dissimulare amicitiam est sich stellen, als wenn man nicht freund wäre, da man es doch würcklich ist. Differt etiam a Dispensatione, vid. *Dn. D. Beierus Antecessor apud Jenenses celeberrimus in Disputatione de dissimulatione sub ejus moderamine habita §. 16 seqq.* & describitur quod sit actus justitiæ prudentis & benignæ, qua hinc jura nobis competentia, illinc contraventiones aliorum, assumta quadam ignorantia caute præterimus & præ-

& præcavendi majoris mali & injuriæ gratia curiose inquirere supersedemus. *Beierus d. l.*

3. R. quia alias oleo restingueretur incendium, man machet nur übel ärger.

4. Declara ita, ut imprimis procedat quoad novum imperium inchoantes, quibus utilis est clementiæ fama. Vid. Reinkingk in der biblischen policey *L. 2 ax. 25 p. 215, ubi exemplum Gideonis ex Jud. c. 8 v. 1, 2 adfert.*

5. Declara (2) ut procedat imprimis quoad vitam publicam; ita tamen ut ex privata non omnis simulatio & dissimulatio tollatur: nam in domo interdum etiam dissimulare debemus, si imperare velimus. Vid. tamen *Lipsius l. c. n. 30.*

6. Declara (3) ut si mala dissimulatione invalescant, illa in tempore, & prompta animadversione tollenda sint. Cumprimis quando seditio metuenda.

- - - immedicabile vulnus
Ense recidendum est, ne pars sincera trahatur.
Ovid. 1. Met.

De *dissimulatione Advocatorum* vid. *Dissertatio sub B. Strykii præsidio Jenæ 1698, de dolo bono Advocati habita c. 2 th. 5.*

II.

1. **DJe freyheit in religions-sachen ist der Stände höchstes regale.** (a) Libertas circa religionem est Statuum imperii summum regale. Est dictum *Mauritio*, Hassiæ Landgravio quondam familiare.

2. (*a*) De voce hac vid. *Conradus* von Einsiedel *Tr. de Regalibus c. 1 n. 12 seqq. ut & Carpzovius de Regalibus c. 1.*

3. Ratio, quia pertinet ad jura regalia ecclesiastica sive sacra. vid. *Coccejus in Jurisprudentia Publ. c. 22.*

quæ

quæ sicuti conscientiam attinent & salutem animæ; ita etiam merito juribus regalibus secularibus præferuntur.

4. Declar. ut hodie libertas illa judicari & æstimari debeat, ex *instrumento Pacis Guestphalicæ* & quidem maxime ejus *articulo 5*, nec hinc extendenda sit ad doctrinas hæreticas aut ultra annum decretorium vigesimum quartum seculi modo præterlapsi. Conf. *Coccejus d. l. c. 18 §. 20. Rhetius in Institut. Jur. Pub. l. 2 t. 1 §. 18.*

5. Declara (2) ut imprimis procedat quoad Status Protestantes: Catholicos enim quod concernit illi jus circa religionem soli Pontifici, Imperatori vero & Statibus imperii qua talibus hac in re nihil tribuunt. *Schuz in prælectionibus ad Jus publicum L. 2 t. 2. pos. 19 p. 383. Add. Carpz. ad Legem Regiam Germanorum c. 3 Sect. 4 q. 5.*

6. Fallit hodie apud multos, postquam zelus ille pro religione valde remittit, & contra regalia secularia, cumprimis minora, quæ fiscum augent, in æstimatione sunt.

III.

1 Weiber regiment
Nimmt selten ein gutes end.

Vel:

Wo die weiber führen das regiment,
Da nimmt es selten ein gutes end.

Ubi mulieres imperant, ibi præsto est exitium. *Aventinus* dixit: So bald die weiber regieren, bedeutet es nichts gutes, man schaue nur drauf, es gehet an ein verderben.

2. Ratio latet in fragilitate, imbecillitate ac inopia judicii & in ignavia sexus muliebris vid. *l. fin. C.*

de

de Arbit. Unde quoque non nata est ad imperandum, sed ad parendum. Testatur id ipsa mulier apud *Euripidem* inquiens: *Mulieres sumus ad omnia bona consilia ineptissimæ, malorum autem omnium artifices sapientissimæ,* & *Esaias c. 3 v. 12* docet in pœnam populi fieri, ut fœmina ad gubernacula sedeat, (quanquam per mulieres proprie loquendo ibi viri muliebres intelligantur) Add. *Genes. c. 3 v. 1. 1 ad Timoth. 2. ad Ephes. c. 5.* Quantum ad jus civile attinet, evolvi potest *l. 14 §. 1 ff. de Æd. Edict. l. 2. C. de ind. viduit. toll.* ubi habetur, quod mulierum sit domestica tractare, concipere, parere, & partum solvere *l. 2 ff. d. R. J. l. 1 §. 5. ff. de Postul.* quod juri etiam divino consonum est, vid. *Tit. II, 4, 5.*

3. Declara valere parœmiam ἐν μέρει non καθόλȣ, cum natura interdum dotibus tam insignibus instruat fœminas, ut nihil deesse ipsis videatur. *Richterus in Dissert. de Successione in familiis illustrium C. 1 th. 14.* Exempla nobis præbent *Semiramis*, Assyriorum Regina, Judæorum *Debora, Judic. c. 4 v. 8. Jahel, ibid. v. 21. Judith, c. 13 v. 8.* Anglorum *Elisabetha,* (de qua notus ille versus:

Rex erat Elisabeth, nunc est Regina Jacobus.

vid. Europäischer Herold *p. 678.*) Hassorum *Amaliæ* & Danorum *Margaretha.* Sed enim sicut una hirundo non facit ver, ita etiam ejusmodi fœminæ sunt

Rara avis in terris, nigroque simillima Cygno.

Conf. Reinkingk in der biblischen policey *L. 2 ax. 4 p. m. 161.*

4. Declara (2) valere dicterium hoc inclusive, non exclusive, cum dentur adhuc aliæ causæ perniciem Reip. afferentes, juxta rhythmos illos, quorum mentionem facit *Petrus Mullerus in Comment. ad tit. de R. Jur. p. m. 13.*

Wann

Wann die soldaten sieden und braten,
Die pfaffen zu weltlichen sachen rathen,
Der Burgermeister schenckt bier und wein,
Die becker mit im rathe seyn,
Die weiber führen das regiment,
So nimmt es selten ein gutes End.

E contrario:

Ubi rusticus est arator,
Parochus orator,
Nobilis bellator,
Ibi Deus est fundator.

conf. *Bidembach in Promptuario connubiali them.63 p.296.*

5. Exemplum novissimum habemus in defuncta Regina Angliæ, ANNA, quæ bellum & imperium gloriosum tandem in fine contaminavit pace fœda, totius Germaniæ & Angliæ irreparabili damno.

IV.

1. WEr im schacht (a) ziehen und im bergwerck bauen will, solle seine augen nicht in die taschen stecken. Qui latrunculorum ludo se committere ac immiscere, & in fodinis metallarium agere vult, ille ne oculos ingerat in crumenam. h. e. debet eos apertos habere & attentus esse. *Martialis Lib. 14. Epig. 20.* de latrunculorum ludo ita canit:

Insidiosorum si ludis bella latronum,
Gemmeus iste tibi miles & hostis erit.

Wer den schacht recht wohl ziehen will,
Der hat der freund und feind gleich viel.

Vid. *Anonymus de Exercitiis Academicorum Part. 4 p. 249.*

2. (*a*) Do-

2. (*a*) Descendit secundum nonnullorum opinionem, ab antiquissimo vocabulo Schach, quod latrocinium & insidias denotat. Hinc schachern est dolose mercari, betrüglich handeln; Spate im teutschen sprach-schatz, *p. 1701.* Rectius derivandum illud esse videtur ab hebræo *Schach*, quod significavit: vallavit, sepivit; vel etiam a Persica voce *Schach*, quæ regem significat, cumprimis quia adhuc hodie das schacht-spiel appellatur das Königs-spiel, & apud Persas in usu est, vid. *Dn.* Tentzel in seiner curiösen bibliothec *de A. 1705 p. 560.* Vox *Math* vel *Moth* vero, quæ subinde in ludo latrunculorum occurrit, idem est ac mortuus est, conf. *Lehmannus de variis ludendi generibus c. 1 §. 2 p. 24. Besoldus in Thes. Pract. sub voce* schacht-spiel *p. 861, & Dietherrus in ejus continuatione sub ead. voc. p. 533.* Unde schachmatt proprie dicitur, qui ad incitas redactus est in latrunculorum ludo, improprie viribus debilitatum denotat.

3. R. quia & lusores latrunculorum & metallarii multa opus habent prudentia & ingenio, absque quibus frustraneus adhibetur labor. *Happel in Dissert. de fodinis earumque jure Marburgi 1658 habita memb. 2 n. 3.* Quapropter etiam latrunculorum lusus a melioribus & summis viris vel maxime cultus & celebratus fuit. *Alexander ab Alexandro L. 3 Genial. Dier. c. 21.* Imo *Augustus*, Dux ille Brunsuicensium gloriosissimus, integrum tractatum hac de materia sub ficto nomine *Gustavi Seleni* edidit. *Besoldus d. l. p. m. 861.* Inquis: atqui plures idiotæ felicissime foderunt, & plures sagacissimi fossores interierunt. Resp. ibi casus fossioni initium, & progressus experientiam ac prudentiam dedit; hi vero quæsitis abusi sunt *Happel d. l.*

V. Sauff-

V.

1. SAuff-brüder lauff-brüder. Fratres symposiaci fratres fugitivi, h. e. *Fraternitas, quæ conciliata est interveniente poculis, inconstans est & desultoria*, zur zeit der anfechtung, oder auch wenn das faß ausgeleeret, fallen sie ab, und ståuben davon, wie das dürre laub von dem baum. Vid. *Sirac. c. 6 v. 9 seqq.* Perpulchre amicitiam symposiacam imprimis scholaribus familiarem describit *Wolfgangus Heiderus* allegatus a *Pellero in Politico scelerato c. 18 p. m. 183, quem vide.*

2. Ratio, quia qualis causa, talis quoque effectus. Atqui causa ejus, temulentia & vinolentia, in vitio est, ergo quoque effectus ejus, scilicet fraternitas.

3. Hinc est, quod inter ejusmodi fratres regulariter nulla sit successio. vid. tamen *Wehnerus in Observ. Pract. sub voc.* geschworne brüder *p. 165. Besoldus in Thes. Pract. sub voce* brüderschafft *p. 114.* ibique *Dietherrus in Continuat. sub eadem voc. p. 112.* Extat quoque integra *Dissertatio sub præsidio B. Linckii Altdorfi, de fraternitate compotatoria*, ut & alia *de poculorum juribus Jenæ sub præsidio Simonis habita, quæ huc conferri & legi possunt.*

VI.

HUren pfeiffen.
Meretrices sibilant.

R. Quia sibilare tale quid est, quod masculi hactenus facere soliti fuerunt, & hinc pro impudentia ac temeritate habetur, quando fœmina aliqua sibilat; uno verbo: contra decorum est, cumprimis quia musica artificialis, quæ consistit in inflatione, etiam

masculo, quatenus liber homo est, indigna esse censetur. Vid. *Anonymus de Gymnasmat. P. II S. 1 p. 103.*

3. Declara, quod hoc cum grano salis accipi debeat & maxime de illis fœminis intelligi, quæ sibilo signa dare solent, quamvis & hic probe attendendæ veniant circumstantiæ loci, temporis & personæ &c. Idem dicendum quoque de fistulatione: unde quoque ad meretrices applicari solet, quod alioquin de aucupibus dicitur:

Fistula dulce canit volucres dum decipit auceps.
Jungfern sollen spinnen, nehen,
Spindeln, nadeln sind ihr waffen,
Womit einstens in den ehen
Sie was rechtes können schaffen.
Weg mit andern instrumenten,
Huren pfeiffen den studenten.

VII.

1. Es fieng ein siegreicher Pfälzer (*a*)
Ein'n jäger (*b*), bader (*c*) und sälzer (*d*)

Victoriosus Palatinus capiebat venatorem, balneatorem & salarium.

2. (*a*) Intelligitur per Palatinum hic *Fridericus*, ille Comes Palatinus Rheni, qui in seculo medio decimo quinto famosus erat & Elector.

3. (*b*) h. e. Comes *Ulricus* Wurtembergicus, quia Comites Wurtembergici post extinctam familiam Comitum *Auracorum*, quorum olim scuto, galeæ loco, imponebatur cornu venatorium, in signum officii imperialis venatorii des Reichs-Jägermeisteramts, comitatum dictorum Comitum Auracorum cum omnibus præeminentiis, insignibus & juribus obtinuerunt. *Autor* des Europäischen Herolds *p. m. 250.*

4. (*c*) Alluditur hic ad nomen gentilitium Marchionum

chionum *Badensium*, qui ita dicuntur a thermis von dem bade, quæ in Marchionatu dantur, & Marchio *Carolus* subintelligitur.

5. (*d*) Scilicet Episcopus Metensis, *Georgius*, Frater dicti Marchionis Badensis. Quare autem Sältzer dictus fuerit, nobis non liquet.

6. Mentionem hujus dicterii facit *Georgius Arnoldus in Chronicis manuscriptis p. m. 152*, & originem illud debet bello super Archiepiscopatu Moguntino A. 1462. inter Electorem *Fridericum* Palatinum, & Imperatorem *Fridericum* suscepto, a cujus partibus *Carolus* Badensis Frater ejus *Georgius*, Episcopus Metensis, & *Ulricus* Comes Wurtenbergensis, cum multis aliis stabant, qui ad unum omnes vero Rhenum inter & Nicarum ad incitas redigebantur, multis deinde captis, multisque occisis. conf. Lairitz im historischen Palm-Baum *Tab. III & IV c. 3 §. 11 p. 126, & Tab. XI c. 3 §. 11 p. 570.* nemlich es wurden nebst vorhergemeldten Marggraf Carln auch Hanß von Fleckenstein, 26 andere Herren, und 120 reisige des Adels; nebst dem Bischoff zu Metz, 23 Herren und 54 von Adel; und nebst Graf Ulrichen 44 Herren und 77 Adels-personen gefangen und nach Heydelberg geführet. conf. *P. III* zu Herrn Samuels von Pufendorff Einleitung *c. 11 §. 3 p. 533.* Lehemann in der Speyerischen Chronic *L. VII c. 107 p. m. 942.* Michael Sachß in der Kayser-Chronic *P. III sub Friderico p. m. 231.* Hinc proverbialiter dici cœptum: Ein edler Pfältzer ꝛc.

IIX.

1. **Im krieg disputirt man nicht viel, sondern es heisset schlecht hin: Knüpffe auf! In bello non multum disputatur, sed obtinet illud: Suspende!**

2. Ratio, quia tempus ibi teri non poteſt longo ſufflamine litis, (2) quia alias milites non contineri poſſent in officio.

3. Declar. quod procedat quoad judicium ſtatarium das ſtand-recht, quod in cauſis notoriis locum habet, & uno die peragitur. Quomodo autem judicium hoc inſtitui ſoleat, vid. *Beſold. in Theſ. Pract. ſub voc.* ſtand-recht *p. m. 899. Liebenthal in Collegio Polit. Exerc. 14 §. 46 p. 686.*

4. Declar. (2) ita ut tamen delictum, ſecundum articulos militares, mortis pœna afficiendum præſupponatur, & aliqualis cauſæ cognitio ſententiaque requiratur; pertinent enim hæc ad ſubſtantialia proceſſus, & hinc omitti minime poſſunt. *B. Dn. Strykius in introd. ad Prax. For. c. 1 §. 14.*

5. Ampl. in tantum, ut ne quidem ad diſponendas res, componendosque penates, ullum indulgeatur delinquenti temporis intervallum. *Voetius de jure Militari c. 7 n. 6 p. 331.*

6. Fallit in judicio haſtato, dem ſpieß-gericht, quod tribus ad minimum diebus peragitur, juxta formam, quam exhibet *Beſoldus d. l.* & adhuc melius Junghanß in ſeiner kriegs-ordnung zu waſſer und land *n. 10*, quamvis dubitem, an ille modus, prout ibi deſcriptus, adhuc hodie obtineat. (2) Fallit multo magis in judicio criminali ordinario, de quibus omnibus videri poteſt *Dn. Bartili JCtus Tubingenſis in Diſſert. quæ ſub ejus præſidio de judicio militum privilegiato olim prodiit.*

IX.

1. **Mit kleinen fängt man an, mit groſſen hört man auf.**

In parvis incipitur,
In magnis deſinitur.

h. e.

h. e *Cui peccatillum committere non religio est, ille tandem etiam peccata graviora admittit.* Eodem illud recidit: An kleinen låpplein lernen die hunde leder fressen.

2. Ratio, quia sensim & pedetentim peccatis asuescimus, verecundiam lædendo, tandem prorsus illam amittimus. Ex malo minori malum nascitur majus, sicuti ex planta parva maxima arbor, & ex uno inconvenienti sequuntur plura. Qui semel manum, inquit *Eccles. c. 27.* ad malum porrexerunt, & jugum ejus, virtute neglecta, susceperunt, non aliter posthac insidias struunt, quam leo venationi studet. *conf Crusius de indiciis delictorum c. 2 P. II n. 21 seqq. p. 13.*

3. Declar. valere dicterium hoc imprimis tunc, quando peccatilla condonantur, & peccantes ea propter non corriguntur. Sic enim, quia rem optime se gessisse, aut minimum tantam illius rei non habendam esse rationem putant, quanta tamen haberi deberet, animus illis nascitur.

Das libertatem, & totas effundis habenas
Curriculo, quam si revoces, subsistere nescit
Et te contemto rapitur, metisque relictis.

Multa possunt ab initio impediri, quæ postquam connivere cœpimus, in extrema linea consistunt, & omne remedium respuunt, imprimis apud juvenes.

4. Ubi igitur verba juvenum animos non flectunt, verberibus coercendi sunt, a parentibus, tutoribus, Præceptoribus, cognatis & magistris, & si verbera non prosunt, ergastulis publicis isti includendi sunt, ne delicti gravioris rei judicum notioni tandem tradi debeant, quæ cum honoris, sæpe etiam vitæ, periculo conjuncta esse solet.

5. Declar. Quamvis argumentum a minori pec-

cato

cato ad majus non æque forte sit ac illud, quod a majori ad minus delictum desumitur, tamen & illud sua constare efficacia. Sic jus nostrum in *l. 5 §. 6. ff. de Re Mil.* a delicto militari minori, nempe a segnitie & negligentia rerum suarum ad majus delictum v. g. ad desertionem concludit, & Christus ipse, *Luc. XVI, 20* ita arguit: ὁ ἐν ἐλαχίςῳ ἄδικος, καὶ ἐν πολλῷ ἄδικός ἐςιν, quæ argumentatio cumprimis tunc procedit, quando minus malum ordinatum est ad majus. E. g. Quæ volens passa est, ut ab adolescente manus ad pectus admoveatur aut libidinosa oscula libenter accepit, illa ulteriores amoris lineas non abhorrere præsumitur *Crusius d. l. P. II. c. II n. 15. Menochius L. V. de Præsumt. præs. 41 n. 26.* Add. *Zangerus de Quæstionibus & Torturis c. 2 n. 22*, aut quando minus delictum gradu, non specie, a majori differt, v. g. de illo, de quo constat, quod rem minoris pretii furto surripuerit, præsumitur, quod etiam rem majoris pretii auferat, si indiciis se suspectum reddiderit. Sed caute hic procedendum. Qui leviter impingit in legem, non statim audet enormiter peccare. Ratio, quia qui non timet minorem pœnam, majorem tamen timere potest. Conf. *Dissert. juridica Vitembergæ sub præsidio D. Hornii de brocardico isto: semel malum semper malum 1692 habita §. 16 seqq.*

6. Ampl. ut procedat, sive initium peccandi fiat in juventute, sive in adulta ætate, cum hoc tamen discrimine, ut peccatum a juvene commissum tanquam delictum juventutis, facilius corrigi, & condonari queat, quam delictum a majorennibus perpetratum. Es lässet sich eher ein båumlein als ein baum biegen.

7. Quæritur, si de inquisito aliquo, ob crimen furti incarcerato, constat, quod in juventute vel adolescentia aliquam rem vilioris pretii clanculum

sub-

ſubduxerit, an hoc indicium aliquod præbeat contra illum? Puto, quod non, quia pauci inveniuntur, qui rem non ſatis intelligentes, in juventute ſua tale quid non admiſerint, aut, ſi ob quasdam circumſtantias aggravantes, indicium faciat, exiſtimandum, quod hoc valde remotum ſit.

8. Fallit in delictis, quæ nullam inter ſe habent connexionem & ordinationem, aut ſpecie invicem differunt. Conf. Parœm. Hat er das gethan, ſo hat er mehr gethan. *& Tabor apud Barboſam in Theſ. Loc. Com. ſub. voc. præſumtio ax. 10 & ſub voc. malus. ax. 4.*

X.

1. **Wer nichts hat, muß mit der haut bezahlen.** Qui non habet in ære, luat in corpore, h. e. *quando delinquens nequit multari pecunia, tunc corpore luere debet delictum.*

2. *Probatur per l. 7 §. 3 ff. de Jurisdict. l. 1 §. ult. ff. de Pœn. l. 35. ff. de injur. l. 25 ff. de in jus voc. l. 9. ff. de incend. ruin. l. ult. C. de moder. mulct. l. 4 C. de ſerv. fugit. l. 12 §. 5 & §. 8. C. de Æd. priv. 2. Feud. 53 in ſ. c. 17 X. de Jud. c. 5. X. de dol. & contr.*

3. Ratio ne delicta maneant impunita, ſalus publica efflagitat, ut pœna pecuniaria in corporis afflictivam commutetur, quæ vulgo *ſubſidiarium tergum* dicitur. Ratio rationis, quia alias latiſſima delinquendi aperiretur feneſtra. *Feſtingius in diſſert. de brocardico:* Wo nichts iſt, da hat der Kayſer ſein recht verlohren, *Roſtochii ſub ejus præſidio habita c. 3. §. 1.* (2) quia ſpecies ſolutionis eſt, tergum pro crumena porrigendo. *Hertius in Select. & Rar. ex Univ. Jurisprud. argumentis L. 3 p. 89 s. 2 p. 544.*

4. Declara dependere hoc ab arbitrio judicis, *Menochius*

nochius de Arbit. Jud. Quæst. caſ. 447. *n.* 4 *p.* 610. & quidem ſuperioris. Conf. Ertel *in Praxi aurea P.* I *c.* 19 *ob.* 4 *p.* 108.

5. Ampliatur (1) quod commutatio hæc pecuniariæ pœnæ non tantum parte petente, ſed etiam non petente, imo invita parte adverſa, ſi ſcil. ad pœnam fiſco applicandam agatur, locum habeat. *Feſtingius d. l. §.* 3.

6. Ampliatur (2) utut ſententia jam tum lata & pecuniaria pœna antea dictata ſit. *Mencken. d. Terg. ſubſidiar. Brunnemannus in Comment. ad l.* 6 *C. de Moder. Mulct.* Diſſentit *Feſtingius d. l. n.* 5. Sufficit, quod judex ex poſtfacto rei inopiam deprehendat & eum pœnæ, a lege determinatæ, incapacem eſſe advertat.

7. Ampl. (3) etiamſi condemnatus in pœnam pecuniariam offerat cedere bonis. *Feſtingius d. l. & ibi allegatus Clarus* L. 5 *ſentent. §. fin. q.* 59 *n.* 5.

8. Ampliatur (4) ſive nobilis ſit condemnatus ſive ignobilis, ſive clericus ſive laicus. *Menochius de Arbit. Jud. Quæſt. c.* 447 *n.* 7. *Mencken d. l. theſ.* 5, qua in parte tamen multum tribuendum arbitrio judicis eſſe tradit idem *Feſtingius d. l.* §. 7. *Mencken d. l. th.* 7. Diſſentit *Tabor d. l. ſub voce luere ax.* 1.

9. Ampl. (5) ſive condemnatus deliquerit in fraudem legis, ſciens ſe non poſſe ſolvere pœnam pecuniariam, ſive non. *Farinacius* L. 1 *t.* 3. *Q.* 26 *n.* 1. *Feſtingius d. l. §.* 8.

10. Ampl. (6) ſive delicta ſint leviora, ſive graviora. *Mencken d. l. c.* 3 *th.* 1.

11. Ampl. (7) ſive delicta extraordinaria ſint ſive ordinaria.

12. Fallit (1) in contractibus *Brunnemannus in l.* 7 *ff. de Jurisd. n.* 3. *Schneidevvinus ad §. pœnales Inſt. de Action. n.* 57. *Mencken d. l. th.* 4.

13. Fallit

13. Fallit (2) in levissimo delicto, aut cum quis in minimo nummo solvendo cessat. *Mencken d. l. ax. 1 §. 4.*

14. Fallit (3) in heredibus defuncti, cum nemo alterius criminis successor constitui queat *l. 26 ff. de pœn.* idem obtinet in fidejussoribus, cum nemo ad pœnam corporalem se obligare queat. *Festingius d. l. §. 8. Mencken d. l. th. 16 & 17.*

15. Fallit (5) in inferioribus judicibus: hi enim in defectum pecuniæ nequeunt dictare pœnam corporis afflictivam. *l. f. ff. de in jus voc. l. 1 §. fin. ff. de Pœn. Tabor, Festingius & Mencken. d. l.* Praxis tamen, cumprimis apud nos in Franconia, quoad leviora delicta, sæpe contrarium observat.

XI.

1. **Es ist nicht alles gold, was da glänzet.** **Non omnia quæ nitent, aurum sunt.** **h. e.** ***non omnia quæ videntur, talia etiam sunt.***

2. R. quia multa videntur & tamen non sunt, & multa sunt, quæ non videntur.

Aurea ne credas, quæcunque nitescere cernis.

Prob. per 2 Tim. III, 5 & Joh. VII, 24. E. G. sæpe aliquis speciem boni viri præ se fert, qui tamen omnium scelestissimus est; & speciem doctrinæ habet, qui tamen idiota est; sic sæpius fœmina aliqua videtur esse proba & honesta, quæ tamen altera Xantippe est.

Weiber tuch und edelstein
Leuchten schön bey abend-schein;
Kröch der schalck in zobels balg,
Bleibet er doch wol ein schalck.

Wenn alles, so da glänzt, gold oder silber wäre,
So hätt die falschheit auch der tugend ruhm und ehre.

Sic dantur poma ad mare mortuum, quæ optima esse adparent, & tamen intus putrida sunt & fœtida. *Geyer in Specilegio Speidelio-Besoldiano sub voce* aschnäpffel *p. 11.* Conf. *Agricola* in außlegung gemeiner sprüch-wörter *P.I. cent. 25 p. 23.* Datur quoque miseria splendida, wenn einer eine figur machet, und doch arm ist. *Abele in Metamor. Tel. Jud. P. 1 cas. 11 p. 48.* Sic in jure habemus rationes veras & speciosas, sive adparenter concludentes, schein-gründe, quæ veræ & apodicticæ non sunt, wahre redliche ursachen und beweißthümer. Illæ sæpe judicem seducunt, & a tramite juris deflectunt; hæ vero ab eo interdum negliguntur, & quidem vel dolo, vel quod excusabilius est, culpa: Caveat ergo sibi judex a specie recti, & inquirat in veritatem facti & juris.

4. Ampliatur in tantum, ut etiam vice versa procedat, cum multa sint, & tamen talia non esse videantur, secundum illud: *Simplex apparet, sed simplicitate caret.*

5. Declara, quod pauca sint, & talia esse videantur.

XII.

1. **In der noth sind alle güther gemein.** In necessitate omnia bona communia sunt.

2. Ratio, quia necessitas non habet legem, sed tollit illam, & facit omnia ista propria, quæ aliena sunt, & licita, quæ alias illicita habentur. Confer. *Barbosa in Thes. Loc. commun. sub voc. necessitas ax. m. 17, 18 & 19. Mevius in Discussione Levaminum inopiæ debitorum c. 1 n. 13 p. 16 & n. 198.* Ita ut reviviscat quasi status, qui ante introductionem dominiorum singularium fuit. *Hugo Grotius de Jure B. & P. L. II. c. 2 §. 6. & Guilielmus Grotius de Principiis Jur. Nat. c. 13 §. 10*

§. 10 p. m. 220. Communio scilicet bonorum, quamvis ratio hæc multis displiceat. Vid. *Bœclerus in Not. ad d. l. Grotii. Mullerus in institut. Jurisprud. Gentium art. 2 §. 8 p. 161,* qui rationem in ipsa humanitatis lege ac officio, qua quilibet alteri usum rei suæ exhibere tenetur ad conservandam vitam, ponit. *Bodinus in Dissert. de præcepto: non furtum facies, Rintelii habita §. 15 p. 61. Simon in Dissertat. de ablatione Rei alienæ in Casu necessitatis Jenæ habita th. 5.*

3. Effectus, quod furtum non committat, qui in necessitate constitutus id, quod ad vitam necessarium est, aliunde sumat. *Grotius d. l.*

4. Declar. quatenus nimirum necessitas illa sit summa & extrema, vera non fucata, ita ut nullum aliud remedium supersit.

5. Declar. (2) quatenus ille, cui res surripitur, adhuc habeat, unde vivere queat, & quatenus surripiens aliter illa potiri non potuerit apud ejus Dominum, nec surreptio fiat lucri faciendi, sed vitæ conservandæ causa, adeoque animo restituendi surreptum, simul ac ad meliores fortunas perventurus esset. *B. Struvius in Dissert. de furibus a pœna laquei immunibus* von ungehengten dieben. *c. VIII §. 1 seqq.*

6. Ampliatur, ut procedat tam quoad jus divinum. Vid. *Prov. Salom. c. VI, 30.* da die worte klar im Ebräischen also lauten sollen: Sie sollen den dieb nicht verrathen, so er stiehlet, daß er satt wird, denn es hat ihn gehungert. *Misander in Deliciis Biblicis V. T. & quidem in P. II p. 496.* (ubi tamen obiter notandum, quod loco vocabuli verrathen poni debuisset verachten, vid. *Geyer. in comment. ad d. l. Prov. Salom.*) quam quoad jus naturale & civile, vid. *cap. quod non est licitum de R. J. in 6. l. 1. in f. ff. de Bon. eorum qui ante sent. sibi mort. consciv.*

7. Ampl. ut procedat non solum in rebus edibili-

bus

bus & potabilibus, ſed etiam aliis, ex quarum diſtractione pecunia comparatur ad emendum cibum atque potum. *Berlich. P. V concl.* 44 *n.* 42. *Damhouder. in Praxi Rerum crim. c.* 110 *n.* 37. non tantum quoad pœnam ſed etiam quoad criminis reatum. vid. *Puſendorfius de jure Nat. & Gent. L. II c. 6 §. 5 p. 315.*

8. Diſſentit *Schrœterus in Faſciculo caſuum in foro conſcientiæ juridic. deciſorum caſ.* 77 *p.* 157, & ſic a ſententia noſtra, in foro recepta, & ab eo ipſo in *Diſſertatione de Privilegio Pauperum Jenæ* 1675. *§.* 25 defenſa, recedit, procul dubio facta diſtinctione inter id, quod ſecundum conſcientiam & quod ſecundum uſum fori juſtum eſt. Idem ſtatuit *Ahasverus Fritſchius in Tractatu de Neceſſitatis præſidio contra legem concl.* 2, qui neceſſitatem juri divino morali ſubjectam eſſe ſcribit, & ſubtrahentem victualia famis neceſſitate a pœna, non vero a crimine furti, abſolvit.

9. E. G. *Atticus* cum ſuis liberis in ſumma famis neceſſitate conſtituitur, nec ullum aliud vitæ conſervandæ remedium eis eſt, quam ut res vicini, qui ſine illis vitam ſuſtentare poteſt, ſurripiat. Surripit illas & deſuper deprehenditur. Quæritur an furti criminis, ſi non pœnæ, reus? Neutrum, ſed ſurripientem & criminis & pœnæ immunem eſſe, puto, cumprimis ſi animo reſtituendi rem ſurripuerit, ſimul ac ad meliores fortunas perventurus eſſet.

XIII.

1. **VErdorbene bauern geben gute hof- und ſchier-meiſter ab.** Ruſtici facultatibus lapſi apti ſunt ad villicos agendos, vel aurigarum præpoſitos exercendos.

2. Ratio

2. Ratio, quia ex proprio periculo cautiores facti & arcana rusticorum norunt.

3. Declar. (1) modo infortunio, non culpa, in calamitatem paupertatis inciderint, & agriculturam satis intelligant.

4. Fallit ergo in rusticis propria culpa ad paupertatem redactis, quia infeliciores casus animum malum regulariter non mutant. Vid. *Dissert. inaug. Dn. Joh. Gustavi* Silberrads *de sensalibus* von mäcklern. *Altdorfi A. 1711 habita c. 2 §. 10 p. 29.* Eodem modo illud mercatorum capiendum: Ein verdorbener kauffmann giebt einen guten mäckler, de quo suo loco.

XIV.

1. **WO das blut nicht hingehen kan, da kreucht es hin.** Quo sanguis non permeat, eo perrepit. h. e. *amor sanguinis vinculo junctus, etiamsi impediatur, retineri tamen nequit.*

2. Ratio latet in sympathia sive conformitate sanguinis propinquorum. Communiter enim describitur sympathia, quod sit convenientia aut conformitas qualitatum naturalium humoris aut temperamenti, quæ faciunt, ut duæ res se ament, se quærant, & secum invicem maneant. Vid. tamen *M. L. L. de Vallemont dans la Physique occulte chap. 3 p. 50, uno verbo:* Amor est effectus unionis, sicut odium est effectus dissensionis. *Conf. Petri Mulleri dissertatio juris de jure feretri Jenæ habita 1680. per tot.*

3. Declar. quod, quanto sanguis communicatus est propinquior, tanto amor sit propensior. Vid. *D. Bechmannus in Dissert. Jur de Amore. c. 4 §. 5.* Unde quoque hereditas defuncti intestati illi datur, qui sanguine illi fuit proximus, der nächste zur sippe, der

nächste

nächste zur Erbschafft, quoniam illum omnium maxime dilectum fuisse a defuncto jura præsumunt *Dn. D. Bechmannus d. l. §. 8.* Quæ tamen omnia non exclusive intelligenda, cum quilibet noster sit proximus, adeoque diligendus, qui ope & opera nostra indiget ad Exemplum Samaritani illius, cui cor doluit, ἐσπλαγχνίσθη, cum in via jacentem conspiceret vulneratum Judæum. Vid. *Forsterus in Homiliis p. 393 seqq.*

Fürcht GOtt allein, lieb jedermann,
So liebt dich GOtt, der strafen kan.

Conf. Reinhold von Derschau *in Hodosophia viatoris Christiani p. 1017.* Gradus saltem observari debent in amore exhibendo. Vid. *Matth. V, 43.*

4. Declara quod valeat regulariter.

XV.

1. DEr freunde in der noth
Gehen zwantzig auf ein loth.

Donec eris felix, multos numerabis amicos,
Tempora si fuerint nubila, solus eris.

2. R. quia amor ex appetitu originem habet. Sicut autem hic semper tendit ad conservationem ejus, quod ipsi utile videtur; ita etiam in necessitatis casu declinat, quod ipsi nocivum apparet. *Sir. XXXVI, 3 seqq.* hanc dat rationem: Ach wo kommt doch das böse ding her, daß alle welt so voll falschheit ist? Wanns dem freund wohlgehet, so freuen sie sich mit ihm; wanns ihm aber übel gehet, werden sie seine feinde. Sie trauren mit ihm ums bauchs willen, aber wann die noth hergehet, halten sie sich zum schilde.

3. Declara (1) quod si necessitas magna sit, nec centum amicos habere multum juvet:

Solte es aber ein harter stand seyn,
So gehen funffzig auf ein quintlein.

Unde

Unde quoque illud natum: In der noth erkennet man den freund; Ratio, quia necessitas lydius lapis est, & index veri alicujus amici. *Facile omnes, cum valemus, recta consilia ægrotis damus Terent. in And. A. 2, Sc. 1. sed ubi ipsimet redacti sumus ad necessitates, amicorum auxilio opus est & consilio.* Add. omnino *Sir. VI, 7 seqq.*

4. Declara (2) quod imprimis quoad aulicos valeat: in domo Principum nomen amicitiæ inane irritumque remanet, *Lipsius Lib. 4. Polit. c. 14 n. 17.*

5. Ampliatur etiamsi in casu felicitatis multa in amicos collocata fuerint beneficia: Nam non tantum ista facillime defluunt.

Wohlthaten vergißt man bald,
Das versehen läßt man werden alt.

Sed & in adversa fortuna amici in te incurrent, quia ruente quercu ligna quivis colligit. *Lipsius d. l. cap. 12 n. 24.* Felicitas odium, infelicitas contemtum parit. Add. *Zeilerus Epist. 67 p. 472.* & Reinhold von Derschau *in Hodosophia viatoris Christiani p. m. 1011.*

XVI.

1. **Aller wasser König der Rhein (a)
Die (b) Donau soll seine gemahlin seyn.**

Rhenus omnium fluminum Rex est & Dux, Danubius sit ejus conjux, vel: Die Donau ist aller wasser gnaden-frau, der Rhein mag ihr mann mit ehren seyn. *Besoldus in Thes. Pract. sub voc.* Donau, *& Dietherrus in ejus continuatione sub voc. eadem. Speidelius in speculo sub voc.* Fluß *p. 345.*

2. (*a*) *Rhenus* ita dicitur a puris & albicantibus aquis Spate im teutschen sprach-schatz *sub voc.* Rhein *p. 1588.*

1588. Quod iter facientes observare possunt prope Moguntium, ubi *Mœnus* in Rhenum diffunditur.

3. (*b*) Danubius die Donau, unde appellationem suam habeat, non satis liquet, nisi dicere velis eum ita appellari a monte *Abnoba*, quem Danubio originem dare veteres crediderunt, quamvis erroneam esse hanc opinionem ex eo putat, *Pfeffinger. in Geographia curiosa L. 4 c. 1 §. 3 p. 323. Add. Becmanni Historia orbis Terrarum c. 3 p. 65*, quia Danubius e loco per horæ spatium a liberato provenit. Sed enim non videtur mihi ratio hæc satis esse idonea ad refutationem, quandoquidem necessarium non est, ut Danubius immediate fluat ex monte *Abnoba*, ad hoc, ut ille nomen suum inde habeat. *Ovidius L. 4. de Pont. eleg. 10* de Danubio ita canit:

Innumerique alii, quos inter maximus omnes
Cedere Danubius se tibi Nile! negat.

4. Ratio est, quia inter flumina Europæa Danubius & Rhenus maxime eminent, & quidem Rhenus ideo pro marito habetur, quia germanice dicimus der Rhein. Danubius vero pro uxore, quia in lingua germanica fœminini Generis est, dicimus enim die Donau. Cæterum parœmia illa: Das wäschet ihme der Rhein nicht ab, veteribus Germanis suam debet originem, qui infantum suorum legitimitatem Rheno probarunt, teste *Justo Georgio Schotteho* von der teutschen haupt-sprache *p. 113*, ubi locum Cæsaris allegat.

XVII.

1. Rips raps (a) in meinen sack,
Ein andrer habe was er mag.

Rapio capio in meum sacculum, etiamsi nihil capiat alius. Dicitur in avaros, quorum mens & ingenium hoc ipso significari solet. Convenit

nit illud Cardinalium verbum: *Dum potui, rapui, rapiatis quando potestis.*

Weil ich kont, raubt ich immerzu,
Also nach mir ein jeder thu.

2. (a) Est vox, quæ tonum ipsius actus exprimit, de quo vid. *Schottelius* in der teutschen sprach-kunst p. 645. & descendit à rapen, raffen, vox rapen vero a Latinorum verbo rapere, Conf. Spate im teutschen sprach-schatz. p. 1497. ut & rapuse *ibid.*

3. Ratio, quia avaro perinde est, sive aliquid justo sive injusto modo acquirat, dummodo potiatur isto.

4. Concordat *cap. sicut 8 dist.* 47 *& l. 6 §. 3 ff. de offic. Proconf.* ubi habetur: nihil accipere morosi, omnia avari est.

5. Declar. loqui adagium nostrum de facto non de jure, & dicere saltim quid fieri soleat, non vero quid fieri debeat. Imprimis autem procedit quoad fœminas, quibus quasi innata est avaritia *l. sed si ego 4 ff. ad SCtm. Vellej. Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. com. sub voc. mulier ax. 2.*

6. Fallit quoad generosos, quibus honor in majori pretio est, quam pecunia, ut & quoad pios Christianos.

XVIII.

1. MAn solle niemand mit zwey ruthen streichen. Nemo duabus virgis castigandus h e. *nemo duplici pœna afficiendus.*

2. R. Quia pœna ac delictum relata sunt, mutuoque se respiciunt: unius ergo delicti, inquit *Aristoteles*, una debet esse pœna, (2.) quia alias pœna major esset delicto, cui tamen pœna commensurari debet. *Damhouder in sentent. select. Rer. Crim. sub voc. pœna pag. m. 149. Maranta in aurea Praxi*

P. 4 Dist. 1 num. 19. ibi: quia duplici pœna puniret, & sic pœna major esset delicto, contra l. sancimus C. de pœn.

3. Confirm. brocardicum nostrum per *l. 14 de Accusat. l. 6 circa fin. naut. caupon. stabul. l. 24 C. de Pœn. & cap. etsi clericum 4 in f. X. de judic.*

4. Declara (1.) procedere illud, quando unus est titulus criminis, ita ut ex una causa omnes actiones suam habeant originem. *Tabor apud Barbosam in Thes. loc. Com. sub voce pœna ax. 10 & ibi allegati autores.*

5. Declar. (2.) ita ut imprimis procedat, si delicta sint ejusdem generis. *ibid.*

5. Ampl. licet diversa fuerint delicta, quæ alias etiam civili pœna coerceri solent; non tamen ea propter corporis afflictiva cum mulcta, aut carceris pœna cumulari potest, cum illa hanc absorbere censeatur, juxta illud polytrilliton: mit dem halß bezahlt man alls, quo de sub voc. halß. *Dn. D.* Beier *de artific. Palat. P. 1 c. 12 §. 3 n. 377*, imprimis vero de Jure Saxonico pœnæ civiles & criminales cumulari non debent *Beier. d. l. n. 378. Add. Dn* Ertel *in Aurea Praxi de Jurisdictione L. 2 c. 19 ob. 4 p. 108.* ubi attestatur, daß er einen edelmann gekennet, der geringe schlag-händel sowohl mit gefängniß als mit geld-buß abgestrafet. Idem quoque de reaccusatione dicendum; *Brunnemann. in Comment. ff. ad l. 5 de Publ. Jud.*

7. Fallit quoad pœnam canonicam seu pœnitentiam publicam, utpote quæ recte cum civili cumulari potest, quia per illam tantum satisfit Ecclesiæ, quæ scandalo offensa, per hanc vero Reipublicæ *B. Brunnemannus in Process. Crim. c. 6 n. 4 p. m. 43.* Quemadmodum & alias Ecclesia uni Delicto plures imponere solet pœnas, quando delicti gravitas adest *Tabor d. l.*

Fallit

8. Fallit (2) quando ex diversis delictis vel factis oriuntur actiones, adeoque pœna duplex respicit quoque diversum effectum, cum eo casu pœna una remedium aliud, aliamve actionem vel pœnam, non tollat. *Tabor d. l. & ibi allegatus Carpz. P. 4 const. 27 d. 6.* E. G. condemnatus civiliter ad pœnam dupli vel quadrupli potest adhuc criminaliter puniri propter læsionem seu violationem securitatis publicæ, cum civilis actio non tollat criminalem *Tabor d. l.* Ast pœna corporis affiictiva cum mulcta pecuniaria aut carceris pœna recte cumulari nequit. Sic quoque, quando plura delicta concurrunt, quorum unumquodque per se promeretur pœnam, non nisi una mortis pœna, & quidem ea, quæ præ reliquis atrociori debetur, infligenda *Beier d. l. P. 1 c. 12 13 n. 376 p. 109.* aut concurrentibus circumstantiis augmentum aliquod, ut delinquens traha vehatur ad locum supplicii, aut candentibus laceretur forcipibus, superaddendum *Beier d. l.*

9. Fallit (3.) quando quis non fuit sufficienter punitus, *Maranta d. l.*

XIX.

1. **Ein jeder krämer (verkäuffer) lobt seine waar.** Quilibet mercator suas laudat merces;

Laudat venales qui vult extrudere merces.

2. R. quia virtutes rei suæ deprædicare permissum est, (2.) quia sic tanto majus obtineri solet pretium.

3. Declara, quod hoc fieri debeat bona fide & absque dolo; alias enim, si quis astute & versute merces suas laudando aliquem ad emendum inducit, contractus fit ipso jure nullus *Sturcius in Comment. ad*

tit. de R.J.l.23 p.m.147 n.3. Et eatenus recte quoque laudatio hæc inter fraudes & modos illos refertur, quibus, citatis quasi equis, in peccatorum abyssum ruunt mercatores, *D. Simon in Dissert. de Jure Mercatorum singulari c.4 §.8 lit. a.*

4. Ampl. ut procedat non tantum ratione mercatorum in potentiori significatione acceptorum, sed quorumcunque venditorum.

5. Deinde notandum, quod eadem hæc parœmia interdum in plane alio & tali quidem capiatur sensu: *Quilibet mercator indicat rei suæ pretium* loben enim est die waar bieten & opponitur τῷ feilschen, h.e. *interrogare. quanti res vendatur.*

6. Ratio, quia venditori constat de virtute suæ mercis & hinc optime illam æstimare potest.

7. Effectus, quod in dubio pro emtore lex faciat interpretationem *l. veteribus 39 ff de Pact. l.172 ff. de R.J.*

8. Ampl. ut etiam conditionem emtionis offerre debeat venditor *Mevius P.3 dec.324 n.6.*

9. Exceptio est, quando agitur de accessoriis, quæ non venditor, sed emtor emtioni accessura dixit. *Dn. Hertius in Rar. & Select. ex Univ. Jurisprud. Argum. de Parœmiis L.1 par.51 p.698.* Add. *par.* Bieten und wieder bieten macht den kauff.

XX.

1. An der hunde hincken,
Der huren wincken,
Der frauen weinen,
Und krämer schwöhren
Soll sich niemand kehren.
Canum claudicatio,
Meretricum approbatio,

Fœmi-

Fœminarum lacrymatio,
Et mercatorum juramenta
A nemine sunt attendenda.

2. Ratio primi est, quia canes pedem, levi ictu aliquo, aut lapide percussum, statim attrahunt; secundi, quia meretrices nutibus suis decipiunt juvenes; tertii, quia fœminæ ut flerent oculos erudiere suos; quarti, quia apud mercatores utile prævalet honesto, & pecunia imperat conscientiæ, ita ut multi negotiatores nihil sacrum habeant præter unicum pecuniæ lucrum, cui, ceu Deo, se totos consecrarunt. Conf. *Speidelius in Speculo sub voc.* kauffmann *p. 688.*

Perjurata suo postponit numina lucro
Mercator stygiis non nisi dignus aquis

& in *can eliciens 11 dist. 88* dicitur: quod ille, qui emit & vendit, sine mendacio & perjurio esse non possit. Ein kauffmann kan sich schwerlich für sünden hüten. *Sirac. cap. 27 v. 26.*

3. Declara, ita ut intelligatur de mangonibus, venalitiariis, propolis & annonariis, qui quæ ad usum quotidianum hominis necessaria sunt, undique coemunt eademque minutatim rursus vendunt vid. *Crusius de indiciis delictorum P. 2 c. 36 n. 25 p. 185* & quidem quando ver itur eorum causa. *Colerus de Processu excutivo P. 1 c. 10 n. 149 p. 310.* quamvis etiam, quod alienam causam concernit, parum fidei istis tribuendum sit. *Crusius d. l. Dietherrus in Cont. Thes. Pract. Besold. sub voc.* Schwören. *p. 545.*

4. Fallit regulariter quoad veros, & proprie ita dictos, mercatores, quorum fides pluris æstimanda. *Vid.* Zipffel *de literis collybisticis Sect. 6 n. 27 p. 63 & par.* ein wort ein wort, ein mann ein mann, pro quibus præsumtio est. *Hertius in Rar. & Select. ex Univ. Jurisprud. Argum. de Paræm Jur. Germ. L. 1 par. 53 p. 501.* Circumferuntur adhuc alii rhytmi:

Ein krämer der nicht gerne leugt,
Ein jud der niemand gern betreugt,
Ein wasser das ohn schaden fleust,
Ein wolff der keine schaf zerreist,
Wie auch ein wuchrer sonder geld
Sind neue wunder in der welt.

Conf. *Excellent. Dn. Bodinus in Dissertatione Academica de privati eommodi studio p. 56. Ventura de Valentiis in Parthenio Litigioso L. 1 c. 10 n. 11.* Mengering *in Scrutinio Conscientiæ Catechetico c. 6 Q. 98 p. 406.*

Item:

Wer traut der krämer eyd,
Und der juden gewissen
Der wird beschmissen,
Wo nicht gar = = =

Item:

Trau nicht dem wolff auf der heid,
Dem Advocaten bey dem eid,
Dem pfaffen in seinem kleid,
Dem degen aus der scheid.

XXI.

DAs küssen ist nur ein abwischen.

Osculatio facile transit: nec enim effectum aliquem aut opus post se relinquit, sed statim evanescit. Man hat öffters nichts davon, als daß man sich hernach abwischen muß. Longe aliter, & quidem carminice, osculum describit *Menantes* in der liebes- und helden-geschichte der Europäischen höfe, *p. 1107.*

Was ist das küssen?
Ein Nectar der vom himmel kam
Und mit den wohllust-flüssen
Den geist berauscht gefangen nahm,
Das ist das küssen.

Sed mox subjicit:

Was ist das küssen?
Ein apffel vom verbottnen baum,
Verwelckte lust-Narcissen,
Nach süsser kost ein schwerer traum,
Das ist das küssen.

Concordat illud Amasiæ apud Theocritum sic canentis:

Ne satyrisce tu me, rem ajunt esse oscula inanem
Et facile abluta tolluntur & oscula sputo.

Conf. *Facetiæ facetiarum p. 291 & 477.*

XXII.

1. DEs schultzens kuh, und eines andern kuh, sind zweyerley küh. Prætoris vacca, & alterius alicujus vacca, sunt diversæ vaccæ. Accidit nimirum aliquando, ut & Prætoris vacca, & alicujus vilioris rustici vacca alienas depaverint fruges. Supervenit delator der rüger oder fluhrknecht, & denunciat damnum ab hujus vacca datum, ab altera vero illatum reticet. Interrogatus, quare fecisset? respondet: Des schultzens kuh und eine andere kuh, sind zweyerley kühe; quo ipso significare volebat, quod differentia inter Prætorem & alium inferiorem rusticum ita afficeret vaccas, ut damnum a Prætoris vacca datum, propter respectum honorabilis istius personæ, non deberet attendi, sed remitti. Quæ ratio loquendi deinde in proverbium abiit, & toties hodienum usurpari solet, quoties ob respectum personarum unius ejusdemque delicti pœna

uni, & quidem cui magis favetur, remittitur, alteri vero irrogatur.

2. Sed enim repugnat hæc parœmia principiis moralibus & juris, cum paritas delicti requirat paritatem pœnæ. *l. 32 ff. de Adult. l. 30 in f. C. de Episcop. & cleric.* Quatenus nimirum ex favore & affectu privato, aut consideratione qualitatis, ad factum non pertinentis, impunitas alicui conceditur. Conf. *Grotius de Jure Belli ac Pac. L. 2 c. 20 §. 30 ibique Gronovius in notis. Schilterus in Manuductione Philosophiæ moralis c 8 §. 40 p. 330.*

3. Aliud ergo, si ex causa legitima & publica, pœna condonatur a legislatore, adeo ut etiam *Huberus de Jure Civitatis sect. 2 c. 5 l. 3 n. 10 p. 556.* non dubitet statuere, etiam a vindicta criminis, jure divino prohibiti, abstinere licere, si absque magno Reip. periculo aut perturbatione supplicium exigi nequeat.

XXIII.

1. Laufft Cuntz (a) weg, so kommt Heintz (b) wieder. Conrado abeunte Henricus redit. *Martialis L. 1 epigr. 63. dicit: Penelope venit, abit Helena.*

2. (a) Cuntz corrupte dicitur pro Conrado, imprimis apud Saxones, ubi famosus adhuc est plagiarius iste Cuntz von Kauffungen. Apud nos in Franconia, & aliis locis confinibus, dicimus Curt, Curle, quod diminutivum est.

3. (b) Heintz itidem corrupte hic ponitur pro Heinrich Henrico. Imprimis autem olim usitata fuerunt hæc vocabula, etiam inter ipsos Nobiles: hodie non nisi inferioris sortis homines, maxime famulantes, ita salutare consuevimus, quemadmodum etiam parœmia hæc proprie de famulitio loquitur, ita ut sensus

ſus ſit: *Nihil refert, etiamſi ſervus vel ancilla famulatum ſuum deſerat: facile enim alius in locum ac conditionem ejus collocari poteſt*, will Peter nicht, Paul will gern, de quo vid. *B. Dn. Spenerus in opere Heraldico Part. Spec. p. 644.*

4. R. quia Germania referta hominum eſt, hincque eorum haberi poteſt copia. (2.) Quia & ſervus & dominus ſperant conditionem meliorem futuram, adeoque in mutationem proclives ſunt.

5. Declar. plerumque ſeveriores dominos heros & heras eo provocare & dicere ſolere: Wer fragt darnach, laufft Cuntz ꝛc. vid. *Hornigk de Regali Poſtarum jure c. 13 theor. 15 p. 256.*

6. Limit. ut tamen ſæpius cum damno ſuo ſentiant, quod malos dimiſerint, & pejores receperint.

XXIV.

I. **Wer da hat die mühe, der muß auch haben die kühe.** Cui negotium facesſunt vaccæ, ille quoque commodum ex illis habere debet. Juridice diceres: *commoda cujusque rei eum ſequi, quem ſequuntur incommoda*, cum *Plauto* vero: *fortiter malum qui patitur, poſt potitur bono.* **Wo verdrieß iſt, da iſt auch billig genieß.**

2. Ratio conſiſtit in æquitate naturali, qua omne incommodum aliquo commodo compenſatur *l. cum fiſco 9 ff. ad SCtm. Syll. Brunnemannus in Prælect. Publ. ad Reg. Jur. Can. p. m. 124.*

3. Probat id ipſum eleganter *l. 10 ff. de R. J. §. item pretium Inſt. de Emt. Vend. c. qui ſentit de R. J. in 6. l. un. §. 4 ff. de caduc. toll.*

4. Declaratur, quando ſcilicet commodi & incommodi par eſt ratio, utrumq, & commodum ex eo-

dem fonte proveniunt, & insuper persona tam operis quam lucri capax judicatur *Mullerus in Comment ad t. ff. de R. J. d.l.10. lim.1 p.68. Bronchorst. ad eand.l. 10. p. 40. Barbosa in Thes.Loc. Com.sub voc. commodum. ax.4.* Ubi simul exemplum hujus limitationis suppeditat *ex l. 73 ff.d.R.J.*

5. Ampliatur, ut procedat etiam vice versa: qui commodum habet, penes illum etiam incommodum esse debet, wer da hat die kühe, der muß auch haben die mühe. Quia omne commodum pertransit cum suo onere, *Munoz de Escobar de Ratiociniis Admin. c.42 n.12 & c.20 n.24.*

6. Ampliatur (2.) ut procedat etiam contra infantes & impuberes *Barbosa l.c.* sub voc. damnum ax.6.

7. Limit. (1) nisi pactum vel contractus obstet, *Idem Mullerus l.c.lim.2* v.g. si venditor periculum aut locator casus fortuitos in se recipiat *Brunnemannus d. l.*

8. Limit. (2.) nisi ob culpam suam onus sentiat, ut si se ingessit *ibid. apud Brunnemannum.*

9. Limit. (3.) nisi onus sentiat ex pietate *ibid. n.6.*

10. Lim. (4.) in dote, in qua mulier quandoque habet lucrum, & onus non patitur *ibid. n.7.*

11. Exemplum regulæ habemus in allegato *§.3. instit. de Emt. Vend.* ubi sicut ad emtorem incommodum post perfectam emtionem pertinet, etsi res nondum fuerit tradita, ita etiam commodum eidem adjudicatur. Conf. *Mullerus l. c. exemp. 3 pag. 66.*

12. Fallit hodie nostra parœmia, ubi incommodum sæpe datur sine commodo, & commodum sine incommodo.

Der da hat keine mühe,
Dem giebt man die kühe,
Und der da hat die mühe
Dem nimmt man die kühe,
Und giebt ihm die brühe.
Industria laudatur & alget.

XXV.

XXV.

1. EJnen kuß (a) in ehren,
Kan niemand wehren.

Osculum honoris nemo declinare poteſt.

2. (a) Oſculum, quaſi *oris cultum* dictum, differt a baſio & ſuavio: illud datur amicis, iſtud conjugibus, hoc vero ſcortis, juxta illud:

Conjugis interea baſium hinc damus oſcula amicis
Suavia laſcivis miſcentur grata libellis.

Confer. *Petrus Mullerus de oſculo ſancto in antiloquio n. 5. ſeqq. & Auſonius Popma de differentiis verborum ſub voc. oſculum p. 330.*

3. Ratio, quia ſicut oſculum omne per ſe & ſua natura nihil illiciti continet; ita in ſpecie oſculum illud honoris nihil illiciti in ſe habet, ſed pacis & amicitiæ indicium eſt. *Illuſtris Dn. Strykius de Jure ſenſuum diſſ. VII c. 5 n. 11 p.* 442. *Roſenthal de feudis c. 19 concl. 28 n. 6 &* 7.

4. Declara ita ut ſub oſculo honoris intelligantur oſcula officii, & religionis, quorſum ſpectat illud *Virgilii:*

Amplexæ - - - oſcula figunt.

atque illud *Tibulli:*

Et dare ſecretis oſcula liminibus.

5. Nec non cæteris paribus oſcula luſus, wann man der pfande ſpiehlet, und ſolche nachgehends mit einem kuß löſet.

6. Fallit ergo quoad oſculum laſcivitatis, quod alias proprie ſuavium dicitur; hoc enim ſi datur alicui virgini, & quidem invitæ, ita ut ipſi non tam detur, quam rapiatur, actionem injuriarum parit, *Strauchius in Exercitat. ad Jus Juſtinian. diſſ. 19 aph. 14 p. 31. ibique Celeberr. Thomaſius in Annot. Prælaud. Dn. Strykius apud Barboſam ſub voc. oſculum ax. 3.* ad

pœnam

pœnam extraordinariam *idem de Jure ſenſuum d. l. n. 13.* Declarat tamen hoc ipſum *Dn. Thomaſius d. l.* ita ut procedat, quando nuptæ invitæ rapitur oſculum; de eo vero caſu, ubi virgini ſolutæ illud figitur dubitat. Putarem ego hoc poſteriori caſu reſpiciendum eſſe ad circumſtantias, imprimis vero conditionem perſonarum, ita ut ſi virgo aliqua honeſtioris ſit conditionis, maſculus vero vilioris ſortis, utique virgini actio injuriarum detur, quamvis nec priori caſu, quando ſcilicet nuptæ impertitur oſculum, circumſtantias negligendas eſſe exiſtimem. Minimum non ſtatim adulterium ex oſculo libidinoſo præſumi poteſt. *Menochius de Præſumtionibus L. 5. præſumt. 41 n. 29.* Quicquid autem hujus ſit, id tamen certum, vaſallum feudo privari poſſe ob oſculum luxurioſum, uxori domini directi applicatum. *1. Feud. 5 ibi: cum ea turpiter luſerit. Antonius diſput. Feud. 11 th. 5 lit. h. Vultejus c. 11 n. 31. Strykius in Jure ſenſuum d. l. n. 24 & in Exam. Jur. Feud. c. 23 Q. 15.* Plura de oſculo, & num ex eo illibata cenſeatur pudicitia virginis? vid. *Kornemannus de virginitate c. 23. p. 75.* Minimum *Rudolphus I. Habsburg.* oſculum ab Epiſcopo, Comite de Leiningen, uxori ejus datum, non adeo æqui bonique conſulebat, his verbis illum increpans: **Er habe einen Pacem vor ſich und vor keinen andern; wolte er aber einen Pacem haben zu küſſen, ſo ſolte er ſich einen ſchaffen.** Quo facto Epiſcopus ſtatim in fugam ſe conjiciebat. *Hondorffius in Promt. Exempl. P. 2 p. 363.*

XXVI.

1. **DJe lincke hand gehet von hertzen.**
Manus ſiniſtra venit de corde.

h. e. *Quicquid fit aut datur alicui manu ſiniſtra, id ex imo venit pectore ac corde.*

2. R.

2. R. quia sinistra manus cordi proximior quam dextra est.

3. Declara, hoc procedere secundum opinionem vulgi, qui rationem captavit, & argumentum a proximitate cordis ad operationes & actiones animæ, crediditque illud meliori fieri animo, quod sinistra, quam quod peragitur dextra.

4. Declaratur (2.) ita ut tamen porrectio dextræ a prudentioribus pro Symbolo fidei habeatur juxta illud: *en dextra fidesque.* Objicis: atqui in matrimonio morganatico bey der vermählung zur lincken hand manus porrigitur sinistra, ergo minor quoque fides hic promittitur. Resp. Manus sinistra ibi non tam Symbolum minoris fidei (quasi scil. conjuges in tali matrimonio viventes fidem conjugalem adeo sancte invicem sibi servare non deberent) quam minoris dignitatis ac successionis est, ita ut talis conjux & liberi exinde suscepti non eadem cum patre gaudeant dignitate, & pleno jure successionis, de qua materia diversæ extant dissertationes Academicæ, *Altdorffi, Argentorati, Jenæ & Francofurti ad Viadrum* publici Juris factæ, quæ conferri huc possunt. Add. *Excellent. Dn. Strykius de dissensu sponsalitio Sect. 5 §. 71 p. 269. & de success. ab intestato Diss. 8 c. 3 §. 13 c. 10 §. 91 c. 11 §. 10.*

XXVII.

1. **LEipzig liegt haussen und Leipzig liegt drinnen,**

Also kan Leipzig nicht Leipzig gewinnen.

Est scomma, quo obsidium illud sugillatur quo Saxoniæ Elector *Johannes Fridericus*, urbem Lipsiensem A. 1547 cinxerat, bellum gerens cum *Mauricio*, Duce Saxoniæ, lineæ Albertinæ.

næ. Cum enim gloriosissimæ memoriæ Elector obsidium istud solvere coactus fuisset, frustra multis in urbem injectis globulis ignitis, causa & culpa a plebe transferebatur in præfectos militiæ, quorum multi & bona & uxores & liberos suos tunc temporis inibi habebant. Credebatur ergo intuitu horum obsidentes fecisse ludibrium aliquod oculorum Electori, & hinc dicebatur: Leipzig ligt haussen h. e. unter denen belägerern sind viele, welche gut leipzigisch sind, weilen sie ihre Güter und freunde drinnen haben Leipzig ligt drinnen h. e. in Leipzig sind viele, so gute freunde der belägerer sind: also kan Leipzig nicht Leipzig gewinnen, Ratio, weil gute freunde einander nicht zu beissen pflegen. vid. Hübner in P. V. seiner kurtzen fragen aus der Politischen Historia. p. 871.

XXVIII.

1. Kürtzen kanst du das leben dein,
Verlängern kan es Gott allein.

Anticipare dies poteris, producere nunquam,
Prolongare Dei est, abbreviare tuum.

2. Ratio, quia homini Deus constituit terminum, quem non quidem transgredi (vid. v. 5.) sed anticipare tamen potest.

3. Declara ita, ut ille terminus vitæ a Deo præfixus certus quidem, nec tamen *Parcarum* quadam lege, & stoica necessitate absolutus, causasque secundas excludens,

cludens, sed præscientia divina & decreto, causas secundas includente, præfinitus sit: ita enim vitæ humanæ cursum & exitum divina moderatur providentia, ut neque causas secundas excludat, neque ad eas etiam alligata sit. Vid. *Hiobi c. 14 v. 5 & c. 21 v. 21. Psalm. 31. 16. & Bechmannus in Not. ad Compend. Hutteri Loc. 7 Q. 2 p. m. 299. Add.* Reinkingk in der Biblischen Policey *L. 3 ax. 54 p. 855. Mollenbecius Divis. Jur. cent. 1 div. 28 n. 4 p. 74. B. Dn. D. Bajerus in Dissert. quam de termino vitæ publici juris fecit Jenæ 1686.* Hinc non tantum violento, sed & subtili quodam modo, v. g. nimiis curis, ira, tristitia, ebrietate quis potest suam abbreviare vitam *2 Cor. 7 v. 10. Sirac. 30 v. 26. c. 31 (32.) v. 30.* Exemplum. ubi Deus prolongavit vitam, nobis præbet *Hiskias.*

XXIX.

1. **DEs mannes list ist behend,**
Der weiber list hat gar kein end.

Virorum subitanea astutia,
Fœminarum vero perpetua est.

2. R. quia fœminæ, ut plerumque otiosæ, aut certe rebus gravioribus non intentæ, exercent se in arte struendi technas.

3. Comprob. per illud Siracidæ dictum: Es ist keine list über frauen list, c. 25 v. 19. & 26. Alle boßheit ist gering gegen der weiber boßheit.

4. Declara, quando scilicet pudendum facinus patrare & illud occultare vult fœmina. *M. Georgius* Schultz *in Dissert. de blanda mulierum Rhetorica, quæ Lipsiæ prodiit A. 1678 n. 52 p. 62.*

5. Declar. (2.) procedere dicterium hoc ἐν μέρει quoad fœminam versutam, & quatenus tricæ, technæ, atque astutiæ excogitandæ veniunt, ita ut sensus

sit:

ſit: *ubi opus eſt technis & dolis, ibi aptiores fœminæ ſunt, quam maſculi*, cæteris ſcilicet paribus, non vero καθόλȣ de omni muliere in genere *ibid.* Conf. *Schæpferi Diſſert.* vom junggeſellen-recht *Francofurti ad Viadrum 1689. c. 4 n. 41 p. 62.*

6. Exempla paſſim obvia, & ex veteri hiſtoria celebres ſunt *Athalia, Iſabella, Agrippina, Semiramis* &c. Conf. Reinking in der Bibliſchen Policey *L. 2 ax. 4 p. 158.*

Wenn tugend iſt die argeliſt,
So kan man auch recht ſicher glauben,
Daß unter einer frauen hauben
Die klugheit offt verborgen iſt.

XXX.

1. **DEs müllers henn und wittwers magd Hat ſelten hungers-noth geklagt.**

Molitoris gallinæ & viduorum aucillæ raro habuerunt, quod de fame conquererentur.

Mentio hujus dicterii fit apud *Beſoldum in Theſ. Pract. ſub voc.* hunger *p. 409.*

2 Ratio (1) quia gallinæ & ancillæ occaſio furandi eſt. (2) Quia ſicut molitores alienis granis ſuas paſcere ſolent gallinas; ita etiam vidui ſuis plerumque benevolunt ancillis. (3) Quemadmodum gallinæ in mola hic atque iſthic grana reperiunt & colligunt e ſaccis delapſa; ita etiam ancillæ, quæ metuendam non habent heram, multa in ſaccum ſuum vertunt & ſanguinem, quæ nava & induſtria hera alioquin ſibi vindicat & ſervat.

3. Declaratio jam tum inſerta ipſi parœmiæ adjecta particula ſelten.

4. Hinc

3. Hinc observa, quod in multis locis peculiari statuto prohibitum, ut ne molitores in molam intromittant gallinas. Vid. Coburg. mühl-ordnung *d. A. 1685. §.* zum fünfften solle kein müller weder gänse, hüner, enten, noch ander vieh in die mühl gehen lassen. E re etiam esset, ut peculiari lege prohiberetur, ne vidui juniores diu cum puellis rem curarent domesticam.

XXXI.

1. **Ein nachbar ist dem andern einen brand schuldig.** Vicinus vicino incendium debet, h. e. *damnum incendio vicini illatum vicino æquo ferendum animo.*

2. R. quia quilibet ex vicinis in idem incidere potest infortunium. Vid. *Dietherrus in Continuatione Thes. Pract. Besoldiani sub voc.* nachbar *p. 453. Berens in Dissert. Acad. Disput. 14 Q. 3 p. m. 35.*

3. E. G quando in ædibus meis incendium exoritur, & flamma deinde vicinorum corripit ædes, ego non teneor damnum vicino exinde datum resarcire. Declar. quatenus neque omittendo neque committendo aliqua culpa admissa. *Præclar. Dn. Hertius in Select. & Rar. ex univ. Jurisprud. Argumentis de Paræmiis Germanicis L. 1 par. 22 p. 430.* Et quoniam culpa non præsumitur, hinc vicinus ad illam provocans eam quoque probare tenetur *ibid. §. 2 p. 431.* Idem quoque de jure Saxonico procedit. *Vid.* Landrecht *L. 2 art. 38 vid. l. 9 ff. de incend. ruin. nauf. l. capitalium 28 §. 11 ff. de pœn.* etiamsi culpa illa levissima sit, l. 44 ff. ad l. Aquil.

XXXII.

1. **Man muß dem kind einen nahmen geben.** Nomine insigniri debent infan-

 tes,

tes, h. e. *Rerum nomina specifica ac propria esse debent.*

2. Ratio, quia ex confusione & generalitate verborum oriuntur confusiones rerum, damna, lites, & varia incommoda.

3. Confirm. per illud *Justiniani §. 5 Instit. quibus mod. testam. infirm.* ubi dicitur: *quod commodius sit singulas causas singulis appellationibus distinguere.*

4. Declara, valere parœmiam nostram imprimis tunc, quando verba generalia dubia sunt ac captiosa, & modo huc modo illuc flecti & detorqueri possunt.

XXXIII.

1. **MAn soll nicht harren (a) auf einen narren.**

Stultum præstolari, donec veniat, non debemus.

2. (a) Harren idem est ac expectare; hinc die harre, harrung Spate im teutschen Sprach-schatz *sub voc.* harr *p. m. 770*,

3. Ratio, quia alias stultitiam ejus adhuc magis firmamus, wann man den bauern bittet, so grollet ihm der bauch, und wenn man dem narren hofieret, so wird er noch närrischer, & insimul etiam nos stultitiæ facimus reos: hinc aliud natum diverbium: Hoffen und harren macht manchen zum narren.

4. Declaratur ita, ut imprimis in conviviis duo vel plures non expectare debeant unum, ihrer zwey sollen nicht harren auf einen narren.

5. Declar. (2) modo tempus præfixum & elapsum sit: alias enim non tantum civilitatis sed & juris vinculo ad expectandum obligati sumus; cum tempus alicui rei præfixum de forma ipsius rei sit. *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. com. sub voc. tempus ax. 6.*

6. Limi-

6. Limitatur, quando absens justas habet causas, quare in tempore venire non potuerit, aut etiam quando dignioris conditionis est, oder gar eine standsperson. Belgæ dicunt:

Die men niet wacht, die men niet acht.

Nos dicimus: Auf den man nicht wartet, den achtet man auch nicht. *Arnoldus Montanus in Annotat. ad Erasmi Rotterodami colloquia de convivio religioso p. m. 138.*

XXXIV.

1. Narren wissen alles. Stultis cognita sunt omnia. *Lutherus Proverb. 20. n. 2. in notis.*

Ratio; (1) quia plus scire velle, quam satis sit, intemperantiæ genus est, *Lipsius Lib. 1 Pol. c. 10 n. 13* (2) Quia, qui fructuosa, non qui multa scit, sapit, *ibid. n. 4.* (3) Quia arrogantia stultorum proprium est. *Besoldus in Thes. Pol. sub voc.* narr *p. 701.*

3. Declara, quatenus nimirum perfecte quis scire prætendit omnia: nam quoad primos fontes, prima principia atque causas aliquid scire, sapientiæ est. *Itterus in Synopsi Philosophiæ Moralis Lib. 3 c. 12. inf. p. m. 140.* Et hoc sensu etiam *Aristoteles 1 Metaph. c. 2.* tradit: sapientiæ esse, scire omnia.

4. Declar. (2) quod imprimis quoad illos sciolos verum sit, die klüglinge, die da geschossen sind, einen sparren zu viel haben, das graß wachsen, und die flöhe husten hören; bey einem haar wissen, wie viel die kuh schwäntze hat, und wie man mit der geiß ackern solle. De ejusmodi sciolis Germani nostri proverbialiter quoque ita dicere solent. Er ist eine gescheide wurst, wird bald ein säusack werden.

Narren lassen sichs verdriessen,
Wann man sagt, daß sie nicht wissen
alle sachen.
Kluge lassen sichs verdriessen,
Wann man sagt, daß sie alls wissen
recht zu machen.

XXXV.

1. WEnn man die narren auf den marckt schickt, so lösen die krämer geld. Stulti emaces ditant mercatores. Addunt non nulli: kinder und narren; Ratio, quia facile decipi possunt.

2. Declar. (1) Si emtor tantæ sit simplicitatis, ut ad contractum aliquem ineundum plane ineptus sit; hoc casu sicut emtio-venditio est ipso jure nulla, vid. *Simon in Dissert. sub ejus præsidio Jenæ de jure Mercatorum singulari habita c. 4 §. 1.* Ita nihil compendii exinde potest habere venditor. Quapropter etiam istis invitis curator datur. Vid. *Hoppius in Comment. Inst. tit. de Curatoribus §. 4 p. 204.*

3. Declar. (2) Si emtor quidem ad officia communis vitæ sufficientem habeat intellectum, & rebus suis quodammodo superesse possit, ultra tamen dimidium læsus sit, hoc casu emtio *ex l. 2 C. de rescind. Vend.* rescindi, & sic lucrum quæstuoso venditori interverti potest, nisi sc. dolus causam dederit emtioni venditioni, & sic vitium nullitatis alicujus insanabilis ei conciliaverit: tali enim casu non tam rescissione, quam declaratione opus, nimirum, quod emtio illa ipso jure nulla sit. Conf. *Arumæus in Comment. ad. l. 2 C. de rescind. vend. th. 3. p. m. 1107.* & parœm. Wer die augen nicht aufthut, der thue den beutel auf. Also auch grosse herren, wann sie was zu negotiiren haben, sollen nicht einfältige und unverständige leute dazu

neh-

nehmen, sonsten lösen die krämer hier auch geld, indem der gegentheil den unverständigen hinter das licht führet, und zu seinem zweck kommet mit des andern schaden.

XXXVI.

1. PRiester (a) und weiber soll man ehren. Sacerdotes & mulieres venerari debemus.

2. R. primi membri est, quia sunt ministri Dei: honorans igitur sacerdotes, honorat Deum. E contrario injuria clericis facta, Christo facta esse censetur, utpote cujus legatione funguntur *c. accusatio in f. 11 q. 7.* Conf. *Schurpfius Cent. 1 cons. 44 p. m. 162.*

Ratio secundi membri est, quia alias mariti & parentes earum offenduntur, quam offensionem deinde & illi, & comprimis vero mulieres, affectibus agitatæ, quovis modo vindicare solent.

3. Declar. honorem verbi divini ministris jure meritoque præ aliis exhiberi, fœminis vero secundum alios deberi. Gebet dem weibischen als dem schwächsten werckzeug auch seine ehre. *1. Petr. 3.* ita ut honor iste, quo præcedentiam cedimus fœminis, magis ex civilitate nimia, quam ex debito quodam fit.

4. Declar. (2) intelligendum esse diverbium, quantum nimirum punctum præcedentiæ attinet pro conditione & qualitate muneris clericalis; denn gleichwie nicht alle gleich sind, die mit dem Käyser reiten, so sind auch nicht alle gleich, die hinter dem Pabst oder Bischoff hergehen. Id olim quæsitum fuisse, memini, an Diaconus in aliqua civitate præferendus sit Licentiato Juris? Pro hoc responsum fuisse ea propter, quia facultatem utendi privilegiis doctoralibus jam

obtinuit, testis est *Ahasverus Fritschius in observat. Jur. Eccles. Pract. obs. 21 p. 21.*

5. Declara clericos non ambire debere superbia primum locum ob verba Christi *Matth. 23 v. 6 & 7. Lucæ 22 v. 26. Philipp. 2 v. 3.* locum tamen competentem posse tueri. *Fritschius d. l.* sed vulgus eorum altius tendit, magis suum quam Christi honorem tuetur, affectibus indulget, & sub figura sacri officii sæpe aliis injuriam infert.

XXXVII.

1. **Wem nicht zu rathen, dem stehet auch nicht zu helffen.** Pereat, qui consilio parere non vult. Alias dicitur: consilio, quod respuitur, nullum subest auxilium. **Es ist kein rath gut, man folge ihm dann.** Parallelum est illud: Censilia bona, si nemo pareat, in usu non sunt.

2. Ratio: etenim consilia bona sunt quasi emplastra, quibus mederi possumus malo. Unde quoque ille, qui bonum respuit consilium, & tamen eo opus habet, ægrotanti comparatur, qui non vult audire medicum, & hinc mori necesse habet. Reincking in der biblischen Policey *L. 2 ax. 85 p. 398 inf.* Drum thue nichts ohne rath, so gereut dichs nicht nach der that. *Sirac. c. 33 v. 24.* imprimis quando consilia cum prudentioribus habentur, denn vorgethan und nachbedacht, hat manchen in groß unglück bracht.

3. Declaratur ita, ut intelligendum sit, de bonis consiliis; hæc enim qui susque deque habet, eum demum pessumire oportet.

4. Ampliatur, ut non tantum procedat quoad privatos, sed etiam Principes, aliosque magnates, qui sæpe perire malunt, quam suorum ministrorum

salu-

salubri consilio dare locum & benignas præbere aures. Recte *Cominæus L. 9 Comment.* inscienter faciunt Principes & inconsulte, quando suam privatam sententiam multorum judiciis anteferunt; dici enim non potest, quantum sæpe malorum ex eo proveniat.

4. Exempla sacra lege apud Reinkingk *d. l. & P. Abrahamum a S. Clara* in dem Etwas für alle III. p. 39.

XXXIIX.

1. **Wäre nicht der ratz (a) und der haaß (b)**
Und der schreiber mit der küpffern naaß,
So läge mein Herr nicht im grünen graß. (c)

2. (a) Per tmesin ponitur pro Ratzeberg. Fuit *Fridericus* Ratzeberg, natione Variscus & genere nobilis, illustrissimo quondam *Michaeli*, ultimo Comiti VVertheimensi a consiliis, & civitatis VVertheimensis præfectus, qui durante tutela & matrimonio dicti Comitis ad clavum sedebat, & colludens cum socero ejus Comite *Kœnigsteinio*, eo rem dirigebat, ut hic mortuo genero possessionem Comitatus VVertheimensis nactus fuerit, sub Prætextu, quod vidua filia Kœnigsteinii gravida esset, pro præmio sibi suoque socio duos pagos, Uttingen & Helmstadt stipulatus, quos moribundus prætense donaverat *Michael*.

3. (b) Erat collega Præfecti Ratzeberg: Quomodo autem scriba fuerit appellatus, id non liquet.

4. (c) Erat ultimus comes a gente VVertheimense, *Michael* dictus, denatus d. 14. Mart. 1556.

5. Ratio hujus vulgati, quod cives VVertheimenses in diversorio, a rosa dicto, parieti inscripserant,

est, quod in trigam hanc ministrorum causa & culpa mortis Michaelis fuerit collata, prout omnia prolixius exposita in Chronicis manuscriptis Comitatus Castellani. Von diesem Herrn mag man wohl mit dem P. Abraham a S. Clara in dem Etwas für alle III. p. 45 sagen, daß er das seitenweh, h.e. böse und tugendlose räthe an der seiten gehabt.

XXXIX.

1. ALs niet kommt tot yet,
Dann kennt yet hem selven niet. (a)

Est mordacissimum Belgarum veriverbium, secundum nostram dialectum de verbo ad verbum ita efferendum: Wann nichts kommt zu etwas, dann kennt etwas sich selber nicht. Clarius: wann aus nichts ein klein wenig was wird, so kennt es sich selber nicht mehr. Latine:

Cum nihilum fit hilum,
Hilum se nescit nihilum.

2. (a) Ex vocibus kenn niet conflatam esse vocem Salicam *Cenitus* tradit Gottifredus VVendelinus in suo Glossario vocum Salicarum sub voc. *Cenitus*, ita ut vi originis *Cenitus* idem sit, ac non noscens se ipsum. Unde quoque exclamationem hanc d. l. subjicit: *O quam multi hodie sunt Kenniti.*

3. Dicitur igitur hoc proverbium in repente fortunatos moxque superbientes, *Wendelinus d. l.* ita ut sensus sit: quam primum iste, qui nihil plane dignitatis possidet, aliquantum tollitur in altum, statim illi ilia rumpuntur. Convenit nostra parœmia:

Es ist kein messer, so schärffer schiert,
Als wann ein baur ein edelmann wird.

quam confer.

XL.

1. GEdingt pferd machet kurtze meilen.(1) Equus conductus brevia reddit milliaria. Eodem illud recidit: Eigene sporn und gedingte pferd machen kurtze meilen.

2. Ratio, quia conductos equos, ceu rem alienam, adeo non curamus, & hinc ad cursum magis incitare solemus, quam proprios equos; pereunt enim locatori, tanquam domino suo.

3. Declara proverbium nostrum imprimis procedere quoad equos veredos, vid. *tit. 51. L. 12 C. de cursu publico & angariis* &c. ubi sedes materiæ est: von post- und frohn-pferden.

4. Declara tamen insimul illud, ut si dolo vel etiam lata aut levi culpa vitium & damnum faciat equus conductus, wann man das pferd entweder mit fleiß ansporet, daß es schaden nehmen soll, oder aber wenigstens doch leicht hätte gedencken können, daß es solcher gestalt nicht ohne schaden abgehen würde, conductor illud præstare teneatur. Prius per se patet, cum dolo & malitiæ indulgendum haud veniat. Posterius vero constat ex *l. 5 § 2 ff. commod.* E.g. Quando equus ad certum locum mihi locatur, ego vero ulterius eo utor, & equus deinde perit, aut detrimentum capit, jure meritoque desuper conveniri possum *l. ult. ff. Commod.* vel etiam quando ego equum calcaribus ita incito, ut intra destinatum tempus non tantum in locum determinatum veniat, sed & adhuc plura aliquot milliaria currendo absolvat, & eapropter vitium faciat, damnum meum est. Conf. *Brunnemannus in Comment. ad d. l.*

5. Utrumque facere amant plerique studiosi, non recte se usos fuisse equis existimantes, nisi illos do-

minis locantibus tremulos remittant, sie müssen vorhero reh geritten seyn. Idem dicendum, si quis equo imponat valisiam, nimis gravem, qua iste deinde premitur, & vitiosus fit, nam & hoc casu damnum illud sarciri debere a conductore, justum est & æquum. *Bartolus in l. quin insulam §. qui mulas n. 1 ff. Locat. Add. Tabor apud Barbosam in Thesauro Loc. Com. sub voc. equus ax. 3. 5 & 6.*

XLI.

1. Klanck (a) überwand den ranck. (b) Rhetorica vincebat logicam.

2. (a) Ita Saxones inferiores dialecto sua pronunciant vocem klang, per quam hoc loco rhetorica intelligitur, quæ verba ita disponere & pronunciare docet, ut euphoniam & gratum sonum pariant in auditorum auribus.

3. (b) Ranck, vel secundum nostram dialectum Rang significat proprie astum; h. l. vero illam Philosophiæ partem denotat, quæ docet, quando non tantum bene ratiocinari sed & fallacias componere & resolvere possimus, uno verbo Logicam. Scilicet cum insignis ille Rhetor, *Gerhardus* Hildesiensium Episcopus, in prælio Dinclariano cepisset *Albertum Riemenstorpium*, Antistitem Halberstadiensem, hominem logicum, in Saxonia proverbialiter dicebatur: Klanck überwand den ranck, vid. *Commentator in Chronicon Comit. Schaumburg. Hermanni de Leerbecke p. m. 74. & Lucæ* uhralter Grafen-saal p. 281.

4. R. quia fortior erat Gerhardus Rhetor Alberto Logico & felicior *ibid.*

XLII.

XLII.

1. WO der könig sitzet, da ist es oben an. Ille locus præcipuus sive primarius est, quem rex occupat, h. e. *ille locus honorabilior est, quem primarius & dignior occupat.*

2. Ratio, quia non locu personam, sed locum persona ornat. Der ort zieret nicht den mann, sondern der mann den ort.

3. Ampl. etiamsi ille a Rege vel primario occupatus locus alias in se, & secundum stylum curiæ, consideratus, minus honorabilis, & infimus esse reputetur.

4. Nisi antea conventum, quod plane non ad præcedentiam respici, sed prout forte fortuna fert, sedes occupari debeat; quo casu plerumque mensa orbicularis adhiberi solet. Conf. *Dissert. Dn. Jessen de Jure præcedentiæ Argentorati 1671.* habita, P. VII §.1 p. 49. Sic enim locus quidem ille primarius manet, ubi primarius sedet, sed citra tamen ullum effectum, ita ut quilibet pro conditione sui characteris ornet locum, & ille qui proximus a Rege sedet, nullam habeat ἐξοχὴν præ illo, qui habito respectu ad Regem ultimus est. Quicquid autem hujus sit inter vitia, Christianis indigna, refert studium occupandi locum primarium Servator noster *Marc. 12 v. 39. Luc. 11 v. 33.* Add. *Luc. 15 v. 7. 8.* Conf. *parœmiam*: Priester und frauen soll man ehren.

XLIII.

1. ECce! conveni, (a) kommst du nicht, so hole ich dich. Ecce! ego conveni te coram judice, vel etiam, ecce veni ad me, si non compares, te accersam. Est parœmia, in qua vetus

tus ille in jus vocandi modus latet, dum quilibet debitori suo privata auctoritate denunciare poterat, ut juris experiundi causa coram magistratu se sisteret, nisi ab actore ad judicem rapi & abduci maluerit.

2. Ratio, quia hæc facultas a jure data erat & quidem propter effugia reorum; hinc quando quis tergiversabatur, non tam Actoris quam Prætoris auctoritatem spernere videbatur.

3. Ampl. in tantum, ut contorto collo quis invitus trahi potuerit ad Prætorem.

4. Ampl. (2) ut mulctæ reus fuerit, qui in jus vocatus, non comparuit per *t. t. ff. Si quis in jus voc. non comp.* nec judicio sistendo satisdedit idoneis fidejussoribus *t. t. ff. in jus voc. ut eant aut &c.*

5. Ampl. (3) ut ille etiam judicii pœnalis reus fuerit, qui vi injusta vocatos exemit, & sic fecit, ut ne comparuerint. *t. t. ff. ne quis eum qui in jus voc. vi exim.*

6. Fallit hodie, ubi non nisi mediante judice fieri legitima citatio potest, vid. Doct. *ad t. de in jus voc.* Conf. *huc Obrechti Exercitium Juris antiqui & Rosinus de Antiquitatibus Rom. L. 9. c. 12 p. 670. & 685. ut & B. Leiseri Dissert. de in jus vocatione sub ejus præsidio Wittebergæ habita.*

XLIV.

1. Es ist kein dörfflein so klein, es ist doch des jahrs kirchweyhe (a) darinnnen. Vel in minimo etiam pago anniversaria celebrantur encœnia.

2. (a) Est vox composita ex kirch & weyhen h. e. consecrare; weyhen enim apud veteres Germanos sacrum

crum erat. Synonyma sunt kirchmeß, kermis, kermes. *Fritschius de nundinis c. 1 n. 21 & 25.* vel ut Franconica Dialectus habet: kirm, kirbe. *Vid. Wehnerus in observat. Pract. Besold. in Thes. Pract. & Spedelius in speculo sub voc.* kirchweyhe. Quoniam vero per injuriam temporum eo perventum, ut encœnia non tam Deo, quam Baccho sacra sint, & ludis conviviisque celebrentur, Vid. Leucht *in Tract. Acad. de Jurisdictione p. 450.* hinc pro quacunque epulatione, comessatione & vita libidinosa usurpari solent, hunc in sensum: *nemo, quam vilis etiam sit, tam contente & modeste se gerit, quin una vice per annum aliquid indulgeat genio.* Dicunt etiam: Es ist des jahrs nur einmahl kirchweyh, hoc sensu: unica tantum vice se libere uti licet per annum, persuasi, quasi id magno non verti posset vitio. Conf. *Agricola* in auslegung gemeiner sprichwörter *P. II n. 342 p. 45.*

3. R. quia voluptas tale vitium est, ad quod vulgus hominum proclivis est.

4. Declara, & quidem imprimis quoad homines plebejos, qui partim ad voluptatem, partim ad avaritiam proni sunt. *Buddeus in Elementis Philosophiæ Pract. p. 82 §. 184.*

5. Declara (2) valere parœmiam, in sensu etiam proprio acceptam, & quidem eatenus, quatenus in pago aliquo reperitur templum vel capella, tanquam causa, ob quam instituuntur encœnia, quanquam hodie vel minimi etiam viculi, ne capellam quidem habentes, celebrare soleant encœnia, tempus illud observantes, in quod incidunt encœnia ejus templi, quod frequentare solent, wo sie hinpfarren, quod tolerari posset, si in officio se continerent:

Der

Der reiche suchet sich ja täglich zu ergetzen,
Und warum wolte man nicht willig auch zugeben,
Daß armer leute zähn bißweiln sich könten wetzen
An einem stücklein fleisch, bey einem sauren leben.

XLV.

1. Auf eine frag gebühret sich eine verantwortung. Ad accusationem quadrat defensio, vel accusato convenit excusatio.

2. Ratio, quia in excusatione consistit defensio, quæ juris naturalis & divini est, adeoque nemini auferenda, pertinet enim ad substantialia processus. *Illustris Dn. Strykius, Præceptor olim noster deveneran-dus in Introduct. ad praxin forens. c. 1 §. 14 p. 8.* Ratio rationis, quia unusquisque casum actionis ita proponit, prout utilitas id suggerit, vera plerumque tacendo, & falsa narrando. Ne autem Judex per falsa narrata sub- & obreptitie proposita decipiatur, & pars adversa injuste condemnetur, necesse est, & æquitatis ratio exigit, ut accusatus audiatur, & ad propositam actionem respondeat. Vid. *Clem. sæpe X. d. V. S.*

3. Conf. *per t. t. C. de Requir. reis & Genes. c. 3 v. 9, ibi:* Adam wo bist du?

4. Declara, si non solennem a jure positivo præscriptam, certe tamen minus solennem requiri defensionem ad legitimum processum.

5. Ampl. Etiam si præsumtio & suspicio militet contra accusatum *L. 5 ff. de pœn. Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Comm. sub voc. condemnatio ax. 1.*

6. Ampl. (2) ut procedat non tantum in causis civilibus, sed & criminalibus, in tantum, ut nemini, ne quidem diabolo, ut doctores loqui amant, citra nullitatis vitium, denegari possit defensio, etiam in processu summario.

7. Ex-

7. Exceptio est, quando reus contumaciter abest *L. 13 C. de Judic.* Contumaciter autem abest, qui peremptorie citatus emanet. *Sonnemannus in Prælect. ad LL. Notab. p. 75.* Conf. *Fuchs in Introd. ad Praxin L. 2 c. 8 p. 308.* Dummodo hoc casu citatio rite insinuetur, & insinuatio probetur, cum sine hoc actu processus in contumaciam non subsistat. *L. 5 §. 1 ff. ex quib. caus. in poss. eatur. Tabor d. l. Mynsinger Cent. 6 ob. 10 n. 8.* Plura quæ huc adferri possent, vid. apud Commentat. ad *d. t. de Requir. reis & Dn. Schleensteinium in Diss. de Inquisitione in Adamum & Evam, Lipsiæ 1687. habita,* nec non apud *Consultiss. Dn. D. Zollium in Disput. de Processu summario Rintbelii ventilata th. 21. Diss. Dni Eberhardi de Notorio p. 34. & Ayrer in processu Juris L. 2 c. 6 Ob. 3.*

XLVI.

1. **Wer will klagen, der klage fest.** Qui agere vult in judicio, ille condigna cura & emphatice agat.

2. Ratio, quia actor in sua potestate habet, an & quando agere velit. (2) Quia negligentia sua etiam justa causa cadere potest.

3. Confirmat hanc parœmiam *l. 42 ver. nam plane qui agit. ff. d. R. J.* Conf. *l. 4 C. de edend.*

4. Declar. modo actor justam quoque foveat causam. E.G. (1) Disquirat acturus an agere ipsi conducat, ne aerem magis quam adversarium feriat *Exc. D. Beier, Præceptor olim noster in Jurisprudentia primus, in Dissert. de confessione & inficiatione tacita c. 5.* (2) attendat, quænam actio sit eligenda, ne impingat contra monitum imperatoris *§. 5 Inst. quod cum eo qui in al.* quorsum facit *illustr. Strykii Tract. de Actionibus investigandis & Dni Frommanni Professoris*

ris olim Tubingensis, Dissertatio de Electione actionis utilioris. (3) Habeat quoque processus rationem vid. *id. Stryx. in introd. ad Prax. c. 1. § 3.* (4) Conquirat in tempore probationes sufficientes. (5) Contradicat recte adversario, vid. *Beier in Logica Juridica L. I c. 6 §. 3 n. 155.* (6) Non desistat statim, quando una vel altera instantia sententia profertur contraria; sed si juris sui certus, solicite & constanter illud persequatur. Sæpe enim judex, sæpius advocatus, sæpissime ipse actor peccat, quod in alia instantia corrigi potest; modo, quod hunc punctum attinet, causa etiam operæ pretio digna & actor securus sit in conscientia. Sic enim tandem bona causa triumphat. Pertinacia illa noxia longe abesse debet.

XLVII.

1. **Der käyser bringt das geleit (a) mit sich.** Imperator secum affert conductum.

2. (a) Per conductum das geleit h. l. intelligitur illud jus, quo in via publica & fluminibus peregrinantes utuntur, & hoc ipso illis & illorum bonis securitas procuratur. *Orth. de jure conducendi C. 1 p. 4. Add. Illustris Dn. a Seckendorff* im fürsten-staat *P. III c. 3 reg. 3.* ita ut sensus sit: *non opus est ut imperator petat se conduci ab aliis, ipsemet se conducere potest.* Origo autem dicterii exinde esse videtur: Als A. 1558. den 11. Febr. König Ferdinandus, Car. V. bruder, auf Franckfurt zur crönung reisend nacher Nürnberg kommen, des damaligen Herrn Marggrafen Georg Friedrichs Durchl. aber sich mit einer ziemlichen mannschafft an denen Nürnbergischen Grentzen eingefunden, und sich des geleits angemasset, also daß es mit denen von Nürnberg zu einem combatt kommen, König Ferdinand

nand mit ernst fried gebothen, und gesagt haben solle: Er bedürffe keines geleitmanns, er wäre das geleit selbst. Vid. Historische nachricht von dem ursprung und wachsthum des H. R. Reichs Stadt Nürnberg *p. 457 seq.*

3. Ratio est, quia Imperator sua autoritate securus non opus habet conductu. *Orth. d. l. p. 123. Strauchius in Dissert. juris publici p. 303. Fritschius in sylloge Tract. de viis publicis c. 12 n. 32 p. 554. Leiserus de jure Georgico L. 3 c. 32 n. 29 p. 881.* Exemplum in contrarium adducit *Leiserus c. l.* de Carolo V. qui salvum conductum a Duce B. impetravit, adjicit tamen, hoc parum convenisse decori Cæsareæ M. Sed enim cardo totius negotii in eo vertitur, utrum nimirum Principes imperii jura & regalia sua privative an vero cumulative habeant? quod aliis decidendum relinquimus.

4. Declara, hoc non pertinere ad jus sanctitatis, quasi scilicet Imperator contra hostes ac insidiatores nullo opus haberet præsidio externo, ac plane inviolabilis ipso facto ille esset; non! sed ad remissam petendi transitus necessitatem, quam Imperator a Principibus inferioribus, per eorum territoria transiens, petere non teneatur, *Strauchius, Fritschius & Orth. d. l.* unde quoque a nonnullis dici solet: Kayserl. Majestät seye des geleits nicht hoch benöthigt, sie bringe selbiges mit sich.

5. Limitatur quoad Imperatoris exercitus: hisce enim sæpius denegatur transitus & conductus, teste experientia. Conf. *Fritschius in Tract. de transitu militari c. 8 §. 4.*

XLVIII.

1. **Wann der Kayser stirbt, so setzt sich der König (a) in den sattel.**

2. Meminit hujus *Almerus in manuali juris sub*

voc. Vicarius. §. 3. Illust. Dn. Stryk in Dissert. de jure Baronum c. 4 n. 68 p. 50.

3. *(a)* Per hunc intelligitur Rex Romanorum, der Röm. König, qui vivo Imperatore eligitur & hoc ipso ejus successor designatur, de quo vid. *Generosus Dns. a Rhez, in Instit. Juris publ. L. 1 t. 4. Besoldus sub voc.* Röm. König *in Thesauro. Schvvederus in introduct. ad Jus Publ. Par. Spec. Sect. 1 c. 3 §. 8 seqq. Schœnborn. Polit. L. 5 c. 19 p. m. 399.* Olim dicebatur *Cæsar l. 5 & 7. C. de Malef. & Mathem.* in Gallia futurus Regis successor audit *Delphinus*, *Monseigneur le Dauphin*, & ejus liberi Principes κατ᾽ ἐξοχὴν salutantur, *les enfans de France.* Apud Hispanos futurus in regno successor appellatur *Princeps Asturiarium*; apud Anglos *Princeps Walliæ*; apud Svecos *Princeps Fioniæ* (quod tamen in moderno Rege, Carolo XII. nec quoque in ejus memoriæ gloriosissimæ Parente observatum fuit) apud Danos *Princeps Norvvegiæ.* Conf. *Hoppius in Comment. Instit. proœm. p. 4. Becmann in Notitia Dignit. illust. diss. 3 c. 3 per tot.* Olim in Cypri regno *Princeps Galilææ*, in Neapolitano *Princeps Salerni*, in Scotia Dux *Rothsajæ*, in Græcia *despota*, in Tartaria *Galga*, in Arragonia Princeps *Gerundiæ*, in Burgundiæ Regno *Dux Flandriæ.* vid. *Anonymus in Notis ad Vitriarii Instit. Jur. Publ. L. 1 t. 20 § 1 p. 297.*

4. Literalis sensus est, quod mortuo Imperatore Rex evehatur in ejus ephippium. Quorsum pertinet illud magis Latinum: *uno avulso non deficit alter.* Modo hoc arripias in bonam partem, ita ut verus intellectus hic sit: *mortuo Imperatore Rex Roman. statim & illico eidem succedit.*

5. Corroboratur parœmia nostra per *Recess. Imp. d. A. 1559. pr. & de A. 1566. pr.*

Decla-

6. Declaratur: modo vivo Imperatore, & ad clavum imperii adhuc sedente, a S. R. I. Electoribus electus sit. *Illust. Dn. Stryk. d. l. n. 68.*

7. E. G. in Comitiis Ratisbonensibus de A. 1576. ipso momento, quo intelligebant mortuum esse Imperatorem *Maximilianum II.* inscriptio ædium, ubi Rex Romanorum diverterat, delebatur, & in vicem verborum Röm. Königl. Majestät, substituebantur sequentia: Röm. Kayserl. Majestät. *Dn. Stryk. d. l. Rumelinus ad A. B. P. 1 diss. 2 th. 9. in addit. sub lit. b. Schuz. in Prælect. Jur. Publ. Lib. 1. t. 3 pos. 6 p. 172.*

8. Effectus consistit in hoc, quod omnia jura & honores, quibus gavisus est Imperator, devolvantur ad Regem Romanorum, ita ut illico post mortem Imperatoris illis uti, & absque ullo alio facto Imperator salutari, *Dn. Stryk. d. l. Carpzov. de Regia lege c. 5 s. 4 n. 5 p. 282.* nec consequenter imperium vacare. *Schuz d. l. L. 2 t. 4 pos. 3 p. 431.* nec illud a Vicariis administrari dici queat. Conf. Uffenbach *de judicio Aulico p. 288.* nec alia solennitas adhiberi debeat *illustris Dn. Baro de Lyncker in diss. de Rege Romanorum lit. g.*

9. Limitatur, nisi lege publica aliud statutum. Sic in Capitulatione *Gloriosissimi Romanorum Regis Josephi art.* 47 cautum fuit, ut ne si Imperatorem ante mori contingeret, quam iste complevisset annum 17. & incepisset decimum octavum, sibi in præjudicium Vicariorum arrogaret Imperii administrationem, sed ut hi eam susciperent ac gererent, expeditione tamen nomine ejus facta. Conf. *Ahasverus Fritschius in Not. ad dict. artic. ut & Finckl**e**rus in Dissertatione inaugurali de Capitulatione Josephi Altdorffi habita.*

XLIX.

1. WEr ein grosses haus hat, beherbergt den Kayser. Qui amplas & vastas possidet ædes, hospitem recipit Cæsarem.

2. Ratio, quia Cæsar magnum satellitium habet & comitatum, adeoque receptio Majestate ejus condigna, magnum quoque exigit ædificium.

3. Declar. quatenus nimirum magnum illud ædificium instructum quoque est sufficientibus & commodis conclavibus: sola enim vastitas rem non conficit.

4. Declar. (2) tamen ita, ut merces quædam pro usu solvi, & a reliquis concivibus pecunia eapropter contribui debeat, nisi & hi hospitio gratuito quosdam receperint comites & satellites.

5. Nota, quod amplis ædibus amplum quoque olim impositum fuerit tributum secundum focos aut lares: quæ ratio vero contribuendi hodie sublata, & secundum æs & libram h. e. pro viribus cujuslibet patrimonii tributa, cumprimis extraordinaria imponuntur. Conf. *Speidelius in Speculo sub voc.* steuer *p. m. 1188. & Dn. Strausius, Antecessor quondam Vittembergensis, in Diss. Academica de Contributionibus c. 8 §. 8.*

L.

1. NIemand will gerne der katzen die schelle anhängen. Nemo feli nolas alligare, vel, ut alias Latini proverbialiter loqui amant, nemo crabrones irritare cupit. Est locutio metaphorica a felibus desumta, quæ statim iracundia effervescunt, morsus & frica-

tus huc atque illuc jactant, quando illis aliquid annectitur, quod crepat; dicitur autem in eos, qui aliquid facientes vel agentes timent alterius iracundiam, odium & indignationem, & eapropter illo negotio supersedere quam onerari malunt; sed enim, quod ministrum fidelem & judicem conscientiosum attinet, isti nunquam refugiant alterius indignationem & odium, quatenus nimirum minister bona conscientia jussa sui Domini expedire, hic vero prono jure justitiam administrare potest. Fiat mandatum Domini ac justitia, & pereat mundus. Originem hujus proverbii lepidam quidem sed fabulosam recenset *Justus Georgius Schottelius* von der Deutschen hauptsprache *p. m. 1127. Conf. Granzius de defensione Reorum c. 4 m. 1 S. 2 n. 167. p. 125.*

LI.

1. DEr kercker quälet wol, aber zahlet nicht. Carcer affligit, sed non solvit, h. e. *Quando debitor detruditur in carcerem, tum iste quidem affligitur, sed hoc ipso non tollitur, obligatio inter ipsum & creditorem*, uno verbo incarceratio non est solutio.

2. Ratio: nec enim in carcere comparari potest pecunia, man kan im thurn kein geld machen. (2) incarceratio est quidem modus debitores morosos, qui solvendo sunt, nec tamen solvere volunt, eo adigendi, ut solvant, sed nullibi in jure habetur, quod debitores hoc ipso liberent se ab obligatione, aut quod inopes inibi comparare possint pecuniam.

 3. *Qua-*

3. *Quadrat huc l. 2 C. de Exact. trib. & t. t. C. de Cess. Bon.*

4. Effectus, quod ad carcerationem debitorum properandum non sit, vid. *Mevius P. 8 dec. 389 p. 1378.* adeo ut debitores parata pecunia destituti provocare queant ad beneficium cessionis, & sic declinare carcerem. *Hertius in Tract. select. & Rar. Jurispr. argum L. 1 de Parœmiis Jur. Germ. par. 89 §. 3 p. 547.*

5. Exceptio est secundum mores hodiernos tunc, quando debitores legum beneficiis abuti, res suas decoquere & sic fallere solent suos creditores *Hertius d. l. par. 91 p. 548.* Man schmeisset sie sodann in den schuldthurn. Et ita ampliatur quoque ad carcerem infernalem. Hinc Servator noster: Warlich ich sage dir, du wirst von dannen nicht heraus kommen, bis du auch den letzten heller bezahlest. *Matth. 5 v. 26.*

6. Exceptio (2) est in illis, quibus pœna carceris loco solutionis dictata fuit, quippe qui omninò liberant se ab obligatione illam sustinendo.

LII.

1. Es isset sich am besten, wo der kessel über den herd hänget. Ibi cibare expedit, ubi super foco pendet ahenum. Est adagium inferioris Saxoniæ & Westphaliæ incolis usitatum, ubi plerumque in ollis ferreis & ahenis super igne ab unco aliquo ferreo pendentibus, cibi præparantur. Volunt autem hoc significare, quod bonum sit, talem ducere uxorem, quæ jam tum ahena super foco pendentia h. e. œconomiam instructam habet, wann man in eine volle haushaltung freyet, da eigener herd, und was darzu gehört, zu finden.

2. Ratio, quia vita quietior & otiosior sic traduci potest, & multæ cessant ærumnæ.

3. Declar. hoc tamen cæteris paribus intelligendum esse: sola enim olla rem non conficit, nisi apud gulosos, otiosos & brathrones. Add. *Nachtenhœfer in Tr. de Vitrico C. 1 n. 9.*

Besser jungfern ohne kesseln,
Als wittfrauen samt den nesseln.

LIII.

1. **DJe Edelleute im Beyerlande mögen jagen, soweit sich das blaue am himmel (a) erstrecket.** Nobilibus in Bavaria usque ad ætherem venari licet.

2. (a) Das blaue am himmel alias dicitur cœlum æthereum, & opponitur aereo & empyrio. Inferiores Saxones illud appellant häfen, hefen, vid. Spate im Deutschen sprach-schatz *sub voc.* himmel *p. 840.* Est autem dictio hæc hyperbolica, quæ nihil aliud vult, quam quod Nobilibus Bavaricis etiam in fundo alieno venationem exercere permissum sit.

3. Ratio consistit in privilegio illo A. 1557. Nobilibus indulto & vulgo die Edelmanns-freyheit dicto, vi cujus non tantum in pagis suis ihren hofmarcks-bezircken, sed & extra illos, ubi solitarios habent subditos, einschichtige oder zerstreuete Unterthanen, jus venandi exercere possunt.

4. Declaratur, quatenus nimirum eorum familiæ in dicto anno 1557. de Ducibus Bavariæ bene sese meruerunt, aut ex speciali gratia privilegium illud obtinuerunt. Ertel *in Praxi Aurea C. 1 ob. 10 p. m. 12.*

5. Declar. (2) ita ut intelligendum sit proverbium nostrum de Ducatu Bavariæ in Electoratum muta-

to, non vero de provinciis noviter acquisitis. Ampliatur, sive fundus ille alienus ad Principem sive ad alium pertineat. Ertel *d. l.*

LIV.

1. **WEr im 23sten Jahr nicht stirbt, im 24sten nicht ertrinckt, und im 25sten nicht wird erschlagen, der mag wol sagen, von guten tagen.** Qui in anno vigesimo tertio non moritur, in vigesimo quarto non aquis mergitur, nec in vigesimo quinto interficitur, ille habet, cur suam felicitatem prædicet. Dictum hoc erat ante bellum istud civile, vulgo, der bauern-krieg dictum, & senibus & juvenibus valde usitatum. Prædixerat enim vates quidam fore, ut anno seculi decimi sexti vigesimo tertio Morbona, vigesimo quarto Neptunus, & vigesimo quinto Bellona multis hominibus interimeret vitam, cujus dicti veritatem eventus eatenus comprobavit, quatenus bellum istud A. 1525. centena millia hominum, & quod excurrit, consumsit, innumerosque pagos, vicos ac castra funditus delevit, prout hæc omnia ita recenset *Georgius Arnold in Chronico manuscripto quod continet memorabilia Europæ ab anno Christi 310, usque ad A. 1611. p. 189. lit. b. in f.* Conf. apud eundem *p. 301. lat. b.* ubi de ejusdem seculi annis octuagesimo sexto septimo & octavo eosdem rhytmos, paucis immutatis, & quidem ita in hominum ore versatos fuisse scribit:

Wer

Wer im 1586 Jahr nicht stirbt,
Im 1587 nicht verdirbt,
Im 1588 nicht wird erschlagen,
Der wird von grossen wundern wissen
zu sagen.

Sed enim vaticinio huic tunc temporis non respondit eventus.

LV.

1. WEr mag jagen, der darf auch hagen (a). Qui jus habet venandi, ille etiam jus habet cingendi sylvam.

2. (a) Hagen significat lignis succisis sylvam cingere, & sic bannum ferinum, sive venatorium einen geheegten wildbann constituere. *Wehnerus in observ. Pract. sub voc.* forst-recht *p. 115.*

3. R. quia uno concesso & reliqua concessa intelliguntur, sine quibus commode illud explicari nequit *Gail. L. 2 obs. 68 n. 3.*

4. Statuminatur per *l. in lege ff. locat.*

5. Declara, quatenus nimirum cinctura illa absque injuria & præjudicio alterius fieri potest. *Wehnerus d. l.* De propriis igitur lignis erigi debet plaga. *Leiserus de Jure Georgico L. 3 c. 12 n. 80. Besoldus in Thes. Pract. sub voc.* jagen, *p. 420.* potest enim venatio etiam absque cinctura, canibus atque retibus expediri *Wehnerus d. l.*

6. Declara (2) quatenus illud jus concludendi sylvam & alios prohibendi ab antiquo obtinuit *ibid.* Conf. *Fabricius in Gailio enucleato L. 2 ob. 68 Sect. 1 p. 105.*

7. Fallit ergo (1) quando quis vellet ligna cædere in ea sylva ad usum cingendi, in qua usum quidem

venandi, nec tamen foresti habet, nec (2) jus in ista sylva cædendi ligna ab antiquo habuit. *Besoldus d. l.*

8. Ratio, quia differunt utique jus foresti, & jus venandi, nec ab hoc ad illud, & jus cingendi sylvam, valet consequentia *Wehnerus d. l. Add. Mindanus L. 2 c. 41 pr.* ubi recte restringit Gailium generaliter loquentem *L. 2 ob. 68 n. 7.* Conf. *Struv. in Syntag. Jur. Feud. c. 6 §. 11 n. 3.*

LVI.

1. **B***Onus Institutista* (a) *bonus Jurista.*

(a) Sicut Jurista vocabulum barbarum est, & JCtum denotat; ita Institutista barbare dicitur, qui institutionas tractat, easque sibi familiares reddit, de quibus vid. *procem. Institut. imprimis §. 4 & 5.* ita ut sensus sit: *institutiones qui probe cognoscit, & exacte discit, ille bonus est Jure consultus.*

2. R. Quia institutiones pro totius legitimæ scientiæ primis elementis habentur *d. §. 4* quibus juvenes suffulti possint graviora & perfectiora legum scita sustentare *L. 2 C. de Vet. jur. enucl.* tanta enim esse creditur amplitudo, tanta profunditas hujus libelli, ut totum juris nostri orbem circumvolet, & nusquam aditus ei intercludatur, sed ubique receptus quævis collustret obscura: siquidem in universo juris ambitu nihil est, quod non in institutionibus saltem latenter ad sensum cujusque bene organizati, & subtiliter intuentis, contineatur, sunt verba *Arnoldi de Reyger in Præfat. supra Comment. Minsingeri.* Quapropter etiam arcem jurisprudentiæ illas tenere non nulli scribunt Vid. *Petrus Mullerus de studio jur. tractando p. 15.* Verum enim vero sicuti hæc omnia magnificentiori forte quam veriori stylo exprimun-

primuntur *Dn. D. Keſtner Anteceſſor apud Rintheli- enſes ſolertiſſimus in Problemate extemporaneo, quo oſtendit falſitatem* hujus brocardici *§. 1.* ita quoque veritas ejus ex ſequentibus rationibus in dubium vocatur, quia (1) fundamentum totius Jurisprudentiæ conſtituit ſanctiſſimum Naturæ jus cordibus hominum inſcriptum,(2) quia multos ſteriles, inutiles & contemplativos conceptus inſtitutiones ſiſtunt, (3) quia non cujusvis materiæ, illius imprimis, cujus manifeſtiſſimus uſus in vita civili & in ipſo jure exiſtit,neceſſaria principia continent, (4) quia jura publica & ſacra in inſtitutionibus vix tanguntur,(5) quia pauciſſima inibi contenta noſtris conveniunt moribus & temporibus, (6) quia inibi occurrunt caſus vix dabiles, aut per centum ſaltem annos vix contingentes, (7) quia Methodus inſtitutionum eſt inepta, & ratio ſæpe inſufficiens, &c. de quibus ſingulis & pluribus vid. *laud. Dn. Keſtner d. l. & ab eo allegatus accuratiſſimus Dn. Thomaſius in Præfat. tr. de Næv. jurisprud. & in delineat. Hiſtor. Jur. Rom. Germ. §. 53 & 54.*

3. Salvari tamen quodammodo poſſe hoc dicterium videtur, ſi iſtud (1) ita declaramus, ut Juriſtam intelligamus,quatenus in fieri,non vero in eſſe conſtituitur,(2) quoad leges Juris Romani, & (3) non excluſo, ſed incluſo jure naturæ, utpote quod ipſemet Juſtinianus in Inſtitutiſta præſupponit,ita ut ſenſus huc redeat: *qui principiis juris Naturæ imbutus recteque & exacte didicit inſtitutiones, ille evadit in bonum juris Romani conſultum.*

LVII.

1. **Hiß immerwad(a)der ſick Dennemarck it ſannes (b) bad.** Eſt parœmia Dani-

ca,

ca, quæ noſtro idiomate ita reddenda: Bey Immerwad da kriegte Dennemarck des teuffels bad. Juxta vel ad Immervvadum balneus diabolicus Daniæ præparabatur.

2. (a) Immerwad eſt diverſorium, ein Krug oder Wirthshaus, non procul a *Wittſee* in Ducatu Schleswicenſi ſitum, ita dictum, weiln man immer was zu trincken da bekommen kan.

3. Fann Danice dicitur der teufel a Latino fanum, uti videtur, das götzen oder teuffels-haus.

4. R. Quia Heinricus, Dux Schleſwicenſis aliquot copias Danicas A. 1420. in fugam ibi profligavit, unde etiam diverſorium iſtud dici cœpit Jammerwad. Conf. *Caſparus* Danckwert in der neuen beſchreibung der Hertzogthümer Schleßwick und Holſtein.

LVIII.

1. Hüte dich für dem interim (*a*)
Es hat einen ſchalck hinter ihm.
Cave tibi ab interim,
Nebulonem habet intra ventrem.

2. (*a*) Ita appellatur quodvis decretum, quo alicui tam diu proſpicitur, donec accuratius cauſa cognita. *Richterus de adverbiis ſub voc. interim n. 7 p. 428. Beſoldus in Theſ. Pract. ſub voc.* interims-mittel *p. 433. Add. Parladorius Rer. Quotidianarum L. 1 c. 10 n. 14 15.* Hoc loco in ſpecie per τὸ interim denotatur liber iſte, qui juſſu *Caroli V.* a *Michaele Sidonio*, *Julio Pflugio*, & *Johanne Islebio*, *alias quoque Agricola* dicto, de dogmatibus & controverſiis Pontificios inter atque Proteſtantes conſcriptus, & *declaratio Religionis* in Receſſibus Imp. nominatus fuit. it. die Kirchen-Ordnung *Beſoldus d. l. ſub voc. interim*, ſub hac con-

conditione, ut ordines librum hunc interim reciperent, nec contra illum ſcriberent, donec coacto concilio lites eſſent compoſitæ. Quoniam autem anguis hic latebat in herba ex ſententia Proteſtantium, ideo, tanquam cane & angue pejus quid, illam declarationem fugiebant, appellantes librum iſtum, *librum interimiſticum, ſphingem auguſtanam, cothurnum metaxicum, B. Bechmannus in Notis ad Hutterum Loc. 14 Q. 15 n. 5, Loc. 18 Q. 18 n. 1 ſeqq. Richterus d. l. n. 9.* item *religionis monſtrum, ſcortum, idolum.* Plura, quæ ad hiſtoriam hujus *interim* pertinent, vid. *apud D. Hœnium* in der Sachſen-Coburgiſchen *Hiſtoria L. 2 p. 163 ſeqq.*

3. R. quoniam maxima pericula, ex mente Proteſtantium, ſub larva quadam libertatem omnem Germaniæ ſubvertentia liber iſte interimmiſticus continebat. *Richterus d. l. p. 420. Schvvederus in introductione ad Jus Publ. Parte Gen. p. 54 §. 18. Sleidanus de ſtatu Religionis Lib. 20.* Unde quoque ille rhythmi circumferebantur:

Recht ſelig iſt der Mann,
Der GOtt allein vertrauen kan,
Und hålts nicht mit dem interim,
Denn es hat den ſchalck hinter ihm.

4. Declara, dictum librum interimmiſticum neque a Pontificiis, neque a Proteſtantibus, in omnibus partibus approbatum fuiſſe. *Dietherrus in Continuat. Theſ. Pract. Beſoldi ſub voc. interim p. 306.* ubi ridiculum quid de Boruſſiæ ruſticis refertur, qui tabellarium, pſittacum ferentem, occiderant, opinati miſellum pſittacum fuiſſe illud famoſum interim e medio tollendum.

LVIII.

LVIII.

1. MAn hencket keinen, man habe ihn denn. Nemo ſuſpendio afficitur, niſi qui in poteſtatem redactus. Alias additur: man ſolle es machen, wie die Herren von Nürnberg, die hencken keinen nicht, ſie haben ihn denn.

2. Confirm. per *l. abſentem 5 in pr. ff. de Pœn. c. ſuſceptis 1 X. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.*

3. Ratio, quia alias deficit objectum, in quod agi poſſit: tria enim ad pœnam laquei requiruntur (1) Magiſtratus, (2) carnifex, & (3) furcifer.

4. Declara, corporaliter ſcilicet: in effigie enim etiam abſens ſuſpendi poteſt; nec neceſſe hic eſt, ut corpore actualiter quis præſens ſit, *Celeberr. Dn. Hertius in Select. & Rar. ex univ. Jurisprud. Argum. 105 p. 572. & ibi allegatus Philippi in uſu Pract. inſtitut. L. 4 ecl. 40.* Conf. *B. Struvii diſſert. de Executione in effigie Jenæ habita per tot. & Sonnemannus in Leg. Notabilioribus Lit. A. n. 3 p. 6.*

5. Ampl. etiamſi abſens fidejuſſores dederit, quoniam in illis pœna corporalis non locum habet *Georgius Mundius a Rodach Vol. 1 conſ. 14 n. 78 p. 181.*

6. Ampl. (2) idem etiam quoad alias pœnas corporis afflictivas valere, ita ut nulla harum infligi poſſit, niſi corpore actualiter præſenti.

LX.

1. ZU hof kan man ſich wol wärmen; aber auch verbrennen. In aula calefieri, & ſimul etiam exuri poſſumus. Eſt dictum

Fride-

Friderici Sapientis Electoris. Sensus est: *Vita aulica & quæstuosa & damnosa esse potest.*

2. Ratio, quia si quis ad mores aulicos vitam vivere & accommodare potest animum, commoda etiam exinde comparanda & promovenda veniunt: sin vero prudentia Πολιτικῶς vivendi quis destitutus, facile excidere gratia, & in infortunium devenire potest. *Sævum prælustri fulmen ab arce venit.* Quomodo autem aulicus se gerere debeat prudenter & astute, docuit ex professo Autor libelli von Reinicken Fuchß, ut & de *Politico Scelerato*, quorsum lectorem remitto, addito tamen hoc monito, ut in istius lectione & applicatione adhibeat granum salis, in hujus vero Notas *Pelleri*. Multa inibi approbanda, multa damnanda. Add. omnino *Lipsius L. 3 Polit. c. 11 n. 1 seqq. & Perezius in Jure Publ. c. 71 & 72 p. 174 seqq.*

3. Ampl. ut etiam sexui sequiori periculosa aula sit; ita enim *Seneca*: pudor & conjugii sacrata fides fugiunt aulas.

4. Exempla ex sacra Scriptura vid. in der Biblischen Policey des Reinkingks *L. 2 ax. 103 p. 440.*

5. Itaque acri circumspectione & custodia nobis opus contra lapsum, quia per pericula pervenitur ad grandius periculum, *Lipsius d. l. n. 1 & 2.* Aulæ culmen lubricum: qui stat, videat ne cadat. Fraus sublimi regnat in aula *ibid. n. 16.* & eatenus illud verum est: Lang bey Hof, lang in der Höllen. Ante omnia caveat sibi quis ab adulatione, ignorantia satietatis, & ambitione. *Perezius d. l. p. 175* Conf. *Chockier in Thesauro Politico* L. 5 c. 5 p. 574 *seqq.*

6. Declar. parœmiam præsertim tum valere, quando quis nimis prope accedit ad aulam: Wer dem Heerd zu nahe ist, der will ersticken, wer ihm zu weit

ist,

ist, wil erfrieren: Conf. Fröschmäußler *L. 1 P. 2 c. 7*, ubi ita habet:

Wer vom feuer bleibet weit,
Verfreuert gewiß zur winters-zeit.
Wer gar zu nah tritt, wird verbrannt,
Im mittel ist der beste stand.

LXI.

1. HOffen und harrn macht manchen zum narrn

Sperare & expectare redigit ad insaniam.

2. Ratio: Quoniam spes vel sapientissimos etiam multis fallit modis, cum lubrica sit, & ab incerto dependeat eventu *Tabor apud Barbosam sub voc. spes.* unde quoque a *Livio Lib. 7 c. 41* fallax salutatur autor.

3. Declar. Quod diverbium hoc capiendum sit de spe vana, improbabili & illegitima, quæ alias quoque somnium vigilantium dicitur: Wann man auf den S. Nimmerstag wartet, da die Gänße backen, oder wann man allerhand materialien in seinen kopf zusammen trägt, und mit der abgeschmackten hoffnung sich flattiret, daß daraus noch gantze schlösser in die lufft wurden gebauet werden können. Quorsum etiam illud tritum & vulgatum spectat: Wer lang genug warten kan, bekommt Nürnberg.

4. Fallit quoad spem probabilem, & fundatam in verbo divino, in qua & silentio nostra est fortitudo. Cujusque in bonis nostris esse potest. *Tabor d. l.* Quorsum illud *Rom. 5* pertinet: Hoffnung läst nicht zu schanden werden.

5. E. G. Pax etiam victori utilis, & melior est quam sperata major victoria, quia illa in tua, hæc in Deorum manu est. *Lipsius Polit. Lib. 5 c. 20 n. 13.* es ist besser ein dürrer habich, als ein dürrer hättich.

LXII.

LXII.

1. Dᴱ nåſt in graed
De outſt op ſtraet
De Manns vor Frouwen
Siet man een Hollands leen behouwen.

Vel etiam, ut *Sicambri* dicunt :

Dat meeſte lyf
Die mann vartt wyf
Die oltſte op det ſtrauten.

Conf. Fritſch in Contin. Beſold. ſub v. Cleviſch leben *p. m.* 724 *B. Struvius in Obſ. de feudo hereditario Syntagm. Jur. feud. adjectis ob.* 49 *n.* 5 *p.* 124. Noſtra Dialecto diceres: Der nåchſte in der freundſchaft, der ålteſte in der linie, die månner vor frauen die Hollåndiſche leben behalten. h. e. *proximus gradu, ſenior linea & maſculus præ fœmina ſuccedunt in feudis Hollandicis.*

2. Confirmant hoc ſtatuta & conſuetudines Belgarum, ut & Sicambrorum peculiares. vid. *a Sande de feudis Gelr. t.* 3 *c.* 1 *§.* 19 *n.* 4.

3. Declar. (1) quod tamen attendi debeat an feuda paterna, an vero materna ſint; ſi enim paterna ſunt, conſanguineis & agnatis, ſin materna, uterinis & cognatis deferuntur iſta *Simon van Leeuvven in Cens. Belg. L.* 2 *c.* 22 *n.* 11. *Zypæus in Notit. Jur. Belgici p.* 182. nec enim feuda indiſtincte, ſed ex linea, unde iſta profecta, proximo deferuntur. *Van Leeuvven d. l.*

4. Declar. (3) quod hic, omnibus demum deficientibus, feudum ad alios ultimi vaſalli conſangui-

neos, qui ex eadem linea s. fibra non sunt, deferatur. *Leeuvven d. l.*

5. Declar. (4) quod semper habeatur sexus & ætatis ratio, ita ut ex pluribus ejusdem familiæ aut gradus primogenito masculo minori præ fœmina majori deferatur *Leeuvven d. l. Gudelinus de Jure Noviss. L. 2 c. 13 p. 78.* & quidem ita, ut mas unius cognationis fœminam alterius excludat *Zypæus d. l.*

6. Declar. (5) dummodo succedens legitimus & alias habilis sit. *Zypæus c. l.*

LXIII.

1. **Die Holsten (a) vertheidigen ihr recht mit dem schwerd.** Holsati jura sua armis defendunt.

2. (*a*) Ita secundum dialectum inferioris Saxoniæ dicuntur Holsati, die Holsteiner, prout videre quoque est ex *Fuchsii introductione ad Praxin forensem L. 4 §. 12 p. 570. seqq.* ubi sæpius vox Holsten occurrit.

3. Origo & insimul ratio hujus proverbii hæc est. Nimirum ad Regium Præfectum aliquando accedebant Holsati, jura sua antiqua prætendentes interroganti isti: quænam jura haberent? respondebant Holsati: ecce! jus uostrum antiquitus receptum defendere volumus gladio. Quo audito præfectus, cum turbas metueret, salutem quidem quærebat fuga, sed concitati Holsati ipsum, prehensum misere interficiebant *Zeilerus P. 2 epist. p. 779 epist. 529.* Ratio rationis, quia Holsati, imprimis vero nobiles, multis gaudent juribus singularibus, quæ quovis modo tueri conantur, inter quæ non minimum jus obstagiale est, quod in toto imperio sublatum, Holsatis vero solis per *instrum. Pac. Westphal.*

art.

art. 8 §. 5 integrum reservatum. Hinc aliud quoque natum diverbium: das lässet der Holsteinische Adel nicht zu, quod imprimis in Saxonia notum est, & tunc adhiberi solet, quando aliquid admittere periculosum est. An vero hodienum Holsati non compareant in judicio, für geding, nisi gladio instructi, me equidem latet; videatur tamen *Zeilerus d. l.* id certum, quod in Regimine Ducis Holsato-Gottorpiensis, quod Sleswici est, & Advocati & judices gladio cincti compareant: ipse enim hujus rei testis ocularis sum: item promissio bey Holsten lowe est promissio sancta & singularis, Danckwerth vom Hertzogthum Holstein *p. m. 172.*

LXIV.

1. DAs holtz muß pfleglich (a) gehalten werden. Sylva moderate utendum est.

2. (a) Pfleglich, a pflege dictum, idem significat ac curate, moderate, mediocriter, civiliter, modice. Hinc pfleglich haushalten est moderationem adhibere in œconomicis Spate im deutschen sprach-schatz *p. 1446.* Synonymum est flürlich. Sententia ergo prœmiæ huc redit: *ita cædendæ sunt arbores, ne sylva extirpetur*, man muß den Wald nicht veröstiger, oder, prout alii dicunt, veröstten.

3. Ratio, quia alias exercitium venandi aut pascendi deterioratur, si non plane intervertitur contra æquitatem naturalem Conf. *l. 6 §. ult. ff. si serv. vind.* Addatur *Kæppen Decis. 15 n. 1 P. 1 n. 13. Speidelius in speculo sub voc.* Jagen *p. 624.*

4. Fundamentum habet adagium nostrum in *l. creditor §. Lucinius in f. ff. de servit. ibi: civili tamen &c.*

5. Declara, talem hic intelligi sylvam, in qua quis servitutem habet, ejus vero & fundi proprietas ad alium spectat, ubi Dominus fundi & sylvæ ita uti debet arboribus, ne servitus illa intervertatur. Conf. *Gailius L. 2 ob. 67 n. 6. Carpz. P. 2 const. 41 def. 2.* Nam si quis non tantum dominus fundi & sylvæ, sed & juris venandi aut alterius alicujus servitutis est, tunc libere agere sylvam venatoriam, si velit, funditus excidere & aratrum inducere potest.

6. Ampliatur, ut idem quoque dicendum sit de sylvis vasallorum, qui illas in præjudicium dominorum directorum excidere non possunt. *Struvius in Syntag. Jur. Feud. c. 6 §. 11 n. 2. p. 167.*

7. Ampliatur (2) in tantum, ut si sylva, in qua quis jus venandi habet, excidatur, & sic exercitium hujus juris intervertatur, domino servitutis intuitu sylvæ, ad culturam redactæ, satisfactio fieri debeat *Besoldus in Thes. Pract. sub voc.* neubruch *in addit. p. n. 686.* und wird in compensationem des ausstockens gemeiniglich die stock- oder forstgarben gegeben. *Mylerus de statibus imperii P. 2 c. 73 §. 8 p. 654. Leuchtius in Tractatibus Academicis de Jurisdictione p. 139. n. 13.* Quapropter etiam mandata de sylvarum vastaione inhibenda impetrari solere docet *Petrus Friderus de mandatis L. 2 c. 39 p. 221.*

LXV.

1. Es ist hûte myn, morne din, so theilet man die huben (a)

Hodie mea, cras tua,
Ita dividitur huba.

Mentionem hujus facit *Speidelius in speculo sub voc.* hueb *p. m. 612. & Durr in Dissert. Argen-*

gentorati habita de curiis dominicalibus von Dinckhöfen *th. 18.* Neuter tamen sensum eruit, sed uterque ad *Goldastum* provocat.

2. Hube vel etiam hufe a voce habe, quatenus scilicet facultates, opes, & bona denotat. Spate im deutschen sprach-schatz *p. m. 724. seq.* descendens, latine dicitur *mansus* vel etiam *huba*, eine hube oder hufland (h. e. eine gewisse anzahl an äckern oder feld) apud nos in Franconia vero plerumque significat prædium totale & dominans, die haupt-hube, & particulare die stückhube. Possessor ejusmodi prædii dicitur hübner, colonus, emphytevta, a quo differt der afterlehner, subinfeudatarius, hic enim partem quantam sive rem singularem prædii totalis possidet v. g. einen weinberg, einen acker, eine wiese, so in die hube hinein gehört, & eapropter etiam quotannis censum solvit, & casu alienationis laudemium, er muß dem hübner jährlich den zinß, und bey alienations-fällen das hand-lohn entrichten; ille vero, scilicet possessor hubæ, der hübner, partem quotam possidet v. g. eine halbe oder viertels-hube. *Wehnerus in observ. Pract. sub voc.* houb *p. m. 215 & sub voc.* urbar. Ab utroque differt dominus directus, der eigen-Herr, oder lehen-Herr. Ejusmodi hubæ dantur *Obereisenshemii* in Comitatu Castellano Add. *Philoparchus P. II.* seines klugen beamtens *c. 38 §. 3 p. 873 seq.*

3. Sensus hujus parœmiæ non adeo planus est. Si conjecturare licet, ita habendum: aut particula so sumitur pro adverbio temporis, & æquipollet adverbio alsdann, auf solchen fall, & tunc sensus esse potest: *hodie, dum ego vivo, huba sive bona ad me pertinet, cras vero post mortem meam ad heredes meos spectant, inter quos tunc bona ista dividenda;* aut sumitur *comparative* & idem est ac sicut also, ita ut

 intel-

intellectus huc rediret: *hubæ ita dividuntur, ut illa pars, quæ hodie mea est, cras tua esse possit.* Sed enim placet prior explicatio. Tu vero quam velis, elige, mihi perinde, aut, quod gratissimum erit, de utraque meliorem.

LXVI.

1. Aus einer argen hur wird selten ein gut Eheweib. Mala meretrix raro abit & mutatur in bonam conjugem.

2. R. quia, sicuti corrupta vasa servant plerumque odorem, quo semel imbuta; ita etiam raro resipiscit homo degener & dissolutus, jung gewohnt, alt gethan. Conf. *Limnæus de Jure Publ. L. 4 c. 8 n. 289 p. 265.* imo quo senior eo pejor, je länger je böser.

3. Declara, valere tritum hoc & quotidianum maxime quoad illas fœminas, quæ promiscue se prostituunt.

4. Hinc præsumtio magis militat contra illas, quam quæ in juventute stuprum passa fuit, sed plures uno non admisit. Conf. *Granzius de defensione Reorum p. 1001.*

5. Declara, ex deteriori meretrice fieri tamen posse bonam monialem, scilicet in senectute, quando quæstus meretricius amplius exerceri nequit; Wann die hur alt wird, so will sie fromm werden (wird andächtig und gehet ins closter.)

LXVII.

1. Barbierer und huren muß man recht zahlen. Tonsores & meretrices expleri debent, h. e. *tonsorum & meretricum opera condigna mercede pensari debet.*

2. Ratio, quia istis cum multis res & negotium est, adeo-

adeoque occaſio datur traducendi & ſuggilandi illos, qui opera eorum uſi non ſatis mercedis dederunt.

3. Declara, parœmiam non id dicere, quaſi meretricum opera licita ſit, non! ſed quod ille, qui cum meretrice aliqua conſvevit, & factum tamen ſuum vult neſcire alios, famæ ſuæ bene conſulat, ſi tantam mercedem ſolvat ſcorto ſuo, quantam hoc habere prætendit. Si non ſatis caſte, tamen caute. Egregia pro fornicantibus cautela! vive ergo caſte, ut ne illum adhibere neceſſe ſit. Quid? quod ſi lapſus es, confitere tuum peccatum minimum DEO, ut illius remiſſionem impetrare poſſis, & emenda vitam impuram: **Kein unreiner wird ins Reich Gottes kommen.**

LXVIII.

1. **Einer ieden huren** (a) **trost ist, daß sie die erste und letzte nicht seye.** Cuivis vitiatæ id ſolatio eſt, quod neque prima, neque ultima in ordine ſtupratarum ſit.

2. (*a*) Nota, quod vox **hur** h. l. ſumatur in ſenſu latiori, quo vulgo etiam illa venire ſolet, quæ unica vice ſtuprum admiſit, & virginitatis ſuæ jacturam fecit.

3. Ratio: fundant enim ſe in argumento topico, deſumto a ſimili, & exemplo, putantes minus turpe eſſe illud delictum. Ita *Micio* apud *Terentium* in *Adelphis*: *Virginem vitiaſti, quam te jus non fuerat tangere, jam id peccatum primum, magnum; at humanum tamen. Fecere alii ſæpe item boni.* Quod ſæpius accidit, & apud plures.

4. Declaratur, quod admodum tenuis ſit & levis

 hæc

hæc consolatio: ita enim habet vulgatus hexameter:

Solamen miserum est socios habuisse malorum.

Præterea ejusmodi exempla habent aliquid iniqui. Add. *Meisnerus* in wiederlegten sprichwörtern *n. 89 p. 108.* Freue dich nicht, daß der hauffe groß ist, mit welchem du sündigest, und verlaß dich nicht, inquit *Sirac. c. 7, 17.* darauf, daß der hauffe groß ist; Ein gottloser läst sich nicht straffen, und weiß sich zu behelffen mit anderer leute exempel und ihrem fürnehmen, *idem c. 33, 21.* Conf. *Hertius in Epidipnidibus Parœmiarum Juris German. par. 36 p. 51.*

LXIX.

1. **Was von huren säuget,**
Das ist zum huren geneiget.

Quos meretrices lactant,
Illi ad vitam meretriciam inclinant.

2. Ratio, quia qualis causa, talis effectus. κακȣ̃ κόρακος κακὸν ὠόν. mali corvi malum ovum. Liberi non tantum corporis paterni & materni sed & animi quædam imago sunt. *Linck. in Dissert. Academica de literis natalitiis Jenæ 1677 habita c. 2 §. 7.*

3. *Confirm. per l. 5 §. 1 C. ad L. Jul. Maj. can. si gens dist. 56 Ezech. c. 16*

4. Declara, diverbium hoc intelligendum esse de illis liberis, qui non tantum nutriti, sed & nati sunt e meretricibus. Vid. *Limnæus tom. 1 L. 6 c. 5 n. 58.*

5. Declara (2) procedere illud quidem probabiliter & præsumtive, das bier schmeckt gern nach dem faß. (*Nam magus ex matre & gnato gignatur oportet, Catullus.* Ergo etiam incesti coitus faciunt tales natos *Besoldus in Thes. Pract. sub voc.* hexen *p. 382.*) non tamen apodictice, imprimis autem fallit, quando

ma-

mater non promiſcue ſe proſtituit, ſed amore alicujus juvenis capta ſubigi ſe paſſa fuit, wann ſie nur ungefähr ein hufeiſſen abgeleget, im übrigen aber ſich wohl verhalten.

6. Exceptio eſt quoad liberos, qui honeſtis parentibus quidem nati, ſed a ſtupratis fœminis nutriti ſunt. Vid. tamen Mengering *in informatorio Conſcientiæ Evangelico Die Domin. Oculi p. m. 208.*

LXX.

1. **Hand muß hand wahren.** Manus ad manum attendere debet. Manus h. l. per Synecdochen partis integralis ſignificat hominem, ita ut ſenſus: *Quilibet debet reſpicere & ſequi eum, cum quo contraxit, vel, cujus fidem quis ſecutus eſt, res ſuas ei tradendo, eum in repetitione hujus rei ſequi neceſſe eſt. Strauchius de Oppign. Imp.* §. 14. Fidem, dicit *Mevius P. 8 d. 24 n. 1.* quisque, ubi dedit, ſequi tenetur. Conf. *Geier in Spicilegio Beſoldo-Speidel. ſub voc.* hand. *p. m. 60.* **Wo einer ſeinen glauben gelaſſen, muß er ihn wieder ſuchen.**

2. Ratio hujus dicterii latet in compendio & ſecuritate commerciorum. *Mevius d. l. n. 2. Hertius in ſelect. & Rar ex univerſ. Jurisprud. Arg. L. 1 de parœm. n. 15 p. 426.*

3. Tantum abeſt, ut hoc conveniat cum Jure Civili, ut potius ab eo prorſus ſit alienum, utpote quod non tantum actionem concedit adverſus contrahentem, ſed & ſæpius contra tertium *L. 9 ff. l. 23 C. d. R. V. l. f. §. 1 C. d. furt.* Confer. *Dn. Berens in Diſſert. Acad. p. 311.*

Inter principia tamen & peculiaria Juris Lubecensis axiomata adagium nostrum esse referendum, tradit *Mevius d. l.* & probat id ipsum per ejus *art. 1 t. 2 L. 3.* Concordat Jus Culmense & Saxon. provinciale vid. *L. 2 art. 6*

4. Declar. quod valeat active, non passive. *Mevius d. l.*

5. Ex. (1) est, quando quis pretium solvit ei, a quo per venditionem mercem accepit, iste liberatur, etiamsi nec domini mercis voluntas fuit, ut isti solveretur; nec quoque Dominus istud pretium recepit, modo venditio facta sit Domini voluntate, & solvens fuerit in bona fide. *Mevius P. 5 d. 174 n. 5.* Der Herr mag sich halten an dem, welchem er die waar immediate gegeben hat, der käuffer hält sich an seinen verkäuffer. Accedit, quod voluntas accipiendi colligatur ex mandato vendendi *Mevius d. l.* Quapropter etiam casus hic specialis conveniens est juri civili, quia & hoc ex potestate ad vendendum concessa potestatem ad recipiendum elicit. *l. quod servus 35 ff. d. solut. L. vero 12 ff. eod.*

6. Exemp. (2) est in commodante Domino, cui contra tertium possessorem denegatur rei vindicatio, & tantum contra illum agere licet, cui rem suam commodavit. Vid. *D. Klein Prof. Rostochiensis in Dissert. de convenientia Juris Culmensis, Gedanensis &c. decade 10 §. 2* secus est de Jure Civili *L. 9 pr. ff. d. R. V.* Idem etiam in re deposita, & oppignorata constitutum adeo, ut primus a tertio rem vindicare non possit, sed ad eum regrediatur, cui rem suam pignori dedit, vel depositam credidit. *Klein d. l.* Plura, & quidem utiliter dicta, vid. apud *Gudelinum de jure oppignorati territorii p. 54. Hoppium in Comment. Inst. p. m. 866 & Hertium in select. & rar. ex Univ. Jprud. Arg. l. 1 Parœm. Jur. Germ. par. 18. p. 426.*

LXXI.

1. **WAnn der hase laufft über den weg,**
so ist unglück schon auf dem steg.

Inauspicatum iter obvius facit lepus; dicitur quoque ita:

> **Wann ausser den geheegen,**
> **Der hase laufft auf wegen**
> **Dem wanderer entgegen,**
> **Folgt unglück auf den stegen.**

2. Ratio hujus rei nulla dari potest solida. Per accidens forte aliquando factum, quod infelix iter suscipienti obvius factus lepus, & hinc a nonnullis creditum, leporem infelicitatis esse vatem. *Wolfgangus Franzius* tamen, qui *in historia animalium* proprietates & qualitates eorundem recenset, *in cap. 19 P. 1 de lepore & cuniculo* hac de re nihil habet, utut aliquot proverbia a lepore desumta, v. g. **Er hält bey einem, wie der hase bey der trummel; Er bleibt bey seinen worten, wie der hase bey seinen jungen**, in medium ibi proferat. Vid. tamen *Rosinus in Antiquitatibus Rom. L. III c. 9 p. m. 202 inf.*

3. Exemplum famosum, ubi lepus signum fuit infelicitatis, affert *Zeilerus in opere Epistolico Part. 1 Ep. 403 p. 341.* **Im jahr 1289. als die Grafen von Hollstein unglücklich wieder die Dietmarsen gekrieget, lief ein hase dem kriegs-heer ungefähr entgegen, welches an die schlacht gehen wolte, wodurch solches in die flucht gebracht wurde.** Conf. *Lucæ* **in dem uhralten grafen-saal** *p. 509 seqq.* qui prolixius hanc refert historiam, Add. *Dn.* **Tenzel in monatl. unterredungen** *d. A. 1692 p. 377.* ubi leporem interdum etiam felicitatis signum fuisse scribit.

LXXII.

1. DAs haus soll man stützen, und das geld mittlerweil nützen. Domicilium columnis fulciendum & interea pecunia utendum.

2. R. Quia ædificia eorumque conservatio multum absumunt pecuniæ, & parvo tamen pretio constant, quando quis adductus est in angustias.

Multas ædificare domos, & pascere multos
Est ad pauperiem semita recta quidem.

3. Limitatur, nisi ita ruinosa sit, ut urbem deformet; nam ita causa cognita ad refectionem, aut etiam ad exstructionem novi ædificii compelli potest dominus vid. *L. 7 d. off. Præs.* Conf. *Tabor apud Barbos. in Thes. Loc. Com. sub v. ædificium ax. 1.* imprimis quando hic ædificium suum ejusque fundum jure habet emphyteutico, quia sic duplex concurrit utilitas, decor scil. publicus & laudemii augmentum, quod in casibus alienationis ipsi, ceu domino directo, debetur. Minimum hoc apud nos in Franconia observatur. Quid de vasallo habendum? vid. *Besold. in Thes. Pract. sub voc.* dach und fach *p. 156.*

4. Limitatur (2) nisi quis tanta instructus sit pecunia, ut facile illa carere possit. *Dn. Geierus de Artificibus Palatinis P. 2 c. 6 §. 9 n. 239 p. 73.* Sic enim recte illa impenditur in ædificia. Quicquid autem cæteroquin hujus sit nostri proverbii, illud certum nominis sui eximium post se relinquere monumentum, qui ædificia exstruit, juxta illud: Wer häuser baut, kinder zeugt, und bäume pflanzt, stifftet seines namens ewiges gedächtniß.

LXXIII.

1. DJe hechte werden um deswegen in die teiche gesetzet, damit die andern fische nicht faul werden. Lucii ea propter immittuntur in stagna, ut ne reliqui pisces languescant: h. e. *mali propterea tolerantur, ut sapere discant boni.*

2. Suffragatur sacra scriptura, & quidem *1 Cor. 11* Es müssen rotten unter euch seyn, auf daß die, so da rechtschaffen sind, offenbar werden unter euch.

3. Ratio, quia quæ nocent, docent. Dat vexatio intellectum.

4. Declaratur, ita tamen, ut cura haberi debeat desuper; alias enim devorant bonos mali, aut certe malitia sua inquinant, si non prorsus depravant.

5. E. Gr. Ea propter principaliter tolerantur Judæi, ut testes irrefragabiles sint de existentia Christi, ejusque vitæ ac mortis veritate. Si fures non essent, inquit *celeberrimus Wildvogelius in dissert. de jure portarum sub ejus præsidio habita c. 2 n. 132.* minus diligentes nos habituri essemus patresfam.

Wie der habicht fängt die tauben
Und die hecht die fischlein rauben;
Also auch der ungerechte
Gerne alles an sich brächte.

LXXIV.

1. DEr hehler (a) ist so gut, als der stehler. Celator & fur ipse pares sunt, sive, ille qui recipit res furtivas animo eas celandi, furi similis est. Alias quoque dicitur: Hehler und stehler gehören an einen galgen.

2. (*a*) Per

2. (*a*) Per hunc intelligitur qui furem vel furtum ab alio perpetratum celat. Differt ab auxiliatore, qui auxilium præstat vel in furto vel ante illud *Carpz. Pr. Crim. P. 2 Q. 87 n. 37 P. 4 const. 40 d. 3 n. 4.* Differt a malæfidei emtore, qui pretio leviori rem furtivam sibi emit; celator vero pro præstita sua opera mercedem recipit.

3. Ratio (1) quia & receptator contrectat rem alienam. *Hoppius in Comment. ad §. 4 Instit. d. oblig. quæ ex delict.* si non vere, tamen ficte, *Stryck. Differt. de Jure putativo c. 6 §. 3.*

4. Confirmatur *per §. 4 Instit. de oblig. quæ ex delict. l. 1 de Recept. l. 12 C. de Crim. pec. l. eos qui 14 C. de furt. l. 9 C. ad L. Jul. de Vi Pub. can. notum sit 10 in f. caus. 2 q. 1* Land-recht *L. 2 art. 13.*

5. Objicitur, quod *Ulpianus in l. 48 §. 1 ff. d. furt.* expresse dicat eum qui furem novit, nec tamen indicat, furti non teneri. Sed R. aliud est non indicare, & aliud est celare. Qui non indicat, ille non vult fieri alterius proditor, citra tamen animum exinde lucrandi aliquid. Qui vero celat furem, ille hoc facit, ut ex celatione aliquod capiat lucrum. Contrariari porro videtur *l. 1 in f. C. d. Recept. l. ult. §. ult. l. 1 §. 1 ff. d. Abigeis, l. 40 ff. d. pœn.* de quarum legum conciliatione vid. *Hert. in select. & rar. ex univers. Jurisprudentia Argum. L. 1 de parœm. Jur. Germ. par. 102 p. 568.*

6. Declara igitur (1) si receptator scienter res furtivas recipiat; nam illi, qui ignoranter res furto subtractas recipiunt, non tenentur *l. 3 ff. incend. ruin. & naufrag.*

Dissentit quoad Judæos *Mylerus ab Ehrenbach cap. 60. d. stat. Imp. §. 6 Schuz. Colleg. Jur. Pub. Vol. 2 disp. 2 P. 1 th. 17 lit. D. Reinking. de Regimine L. 2. cl. 2 c. 3 n. 21. Brunnemann. ad l. 2 C. de furt. Sichardus*

ibid.

ibid. n. 2 *Althusius in Dicaolog. c.* 35 *n.* 27. *Damhouder in Prax. Rer. Crim. c.* 119 *n.* 4. Ratio est in *Ordin. Pol d. A.* 1577. *tit.* 20 *ver.* daß sich auch die juden, ubi simpliciter sine refusionis pretii mentione restitutio mandatur. Conf. *Hertius d. l.* sed praxis hodierna nonnullis in locis in contrarium est.

7. Declara (2) Modo recipiatur res furtiva celandi causa sive dolo malo, ut inde aliquod captetur lucrum. *Bonifacius de furtis §. contrectatio n.* 73 *p. m.* 164. Ratio, quia non omnis, qui recipit, statim etiam delinquit. *Bonifacius d. l. Hert. d. l.* dicit: si societate scelerum contracta quis recipit furem.

8. Declara (3) ut fures quidem puniri debere receptatores, eapropter, quia non adeo frequentia forent furta, si non reperirentur, qui fures celarent, **denn wäre kein hehler, so wäre auch kein stehler** *Beier de Artificibus Palatinis c.* 12 *P.* 1 *n.* 395 *p.* 114. hinc *Proverb.* 29 *v.* 24 dicitur: **Wer mit denen dieben theil hat, der hasset sein leben.** Attamen non eadem statim cum furibus ipsis pœna afficiendi sunt. Quia enim eorum, qui furtum commiserunt, gravius est delictum, quam receptatorum, ideo pro qualitate delicti illi aliquando juste ultimo afficiuntur supplicio, hi nunquam, nisi simul operam & auxilium in ipso actu furandi præstiterint furibus, *Carpzov. d. l. n.* 30. *Hoppius d. l.* Conf. *Zieglerus ad Instit. Jur. Can. Lancell. L.* 4 *t.* 6 *§.* 2 *p.* 969. *Eckolt in Compendio ff. p. m.* 1274. Dissentit *Berlich P.* 5 *concl.* 55 & *Geier in Spicilegio sub voc.* **hählen**, *p. m.* 61.

9. Exemplum est in servo fugitivo *l.* 1 *ff. d. fugit.* vid. *Schach. Coll. Pract. d. t.*

10. Amplia, ut hoc procedat quoque in aliis delictis. Sic edicto Electorali Brandenburgico cautum, ut is, qui reciperet milites fugitivos, die deserteurs, eos celat, eorumque fugam promovet, pro

re

re nata vel mulcta vel pœna corporali plectatur.

LXXV.

1. Die heiligen hohlen ihr wachs wieder. Repetunt suam ceram sancti. h. e. *quando aliquid, quod ad ecclesiasticum aut alium pium usum destinatum, in rem privatam vel secularem vertitur, tunc illud non conducit, sed cum jactura sui ipsius reliqua etiam bona consumit.* **Die schätz der kirchen nimmt man hin, das wird ihnen bringen kein gewinn.**

2. Ratio, quia res divini juris in nullius bonis sunt *§. 7 Instit. de R. D.* & quidem ita, ut nec actu sint alicujus, nec esse possint, propter interdictum commercium. *Hoppius in Comment. Instit. ad d. §. 7 p. m. 255.* (2) Quia DEUS severe prohibuit rerum spiritualium & ecclesiasticarum profanationem. *Levit. 7 v. 25. 27 v. 28 Josuæ 7 v. 11. Daniel. 5 v. 3. seqq.*

3. Limit. Nisi scil. illa, in luxum, voluptates aliosque profanos usus perdite absumuntur. Conf. *Hert. in Select. & Rar. ex Univ. Jurisprud. argumentis*, & quidem *de Paræmiis Jur. Germ. L. 2 par. 19 p. 615.* Tali enim casu secularisationem fieri posse cum auctoritate Magistratus credo, cum primis quia & votum in melius mutare licet *cap. pervenit X de jurejur. Tabor apud Barbosam in Thes. loc. sub voc. votum, ax. 1.* Sumtus ergo ad sustentationem imutilium monasteriorum dicati recte impendi possunt in rem pauperum, parentibus orborum, vitiosorum &c. de quo argumento vide sis *Dissert. de secularisatione sub Præsidio D. Bœtticheri Helmstadii habitam.*

habitam. Burgoldensis ad Instrum. Pac. P. 2 d. 9 §. 13 p. 76. Adde *paroem*: Geistliche güter haben adlers federn, kommen selten an den dritten erben.

4. Ampliat. ut idem quoque quoad stipendia procedat, utpote itidem ad pios usus destinata, die schätz der kirchen sind ihr gifft, sie sind von ihnen nicht gestifft, noch nehmen sie das kirchen-gut, non secum ponderantes, quod hoc ipso commodum & benedictionem omnem amittant. Conf. *Ahasveri Fritschii Tract. de Stipendiis & Stipendiatis Scholaribus per tot. imprimis* vero *c. 9. 10.*

LXXVI.

1. Die henne (*a*) trägt das handlohn (*b*) auf dem schwantz mit sich. Gallina laudemium secum affert in cauda.

2. (*a*) Gallina h. l. μετονυμικῶς emphyteusin denotat, dum scilicet gallina, quæ plerumque ab eo, qui rem aliquam alteri in emphyteusin concedit, in signum contractus emphyteutici singulis annis præstanda promittitur.

3. (*b*) Hic intelligitur laudemium civile, quod in causam alienationis bonorum emphyteuticorum debetur, non vero consvetudinarium, quod ex aliis bonis, feudalibus nimirum, persolvitur, & communiter die lehen-wahr appellatur *Franzkius de laudemiis c. 3 p. m. 16.* Sensus ergo parœmiæ huc redit: *quando aliquis Domino suo directo de aliquo prædio dare tenetur gallinam, tunc in casum alienationis prædii sibi ipsi debetur laudemium regulariter ab emtore præstandum*, und wird dergestalt nach dem kauff-schilling judiciret, daß, so viel 100. stück der verkäuffer empfängt, so vielmahl 5. oder 10. gülden müssen auch von dem Emtore dem Domino Di-

recto gezahlet werden. Brevius: Bona emphyteutica, quorum intuitu gallina præstatur, sunt quoque laudemialia. *Dn. Hertius in Select. & Rar. ex Univ. Jurispr. Argum. de Parœm. Jur. Germ. L. 1 par. 19 p. 427.*

4. Ratio, quia gallinarum præstatio in eum effectum prædiis imponitur, ut signum sit debiti laudemii.

5. Declar. (1) procedere parœmiam hodie: olim vero non erat sic. *Hertius d. l.*

6. Declara (2) valere istam ἐν μέρει, non καθόλου, cum dentur bona seu prædia, de quibus annuatim præstanda venit gallina, nec tamen sunt laudemialia *ibid.* Conf. omnino *Wehnerus in Observat. Pract. sub voc.* fastnachts-hüner & *Besoldus sub voc.* hennen *in Thes. Pract. p. 411. sub voc.* handlohn *p. 362.* & prædia, de quibus certus annuatim persolvitur canon, quæ tamen laudemialia sunt.

7. Declara (3) non valere istam reciproce; qui debet laudemium, ille etiam debet gallinam, cum etiam ex alia causa, v. g. conventione & pacto, prædio cuidam imponi possit laudemium.

LXXVII.

1. **Eine henne kan mehr verscharren, als zehen häne erspahren.** Una gallina plus dissipare potest, quam decem congerunt galli gallinacei, h. e. una uxor plus dissipare potest, quam decem mariti lucrari. *Martinus Geierus in Comment. in Proverbia Salomonis c. 14 v. 1 p. 678.*

2. Ratio, quia bona quærere & quæsita conservare (juxta illud:

Non minor est virtus, quam quærere, parta tueri)

non vero quæsita dissipare, artis est.

3. Con-

3. Concordat S. Scriptura; ita enim *Regum Sapientissimus Salomon d. c. 14 v. 1.* Durch weise weiber wird das hauß erbauet, eine närrin aber zerbrichts mit ihrem thun.

4. Declara, quatenus nimirum per fœminam dissipantem intelligitur imprudens & prodiga, sive nepotina.

Wo das weib nicht hält zu rath,
Was der mann geschaffet hat,
Da ists in dem hauß verspielt,
Wann sie gleich schon billt und schilt.
Groß geschrey und wenig wollen
Finden sich bey denen drollen.

LXXVIII.

H*Erbipolis sola judicat ense & stola.* Est vulgatum πολυτρύλλητον, quod a non nullis ita proferri solet: *Herbipolensis sola judicat ense atque stola*; item: *Herbipolis sola judicat ense stola.*

2. (*a*) Vulgo Wurzburgum Würtzburg, alias quoque *poepolis*, sita est ad Mœnum in Franconia. An autem recte derivetur a voce Würtz, quatenus herbam aromaticam, aut quatenus virum denotat, aut a *Wirico*, vel etiam a Wirt, de eo non conveniunt Doctores. Conf. interim *Serarius in Gestis S. Kiliani Franciæ orientalis sic dicti Apostoli p. m. 35. seqq. Speidelius in speculo sub voc.* Würtzburg *p. 1374. & Besoldus in Thes. Pract. sub ead. voc. p. 1012.*

3. (*b*) Ensis h. l. est signum dignitatis Ducatus & Jurisdictionis secularis, Episcopatui annexæ. *Joh. Helvicus Sinoldus dictus* Schütz *in prælectionibus ad Jus Publ. L. 1 t. 7 p. 226.* Unde adhuc hodi-

fere omnes, qui feuda regalia habent, gladio investiri solent, cum olim non nisi seculares ita, clerici vero sceptro, investiti fuerint. *Stryck. in Exam. Jur. Feud. c. 3 Q. 33 p. 53. Speidelius d. l. sub voc.* Schwerd *p. m. 1131.* Quoniam autem Caroli M. tempore præter Episcopum Herbipolensem & Abbatem Campedonensem nullus Episcoporum & Abbatum titulo Principis & Jurisdictione seculari gaudebat, *Autor* des Europäischen Herolds *p. m. 97 & 164. Thomasius ad Monzambano de statu Imp. Germ. c. 3 §. 7 p. m. 176.* Ideo quoque in signum singularis præeminentiæ, Jurisdictionis & potestatis super bonis soli, incendio, feudis, hominibus & sanguine, gladium sibi præferri curarunt duo isti Præsules, *Speidelius d. l. p. 1375.* Et hæc origo nostri proverbii est. Stola vero vestem clericalem denotat, Pharisæis usitatam *Lucæ 20 v. 46.* ἀπὸ τῦ ςέλλομαι, quod est operire atque inducere, de cujus vocis varia significatione vid. omnino *Dn. Stelzeri Diss. inaug. de juribus stolæ c. 1.*

4. Ratio est, quia *Pipinus, Caroli Martelli* filius, *Burchardo*, Episcopo Herbipolitano Ducatum Franconiæ A. 750. cessit & potestatem civilem ac criminalem contulit. *Pastorius in Franconia rediviva p. m. 34.* Dahero führen auch Ihro Hochfürstl. Gnaden zu Würtzburg noch bis auf die heutige stunde den Titul eines Hertzogs in Francken.

5. Fallit hodie, postquam omnes Episcopi Imperio Rom. Germanico immediate subjecti, evecti sunt ad dignitatem principalem, & ense judicant. Add. *Limnæus tom. Addit. 5. ad lib. 4 c. 7 pag. 251.* Fefellit olim quoque quoad *Abbatem Campidonensem*, utpote qui itidem jam tum *Caroli M.* tempore ense judicavit. Unde quoque conjungi solent:

Her-

Herbipolis & *Campidona* sola judicant ense & stola, vel etiam: *Campidona* sola judicat ense & stola, Europäischer Herold *p. m. 186.* Add. *Wehnerus in observat. pract. sub voc.* Cent. *p. 515. Imhoff in Not. Proc. Germ. L. 3 c. 4 p. 69. Hœpping de jure insignium c. 6 n. 62.* & Spangenberg *in Chron. Henneberg. L. 2 c. 10.*

LXXIX.

1. GRosse Herren, grosse sorgen. Magnos magnæ agunt curæ. Eodem fere recidit illud *Hadriani* Roman. Pontificis Symbolum: *Magnæ dignitates magnæ servitutes.* Eodem & illud recidit: Grosse würden, grosse bürden, Omnis honos onus.

2. Ratio, quia quo major quis est, eo majora quoque tractanda habet negotia. Talia sunt prædicata, qualia permittuntur esse a suis subjectis. vid. Reinkingh in der Biblischen Policey *L. 2 ax. 43 p. 407.* & *Zeilerus in opere Epist. P. 1 Ep. 64 p. 181.* Ex eodem principio dicitur etiam:

Grosse Herren, grosse sünden,
Grosse Städte grosse sünden.

3. Declaratur scilicet *regulariter*: interdum enim Magnates parva curant, & magna negligunt.

LXXX.

1. SO wir hätten einen glauben,
GOtt, gerechtigkeit vor augen,
Ein elln, gewicht, maaß, müntz und geld,
So stünd es wohl in dieser welt.

Una fides, pondus, mensura moneta sit una,
Et status illæsus totius orbis erit.

Galli dicunt: *une loy, une foy, un Roy. Constantinus Germanicus in Epistola ad Justum Sincerum p. 193.* parœmiam nostram paulo aliter exprimit, dicendo:

Wann wir hätten einen glauben,
GOtt und gemeinen nutzen vor augen,
Ein volle maaß und recht gewicht,
Den güldnen fried und recht gericht,
Dazu ein müntz und gutes geld,
So stünd es wol in dieser welt.

2. Ratio, quia ex diversitate fidei ac cultus divini, ut & Juris, mensuræ, ponderis ac monetæ infinitæ apud nos in Germania, oriuntur confusiones, lites, inimicitiæ, fraudes, suspiciones, imposturæ, damna & incommoda.

3. Declar. quod unitas hæc magis exoptanda, quam speranda sit. *Ventura de Valentiis in Parthenio Litigioso L. 1 c. 16 n. 11 p. 242.* quia forma nostræ Reip. non paucas in conficiendis negotiis publicis parit difficultates status imperii, quantum possunt, deberent curare, ut minimum unitas monetæ, staterae & mensuræ cum istis, cum quibus commercia habentur, introduceretur *Mylerus ab Ehrenbach in Metrologia c. 4 n. 2 p. 32.*

4. Declar. (2.) quod imprimis diversitas religionis ac fidei impediat concordiam.

Una fides, una est pietas, est una colendi
Rite Deum ratio, dementia cætera cuncta.
Es ist gewiß der freundschafft kron,
Einigkeit in der religion,
Der glaub schmeltzt zusammen die hertzen,
Es sey im ernst oder im schertzen.

Constantinus Germanicus d. l. Confer huc, quæ Apoſtolus habet *Epheſ. 4 v. 1.-6.* Novit id ipſum modernus Galliarum Rex *Ludovicus XIV.* qui unitatem religionis, quamvis mediis plane illicitis, & Sacræ Scripturæ neutiquam conſentaneis, in ſuo regno ſtabilire conatus eſt.

LXXXI.

1. **DEm gläubiger wird der schuldner an die hand und halffter geben.** Debitor creditoris diſcretioni traditur.

2. Ratio, ut ſic reprimatur debitorum obæratorum effrenatio & moroſitas.

3. Fundatur in Jure Saxonico, & quidem Land-recht *L. 3 art. 39 in pr.* Weichbild *art. 27 circa fin.* originem tamen ſuam debet Romanis, qui debitores ſuis addicebant creditoribus, ut eis ſervirent, donec ſatisfecerint. *Zangerus de Exceptionibus P. 3. c. 1 n. 142.* Obſtat tamen ipſum jus Romanum Juſtinianeum vid. *l. ob æs 12. juncta auth. ſeq. C. de Act. & Oblig.*

4. Effectus, quod debitor non ſolum ad operas & ſervitia creditori præſtanda teneatur, ſed & compedibus & vinculis a creditore includi poſſit. *Francus de Fidejuſſoribus c. 3 n. 128 p. 113.*

5. Declara quod hodienum procedat in foro Saxonico extra provincias Electorales, *Carpzovius P. 2 conſt. 22 d. 1. Zangerus d. l.* & quidem ita ut tam diu detineri poſſit debitor, donec creditor operis ipſius, vel alia ratione integrum creditum conſecutus ſit. *Kœnig in Proceſſu c. 103 n. 11. Colerus de Proceſſu Executivo P. 1 c. 3 num. 160. & c. 6 n. 114 c. 7 num. 16. Carpz. d. l.* ita tamen, ut vitæ debitoris parcere debeat creditor.

6. Fallit hodie apud nos in Franconia & in Saxonia Electorali, ubi constitutio hæc antiqui juris Saxonici nova constitutione Electoris ita mitigata est, ut obæratis debitoribus certus carcer destinatus sit, in quem detruduntur, sie werden in den schuld-thurn geworffen, *Carpz. P. 2 c. 22 d. 2. Zangerus d. l. n. 143.* nec sufficiat ad cessionem se offerre, nisi creditorum consensum impetraverint *const. 22 P. 2.* vid. tamen *Colerus d. l. c. 6 n. 114.*

LXXXII.

1. Gnad geht vor recht. Gratia prævalet juri, h. e. *æquitas præfertur rigori.*

2. Prob. per *l. 1 §. 3 ff. Si pars her. pet. l. fin. in f. ff. de offic. Præf. cap. un. de rer. perm. in 6. Clem. quamvis 2. in pr. de Appellat.*

3. R. quia æquitas est correctio ejus, in quo lex deficit ob universalitatem, *Grot. de Jure Bell. ac Pac. L. 2. c. 16 §. 26 n. 1.*

4. Declara, valere hoc quoad æquitatem scriptam: non scripta enim, quæ est ex proprio capite judicis, rigori non præfertur. *Barbosa in Thes. Loc. Com. sub voc. æquitas ax. 10 p. m. 46.* De illa intelligenda est *l. 90 ff. de R. J. & l. placuit 8 C. de judic.* quod in omnibus quidem, maxime vero in jure spectanda æquitas sit. De hac vero *l. prospexit 12 ff. qui & a quib. manum.* utpote ex qua probatur, quod judex non possit esse mitior lege, nisi judex talis sit, qui jus habet aggratiandi, sic enim legis duritiem mollire, & gratiam alicui impertire potest. Conf. *Dietherrus in Thes. Pract. Besoldi sub voc.* aus besondern gnaden *p. 71.* Si scilicet id fiat ex probabili causa *Mylerus ab Ehrenbach de statibus imperii P. 2 c. 50 n. 13 p. 469.* & cum judicio *Lipsius L. 2 Pol. c. 13 n. 1. v. gr.* in leviter peccante aut serio pœnitente *Id. Myl. d. l.*

d. l. n. 16. & L. 1 c. 12 n. 31. Recte *Themistocles Simonidi Chio*, Poetæ, præter æquum aliquid postulanti, respondit: neque tu bonus Poeta esses, si modos & numeros in canendo contemneres; neque ego bonus Prætor, si gratiam cujusque legibus præferrem *Plutarch. in vita ejus.*

5. Fallit imprimis quoad illa, quæ pœnam, a Deo statutam, habent, ubi Princeps tantum executor legis, & illa minor est *Hoppius in Comment. Inst. ad pr. de Just. & Jur. p. 22.*

LXXXIII.

1. **Wer auf gnad (*a*) dienet, dem wird mit barmhertzigkeit gelohnet, vel der muß der gnade erwarten.** Qui pro gratia servit, illi mercedis loco cedit misericordia.

2. (*a*) Auf gnade dienen, pro gratia operas suscipere, dicitur ille, qui mero Domini arbitrio salarium relinquit ad aucupandam gratiam, der das hertz nicht hat, eine besoldung sich machen zu lassen, sondern mit demjenigen zu frieden ist, was man ihme geben wil. *Fritschius in Cont. Thes. Pract. Besoldi sub voc.* aus gnaden *p. 709.* Add. *Bardili, Antecessoris quondam Tubingensis Dissert. de Salariis c. 6 §. 30.* Non igitur ille, qui simpliciter sine mentione aut conventione mercedis adit famulitium vel ministerium, sed qui illam mero domini arbitrio relinquit, pro gratia servire dicitur. Conf. *Mevius ad Jus Lubecense P. 3 t. 8 art. 7 n. 20.* Sensus ergo est: qui operas suas alicui præstat, & mercedem sibi non stipulatur, sed illam domini discretioni relinquit, utrum aliquid dare velit nec ne, ille de jure nihil petere potest.

3. R. quia deficit vinculum obligationis, pactum nimirum aut conventio; ubi autem nullum jus, ibi quoque nulla obligatio, vid. *l. 25 ff. de Hered. petit.* Conf. *Fritſchius d. l.* Permittitur namque merces alterius poteſtati, quicquid autem alterius poteſtati permittitur, id non ſubjicitur juris neceſſitati *l. ſæpe 8 ff. de Offic. Proconſ. l. 40 ff. de judic.*

4. Fundatur hæc parœmia in Jure Saxonico, & quidem Landrecht *L. 1 art. 22.*

5. Exemplum eſt in voluptatum artificibus, ſive morionibus, poſſenreiſſern, qui pro gratia ſerviunt, gratia autem excidentes nihil petere poſſunt ab heredibus Dominorum ſuorum vid. *Speidelius in ſpeculo ſub voc.* lied = lohn *p. 813. in addit. Colerus in Proceſſu Executivo, c. 9 P. 1 n. 10 p. 24.* Aliud ſi incertum promiſſum ſub ſpecie æquitatis, ich will ihm geben, was billig iſt, ich will des marckts ſchon eins mit ihme werden. Utut enim actio ſtricto jure tali caſu non detur, ex æquitate tamen judicem ſubvenire debere recte ſtatuit *Fritſchius d. l.* Add. *Mevius d. l. n. 17. & Stamm. de Servitute Perſonali* L. 2 *c. 8 §. 3 p. 330. ſeq.* Diſſentiunt alii. Conf. *Hertius in Rar. & Select. ex univerſ. jurisprud. Argum.* L. 1 *par. 42 p. 454 §. 2.* Optimum ergo conſilium erit ſtipulari ſibi ab initio ſtatim certam mercedem, ne illud objici poſſit dicterium: ohngedingt gearbeitet, ohne lohn davon gangen, quod imprimis tunc valet, quando quis operas non præſtat ad nutum conductoris. Exemplum eſt in advocatis & procuratoribus, quibus de ſalario, utut non convento, extra ordinem jus redditur *l. 1 §. 10 ff. d. Extraord. Cognit.* Differt ab inde illa parœmia: Da der arme mann ſeine dienſte anbote, da war ſein lohn gering. Cujus ſenſus eſt, quod ille, qui ſe ad munus vel officium aliquod offert, exiguam recepturus ſit mercedem.

LXXXIV.

LXXXIV.

1. GOtt und die Obrigkeit.
Deus & Magiſtratus.

Eſt verbum Judæis imprimis uſitatum & ſubintelligitur: muß man auf ſeiner ſeite haben.

2. R. quia ſumma rerum penes DEUM & Magiſtratum eſt: hos ergo qui in partes ſuas trahit, illius negotia non poſſunt non ex voto ſuccedere.

3. Declara parœmiam hanc in ſe, & quatenus DEus adorandus, Magiſtratus vero colendus & honorandus, minime improbandam eſſe, fürchtet Gott, und ehret den König, *1 Pet. 2 v.17.* Per accidens vero, & quatenus Judæi variis artibus vetitis & corruptionibus Magiſtratum occupare ſtudent, illa utique damnanda erit.

4. Ampliatur, ut procedat etiam quoad Chriſtianos judaizantes, utpote qui parili modo magis Magiſtratus quam DEI favorem & gratiam & quidem illicitis mediis, aucupantur; imo DEum lædunt, ut ſuperiorum gratiam ſibi conciliet. *Joh. 12 v. 43.*

LXXXV.

1. Eine metz gunſt, vermag mehr als ein ſcheffel rechts, Semiuncia favoris ſæpe eſt pluris, quam deunx juris. vid. *Burgoldenſis ad inſtrum. Pac. P. 1 Diſc. 1 p. 64.* Eodem illa recidunt: Plus valet favor in judice quam tota lex in Codice.

Gunſtius eſt pluris, quam tota ſcientia juris.

2. R. Quia affectus amoris eo abripere poteſt judicem, ut flectat jura, & hæc pro commodo illius, cui

cui favet, applicet, aut minimum a rigore juris ad æquitatem non ſcriptam declinet.

3. Declar. quod valeat enunciative, non diſpoſitive aut approbative, quantum ſcilicet ad judicaturam, contra jus & morem pro amico factam, attinet: nam favorem, quo a juris rigore ad æquitatem ſcriptam declinat judex, & ſtudium favorem iſtum demerendi, crimen non eſſe ſtatuit. *Dn. Schilterus in manuductione Philoſophiæ Mor. c. 5 §. 17 p. 207.* Multo minus crimen erit, ſi judex illis perſonis & cauſis favet, quibus favendum eſſe lex jubet: eſt enim hic favor legis & publicus, differens omnino a favore judicis ſive privato *ibid. §. 23 p. 213.*

4. Declara (2) quod imprimis procedat, quoad homines affectibus nimis obnoxios.

5. E contrario permoleſtum & grave eſt, oſorem & inimicum habere judicem; quapropter etiam exceptionem ſuſpecti judicis illi opponere licere, expediti & notiſſimi juris eſt. Conf. *Zangerus de Exceptionibus P. 2 c. 4 per tot.* Add. *Burgoldenſis ad inſtrum. Pac. P. 1 p. m. 64.*

LXXXVI.

1. **Eingebrachtes gut (a) ergreifft auch ererbtes gut.** Bona illata trahunt ad ſe etiam hereditaria bona.

2. Per bona illata, eingebrachtes gut h. l. ſpeciatim illa intelliguntur bona, quæ præter dotem uxor vel marito expreſſe tradit, ut ejus fiant exiſtente matrimonio, vel ſciente ac patiente uxore maritus per multos annos adminiſtravit *l. 9 §. ult. ff. de Jur. Dot. l. 8 l. ult. C. de Pact. convent. Dn. Hertius in Select. & Rar. ex Univ. Jurisprud. Argum. de Parœmiis Jur. Germ. L. 1 par. 72 p. 525.* Add. *Illuſtris Dn. Strykius in Diſſert. de jure mariti in bonis uxoris Ffrti 1685. publice*

blice proposita c. 3 p. 79. uno verbo: bona paraphernalia. Sensus autem parœmiæ est, *quod sub bonis paraphernalibus illatis etiam illa comprehendantur, quæ per viam successionis ad uxorem sunt delata.*

3. R. Quia in dubio bona mulieris ad maritum apportata, non dotalia, sed paraphernalia censentur *Carpz. P. 1 c. 28 d. 87 n. 3 d. 89 n. 3 P. 2 c. 16 d. 1.* Ratio rationis, quia dotis constitutio facti est, quare non præsumenda, sed probanda erit *Carpz. d. P. 1 c. 28 d. 87 n. 4.*

4. Effectus est, quod fructus ex hujusmodi bonis acquisiti pertineant ad maritum *Hertius d. l. Strykius apud Barbosam in Thes. Loc. Com. sub voc. bona conjugum ax. 1.* domino tamen penes uxorem manente. (2) brauchen sie auch keiner wiederlage oder einer donation propter nuptias.

5. Exceptio est, quando pacto aliud conventum, vel statuto & jure aliud introductum.

LXXXVII.

1. Ein jeder ist seines guts mächtig. Rei suæ quilibet liber moderator est ac arbiter.

2. Ratio, quia in hoc potissimus dominii consistit effectus, ut libere circa eam possit disponere dominus. *B. Dn. Doctor Bernhard* Schultz, *in Dissert. de dominio Rinthelii habita §. 30 in f. p. 39*

3. Prob. per *l. in traditionibus 41 ff. de Pact. l. in re mandata 21 C. mand.*

4. Declaratur (1) modo rei suæ absolute sit dominus: nam si alius adhuc in ea jus aliquod habet, non competit absoluta dispositio, *Barbosa in Thes. Loc. Comm. sub voc. res ax. 22.* Sic v. g. condominus non habet liberam dispositionem in re communi, nec Vasallus in re feudali. (2) modo dominus re sua non abuta-

abutatur, denn wir sind nur haußhalter der mancherley gnaden Gottes *1 Pet.* 4. und haben daher nicht macht mit unsern gütern umzugehen, wie wir wollen, sondern wie Gott will.

5. Ampliatur (1) in tantum, ut quilibet moderator sit rerum suarum, etiam abutendo, *Sonnemannus in Legibus Notabil. sub lit. I n. 13 p. 173.* nisi abusus plane tollat usum, aut in alterius, vel Reipubl. etiam, incommodum tendat, ib. Conf. *Hoppius in Comment. Institut. §. 2 de his qui sui vel al. jur. sunt p.* 70. Add. *Meisnerus* in wiederlegten sprichwörtern *n. 124 p. 134.*

6. Olim extendebatur etiam (2) ad servos, ita ut domini potestatem vitæ & necis in eos habuerint *l. 2 §. 1 qui sui vel al. jur. sunt.* Unde quoque initium sumsisse videtur Germanorum illud: er ist mein, ich mag ihn sieden oder braten, *Speidelius in speculo Juridico-Polit. sub voc.* leibeigene leute *p. 791.*

7. Limit. (1) nisi arbitrium illud a testatore vel lege, ob publicam utilitatem, vel ob sævitiam, vel religionis favorem, vel similem causam, aliquo modo sit circumscriptum *Brunnemannus in Comment. ad d. l. 21.*

8. Limit. (2) nisi obstet pactum, vid. *l. 3 C. de Cond. ob caus. dat. & differt. D. Mulleri JCti Jenensis de prohibitione alienationis conventionali per tot.*

LXXXVIII.

1. Hahnreyschaft (a) ist die vornehmste zunft (b). Hanreitas sive cornigerorum societas omnium potissima est.

2. (*a*) Hahnrey est vocabulum ratione originis mere germanicum, quod vel a voce hahn & reye h. e. chorea tantz, vel a voce reihen descendit, vid. parœm. Wo die wirthe hahnrey seyn, kehren gern die gäste ein. Quasi dicas, *Galli choreus.* Descriptionem ejus vid.

in l.

in l. mariti 29 ff. ad L. Jul. de Adult. Differt a lenone von dem huren-wirth in eo, quod hic lucrum ex prostitutione suæ uxoris quærit, ille vero nimium suæ indulget & fidit uxori, ejusque extravagantiam patienti fert animo, nullum tamen lucrum exinde aucupaturus.

* 3. R. quia in ea vel maximi viri reperiuntur, vid. *Mœllerus in Tract. de Cornutis c. 6 n. 80 p. m. 88* nec consensu hic opus est mariti, sed vel invitus aut certe nescius, in illam detruditur, wiltu nicht so mustu wohl. imprimis quando annis, infirmitatibusque obsitus est, nec amplius se præstare potest virum.

4. Declar. quod imprimis hodie vigeat studium alterius seducendi uxorem, es ist eine Galanterie, wann man den andern zum hahnrey machen kan. Sed DEUS tandem dignas ab ejusmodi homuncionibus pœnas repetet. Gott wirds richten. *Ebr 13.*

LXXXIX.

1. **Ist das bett beschritten** (a) **so ist das recht erstritten.** Pede misso in lectum, jure potiti sumus.

2. (*a*) Das bett beschreiten, die decke beschlagen, über- oder aufschlagen est nihil aliud, quam thalamum sive thorum conscendere, vid. *Besoldus in Thes. Pract. sub voc.* bett *p. m. 97.* Per jus vero h. l. intelligitur jus successionis inter conjuges, ita ut sensus huc redeat: *quoties conjuges thorum sive thalamum conscenderunt, toties sibi invicem succedunt.*

3. R. quia matrimonium sic plenissime consummatum esse fingitur. *Carpz. P. 3 c. 19 d. 1. 3 & 11. Dietherus apud Besoldum in Contin. sub voc.* bett *p. m. 101.* Habetur enim illa conscensio quodammodo pro forma substantiali matrimonii *d. l. d. 3 n. 8.* a quo tamen dissentire videtur *Philippi in usu Pract. L. 1 t. 20 ecl. 61 n. 10 p. 190.*

4 Fun-

4. Fundatur in jure Saxonico, & quidem landrecht *L. 1 art. 45.* ut & VVurtembergico *P. 4 t. 2.* aliisque juribus provincialibus. Contrariatur jus civile Romanum, canonicum & plerorumque locorum statuta.

5. Declaratur, quatenus nimirum cætera quoque paria sunt, h. e. reliqua requisita adsunt, quæ legitimum constituunt matrimonium.

6. Declar. (2) ad conscensionem thalami non requiri concubitum actualem & carnalem, sed sufficere morem quendam solennem. Ob man schon nicht weiß, daß die braut die haube verdient. vid. *Besoldus d. l. p. 97.* Man legt sich nur hinein zu der braut, wann sie gleich in denen letzten zügen liegt, und zu nichts weniger als ad congressum conjugalem geschickt ist. Quapropter etiam *Excellentissimus Dn. Strykius de successione ab intestato Diss. 8 c. 5 § 43 p. 339.* exinde infert, quod nec impotentia conjugalis obsit, altero conjugum tacente, nec ad divortium agente. Videtur tamen ab hac explicatione conscensionis abire, & eam sumere pro conjunctione carnali *Schneidevvinus in Comment. instit. tit. de Action. § 29 p. m. 1553.* Quicquid autem hujus sit, hodie constans Doctorum assertio est, conscensionem illam etiam sine copulatione carnali expediri posse. Conf. *B. Petrus Mullerus in Comment. ad tit. de R. J. l. 30 not. 4 p. 190. Titius* in erörterten *Successions-* und erb-fällen *p. m. 83. Wehnerus in observat. Pract. sub voc.* ehemann *& Carpz. d. l. def. 4.*

7. Declar. (3) quod successio hæc valeat quoad portionem illam, quæ conjugibus pro more cujusvis regionis statuta est; Sic v. g. marito in Saxonia debentur omnes res mobiles, sola excepta gerada *Schneidevvinus tit. de heredit. quæ ab int. def. p. m. 756.*

8 Declar. (4) quod conscensio hæc thalami adeo necessaria sit, ut ne quidem suppleri possit per benedictionem sacerdotalem *Stryk de success. ab intest. d. l.*

§. 43

§. 43 *p. 339. Carpz. l. c. d. 3 p. m. 1130.* Unde quoque desponsati & per benedictionem sacerdotalem copulati, mortui vero ante copulam carnalem, aut conscensionem illam thalami, sibi invicem non succedunt. *Carpz. d. l. n. 7.* Die braut bekommt lauter nichts, *L. 3 art. 45* Land-rechts.

9. Fallit, quando fœmina, cujus sponsus, mox post benedictionem sacerdotalem, nondum conscenso thalamo, discessit, allegat, concubitum anticipatum fuisse, hoc enim, ceu jure refragante factum, non poterit habere effectum juris, der bräutigam hat die decke nicht so, wie es land-rechtens ist, beschlagen: paria autem sunt, plane non fieri & non recte fieri, etiamsi sponsa facta sit a defuncto sponso gravida. *Dn. Strykius ad Brunnemanni Jus Eccles. L. 2 c. 17 §. 40 p. 691.* vid. tamen *Philippi d. l. n. 13 p. 291.*

10. Fallit (2) quando desponsati aliud paciscuntur: provisionem enim hominis facere cessare provisionem legis, dubio caret. Die ehe-pacta, ehe-contract, ehe-beredungen heben das andere alles auf.

11. Fallit (3) quoad bona uxoris, quæ ad portionem statutariam non pertinent, utpote quæ ad proximos consanguineos transmittuntur. Add. *Wildvogelii Dissertatio de Jure thalami Jenæ habita per tot.*

XC.

1. Die besten feinde sind, so zuvor drohen. Qui prius minantur, quam hostilitatem suam exercent, minus perniciosi sunt. A quo non multum abludit versiculus iste vulgaris:

Sæpe minus faciunt homines, qui magna minantur,

nec Græcum illud: *μικρὸν ἰσχύειν καὶ μέγα φυσᾶν.*

2. R. quia tela prævisa minus nocent, & professa perdunt odia vindictæ locum, cum averti & minantes ad cautionis de non offendendo præstationem per mandata compelli *Stephani ad Const. Car. art. 176 p. m. 104.* imo pro re nata graviter & ultimo supplicio puniri possunt. E.G. Wenn man gedrohet, man wolte seinen nachbarn einen rothen hahn auf sein haus setzen. *Lauterb. in Coll. Theor. pr. P. 1 L. 2 t. 8 th. 7 p. 215. Besold. in Thes. Pract. sub voc.* drau-wort. *Berlich. P. 4 concl. 22 seqq. Crusius de indiciis delictorum P. 2 c, 37 n. 26. Carpz. in Prax. crim. P. 1 qv. 37 n. 66 67. Zeiler. in oper. Epist. P. 1 p. 480 & 191.* modo in casu ultimi supplicii toti universitati exinde imminuerit periculum, & præparatio quædam facta. *Lauterb. d. l.* E contrario, qui astum clam colit, pejor est hoste manifesto, & magis timendus, secundum illud: Hüte dich vor den schleicher, der beisser thut dir nichts. Ille instar vulpis, hic vero instar lupi est, qui vulpem interdum imitatur, & cauda adulatur, juxta istud: Wenn der wolff mit dem schwantz wedelt, so will er gänse fangen. Conf. parœm. Wer vom drohen stirbt, den soll man 2c.

XCI.

1. DEr weiber schande ist auch der männer schande. Ignominia uxorum est etiam ignominia maritorum.

2. Ratio. Quia maritus & uxor una eademque caro esse existimantur, & hinc utriusque fortunæ socii sunt. Aliam rationem videre licet apud *Pufendorfium in Elementis Jurisprud. univers. L. 11 ob. 5 §. 3 p. 476.*

3. Declara. Scilicet per consequentiam, & quatenus mariti participes fiunt ignominiæ uxoris.

Hinc

Hinc injuria uxori illata etiam marito facta, & uxor quovis modo illam vindicare solet, si a marito non defendatur.

Wer die frauen will verachten,
Und allein den mann hoch ehret,
Den thut wider sie nicht achten,
Wann das blätlein sich verkehret.

4. Ampl. in tantum, ut etiam ad sponsi contumeliam spectet injuria sponsæ ejus facta *l. 15 §. sponsum ff. h. t.* adeoque ille ad injuriarum actionem admittendus est non minus quam maritus. *Rittershusius in Commentario Instit. §. 2 tit. de injur. p. m. 548.*

5. Ampl. (2) ut procedat etiam ita: der männer schande ist auch der frauen schande, ob identitatem rationis.

6. Fallit, si sermo sit de injuria, & pœna, directo infligenda: sic enim reatus & pœna non nisi suos autores manet. Conf. *Barbosa in Thes. Loc. Com. sub voc. pœna ax. 48.* E. G. Si maritus adulter est, & puniendus, reatus adulterii & pœna uxorem directo afficere neutiquam possunt; possunt tamen illam per consequentiam tangere, quatenus nimirum vel approbat & quodammodo consentit in adulterium, vel illud condonat marito, & hunc deserere recusat, vel etiam maritum sequi tenetur: sic enim per consequentiam etiam pœna, vel potius pœnæ effectus, ad uxorem redundare potest. Vid. *Bergerus in Elect. Jurisprud. crim. c. 1 §. 11 n. 8 p. 33.* Add. *Heigius P. II Q. 14 p. 128.*

XCII.

1. DEr gesammten hand muß folge geschehen. Simultanea investitura curate observanda, h. e. Quando quidam de

feudo aliquo simul sunt investiti, tunc quoties unus ex illis vita defungitur, aut alia mutatio circa eos contingit, toties investitura petenda & renovanda venit.

2. (a) Gesammte hand denotat simultaneam investituram, jure communi feudali plane incognitam, de qua vid. *Struvius in Syntag. Jur. Feud. c. 9 n. 15 p. 347.*

3. Ratio, quia de jure Saxonico ad solos descendentes feudum legitima successione defertur, nec vi agnationis sed tantum vi simultaneæ investituræ vasalli succedunt *ibid.* Hinc omni casu ista petenda, es muß derselben auf alle fälle gebührende folge geleistet werden. *Stryk. in Exam. Jur. Feud. c. 16 Q. 25.*

Declar. Valere parœmiam de jure Saxonico, nam utut etiam in jure communi feudali detur investitura simultanea, hæc tamen longe differt ab illa. *Struvius d. l.*

5. Ampl. Etiamsi feudum sit antiquum *Wehnerus in Observat. sub voc.* gesammte hand *p. 161.* adeo ut ipsi principes Saxonici investituram accipientes ab imperatore simultaneam investituram observent. Vid. *Stryk. in Append. Exam. Jur. feud. n. 1 p. 416 seqq.*

6. Ampl. (2) etiamsi simultanee investiti nihil de feudo habeant in possessione sua. *Struvius d. l. n. 16 p. 349.*

7. Fallit de jure feudali communi *Struvius in Syntag. Jur. Feud. c. 9 aphor. 14 n. 1 p. 347. Mevius P. IV. Dec. 404.*

XCIII.

1. Der diener ehre ist des Herrn ehre. Honor ministrorum est honor domini, h. e. *Honor, qui ministris tribuitur, in Dominum redundat.*

2. Ratio

2. R. Quia ministri sunt membra Domini, & repræsentant illum. Unde etiam dicitur: minister est imago, os, & umbra Principis.

3. Ampliatur, ut valeat etiam vice versa: Der diener beschimpffung ist des Herrn beschimpffung, injuria ministri est injuria Principis, adeo ut etiam crimen læsæ Majestatis in consiliarios committatur, & quidem absque discrimine, utrum quis privato odio illos læserit, an non, modo dominus eorum veram habuerit Majestatem. *Stryk. in Notis ad Lauterbachii Compend. tit. ad L. Jul. Majest. p. 1018.* Idem de Electoribus ipsis dicendum propter *A. B. c. 24 §. 1* expresse id statuentem. An idem in consiliariis Electorum obtineat, quod de consiliariis Imperatoris & Regum traditum, eapropter dubito, quia odiosa non sunt extendenda. Quod Principes & Status Imperii attinet, in illos quidem itidem ab eorum subditis crimen L. M. committitur, quia in suis territoriis quodammodo Imperatores sunt. Vid. *Rhetius in Institut. Jur. Pub. L. 1 t. 6 §. 23.* sed non a forensibus, qui tamen etiam in Electores illud admittunt. *Stryk in collegio mscto ad Rhetium d.l.*

Ampliatur hoc porro etiam ad ministros Ecclesiæ. Conf. *Lucæ 10 v.16.*

4. Declar. quatenus nimirum constat honoranti vel injurianti de conditione & statu ministri, ita ut id, quod fit, fiat intuitu domini.

5. Fallit, quando ex errore minister aliquis honore vel injuria afficitur.

6. Male ergo auctoritati suæ consulunt illi Domini, qui ministros suos publice ipsimet prostituunt, illorum honorem & existimationem susque deque habent, & rem optime se gerere putant, quando illos, ad palatum non loquentes, statim elingues reddunt, cum eos potius honorare deberent, quia per offici-

officialium autoritatem & honorem crescit & augetur honor & auctoritas Principis, tanquam anima omnium magistratuum. Conf. *Mylerus ab* Ehrenbach *in Hyparchologia. c. 8 p. 382 per tot.*

XCIV.

1. **Mit abtheilung der güter zertrennen sich die gemüther.** Quando ad divisionem rei communis pervenitur, tunc omnis amicitia dilabitur. Dicitur etiam; **Wann es auf das** Meum & tuum **kommet, so hat die freundschaft ein ende.**

2. Ratio, quia quilibet commodum suum promovere studet, quod animos irritat, & abalienat. Das mein und dein läst nichts gemein. h. e. in divisionibus nihil commune manet, sed omnis res, & sic etiam animus dividitur. Hinc etiam *meum* & *tuum* ad instar lydii lapidis sunt, secundum quem de alicujus in alterum affectu infallibile fere ferri potest judicium, & Germani dicunt: Es ist auf keines menschen freundschaft gewisse rechnung zu machen, ehe und bevor man mit ihme eine erbschafft getheilet hat.

3. Declar. imprimis tunc valere parœmiam, quando nulli adsunt arbitri, aut si adsunt, rem non satis intelligunt, nec ex æquo & bono judicant, sed nodum in scirpo quærunt, vel utriusque jura in eandem lancem non imponunt.

4. Declar. (2) non approbative, sed enunciative intelligendam esse hanc parœmiam.

5. Ampl. etiamsi amicitia & familiaritas antea fuerit summa, & consanguinitas proxima.

6. Ampl. (2) ut illa alienatio animi sæpe etiam post divisionem factam duret, quando scilicet illa radices egit, adeoque acerbior factus animus.

7. Op-

7. Opponis: atqui communio est mater rixarum in perpetuum. Quid E. faciendum? cum eapropter etiam Abrahamus provocaverit ad divisionem. Vid. Mullerus *Vol. 1 ad Exercit. ff. Struv. p. 903* Resp. inter duo mala minus est eligendum. Atqui divisio minus malum est, E.

8. Cæterum nota, quod in jure verba: *meum, tuum, suum*, possessionem significent. *l. 91 ff. d. V. S.* ita tamen ut etiam id meum dici possit, quod commune est. *l. 239 §. ult. ff. d. t. & l. 46 ff. de R. J.*

9. Ne vero malitiæ eorum indulgeatur, qui singulas res ex invidia dividere volunt, ideo in dubio vel sorti res demandari solet. *Carpz. P. 3 c. 15 d. 1 & Decis. 164 n. 18.* vel officio judicis fit divisio *Gail. L. 2 ob. 116.* vel ex generali quadam & in camera approbata consuetudine senior frater pro suo arbitrio, bona fide & ex æquo facit divisionem, minor natu vero eligit *Wehnerus in observat. Pract. sub voc.* theilungs-kühr *p. m. 461.* Conf. Parœmiam: Der älteste theilet, und der jüngste wählet. Vel arbitri constituuntur, vel etiam pater bona sua inter liberos dividit, per modum ultimæ voluntatis, de quo vid. *Strykius de cautelis Testam. c. 10 §. 13 p. 402.* Sic plerumque evitatur effectus illius dicterii: Das Mein und Dein ist eine ursach alles haders. Tò *meum* & *tuum* causa rixæ est & discordiæ.

Servaret totum felix concordia mundum.
Ni modo turbaret cuncta Meum *atque* Tuum.

XCV.

1. Eine henne hat das recht über neun zäune. Gallinarum jus ultra novem sepimenta se extendit. Sensus est: *Gallinis*

licet in hortos, multis etiam sepimentis munitos, involare, & ibi quærere escam.

2. Ratio, quia hoc fit secundum earum naturam, adeoque proprio motu.

3. Declar. si nimirum sepimenta illa non satis munita aut ita tenuia sunt, etiam gallinæ, alis spoliatæ, in illa insultare, & transilire queant, sic enim, quia culpa penes dominum horti residet, cessat actio adversus dominum gallinarum competens, der herr des gartens hätte den zaun recht hoch und dick machen lassen sollen. Conf. *Hoppius in Comment Instit. tit. Si quadr. paup. feciss. dicat. p. 1175. ibi : & priori quidem casu nulla.* Damnum enim, quod quis sua culpa sentit, non sentire videtur.

4. Declar. (2) consvetudinem tamen cujusque loci attendendam esse, *Thomæ de Noxia Animalium c. 26 n. 5.*

5. Ampl. ut idem procedat etiam quoad anseres & alia animalia volatilia, *Thomæ d. l. n. 4.* Ex consuetudine fere generali, anseres, in damno dato deprehensi, includi, & sic pignorationes exerceri solent. Idem de aliis animalibus, v. g. suibus, dicendum. Vid. *Struv. in Syntag. ff. Exercit. 14 th. 4.*

6. Fallit, quando damnum culpa domini animalis factum : sic enim L. A. actio datur adversus dominum, culpam in custodiendo admittentem Conf. *Strykius in Annotat. ad Lauterbachii Compend. tit. si quadrupes paup. &c. p. m. 256.*

7. Fallit (2) quando damnum culpa tertii contingit, quo casu actio legis Aquiliæ contra eum dari solet. *Struvius d. l.*

8. Fallit (3) quando damnum sine ulla culpa ultro & secundum naturam a gallinis infertur : ita enim vel actio de pastu datur ad damni dati restitutionem,

tionem, aut ut gallina damnosa noxæ dedatur, vel actio de paupertate utilis. Vid. *Hoppius d. l. p. 1173.* De jure Saxonico veteri, quando quis gallinam ob damnum datum occidebat, pro illa Wehrgeldum, quod erat ein halber pfennig, solvebatur. *Thomæ d. l. n. 17.*

9. Exinde ergo sequitur, quod animal alienum nocivum ex agro quidem meo abigere liceat, sed ut *meum* h. e. *sine damno*, non vero illud occidere. Alius enim actionis meæ jacturam facio, & domino illius animalis ego ex lege Aquilia teneor. *Thomæ d. l. n. 1. seqq.* De jure Saxonico gallinis nocentibus deprehensis alas præcidere, & deinde illas abigere permittitur Weichb. *art. 20 n. 12.* Dissentit *Zobelius P. IV diff. 10 v. 3*, qui de jure communi gallinas occidere licere, putat.

XCVI.

1. **DEr männer ehre ist der frauen ehre.** Maritorum honor est uxorum honor h. e. *honor maritorum redundat etiam in uxores, sive uxores participant de honore maritorum.*

2. Ratio, quia uxor & maritus reputantur pro una eademque persona & una carne. *Genes. c. 2 & 3. cap. hæc imago 13. 33 q. 5.* & quia mariti conditionem sequitur uxor, ita ut socia ejus sit tam divinæ quam humanæ domus. Maritus instar solis, uxor vero instar lunæ est.

3. Fundat. *in l. fœmina 8 ff. de senat. l. cum te 10 C. de Nupt. l. mulieres 9 C. de incolis & l. mulieres 12 C. de dignit.* ex quibus infertur, uxorem coruscare radiis mariti, ob honorem scilicet matrimonii.

4) Declar. obtinere hoc in iis privilegiis, quæ mu-

lieribus ratione sexus convenire possunt, ac quorum ratione dignitatis & personæ qualitatis capaces esse possunt. *Mylerus ab* Ehrenbach *de Statibus Imperii P. I c. 34 p. 319.* uno verbo: valet parœmia tantum quoad statum, dignitatem, conditionem & honorem, ita ut eatenus uxores maritis æquales fiant. Daher o heißet des Obristen seine frau, Obristin, des Cantzlars seine, Cantzlarin, des Pfarrers seine Pfarrerin, und des schultzens seine schultzin. Deinde valet parœmia hæc quoad uxores sive viduas, quæ post mortem maritorum in viduitatis statu manent, adeoque dignitatem salvam retinent.

5. Ampl. sive eminentia illa marito ex nativitate, sive ex singulari privilegio competat, tamen illa uxori communicatur. *Stryk. apud Barbosam in Thes. Loc. Com. sub voc. uxor ax. m, ult.*

6. Ampl. (2) ut procedat tam quoad uxores illustres & nobiles, quam ignobiles & (3) vice versa, ita ut etiam ignominia mariti sit ignominia uxoris, des manns schand ist auch der frauen schand.

7. Fallit (1) quoad illa jura, quæ maritus ratione officii sui exercenda habet, & illos honores, quorum communicatio in diminutionem maritorum tenderet, & quorum uxor capax esse nequit; Also kan keine pfarrerin statt ihres mannes die actus parochiales und was in des pfarrers amt lauffet, verrichten, ob sie schon pfarrerin heisset, und an der ehre ihres mannes theil nimmet, item es kan keine amtmännin ihres mannes stelle vertretten und denen unterthanen recht sprechen, ob sie schon amtmännin heisset, und eine capitänin kan nicht vor der Compagnie herreiten, und die soldaten commandiren, ob sie schon capitänin nach ihrem manne genennet wird.

8. Fallit (2) quoad uxores secundarias & morganaticas, utut sint legitimæ. *Sonnemannus in LL. Notabil, lit. F. n. 5 p. m. 134.*

9. Fal-

9. Fallit (3) quoad uxores sive viduas, quæ post mortem maritorum ad secunda vota transeunt. *Strykius d. l. 1 fœminæ 8 ff. d. senat.*

10. Fallit (4) quoad privilegia personalia mariti, quæ nec vivo nec mortuo marito uxori prosunt. *Sonnemannus d. l. p. 133.*

11. E. G. Quando Princeps aut Comes Imperii nobilem ducit uxorem, illa statim die Fürstin oder die Gräfin appellatur *Mylerus d. l. p. 321.* & quando nobilis ducit ignobilem, hæc itidem nobilitatur, & ex ejus persona forum statuitur *d. l. 9 C. de incolis.*

12. Sed quæritur, an fœmina marito inferioris sortis nubens retineat suam dignitatem, aut illam mutet & diminuat? Puto distinguendum esse inter dignitatem ex nativitate, & aliunde acquisitam, illam retinet v. g. Quando virgo nobilis nubit juveni ignobili *Sonnemannus d. l. p. 133.* Ratio, quia matrimonium non est modus admittendi dignitatem nativam. Idem dicendum de filiabus Principum, quæ a Comitibus Imperii ducuntur in matrimonium, sie werden nach wie vor als Fürstinnen tractirt, und Ihro Durchl. genennet, quamvis in Austria aliud observari ex relatione accepimus, ubi filiæ Principum Comitibus nubentes non amplius Fürstine sed Gräfine audiunt. Conf. Hr. Bilderbecks Reichs-Staat *P. III. S. 1 c. 15 §. 4 p. 306 seqq.* Hanc vero, nempe dignitatem aliunde v. g. mediante officio mariti acquisitam, utique uxor ejus perdit, post mortem ejus ad secunda vota transiens. Wenn die wittib eines Cantzlars nach seinem tod einen Hofrath heyrathet, so hat sie die ehre, so sie von dem Cantzlar gehabt, verlohren, und muß nun allen denen Hofraths-weibern nachgehen, deren männer ihrem mann vorgehen *d. l. mulieres 9 C. de incolis, l. cum te 10 C. de Nupt.*

XCVII.

XCVII.

I. MAn bittet nicht eher zu gefattern bis man ein kind hat. Prius non eligitur vel denominatur patrinus, quam præsto est infantulus. h. e. *nullum negotium gerendum ante illius existentiam.* Eodem illud recidit: Man verkaufft die haut nicht eher, als bis der bär gefangen ist, cujus originem lectu jucundum videbis apud *Cominæum Lib. V. p. m.485.* ubi ita habet: *Fuit non procul a quadam urbe Germaniæ aliquando ingens ursus, qui totam vicinam regionem multum infestabat. Ejus oppidi tres quidam juvenes veniunt, ut consveverant, ad cauponem, rogant prandium sibi præberi, fore, ut intra biduum persolvant omne debitum, sese capturos ursum illum vastatorem, ejus pellem magno posse vendi, & futurum, ut aliquid præterea munere cohonestentur a civibus, ob interemtam belluam, quæ tantum dederit damni, Caupo conditionem accipit. Pransi contendunt ad latibulum feræ, in quam cum opinione citius incidissent, perterrefacti subito occursu in fugam abeunt. Ex ipsis in arborem unus conscendit, alius ad urbem, quantum potest, fugit, tertium ursus comprehendit, & prostratum pedibus conculcat. Interea miser ille mortui præbet speciem, & hominis exanimati. Ea enim est ursi natura, ut si, quod cepit animal, mortuum esse putet, non infestet amplius.*

plius. Itaque cum & istum crederet extinctum, relinquit, inque speluncam redit. Ille tandem, ubi consurrexit, urbem petit. Qui in arborem confugerat, incolumem illum esse videns accurrit, & valde cupide rogat, quid in aurem immurmurasset bellua, hoc inquit ille, mihi præceptum dedit, ne quam ursi pellem deinceps vendam, nisi capta primum fera &c. Conf. **Born-meister im schau-platz der Römisch-Teutschen Käyser** *sub Imper. Friderico III. p. m. 392.* qui sua ex Cominæo mutuatus esse videtur.

2. R. quia omnia habent suum tempus, & hinc quoque suo peragenda sunt tempore. Negotia maturescunt sicuti fruges. vid. *Eccles. c. 3. per tot.* **Komt zeit, kommt rath.** Conf. paroem. **Man henckt keinen, man habe ihn denn.** Quæ parœmia valde huic parallela est, utraque enim vult, quod non debeamus esse nimis curiosi, aut præproperi, nec actualiter de aliqua re disponere, cujus existentia adhuc in incerto est.

3. Declara, præparationem tamen diligentem rebus incipiendis adhiberi & deliberari de negotio aliquo posse, **also kan man gar wol** in omnem eventum **die gevatter-briefe schreiben, und die veranstaltung zum kind-bett machen, ob man gleich noch nicht weiß, wie es mit der gebuhrt ablauffen werde, wann nur die würckliche hoffnung zu einem sohn oder tochter da ist.** Conf. **Richter** *in Axiomat. Historicis p. 18.*

XCVIII.

1. **KOrt en bondig, best.** Est Belgarum dicterium. Nostra dialecto diceres:

Kurtz

Kurtz und bündig ist das beste. Breviter, sed nervose aliquid dicere, optimum est. Similis est illa nostrum paroemia: Kurtz und gut.

2. R. (1.) quia vis & efficacia sermonis non consistit in verborum prolixitate, sed virtute, unde etiam rationes radicibus, & verba foliis comparantur. Satis ergo diu, si sat bene. (2.) Quia prolixitas confundit auditorem, maxime eum, cujus curta est memoria, & hinc quoque parit tædium. Conf. *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Com. sub voc. brevitas ax.* 4. (3.) Quia quod fieri potest per pauca, non fieri debet per plura *l. ampliorem f. C. de Appellat. & Consult. l. 1 ff. quod met. caus.* Add. *Lipsius* L. 2 *Polit. c. 15 n. 15.*

3. Confirm. per *cap. definimus 21 in f. c. 18 q. 2 d. l. fin. Nov. 3 in pr. l. 1 ff. de Offic. Præf. Præt. l. instrumentorum 8 C. de Prec. Imper. Offer.*

4. Exemplum habemus in Advocatis, quorum officio nihil ornatius est, si pure impendatur, & nugæ illæ Rhetorum exordia & alia a foro explodantur. Parerga enim hæc non instruunt, sed destruunt, non informant, sed confundunt judicem *Tullecken de judice & ejus officio p. m. 35.*

5. Declara, quatenus nimirum per pauca & brevia mens nostra sufficienter ita potest exprimi, ut nulla exinde sequatur obscuritas & incertitudo *Barbosa d. l.* Absit ergo ut multiloquium deputemus, quando necessaria dicuntur, sermo interdum protrahendus est, vid. *Act. 20, 7. 28, 23.* Non sunt longa, quibus nihil deest, quod demere possis *Matth. L. 2 Epig.* 77. Absit tamen etiam, ut famæ aucupium quæramus in arte longos habendi sermones, noch viel weniger aber solle man sich selbst gern hören. Sapit enim hoc Philautiam, & parum sic ædificatur:

Die

Die ehre des vaters, nur nicht seine eigene solle man suchen.

6. Declar. (2) ut imprimis illi studere debeant brevitati, qui memoriam habent labilem, ne plane muti fiant & elingues, & vulgatum illud audire necesse sit: Mein lieber Gregori! enthalte dich doch aller weitläufftigkeit. Si breviter dixisses, rhetor mansisses.

7. Ampliatur, ut procedat non tantum in orationibus profanis, sed & sacris, utpote in quibus brevitas etiam delectat. Melius enim est celerius absolvere sacra, sed cum fructu, sive concionari nervose & fructuose, quam multa crepare & nihil ædificare. Sumus manemusque homines, & quamvis furca myriadum verborum impetere, impugnare, lacessere & expellere velles nostram naturam, illa tamen usque recurret.

Deine predigt schleust kurtz und gut,
Lang predigt hört man mit unmuth,
Ists eine kunst wohl predigen können,
So ists auch eine, das ende finnen,
Wer den schlůssel nicht finden kan,
Der macht verdrossen jedermann.

Recte Stobæus

Ὀυκ ἄν τις εἴπῃ πολλὰ θαυμαθήσεται,
Ὁ μικρὰ δ᾽ εἰπὼν μᾶλλον ἂν χρήσιμα.

Non si quis multa dicet, admirabimur, sed pauca magis & utilia si dixerit. Dicis: non possumus nobis semper temperare ob thematis, quod tractamus, fertilitatem. R. debebas tamen: etiam Theologo opus est prudentia, & illud faciendum, quo finem suum eo facilius obtinere potest, illud vero evitandum, quod illius consecutionem reddit tantummodo difficiliorem. Zu einer andern zeit kan sich wieder gelegenheit zutragen, von einem lehr-stück zu reden. Vid.

Zei-

Zeilerus Epist. 600 p.m. 1039. Lutherus dixit ad illum studiosum concionaturum: Steig hinauf, thue das maul auf, und höre bald auf. Idem *Zeilerus Ep. 506 p.m. 696.* Conf. *ejus colloquia c. 22 f. 262.* Imprimis autem vera hæc sunt quoad auditores rudes & indoctos, quippe de quibus versus ille exaudiendus:

Concio grata brevis, farcimina longa petuntur.

Kurtz gebeth und lange brat-würst haben die bauern gern. Nec non tempore hyemali, ubi frigora nos torquent, imprimis vero annis pannisque obsitos, denn da erfrieren öffters denen armen kindern ihre entblößte köpffe und übel-bekleidete füsse dergestalt, daß es ihnen ihr lebtag anhenget, die alten armen leute aber erstarren und erkalten also, daß ihnen die lust und freude in die kirche zu gehen auf etliche wochen vergehet.

XCIX.

JAhr und tag (*a*) ist die rechte gewähr (*b*) Annus & dies veram evictionem absolvunt.

2. (a) Secundum glossam juris Saxonici jahr und tag sunt 1 jahr und 6 wochen. vid. *Besoldus in Thesauro pract. sub voc.* jahr und tag. Secundum consuetudinem fori vero Saxonici hodierni sunt 1 jahr, 6 wochen, und 3 tag *ibid.* Conf. *Dietherrus in ejus continuatione sub ead. voce.* Vel uno verbo: Jahr und tag hodie faciunt annum naturalem cum termino Saxonico: Sex enim septimanæ & tres dies absolvunt terminum Saxonicum. vid. *Wehnerus sub voc.* Sächsische frist *p.m. 425.*

3. *(b)* Gewähr tripliciter capi: (1) pro possessione, prouti capitur, quando dicitur: Ehe-leuthe sind in gleicher gewähr. (2) pro præstatione evictionis, vid. proverb. Der verkäuffer muß die gewähr leisten.

leisten. (3) pro cautione, quam actor præstat de præstanda reo actionis evictione eo casu, quo reus ejusdem rei nomine ab alio eadem actione convenitur, & vulgo dicitur *guaranda*. Conf. *Bechmannus Dissert. de guaranda th. 3. Wehnerus sub voc.* gewähr. *Kœnig in Processu jur. p. m. 311. Almeri Manuale Jur. sub voc. guaranda.* Hoc loco secunda significatio sibi locum vindicat, ut sensus sit: Venditor tenetur cavere emtori, de rei venditæ securitate.

4. Ratio est, quia elapso tempore jahr und tag emtor rem præscripsit, & sic ab omni cautione tutus est.

5. Adversatur hoc Juri Romano, & consonum tantum est Saxonico. *vid. ejus Lib. 3 art. 83.*

6. Declar. (1) quod valeat tantum in bonis mobilibus; nam in immobilibus venditor per triginta annos (h. e. 31. annos sex septimanas & tres dies, *Philippi Usus Practic. L. 2 ecl. 32 n. 8*) debet esse guarandator, ea propter, quia jure Saxonico res immobilis non nisi infra tantam temporis intercapedinem præscribitur. Wehnerus sub voc. gewähr.

7. Declar. (2) modo res non sit furtiva, sic enim quia tempus jahr und tag non sufficit ad præscriptionem *Philippi d. l. n. 3.* venditor quoque non liberatur, utut tempus dictum effluxerit.

8. Fallit in Judæis, qui de jure Saxonico non tenentur evictionem præstare *Wehnerus d. l.* & hinc furtivam quoque rem non aliter, nisi refuso pretio restituunt, contra *l. 2 C. de furt.* Conf. *Philippi d. l. n. 3.*

G.

GEwalt geht vor recht. Vis & potentia prævalet juri.

2. R. quia imbecilliores ſaltem juſtum & æquum quærunt, qui plus poſſunt, jura non curant, ſed de facto procedunt, ſibi ipſi jus dicentes. *Ventura de Valentiis in Parthenio Litigioſo L. 1 c. 1 n. 14.* aut judicem in partes ſuas trahunt *Hertius in Select. & Rar. ex Un. Jurispr. Argum. L. 1 de Paræm. Jur. Germ. par. 55 p. 503.* Alii dicunt: Gewalt und gunſt bricht recht, ſiegel und kunſt. It. Es iſt böß rechten, wann gewalt richter iſt.

3. Declara, valere hanc parœmiam imprimis hodie apud nos in Germania, da man insgemein mit denen ſchwachen das recht ſtärcket, und es heiſſet: Wer den andern vermag, ſteckt ihn in den ſack.
It. Du biſt eine lauß, und keine kuh,
Drum druck ich dir die augen zu.

4. Declara (2) intelligi debere hanc parœmiam narrative & enunciative, non vero diſpoſitive, quia e diametro adverſatur & jus naturale & divinum & civile, quæ omnem vim reprobant, præter eam, quæ vim repellit *l. ut vim 3 ff. de J. & J. Barboſa in Theſ. Loc. Com. ſub voc. vis ax. 6 & 3.*

INDEX
RERUM ET VERBORUM
ſecundum numerum parœmiarum directus.

A.

ABnoba. An in hoc monte non habeatur origo Danubii. 16
Mit Abtheilung der güther zertrennen sich die gemüther. 94
Actio civilis an tollat criminalem? 18 quæ actio detur contra tertium, cujus culpa damnum contingit? 95
Actor an deſiſtere debeat, ſi una vel altera inſtantia ſententia contraria proferatur? 46 actori quid attendendum ante actionem inſtituendam? ibid.
Advocatis de ſalario etiam non cavento jus redditur. 83
ad Ædificii novi extructionem an quis compelli poſſit? 72
Ædificiorum extructio eximium nominis monumentum. ibid.
Æquitas quid ſit? 82 maxime in jure ſpectanda. ibid.
in Ære qui non habet, luat in corpore. 10
Afferlehner quinam ſit? 65
Amicitiæ nomen in domo principum inane. 15
Amor unde originem habeat? 15 in amore exhibendo quid obſervandum? 14
Animalia in damno dato deprehenſa an excidere liceat? 95
Animum malum an caſus infeliciores mutent? 13
in Aula quomodo ſibi cavendum? 60 aulicus quomodo ſe gerere debeat? ibid.
Auracorum Comitum inſignia quæ olim fuerint? 7 eorum familia extincta. ibid.

B.

Badenſes Marchiones unde nomen trahant? 7

Bauren. Verdorbene bauren, geben gute hof- und schiermeister ab. 13
Bellum super Archiepiscopatu Moguntino susceptum. 7
Bett. Ist das bett beschritten, so ist das recht erstritten. 89
Blut, wo das nicht hingehen kan, da kreucht es hin. 14
Bona paraphernalia quæ sint? 86 fructus exinde acquisiti ad quem pertineant? ibid.

C.

Catholici cui tribuant jus circa religionem? 2
Cenitus, vocis hujus origo & significatio. 39
Christiani judaizantes quid maxime aucupentur? 84
Citatio ad judicium legitima per quem fiat? 43
Clerici an pœna corporis affligendi? 10 quare istis præ aliis honor exhibendus? 36 quatenus illis præcedentiam tueri licitum? ibid.
Commodanti an contra tertium possessorem detur rei vindicatio? 70
Commune an meum dici possit? 94
Communio est mater rixarum. 94
Concubitus anticipatus an habeat effectum juris in successione bonorum? 89
Confusiones in Germania unde maxime oriantur? 80
Consilia bona quantum prosint? 37
Contractus an sit validus, si quis versute merces suas laudando aliquem ad emendum inducit? 19
Contumacia: quid requiratur ad processum in contumaciam? 45 contumaciter abesse quis dicatur? ibid.
Crimen læsæ Majestatis an committi possit in Electorem? 39 an in Consiliarium? ib. an in quemcunque Statum Imperii a subditis. ibid.
Criminis alterius an quis successor constitui queat? 10
Cuntz von Kauffungen famosus plagiarius apud Saxones. 25 Laufft Cuntz weg, so kommt Heintz wieder. ib.
Curator an invito alicui dari possit? 31

D.

Damnum quod alicui ex incendio in ædibus vicini oritur, quis teneatur resarcire? 31
Danubius unde appellationem suam habeat? 16 inter flumina Europæ maxime eminet. ibid.
Debitor an vinculis includi possit, donec solutionem præstet? 81 quid hic in Franconia & Saxonia obtineat? ibid.
Defensio in quo consistat? 45 pertinet ad substantialia processus, ibid. Diabolo ne quidem deneganda. ibid.
Delicta a juvene commissa facilius condonantur quam ab adulto perpetrata. 9 in delictis an procedat argumentatio a minori ad majus? ibid.
Delictis pluribus concurrentibus quæ pœna sit infligenda? 18
Depositum an a tertio possessore vindicari possit? 70
Desponsati ante conscensionem thalami defuncti an sibi invicem succedant? 89
Diaconus an præferendus Licentiato Juris? 36
Der diener ehre ist des Herrn ehre. 93
Dissimulare qui nescit, nescit imperare. 1
Dissimulatio quid? ibid. in vita publica & privata conducit. ibid. ista tamen mala invalescere non debent. ibid.
Divini juris res sunt in nullius bonis. 75
Divisiones bonorum quomodo fieri soleant? 94
Domini qui ministros publice prostituunt, auctoritati suæ male consulunt. 93 olim potestatem vitæ & necis in servos habebant. 87
Dominii effectus in quo consistat? ibid.
Dotis constitutio facti est, non præsumenda sed probanda. 86

E.

Ecce conveni, kommst du nicht, so hole ich dich. 43
Ecclesiasticæ res non sunt in commercio. 75
an earum secularisatio fieri possit? ibid.
Edelmanns-freyheit a Ducibus Bavariæ concessa. 53

Emphyteuta quomodo differat a ſubinfeudatario? 65
Emphyteutica bona an omnia ſint laudemialia? 76
Emtio Venditio cum homine ſimplici contracta an & quatenus ſubſiſtere queat? 35
poſt Emtionem perfectam ad quem pertineant commoda & incommoda rei? 24
in Encœniis Baccho hodie ſæpe indulgetur. 44
Epiſcopi hodie ad dignitatem principalem evecti. 78
Equus conductus an locatori pereat? 49

F.

Fann quid ſignificet? 57
Favor in judice plus valet quam tota lex in judice. 85. favor legis differt a favore judicis. ibid.
Feind. Die beſten feinde ſind, ſo zuvor drohen. 90
Felicitas odium, infelicitas contemtum parit. 15
Feuda regalia poſſidentes quomodo olim inveſtiti? 78 in feudis cui deferatur ſuccesſio apud Belgas? 62
Fidejuſſor an ad pœnam corporalem ſe obligare queat? 10. 59
Fœmina marito inferioris ſortis nubens an retineat ſuam dignitatem? 29 fœminæ an ſint aptiores in excogitandis technis & dolis quam maſculi? 29. illis avaritia quaſi eſt innata. 17 fœminas an ſibilare vel fiſtulare deceat? 6
Frag. Auf eine frag gehöret ſich eine verantwortung. 45
Franconiæ Ducatus Burchardo Epiſcopo Herbipolitano primum collatus. 78
Fraternitas poculis conciliata qualem habeat effectum? 5 an inter ejusmodi fratres ſit ſucceſſio? ibid.
Der freunde in der noth gehen zwantzig auf ein loth. 15
Friderici Electoris dicterium. 60
Fur & furti celator aut receptator an & quando eadem teneantur pœna? 74
Furti an teneatur ille, qui furem novit, nec tamen indicat? 74 an indicium aliquod præbeat contra aliquem ob

crimen

crimen furti incarceratum, si constet de eo, quod in juventute rem vilioris pretii subduxerit? 9

G

Galliarum Rex unitatem religionis in suo regno stabilire conatus. 80
Gallina est signum laudemii. 76
Gallinis an liceat involare in hortos? 95. quando ab illis damnum infertur, quænam actio detur? ibid. quid de jure Saxonico hic procedat? ibid.
Das geleit quid sit? 47
Gevatter. Man bittet nicht eher zu Gevattern biß man ein kind hat. 97
Gewähr quotupliciter sumatur? 99
Gewalt gehet vor recht. 100
Glaub. So wir hätten einen glauben, GOtt, gerechtigkeit vor augen, ein ele, gewicht, maas, müntz und geld, so stünd es wohl in dieser welt. 80
Dem glaubiger wird der schuldner an die hand und halffter geben. 81
Gnad geht vor recht. 82 Wer auf gnad dienet, dem wird mit barmhertzigkeit gelohnet. 83
Gold ist nicht alles was da gläntzet. 11
GOtt und die Obrigkeit. 84
Guaranda quid sit? 99 quam diu duret in rebus mobilibus, & quam diu in immobilibus? ibid.
Gunst. Ein metz gunst vermag mehr als ein scheffel rechts. 85
Guth. Eingebrachtes guth ergreifft auch ererbtes guth. 86 Ein jeder ist seines guths mächtig. 87

H.

Haas. Wann der haase laufft über den weg, so ist unglück schon auf dem steg. 71
Hadriani Pontificis symbolum. 79
Hæreditas ab intestato cui competat? 14
Hahnrey vox unde descendat? 88
Hahnreyschafft ist die vornehmste zunfft. ibid.

Hand. Die lincke hand gehet von hertzen. 26 Hand muß hand wachten. 70 Der gesamten hand muß folge geschehen. 92 Gesamte hand quid denotet? ibid.
Harren soll man nicht auf einen narren. 33
Das hauß soll man stützen und das geld mitler weil nützen. 72
Haut. Wer nichts hat, muß mit der haut bezahlen. 10
Die hechte werden deswegen in die teiche gesetzt, damit die andern fische nicht faul werden. 73
der Hehler ist so gut als der stehler. 74
die Heiligen holen ihr wachs wieder. 75
Hencken thut man keinen, man habe ihn dann. 59
die Henne trägt das handlohn auf dem schwantz mit sich. 76 Eine henne kan mehr verscharren, als zehen hähne ersparen. 77. Eine henne hat das recht über neun zäune 95
Herbipolis sola judicat ense & stola. 78
Herr. Grosse Herren grosse sorgen. 79
zu Hof kan man sich wohl wärmen, aber auch verbrennen. 60
Hoffen und harren macht manchen zum narren. 61
Holsatorum antiqua jura quæ fuerint? 63
die Holsten vertheidigen ihr recht mit dem schwerd. ibid.
das Holtz muß pfleglich gehalten werden. 74
Honor in majori pretio habendus quam pecunia. 17
Hube quid sit? 65. Es ist hüte myn, morne din, so theilet man die huben. ibid.
Hübner quis dicatur? ibid.
Hunger. Des müllers henn und wittwers magd, hat selten hungers-noth geklagt. 30
Hur. Aus einer argen hur, wird selten ein gut eheweib. 66 Barbierer und huren muß man recht zahlen. 67 Einer jeden huren trost ist, daß sie die erste und die letzte nicht seye. 68. Was von huren säuget, das ist zum huren geneiget. 69
Huren pfeiffen. 6

I.

Jagen mögen die Edelleute in Bäyerland, so weit sich das blaue am himmel erstreckt. 53. Wer mag jagen, der darff auch hagen. 55
Reichs-Jägermeisteramt quodnam signum habeat? 7
Jahr und tag ist die rechte gewähr. 99. quantum temporis ad hoc requiratur? ibid. an sufficiat ad præscriptionem in rebus furtivis? ibid. Wer im 23 jahr nicht stirbt, im 24 nicht ertrinckt, und im 25 nicht wird erschlagen, der mag wohl sagen von guten tagen. 54
Immerwad quid significet? 57. Hiß immerwad der sick Dennemarck it fannes bad. ibid.
Imperator in Ordinum territoriis non opus habet conductu. 47. an teneatur petere transitum per Statuum Imperii territoria? ibid. an transitus pro ejusdem exercitu denegari possit? ibid.
Imperium inchoantibus utilis clementiæ fama. 1
Incarceratio an liberet a debito? 51
Incestus coitus an tales faciat natos? 69
Industria l[illegible]datur & alget. 24
in Institutionibus an jus universum contineatur? 56
Interim quid sit? 59. ejus variæ appellationes. ibid. Hüte dich für dem interim, es hat einen schalck hinter ihm. ibid.
Interimmisticus liber an a pontificiis & protestantibus approbatus? ibid.
Judæi quamobrem tolerentur? 73 an teneantur evictionem præstare 99
Judici quid observandum in accusationibus? 45. an a rigore juris in æquitatem declinare liberum? 85. judici inimico an exceptionem suspecti judicis opponere liceat? ib.
Jungfern sollen spinnen, nehen, spindeln, nadeln sind ihr waffen, womit einstens in den ehen, sie was rechtes können schaffen, weg mit andern instrumenten, huren pfeiffen den Studenten. 6
Juris Foresti & venandi differentia. 55

Jurisprudentiæ fundamentum quid constituat. 56 bonus Institutista, bonus Jurista. ibid.
Jus civile an actionem concedat contra tertium? 70 modus in jus vocandi apud veteres. 43
Juvenes quomodo coercendi? 9

K.

Kauffmann. Ein verdorbener kauffmann giebt einen guten mäckler. 13
Käyser, der bringt das geleit mit sich. 47 wenn der Käyser stirbt, so setzt sich der König in den sattel. 48 wer ein groß hauß hat, beherberget den Käyser. 49
Katz. Niemand will gerne der katzen die schelle anhängen. 50
der Kercker quälet wohl, aber zahlet nicht. 51
Kessel. Es isset sich am besten, wo der kessel über dem Herd henget 52
Kirchweyh. Es ist kein dörfflein so klein, es ist doch des jahrs eine kirchweyhe darinn. 44
Klag. Wer wil klagen, der klage fest. 46
Klanck überwand den ranck. 41. vocis hujus significatio. ibid.
mit Kleinen fängt man an, mit grossen hört man auf. 9 an kleinen läpplein lernen die hunde leder fressen. ib.
Klüglinge qui hoc nomine veniant? 34
König, wo der sitzet, da ist es oben an. 42
Kort en bondig, best. 98
Krämer. Ein jeder krämer lobt seine waar. 19 an der hunde hincken, der huren wincken, der frauen weinen, und krämer schwören, darff sich niemand kehren. 20
Krieg, in diesem disputiret man nicht viel, sondern es heisset schlecht hin: Knüpffe auf! 8
Kuh. Des schultzen kuh und eines andern kuh sind zweyerley küh. 22
das Küssen ist nur ein abwischen. 21
Kuß. Einen kuß in ehren kan niemand verwehren. 24

L. ad

L,

ad Laquei pœnam quæ requirantur? 59 an absens hac pœna affici possit? ibid.
Laudemium quando & a quo præstetur? 65. 72. 76 hoc qui debet, non semper debet gallinam. 76. Laudemium civile & consuetudinarium quid sit? ibid.
Leben. Kürtzen kanst du das leben dein, verlängern kan es GOtt allein. 28
Legitimitatem infantum ubi veteres probarint? 16
Leben. De näst in graed, de outst op straet, de manns vor frouwen, siet man een Hollands leen behouwen. 62
Leipzig liegt haussen und Leipzig liegt drinnen, also kan Leipzig nicht Leipzig gewinnnen. 27
Lepus an sit vates infelicitatis? 71
Liberi sunt imago animi paterni & materni. 69
Loben vox in quo sensu capiatur? 19
Locus a rege occupatus an primarius reputetur? 42

M.

der Männer ehre ist der frauen ehre. 96
Magistratuum anima est honor & auctoritas. 93
Mali propterea tolerantur ut sapere discant boni. 73
Manus sinistra an symbolum minoris fidei sit, quam dextra? 26
Matrimonium morganaticum quid? 26 an uxor & liberi ex eadem cum patre gaudeant dignitate & jure successionis? ibid. & 96
Matrimonii forma quæ sit? 89
Mercatoribus quantum fidei sit tribuendum? 20 apud illos utile quandoque prævalet honesto. ibid.
Mercedem qui sibi non stimulatur, an de jure aliquid petere possit? 83
Meretrix an bona monialis fiat? 66 an merces illi solvenda? 67 earum solatium. 68
Metallarii quibus maxime opus habeant? 4

Meum

Meum & tuum, wann es auf das kommt, hat die freundschafft ein end. 94 quid significet in jure? ibid.
Michael ultimus Comes VVertheimensis. 38
Militis fugitivi fugam promovens qua pœna plectatur? 74. militibus pœna mortis afficiendis quantum temporis intervallum indulgeatur? 8
Minæ quomodo avertantur? 90 an minantes ultimo supplicio puniri possint? ibid.
Ministri repræsentant dominos. 93
Miseria splendida quænam dicatur? 10
Mœnus ubi in Rhenum diffundatur? 16
Moriones an ab hæredibus dominorum suorum pro servitio aliquid petere possint? 83
Mulier non nata ad imperandum sed ad parendum. 3 mulieres ubi imperant, ibi præsto est exitium. ibid. sunt malorum artifices. ibid. earum officium quodnam sit? ibid.
Musica in inflatione consistens quatenus deceat masculum? 6

N.

ein Nachbar ist dem andern einen brand schuldig. 31
Nahm. Man muß dem kind einen nahmen geben. 32
Narren wissen alles. 34 wann man diese auf den marckt schickt, so lösen die krämer geld. 35
Necessitas caret lege. 12. an in illa communio bonorum locum habeat? ibid. & quatenus in necessitate furtum non committatur? ibid.
Necessitate famis res vicini subtrahens an furti vel pœnæ reus sit? ibid.
Negotia maturescunt sicuti fruges. 97
wo Nichts ist, da hat der Käyser sein recht verlohren. 10 Als niet komt tot yet, dann kennt yet hem selven niet. 39
Nobiles an pœna corporis affligendi? 10
Noth, in dieser sind alle güter gemein. 12

O.

Obligatio nulla est, ubi nullum jus. 83

Obsta-

Obstagiale jus an & ubi in Imperio Romano adhuc vigeat? 63
Osculum quotupliciter accipiatur? 25. est indicium pacis & amicitiæ. ibid. virgini vel nupræ invitæ datum an actionem injuriarum pariat? ibid. an ex eo adulterium præsumi possit? ibid. an ob id uxori domini directi applicatum Vasallus feudo privetur? ibid.

P.

Parerga confundunt judicem. 98
per Pauca quod fieri potest, non fieri debet per plura. ibid.
Pfältzer. Es fieng ein siegreicher Pfältzer, ein'n jäger, bader und sältzer. 7
Pferd. Gedingt Pferd macht kurtze meilen. 40
Pignorationes an exercere liceat in animalia in damno dato deprehensa? 95
Pignus an a tertio possessore vindicari possit? 70
Pœna semper delictis commensuranda. 18
in Pœna unius ejusdemque delicti an respectum personarum habere liceat? 22
Pœna adulterii, a marito commissi quomodo etiam uxorem tangere possit? 91
Pœna pecuniaria quare & quando in corporis afflictivam commutari queat? 10
Pœnam minorem qui non timet, majorem tamen timere potest. 9
Pœnæ Civiles & criminales an cumulari possint? 18
Pœnitentia Ecclesiastica an cum pœna civili cumulari queat? ibid.
Portio statutaria ad quem in successione deferatur? 89
Præcedentia fœminis cessa an ex debito fiat? 36
Pretium quando quis solvit ei, a quo mercem accepit, an liberetur? 70
Priester und frauen soll man ehren. 36
Principi an competat jus aggratiandi in illis, quæ pœnam a Deo statutam habent? 82

Principis titulo quinam Episcoporum & Abbatum olim soli gavisi fuerint? 78
ad Promissum incertum an detur actio? 84
Provisio hominis cessare facit provisionem legis. 89

Q.

Quercu ruente quivis ligna colligit. 15

R.

Räthe. Wäre nicht der ratz und der haas, und der schreiber mit der kupffern naas, so läge mein herr nicht im grünen gras. 38
zu Rathen wem nicht ist, dem stehet auch nicht zu helffen. 37
Ratzeberg consiliarius VVertheimensis. 38
Receptator suscipiens res furtivas an furti teneatur? 74
Regalia secularia, quæ fiscum augent, hodie in æstimatione sunt. 2
Regiment der weiber nimmt selten ein gutes end. 3
Regum successores in singulis regnis Europæis quibus nominibus appellentur? 48
Religionis libertas ad quæ jura pertineat? 2 est Statuum Imperii summum regale. ib. ex quo judicari debeat? ib. quocusque extendenda? ibid.
Religionis diversitas an noxia sit Reipublicæ? 80
Religions-sachen, die freyheit in diesen ist der Stände höchstes regale. 2
Res suas an pro arbitrio alienare liceat? 87
Rex Romanorum quando eligatur? 48 est Imperatoris successor. ibid.
Rhein. Aller wasser könig der Rhein, die Donau soll seine gemahlin seyn 16
Rhenus, unde nomen habeat? 16 inter flumina Europæa maxime eminet. ibid.
Rips raps in meinen sack, ein andrer habe was er mag. 17 unde hæc phrasis descendat? ibid.
Romani quomodo olim creditoribus satisfecerint? 81

Ru-

Ruthen. Man soll niemand mit zwey ruthen streichen. 18

S.

Sauffbrüder laufferbrüder. 5
Scomma de urbe Lipsia. 27
Schachmatt quis dicatur? 4
Schacht. Lusus olim maxime celebratus. 4 vocis hujus significatio & derivatio. ibid. Wer im schacht ziehen und im bergwerck bauen will, soll seine augen nicht in die taschen stecken ibid.
Schand der weiber ist auch der männer schand. 91
Scheingründe quid sint? 11 judicem sæpe seducunt. ibid.
Semita ad pauperiem quæ sit? 72
Sententia privata multorum judiciis non præferenda. 37
Simultanea investitura quid sit? 92 vi illius Vasalli de jure Saxonico succedunt. ibid. an fundata in jure communi feudali? ibid.
Species externa sæpius fallit? 10
a Specie recti judex sibi caveat & in veritatem inquirat. 11
Spießgericht quot diebus peragatur? 8
Sponsus, an ob injuriam sponsæ illatam ad actionem injuriarum admittendus? 91
Standrecht quam diu duret & quando locum habeat? 8
Status Imperii sunt imperatores in suis territoriis. 93
Stultorum proprium quodnam sit? 34
Successio inter conjuges quomodo procedat? 89
Summa rerum penes quem sit? 84
Sylvam lignis cingere an & quatenus liceat? 55
Sylvam an penitus excidere liberum sit? 64
Sympathia quid sit? 14

T.

Tempus rei præfixum de forma ipsius rei est. 33
Tergum pro crumena porrigere est species solutionis. 10
Tergum subsidiarium unde dicatur & quid sit? ibid.
Thalami conscensio quomodo expediatur? 89 an suppleri possit per benedictionem sacerdotalem? ibid.

Themiſtoclis reſponſum de æquitate. 82
Theologo quid opus ſit in concionibus? 98
Tributum quomodo hodie imponi ſoleat? 49

U.

Uberſehen, wer das nicht kan, der kan auch nicht regieren. 1
ex Verborum generalitate oriuntur confuſiones rerum. 32
Viduæ ſalvam retinent dignitatem defuncti mariti 96
Vidui quandoque bene volunt ancillis. 30
a Vindicta criminis jure divino prohibiti an & quando abſtinere liceat? 22
Vis omnis reprobatur de jure præter eam quæ vim repellit. 100
Vitæ terminus abbreviari, non prolongari poteſt. 28
Unitas in quibus maxime curari debeat? 80
Votum an in melius mutare liceat? 75
Uxor plus diſſipare poteſt quam decem mariti lucrari. 77
Uxor ſequitur conditionem mariti. 96. an mariti jura officii exercere capax ſit? ibid. quid hic procedat quoad uxores morganaticas? ibid.

W.

Wehrgeldum quid ſit? 95
Weiberliſt. Des mannes liſt iſt behend, weiberliſt hat gar kein end. 29
Weiber, tuch und edelſtein, leuchten ſchön bey abendſchein. 11
Wertheimenſium Comitum familia extincta. 38
Würtzburg vox unde derivetur? 78 woher der Biſchoff den titul eines Hertzogs in Francken führe? ibid.
Wurtenbergici Duces unde obtinuerint cornu venatorium in inſignibus. 7

X.

Xantippe ſæpius eſt illa fœmina, quæ alias videtur proba & honeſta. 11

Z.

Zelus pro religione hodie valde remittit. 2

FINIS CENT. V.

THESAURUS PAROEMIARUM GERMANICO-JURIDICARUM,

Teutsch-Juristischer Sprüchwörter-Schatz/

IN QUO
MILLE ET QUOD EXCURRIT,
GERMANORUM DICTERIA, CUMPRIMIS JURIS, RECENSENTUR
RATIONIBUS, LEGIBUS, AC DECLARATIONIBUS ILLUSTRANTUR,
ET QUIDEM EJUS

CENTURIA SEXTA,

OPERA ET STUDIO
GEORG. TOB. PISTORII, U. J. L.
Ill. Comiti Hohenloico-VVeickersheimens. à Consiliis, & Cancellariæ Directoris.

AUGUSTÆ VINDELICORUM.
APUD DAVID RAYMUND MERZ & JOH. JACOB MAYER.
1723.

PERILLVSRI ET GENEROSISSIMO
DOMINO DOMINO
JVSTO VOLRA-
THO DE BODE,
AVGVSTISSIMÆ SACRÆ
CÆSAREÆ & CATHO-
LICÆ MAJESTATIS
CONSILIARIO JVDICII
IMPERIALIS AVLICI
EXCELLENTISSIMO
PATRONO MAGNO

HÆC CENTVRIA SEXTA
SACRA.

B. L.

Lang geborgt ist nicht geschenckt. Ita habet Parœmia centesima & ultima Centuriæ secundæ. Provocandum mihi isthuc est, qui publicè mille & quod excurrit, edendas promisi parœmias, & hactenus tantum quinque curavi editas. Culpa penes me non est, quod tamdiu, & quidem ab Anno 1716. usque ad hoc tempus fidei cessaverit expletio. Fato cuidam intervenienti, non mihi, illa adscribenda. Peto igitur ut æqui boníque consulatur cessatio, & benevolô animô excipiatur hæc Centuriarum sexta. Sequentur, DEO volente, reliquæ ocyùs, si non ocyssimè.

CENTURIA VI.

1. DAs Kleid macht den Mann / wer es hat der zieh es an.
2. Die Henne hat denen Fürsten zu Sachsen ein gutes Ey gelegt.
3. Mutschierung bricht keine gesamte Hand.
4. Ein Mensch ist so gut als der andere.
5. Der Müller ist fromm / der Haar auf den Zähnen hat.
6. Morgen-Stund hat Gold im Mund.
7. Das Kleid macht keinen Münch.
8. Wenn die Lauß einmahl im Beltz sitzt / ist sie schwehr wieder heraus zu bringen.
9. Nach Krieg und Brand kommt GOttes Seegen ins Land.
10. Wenn es an der Grösse gelegen wäre / so überlieffe die Kuh einen Haasen.
11. Alienis literis ne ingukas, man schlagt dich sonst auf das Korvas.
12. Der König in Franckreich stirbet nicht.
13. Kleinodien sind zur kleinen Noth.
14. Moguntia ab antiquo nequam.
15. Viel Köche versaltzen den Brey und das Muß / oder / viel Köche kochen selten was guts.
16. Man soll das Leder nicht stehlen / und die Schuh um GOttes willen geben.
17. Der König in Schweden ist mit Tod und Teuffel in Teutschland kommen.

18. Wenn ein Verschwender nicht eigene Güter hat/ so nimmt er was er findet.
19. Wer Böses hindern und wehren kan/ und thut es nicht/ der hilfft dazu.
20. Vergeben kan man einem wohl bald/ aber nicht leicht vergessen.
21. Es ist besser ein magerer Vergleich/ als ein fettes Urtheil.
22. Der Verkäuffer muß die Gewähr leisten.
23. Unter zweyen Ubeln muß man das geringste wählen.
24. Vor GOttes Wort und Vaterland nimmt man mit Fug das Schwerdt zur Hand.
25. Kein Vater kan seinen Sohn schelten.
26. Es pflegt viel tractiret/ nicht aber alles geschlossen zu werden.
27. Ein Vater kan eher zehen Kinder ernähren/ als zehen Kinder einen Vater.
28. Ein jeder ist sich selbst die nächste Treue schuldig.
29. Kirchen-Güter haben Adlers-Federn/ kommen selten auf den dritten Erben. Item: Kirchen-Gut hat eiserne Zähn/ und frißt eines mit dem andern hin/ und bringt dem dritten Erben keinen Gewinn.
30. Wo GOtt eine Kirche hat/ da hat der Teuffel auch eine Capelle/ vel: Wo GOtt eine Kirche bauet/ da bauet der Teuffel eine Capelle darneben.
31. Grosse Wasser/ grosse Kriege.
32. Es ist kein Schlag an denen Kindern vergebens/ als der nebenhin gehet.

33. Es

33. Es ist besser zehen Kinder ; ; ; ; als ein einzigs umgebracht.
34. Ein Kind wie eine Mauß/ macht einen Hader wie ein Hauß.
35. Wer kommt nach Giebichenstein/ kommt selten wieder heim.
36. Das Kind gehört zu der ärgern Hand.
37. S. Kilian ist vermögend genug dem H. Martino den Mantel zu flicken.
38. Der Krummstab schleust niemand aus.
39. Es sind nicht alle gleich/ so mit dem Kayser reiten.
40. Der Kayser ist ein Herr über Könige/ der Spanier über Pferde/ der Frantzoß über Esel/ und der Engelländer über Teuffel.
41. Wer die Kirche hat/ der hat auch den Kirchhof.
42. Im Krieg frißt und säufft man.
43. Je krümmer/ je tümmer.
44. Die Katze läst das Mausen nicht.
45. Kauffmann Glaubmann oder Lauffmann.
46. Kauff und Backenstreich sind einander selten gleich.
47. Kauff geht vor Mieth/ vel: Heuer oder Gewinn.
48. Ehrlich oder todt.
49. Nach dem todten Mund muß der Kläger seine Klage wider den Erben beweisen.
50. Von denen Todten soll man nichts als alles Liebs und Gutes reden.
51. Ein todter Hund beisset nicht.
52. Der Todte erbet den Lebendigen.

53. Wer die Tochter haben will/ der muß es mit der Mutter halten.
54. Trier / das sage ich / und ist auch gewiß/ die älteste Stadt in Teutschland ist.
55. Trunckene Freud/ nüchternes Leyd.
56. Einem trunckenen (vollen) Mann soll ein geladener Wage weichen.
57. Versehen ist bald geschehen.
58. Es taugt nichts unversucht.
59. Böses muß man mit Bösem vertreiben.
60. Versatz verjährt nicht.
61. Leichen-Predigten/ Lügen-Predigten.
62. Leib-Geding schwindet das Haubt-Gut.
63. Kauff erfordert Kauffmanns-Waar oder Gut.
64. Durch Kauff/ Fürkauff und Aufkauff/ böser Müntze freyen Lauff/ wird der Arm' gefressen auf.
65. Es läst sich keiner gern in Kasten sehen.
66. So viel Mund/ so viel Pfund.
67. Verdienter Lohn schreyt zu GOtt.
68. Kost-Geld (sive Gahrkost) geht vor alle Schulden.
69 Leib und Gut geht miteinander.
70. Lehenschafft zieht keine Unterthänigkeit nach sich.
71. Ein gut Lied kan man wohl zweymahl singen.
72. Lustig in Ehren/ kan niemand wehren.
73. Wer gern leugt der stihlt auch gerne.
74 Es ist besser daß einem der Medicus als der Jurist das Leben abspricht.

75. Aus

75. Aus fremdem Leder ist gut Riemen schneiden.
76. Das Looß stillet den Hader.
77. Wenn die Frau todt ist/ so hat die Schwägerschafft ein Ende.
78. Schwägerschafft und Gevatterschafft hindern wohl am ehelichen Leben / fördern aber nicht zur Erbschafft.
79. Wozu der Mensch Lust hat/ dazu hat er auch Andacht.
80. Wenn man anfängt zu kriegen/ so fängt man auch an zu lügen.
81. Auf eine Lüge gehört eine Maulschelle.
82. Der Loser an der Wand hört seine eigene Schand.
83. Was dich nicht brennt / solt du nicht löschen.
84. Ein andrer lob Wasser/ ich lobe den Wein.
85. Die Lilien nähen nicht.
86. Es hat nicht ein jedes Land alles bey der Hand.
87. Wer eine schöne Frau oder Schwester hat/ dem liebkoset jedermann.
88. Liebe und Noth hat kein Gebot.
89. Wer das Latein nicht gelernt hat/ der soll es ungebrüht lassen.
90. München soll mich nähren / zu Ingolstadt will ich mich wehren.
91. Wenn der Bauer nicht muß/ so regt er weder Hand noch Fuß.
92. Bey der Müntze soll man lehren / wie sich thut die Welt verkehren.

93. Leihe deinem Freund / und mahne deinen Feind.
94. Wenn man mit Läugnen könte vom Galgen kommen/ würde niemand gehenckt.
95. Mann und Weib sind ein Leib.
96. Lands-Kinder soll man vor allen andern befördern.
97. Maaß ist zu allen Dingen gut.
98. Wohl gelebt/ wohl gestorben.
99. Frey Gericht/ Gehey Gericht.
100. Was der Knopff siegelt / soll die Spitze vertheidigen.

I.

1. DAs Kleid macht den Mann/ Wer es hat/ der zieh es an.
Veſtis facit virum,
Si inſtructus illa ſe induit quid mirum?

2. Eſt proverbium, quod in omnium luxurioſorum ore verſatur, quodque nullâ aliâ ratione, quam opinione vulgi. nititur *Schulz. in Diſſert. Acad. de opinione vulgi. Francofurti ad Viadrum habita. c. 3. §. 3. Add. illuſtris Strykius in Diſſert. de Jure veſtiario. c. 2. num. 60. p. 35.*

Vir benè veſtitus, pro veſtibus eſſe peritus
Creditur à mille, quamvis idiota ſit ille,
Si careat veſte, nec ſit veſtitus honeſtè
Nullius eſt laudis, quamvis ſciat omne quod audis.

Vulgus enim (qui intelligitur per mille) cùm hodie hominem videt benè veſtitum & ornatum, æſtimat eum doctum & cæteris præſtantem, eíque omnia officia exhibet, & nihil, quod ad ipſius honorem & promotionem ſpectat, intermittit. *Schulz. d. l.* Rectè *Owenus:*

Si modò me ſpernis mutatâ veſte redibo,
Quod mihi non dederis, veſtibus ipſe dabis.

3. Contrariatur parœmia Legibus & Ordinationibus politicis, inprimis verò *Receſſui Imp. Ratisbon. de A. 1500. §. 22. de A. 1530. §. 9.*

Nam

Nam secundum jura & rationem quilibet, pro statu ac dignitate sua, vestimenta habere debet, *Stryk d. l. n. 1. Latherus de Censu L. 1. c. 9. n. 26.* Add. *Speidelius in Speculo sub voc.* Kleider. *p. m. 711. & Besoldus in Thes. Pract. sub voc.* Kleider. *p. m. 488.*

4. Procedit ergò de facto non jure, nec primâ facie quis præsumendus, qualem ejus vestes indicant, ut non nulli ex *l. 15. §. 15. ff. de injur.* argumentari ausint. Benè tamen facit, qui primô certè conspectû, non pannis obsitum & sordidum, sed mundum se exhibet & lautum, quoad potest: *(2)* inprimis in locis exteris & peregrinis, ubi conditio nostra ignota est. Conf. *Zeilerus in Opere Epistolico P. 1. Ep. 97. p. 540.*

II.

1. **Die Henne *(a)* hat denen Fürsten zu Sachsen ein gutes Ey geleget.**

Posuit Gallina bonum, Ducibus Saxoniæ ovum.

2. *(a)* Per gallinam intelligitur hîc metonymicè Comes illa Hennebergica, *Catharina*, quæ *Friderico*, Duci Saxoniæ, cognomine *Strenuo*, nubebat, & dotis loco ditionem Coburgiacam inferebat, hancque ad posteros suos transmittebat. Hinc cùm Elector Saxoniæ, *Fridericus Sapiens* sua aliquando pingenda curaret insignia, sæpius pictori illi famoso, *Lucæ Cranachio*, Seniori, dixisse perhibetur: Er solte ihm ja die Henne fleißig mahlen/ dann sie habe denen

denen Fürsten zu Sachsen ein gut Ey geleget / alludens per Gallinam, ceu insignia Comitatûs Hennebergici, ad *Catharinam* illam Hennebergicam, & per ovum bonum ad Ducatum Coburgensem. Sensus igitur parœmiæ hic est: Comitatui Hennebergico, & quidem Comiti *Catharinæ*, insignem quandam terrarum suarum partem acceptò ferendam habent Duces Saxoniæ. Cont. *Melissantes* **von denen alten Berg-Schlössern in Teutschland.** *n. 25. p. 314. & 317.* Add. **Spangenberg in seiner Hennebergischen Chronick.** *L. V. c. 5. in f. p. m. 197.*

III.

1. **Mutschierung** (*a*) **bricht keine gesamte Hand.** (*b*) Divisio ad tempus non infringit simultaneam investituram.

2. (*a*) Vel ut alii loqui amant, Mutscharung. Est vox antiqua, descendens à germanico Maut / quod vectigal significat, secundum **Spate im Teutschen Sprach-Schatz.** p. 1259. Sed putarem ego istam potius à latino *mutare* derivari, & nihil aliud denotare, quàm *alternationem*, wenn man mit etwas umwechselt / e. g. in Episcopatu Osnabrugensi, alternis vicibus, imperat Episcopus Catholicus, & Augustanæ Confessioni addictus, & hoc dicitur Mutschierung / it. eine Oerterung. vid. *Struvii Decis. Sabbath. c. 19. dec. 17. p. 299.* Conf. omninò *Besoldus in Thesauro sub voc.* Mutschierung. *p. 658.* Impræsentiarum deno-

denotat in ſpecie *diviſionem ad tempus*, v. g. inter fratres factam, ita ut fiat quidem æqualis bonorum ſeparatio ac diviſio, ſed nulla hinc inde inferatur abſoluta, hæreditariáque diviſio. *Dietherrus in Contin. Theſ. Pract. Beſoldi ſub voc.* Mutſchirung. *p. 417.* ſed adminiſtratio ſaltem & emolumentorum perceptio inter ſucceſſores feudi dividatur, & adminiſtratio feudi viciſſitudinaria, annis vel vicibus alternis, exerceatur, integrâ permanente ejus ſubſtantiâ. vid. *illuſtris Baro de Lyncker de individuitate c. 2. aph. 8. p. 91. & aph. 12. p. 193.*

3. (*b*) Latinè dicitur ſimultanea inveſtitura, die Mit-Belehnſchafft/ ſämtliche Belehnung/ geſamte Hand/ & eſt actus, quô omnes ac ſinguli agnati, qui intuitu alicujus feudi jus ſuccedendi habent, in renovatione inveſtituræ ſpecificè nominari debent, niſi malint pro incapacibus haberi. Quomodo jus commune differat quoad eam a jure Saxonico vid. *Struvius in Syntag. Jur. feud. c. 9. aph. 14. p. m. 347. Strykius in Exam. Jur. Feud. c. 16. Q. 25. & VVintigerus in Annotat. ad ejus c. 12. Q. 44.* Add. *Speidelius in Speculo ſub voc.* geſamte Hand. *p. 483. VVehnerus in Obſerv. Pract. ſub voc.* geſamte Hand. *p. 161.* Senſus igitur hic eſt: quando duo fratres ſeparant invicem commodioris, melioris ac facilioris culturæ & uberioris perceptionis fructuum, gratia feudum, tunc ſimultanea inveſtitura hoc ipſo non infringitur, nec conſequenter ſucceſſio reciproca expirat, ſed, unô mortuô, alter ſuccedit.

4. Ra-

4. Ratio, quia dominium ipſum tali caſu commune manet & exercitium ſaltem ejus dividitur. Eine ſchlechte Sonderung rumpirt das vinculum communionis, ſive dominium, nicht/ ſondern die Erb-und Grund-Theilung.

5. Declara, veram eſſe parœmiam, quoad illos agnatos, qui à primo acquirente feudum, aut à duobus vel pluribus ſimultaneè inveſtitis die geſamt und ſonders belehnet / deſcendunt. *VVehnerus d. l.* & quidem de Jure Saxonico, ubi quævis diviſio realis feudi ſucceſſionem impedit, niſi renovatio feudi diligentiſſimè cuſtodita fuerit *Struvius in Syntagm. Jur. feud. cap. 9. aph. 15. n. 7. p. 313.* modò laudatus *Baro de Lyncker d. l. aph. 8. n. 60. p. 182. & Zobelius in differentiis Juris Civ. & Sax. p. 111. diff. 19. n. 20. p. 546.* Aliud enim de Jure Civili dicendum, utpote quô per diviſionem feudi non alteratur natura feudi.

6. Ampl. Utut poſt diviſionem ejusmodi ſimplicem & viciſſitudinariam quoad exercitium factam, denuò non petita fuerit ſimultanea inveſtitura, ratio, quia conjunctio omnimoda & individuitas feudi adhuc adeſt. *ibid.*

7. Fallit, quando diviſio fuit hæreditaria, eine Erb-und Grund-Theilung/ & conſequenter dominium commune non manſit, *VVehnerus d. l. p. 164. ab initio.* ſic enim rumpitur vinculum communionis, ac ſimultanea inveſtitura, & deinde denuò illa petenda; unde, quando poſt diviſionem factam, ſimultanea inve-

investitura intra annum & diem denuò ab iis, die mit belehnt sind/ non petita, nec à Domino directo concessa fuit, pars deficiens feudi ad Dominum redit. *VVehnerus d. l.*

IV.

1. **Ein Mensch ist so gut als der andere.** Homo homini non præstat, sed æqualis est.

2. Ratio 1. quia essentiam & humanitatem omnes habent æqualiter, 2. quia ex eodem luto à Deo conditi sunt omnes, prout loquitur *Bejer de Artific. Palat. P. 2. c. 2. §. 4. n. 51. p. 17.* sine dubio ad *c. 33. v. 10. Sirac.* respiciens. 3. quia omnes sanguine Christi redempti sunt. Ein HErr/ ein Glaube/ eine Tauffe/ ein GOtt und Vater ꝛc. *Ephes. 4. v. 5. 6.*

3. Concordat *l. 32. ff. de R. J.*

4. Declara, ut procedat quoad Deum & humilitatis rationem. *c. de Constantinopolitana 4. dist. 22. Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Com. sub voc. æqualitas ax. 6.* nec non quoad servationem legis divinæ. *Eccles. Salom. c. 12. v. 13.*

5. Declara 2. ut procedat, quoad humanitatis statum, ejúsque essentiam & æqualitatem juris naturalis, ex quo fluit illud absolutum præceptum: *Alium hominem tanquam æquè hominem tracta.* vid. *Excellent. Thomasius in Jurisprudentia divina L. 2. c. 3. n. 11. 12. & 19.* Unde dicere quoque solent Germani: Ich bin kein Hund/ ich bin so wohl ein Mensch als du. *ibid. p. 184.* Add. *Buddeus in Elementis Phil. Moralis p. m. 285.*

6. Fallit

6. Fallit 1. quoad qualitates hominibus inesse solitas, tam intrinsecas, quàm extrinsecas, de quibus exaudiendum est illud *Terentii in Eunucho Act. 2. Sc. 2. Dii immortales! homini homo quid præstat, stulto intelligens quid interest.* & 2. quoad effectus Juris Civilis. *Conf. Doctores ad d. l. 32. ff. de R. J.*

7. Ampliatur, sive imperantes sint sive parentes, *Dn. Thomasius c. l. n. 12.* quantiscunque etiam animi, corporis aut fortunæ bonis antecedant alios, *ibid. n. 15.* sive ante sive post lapsum Adami considerentur: Priori enim casu habes æqualitatem bonitatis, posteriori verò malitiæ.

V.

1. **Der Müller ist fromm / der Haar auf denen Zähnen hat.** Ille molitor probus est, cujus dentes pilosi sunt. Quemadmodum autem præter si non contra naturam est, dentes habere pilosos; ita quoque nihil aliud hôc dici vult proverbiô, quàm quòd avis sit in hac terra rara & ferè cygno nigro similis, bonus & probus molitor. Alii dicunt: Der Müller ist fromm/ der Haar auf der Zungen und in der Hand hat. Quod eodem planè recidit. vid. *Addit. ad Besoldi Thesaurum Pract. sub. voc.* Mühlen. *p. 650.*

2. Ratio, quia occasionem habet molitor furandi, occasio autem facit furem. Hinc per jocum dicitur, molitoris nequitiam ab ipsa mola prodi, denn wenn die Mühl angehe/

so klappere sie: **der Müller/der Müller/** wenn sie besser in den Gang komme/ so laute es: **der Müller ist ein Dieb / der Müller ist ein Dieb** / endlich wenn es hurtig gehe/ so heisse es/ **der Müller und die Müllerin ist ein Dieb**/ ꝛc.

3. Effectus 1. quod ingenium molitorum esse censeatur versatile, *Speidelius d. l. & in Speculo sub voc.* Mühlen. *p. m. 868.* Effectus 2. olim fuit, quòd molitorum liberi in multis locis exclusi fuerint à collegiis opificum & mercatorum, *Dn. Hertius in rar. & elegant. ex univ. Jurisprud. remed. L. 1. de Parœmiis Germ. par. 13.* quod hodie tamen abolitum est per Constitutiones Imperii de *A. 1548. t. 37 A. 1577. t. 38. Crusius de indiciis delictorum P. I. c. 26. n. 21. seq. p. 133.* Conf. *par.* Der Müller mit der Metzen/ ꝛc.

4. Declar. quatenus scilicet quis velit habere molitorem, omnibus numeris absolute bonum cujus manus immunes sunt ab omni contrectatione frumenti alieni, der niemahls zu viel genutzet hat.

VI.

1. **Morgen-Stund hat Gold im Mund.** Aurora Musis amica.

2. Confirmatur hoc ipsum per *l. 2. §. 1. ff. de V. S.* ubi JCtus Paulus scribit, septem horas diei priores majores ac meliores esse, septem posterioribus.

3. Ra-

3. Ratio est, quia manè quis surgit fortior, ac proinde majorem sufferre potest laborem, quàm à meridie, ubi vires jam tum defatigatæ sunt. *Rigos. à Malosèo in Comment. ad d. l.*

4. Declaratur (1.) ita, ut intelligatur non de die Civili, sed naturali, & quidem horis non tam ab ortu Solis quàm ab eo tempore, ubi quis satis requievit, computatis.

5. Declar. (2) ut accipiatur non ita simpliciter & absolutè, nec etiam ratione numeri & quantitatis, sed tantùm respectivè & secundum quid, ratione qualitatis & commoditatis, quatenus nimirum matutinæ horæ rebus gerendis & laboribus perferendis accommodatiores sunt, quàm post meridiem. *Gothofredus in Not. ad h. l. & VVegnerus in Comment. ad tit. de V. S. p. m. 14.*

6. Ampliatur ut procedat non tantum quoad Musas, sed etiam quoad opifices, artifices & quosvis ferè negotium aliquod perficere volentes. Add. *Cordesius* in der Sprüchwörter Postill/ *p. 153.*

Wer jetzo nicht recht früh auffsteht/
Und hurtig an die Arbeit geht/
Erwirbt gewißlich wenig Geld/
Und bleibt ein Bettler in der Welt.

Hannemann in seinem Englischen Wahrsager, *A. 1721. discurs. III.* qui otiosè & in utramvis aurem, sive, uti *Plautus* loquitur, libenter dormit, sine lucro & cum malo quiescit.

VII.

1. **DAs Kleid macht keinen Münch.** Habitus Monachum non perficit. Alii pro voce Kleid substituunt & usurpant nomen Kappe / quod perinde est, vid. *par.* **Amt giebt Kappen.** Sensus est: externa signa & vestimenta non conciliant qualitatem cuivis necessariam. Eodem recidit ista parœmia: Es sind nicht alle Köche / die lange Messer tragen. Non ut cultrô quis superbit, ita confestim coquus est, *Bejerus de Artificibus Palat. p. 2. c. 9. n. 392. p. 225.*

2. Ratio, quia professio & vita secundum regulam sui ordinis facit monachum. *Besoldus in Thes. Pract. sub voc.* Münch. *p. 651.*

3. Fundatur in *c. porrectum 13. & c. ex parte 22. X. de Monach. & transeunt. ad Relig. cap. ut Clerici 3. X. d. t. c. consuluit 4. X. qui Clerici vel Voventes.*

4. Sic e.g. Pastorem non constituit vestimentum nigrum, pallium usque ad calcem demissum, aut collare, Der schwartze lange Mantel wolle es nicht ausmachen / sed doctrina, eruditio, eloquentia, pietas & vita exemplaris. Conf. *Carpzovius L. 2. Jurisprud. Consist. t. 26. d. 256. n. 1. seqq. & Dn. Calvoër in Rituali Ecclesiastico P. 2. p. 523.* Unde valdè se fefellit ille homo clericus, qui manus conserere cum altero nolebat veste sua nigricante indutus, illi singularem quandam sanctitatem inesse credens; exutâ verò & clavo in pariete illâ

illâ affixâ pugnam plenus fiduciæ inibat, in hæc verba erumpens: Da hångt der Pfaff/ und hier steht der Mann.

5. Declaratur tamen quoad monachum ita, ut si per annum habitum monachalem quis gestaverit, tunc quoad externam qualitatem monachus factus & professus censeatur *cap. ex parte 22. X. d. t.* Add. *Ziegleri Jus Canon. L. 1. t. 30. §. 8. p. 281.*

VIII.

1. **WEnn die Lauß erst einmahl im Beltz sitzt / so ist sie schwer wieder heraus zu bringen.** Quando pediculus semel occupavit vestem pelliceam, tunc difficulter exinde expellitur, h. e. qui semel à nobis receptus est, eum non confestim facere possumus missum, sive ab eo deinde non statim nos disjungere possumus. Convenit idipsum cum isto Latinorum proverbio:

Turpiùs ejicitur, quàm non admittitur hospes.

2. Ratio, quia minimum decorum & honestum, si non jus nobis obstat, quo minùs semel receptum statim facere queamus missum. Conf. *Barbosa in Thes. loc. com. sub. voc. turpe. ax. 6.*

3. Sedem suam habet in *cap. quemadmodum, 25. X. de Jurejur.* e. g. quando quis cælebs est, non tenetur præcisè hanc pauperem vel istam

imperiosam ducere & alere uxorem, sed facilè hoc declinare potest; quodsi verò semel eam duxit, tunc regulariter eam retinere & alere tenetur maritus. *Tabor apud Barbosam sub voc. hospes ax.* 1. vid. tamen *Surdus de Alimentis t. 7. qu. 12. n. 40. seq.* Aliud exemplum vide apud *Mevium ad Jus Lubecense. l. 4. t. 13. art. 3.*

IX.

1. **NAch Krieg und Brand/ Komt GOttes Seegen ins Land.**
Bellum & incendia
Sequuntur divina compendia.

2. Ratio, quia calamitates bellicæ homines faciunt pios & probos, piis & probis autem benedicit DEUS.

3. Quomodo parœmiam hanc applicaverit *Mevius*, vid. in *ejus discuss. Levam. Inop. Debit. c. 1. n. 78. p. 25.*

4. Declara illam procedere ἐπὶ τὸ πλεῖστον. Rectè *Owenus*:

Succedunt summis optima sæpè malis.

Add. *Zeilerus in Opere Epistolico P. I. ep. 30. p. 383.*

X.

1. **WEnn es an der Grösse gelegen wäre / so erliesse die Kuhe den Haasen.** Si rem conficeret robur, vacca cursu æquaret leporem, h. e. *non corporis moles, sed ingenium rem conficit & agilitas.*

A cane

A cane non magno sæpe tenetur aper.
Enecat ingentem vipera parva bovem.

2. Ratio, quia granditas plerumque conjuncta est cum inertia ac tarditate, groß und ungeschickt; ingenium verò magnum potest quoque esse in corpore parvo, klein und witzig kan wohl beysammen seyn.

3. Sic sæpè modicus exercitus debellavit maximum. *David* vicit *Goliathum*, *Judith Holofernem.*

4. Procedit in rebus, quæ non tam corpore, quàm animo, expediendæ veniunt.

5. Hinc viri docti non ex quantitate & mole corporis, sed ex eruditione æstimandi. B. D. *Aug. Pfeiffer, Lipsiæ in Concione valedictoria, dixit:* Wenn man die Superintendenten mit der Elle ausmessete/ so wäre ich keiner worden.

XI.

1. ALienis literis ne ingukas, (*a*)
Man schlägt dich sonst auf das Korvas. (*b*)

Alienis literis ne inspicias, aliàs tibi infringitur colaphus, h. e. malam inibis gratiam, & animadversionem incurres.

2, (*a*) Est vox hybrida ex latina præpositione *in*, & germanico guken composita, ita ut idem sit ac *inspicere.*

3. (*b*) Videtur itidem vocabulum esse hybridum, & si divinare licet ex Saxonico kören/ h. e. reden/ plaudern / & latino vas, ein Gefäß/

 ita ut

ita ut *Korvas* nihil aliud sit quàm organon, quô loquimur, das Maul. Hinc inferiores Saxones & Guestphali dicunt: Kôrhânßgen/ h. e. Plauder-Hânnßlein/ he kôrt wat doher/ h. e. er plaudert was daher. Aliter fortè sensit *Dn. Ring. Ictus Francofurto Oderanus, qui in eleganti Dissertatione de Inspectione alienarum literarum, & quidem in præloquio n. 19. vocem hanc scripsit* Chorfaß.

4. Ratio, quia, qui alienas literas oculis contrectat, invitô Dominô, furtum committere videtur, qui actus furtivus in legibus speciali nomine non designatus, rectè appellari potest Stellionatus *l. Stellionatus 3. §. 1. ff. de Stellionat. Dn. Ring. d. l. Sect. 1. n. 2.* qui autem stellionatus crimen admittit, ille meritò pœnam dabit. Plures rationes vid. apud *cit. Dn. Ringium d. l. c. 3. aph. 2. n. 3. seqq.* Add. *Julius Clarus L. 2. §. falsum n. 25. Gastelius in Speculo Jur. c. 25. n. 427. p. 555.*

5. Declara, quatenus nimirum judex punit ejusmodi curiosum inspectorem, vel ut criminis falsi, vel ut criminis stellionatus reum. *Lauterbach in Dissert de Nuncio c. 9. th. 52. p. 56.*

6. Declar. (2.) pro qualitate admissi reatus pœnam quoque graviorem esse vel leviorem, *ibid. aph. 1. Philippi in Usu Pract. L. 4. eclog. 89. n. 9. p. 1048.* Aggravatur autem reatus, quando ex inspectione vel revelatione damnum oritur tertio. E. G. qui alienas literas nudat, eas tamen à lectione castas conservat, leviùs punitur,

punitur, quatenus ſcilicet nudantem pœnituit attentati criminis. *Ring. d. l. aph. 3. n. 9. Julius Clarus in Pract. Crim. §. fin. q. 60. n. 21.*

7. Ampliatur, ſive manifeſtè, ſive clam, ſive ſine, ſive cum effractura fiat, ſive lecta reticeantur, ſive revelentur, ſive damnum exinde ſequatur, ſive non. *ibid. c. 2. ſect. 1. aph. 1. ſeqq.* Add. *Beſoldus in Theſauro Pract. ſub voc.* Brief. *p. 112.*

8. Limitatur, modò non præſumatur probabiliter, bonâ Domini gratiâ & pace fieri reſignationem. *Ring. d. l. aph. 2.*

9. Limit (2) modò non præſumatur in literis contineri aliquod delictum; hoc enim caſu non dubitandum aliquid licere ſuperiori, quod alioquin ipſi non licet. Quamvis ſummæ prudentiæ tribuatur *Pompejo Magno*, quod *Sertorii* chartas univerſas nec à ſe lectas, nec aliis legi permiſſas, protinus dederit igni, laudatúrque *Fridericus* Imperator, quod Caſparis *Sollichii*, amici ſui, literas nonnullis Hungaris ſcriptas, etſi proditionis inſtrumenta eſſe reſciret, aperire noluerit,. *Ring. d. l. c. 3. aph. 2. n. 7. & 8.*

10. Limit. (3) quoad Principes, qui ſubditorum ſuorum, Parentes, qui liberorum, Maritos, qui uxorum, Dominos, qui Vaſallorum literas inſpicere poſſunt. *Ring. d. l. c. 3. Sect. 2. n. 63. 79. 204. 116.*

XII.

DEr König in Franckreich stirbet nicht. Galliarum Rex non moritur. Le Roi de France ne meure point. vid. *Burgoldensis ad Instrum. Pac. P. 1. D. 6. §. 3. p. m. 181.* Scilicet lege Salica constitutum, ut succeſſio in regno Galliæ, sive Franciæ, nunquam deferatur ad fœminas, sed Principes sanguinis, vel Regis agnati, ad coronam admittantur, si Rex absque masculis decedat, servatô ordine proximitatis, & exclusis Regis defuncti filiabus aliisque cognatis; hinc proverbialiter dici cœptum fuit: *Nunquam mori Reges in Gallia*, h. e. regimen Regum quasi æternum esse, etiamsi Reges, qui homines sunt, vitâ destituantur. Conf. *Hagemejerus Epistola secunda de Statu Juris publici Europæi p. m. 8. Autor* des Europäischen Herolds/ *p. 585. Rumelinus ad Auream Bullam p. m. 439.* Rationem hanc dare solent, quia insignia regni Franciæ sunt lilia, in Scriptura autem sacra dicitur: *Lilia non nere*, nec consequenter regnum istud, quod lilia pro insignibus gerit, conferri debere personis, quæ nent, sive fœminis. Verùm enim verò sicut ratio hæc altioris est indaginis, si non planè erronea; ita eam suô locô hîc positam relinquimus. Conf. *N. Besongne dans l' Etat de la France §. 4. des Preludes p. 12. seqq. & Henricus Coccejus in Oratione de Lege Salica Heidelbergæ olim habita, & typis expressa.* Qui igitur parœmiam hanc propriè

prie intelligere vellent de Galliarum Rege, idem facerent ac illi, qui de Johanne dixerunt: Dieser Jünger stirbet nicht / *Joh. 21. v. 23.* Nam & quoad Gallos illud obtinet: Heute König morgen todt. Olim etiam Rector Lipsiensis dictus fuit immortalis per proverbium, quia ab Anno conditæ Academiæ, qui nonus seculi decimi quinti erat, anni 241. effluxerant, donec primus Professor, fasces Rectoris gerens, moriebatur. Vid. *Nova Literaria de A. 1706. Mens. Octobr. p. 321.*

XIII.

1. **Kleinodien** (*a*) **sind zur kleinen Noth.** Clinodiæ exiguæ necessitati inserviunt.

2. (*a*) Kleinodien/ latinè Clinodiæ, meliùs gemmæ, cimelia, est compositum ex voce Klein & antiquissima voce Gothica Od/ quæ rem, bona, possessionem, significat, ita ut Kleinod nihil aliud sit, quàm parva vel exigua possessio. **Spate im Teutschen Sprach-Schatz** sub voc. Od. p. m. 1379. Add. *Besoldus in Thes. Pract. sub voc.* **Edelstein.** *p. m. 201.*

3. Ratio, quia Clinodiæ justum pretium non habent, nec ex affectione possessoris, sed emtoris, æstimandæ veniunt. Unde adhuc aliud natum proverbium: Ein Edelgestein gilt so viel/ als ein reicher Narr davor geben will. Quapropter etiam non taxantur, sed subhastantur Clinodiæ, quando quidam obæratus

æratus debitor excutiendus eſt. *Dietherrus ad Beſold. Theſ. Pract. ſub voc.* Edelſtein / *p. 167. Berlichius P. 1. concl. 81. n. 91. Munoz de Eſcobar de Ratiociniis. c. 16. n. 29.* Similiter ſe res habet cum antiquis codicibus manuſcriptis, picturis, raris arboribus, fruticibus; floribus, numiſmatibus antiquis, & quæ valorem ſuum non tam ex intrinſeca ſua ſubſtantia, quàm ex affectione emptoris, habent, wozu ein Liebhaber gehöret.

XIV.

1. MOguntia (*a*) ab antiquo nequam, h. e. Moguntini ab antiquo improbi ſunt.

2. (*a*) Quod *Moguntia*, vel ut alii dicunt, *Magontiacum*, *Moguntiacum*, *Magantia*, nomen ſuum habeat à *Mago*, ſunt qui credunt, fingentes, jam olim ante natum Chriſtum, cohortem quandam Magorum *Treviri* fuiſſe expulſam, & eorundem ducem, cognomine *Nequam*, ſedem ibi fixiſſe. Addunt prætereà, quòd aliquando ingens lapis fuerit inventus cum inſcriptione: *Verte & invenies*, & quòd versô illô ſequentia ſe conſpicienda præbuerint verba: *Moguntia ab antiquo nequam.* h. e. ab antiquo illo Archi-Mago, cui Nequam nomen, ædificata eſt. Inſuper quoque ad vulgatum iſtum verſiculum provocant:

Me ſtruxit Treviri pulſus cognomine Nequam.

2. Verùm enimverò magis fabulosè quàm verè hæc omnia dicuntur. vid. *Hübnerus P. V. Quæſtionum ex hiſtoria politica Lib. 1. p. 4. Nicolaus*

laus Serrarius de Rebus Moguntiacis L. I. c. V. p. 15. seqq. ubi solidè refutat fictam & fabulosam illam sententiam. Hoc certum, veterum Moguntiæ Præsulum nonnullos rem ita malè gesisse, ut ansa dicterio huic inde nata videatur. Sed enim si vitium unius vel quorundam imputare liceret universo ordini, nulla Gens, nulla Ecclesia, quàm egregia & illustris illa etiam sit, omni labe eximenda foret. Conf. *Dn. Immanuel VVeberus Historiarum Professor Publicus in Specimine Parœmiarum historicarum, sub ejus præsidio A. 1716. Giessæ ventilato p. 5. seq.* Christus, Servator mundi, duodecim tantum habebat Apostolos, & tamen inter illos reperiebatur, qui nequam erat & proditor. Credo ergò potius à *Mogo*, vom Mayn/ quàm à Mago nomen accepisse Moguntiam juxta illud *Guntheri in Ligurino L. 1. v. 384.* Nomen ab infuso recipit Moguntia *Mogo*. Add. *Juncker in Geographia medii ævi. p. 49.* Arrident ergò Magii illi de Moguntinensibus rhythmi:

Man redet gutes Teutsch zu Mayntz/
Und hat die Keller voller Weins/
Das Frauenzimmer ist galant,
Die Manns-Persohn recht complaisant.

XV.

1. **Viel Köche versaltzen den Brey / vel das Muß / oder / viel Köche kochen selten was guts.** Latini clariùs hoc exprimunt, dicentes: Segnius expediunt commissa negotia plures. *Hor.* Bey vielen Hirten wird übel gehütet. 2. Co-

2. Coincidit hoc brocardicum cum *l. si plures 3. §. apparet. ff. de Admin. & per. tut.* utpote ex qua satis evidenter evinci potest, quòd melius unus negotium aliquod gerere soleat, quàm plures.

3. Ratio, quia sæpiùs dissensione ac æmulatione se invicem impediunt, aut alterius operæ mutuâ præsumtione omnes cessant. *Hertius in select & rarior. ex univers. Jurisprud. Argum. L. 1. par. 77. p. 529.* dum plerumque alter putat alterum rem expediturum esse, es verlässet sich einer auf den andern/ und geschiehet mithin von keinem nichts/ & sic noverca est justitiæ multitudo. *Ventura de Valentiis in Parthenio litigioso L. 1. c. 12. n. 5. p. 175.*

Viele Köche/ viel Arbeiter/
Machen wenig gutes leider.
Dietz verläst sich auf den Kietzen/
Kietz verläst sich auf den Dietzen.
Besser ein rechtschaffner Mann/
Der was rechts ausrichten kan/
Als viel Lumpen in dem Amt/
Die nichts tügen insgesamt.

4. Exemplum (1) sic plures quidem tutores esse possunt, sed tutela non nisi ab uno administrari debet, quia faciliùs unus tutor actiones exercet & excipit, quàm ut tutela per multos spargatur *per dict. l.* qui etiam deinde reddere tenetur rationes, *Munnoz de Escobar de Ratiociniis Administr. c. 3. n. 30.* Ratione bonorum tamen dividi posse tutelam constat ex *l. 51. ff. dict. tit.* sed tantum à testatore

tore & à judice, non verò ab ipsis tutoribus, cum non obstante divisione ab hisce facta, adhuc quilibet teneatur in solidum, *l. 2. C. de divid. tut. Conf. Stryk in Thes. Loc. Barbos. ax 8. 9. 10. 11. & Carpzov. Vol. disp. p. 586. n. 35.*

5. Exemplum (2) ita expedit magis unum medicum curando ægroto adhibere, quàm plures; siquidem plures medicos adhibere nihil aliud est quàm παθήματα multa accumulare. *Bullæus Respons. jur. 1. n. 132.* Duos tamen, amicè conspirantes, pro re nata, interdum fuisse adhibitos, experientia testis est.

6. Exemplum (3) Præstat ut postarum magister literarum transferendarum officium uni concedat, quàm pluribus. *Ludov.* **von Hörnigk** / *in Tr. de Regali Postarum jure c. 6. th. 14. n. 1. & 2.*

7. Exemplum (4) habemus in multiplicatione magistratuum sive judicum, quæ occasionem parit litigandi & litem multiplicandi. Conf. omninò *Ventura de Valentiis d. n. 4.* Dissentire videtur *Nolden in suo Trebatio c. 4. p. m. 294. seq.* quippe qui integrum illud judicium dicit, quod multorum comprobatur sententiis, cùm faciliùs inveniatur, quod à pluribus quæritur. Exemplum quintum est in servis. vid. *Schœnborn Polit. L. 1. c. 9. p. m. 55.*

8. Procedit quoque in Politicis. ita namque *Tacitus L. 1. Hist.* Pacis interest, omnem in unum conferre. Et *Lib. 1. annal.* inquit, discordantis patriæ non aliud est remedium,

quam

quàm si ab uno regatur. Conf *Burgoldensis ad Instrumentum Pacis P. 1. Disc. 1. p. m. 26.* Wo viel Herren im Lande sind/ da gehets übel zu/ und es bleibt auch in diesem wahr / was die Schrifft saget: Omne regnum divisum desolabitur. **Spangenberg in der Schaumburg. Chronick** *L. 2. c. 2. p. 91.* Græci dicunt: ὐκ ἀγαϑὸν πολυκοιρανίη, ἑις κοιρανὸς ἔςω, ἑις βασιλεύς.

9. Declara hoc Brocardicum, quod verum sit tunc, quando metuendæ sunt simultates & discordiæ.

10. Declara (2) quod inprimis procedat, si locus & tempus non patiuntur pleniùs deliberandi consilium *l. 1. in fin. ff. d. Exercit. act.* nec causa singularem requirat auctoritatem.

11. Fallit è contrario, quando causa gravis est & ardua. Sic in Camera Imp. plenum Senatum in ejusmodi casibus convocari notum est, man plenisirt darüber. Add. *Blumius in Proc. Cam. tit. 5. n. 28.*

12. Fallit (2) in nimia negotiorum multitudine quibus expediundis unius humeri non sufficiunt. Veritatem hujus rei rursus videre possumus in Cam. Imp. ubi paucitas Dnn. Assessorum valde obest accelerandis litibus, quæ in tantam ibi excreverunt copiam, ut longè major requireretur eorum numerus, quàm, ob inopiam pecuniæ, hactenus usu vigens, contra sanctionem legis pragmaticæ.

XVI.

XVI.

1. **MAn soll das Leder nicht stehlen/ und die Schuh um GOttes willen geben.** Furto non auferendum est corium, & calceus exinde confectus pauperibus donandus. Meliùs: Non sunt facienda furta voluntate pascendi pauperes sanctos. *Augustin.* vid. *Besoldus in Thes. pract. sub voc.* **Haußarm.** Man soll Pauli Altar nicht also decken/ daß man Petri seinen darüber entblösset.

2. R. quia non sunt facienda mala ut inde eveniant bona. *Epist. ad Rom. cap. 3. ℣. 8.* Conf. *Barbosa in Thes. Loc. com. sub voc. malum. ax. 5. & sub voc. lucrum ax. 17. & bonitas ax. 9.* (2) quia tollere malum patientiæ est, facere malitiæ. *Simon ad Guilielm. Grot. de Princip. Jur. Nat. c. 9. §. 1. p. 145. & 154.* (3) quia vir liberalis de propriis non verò de alienis largiri debet, cum liberalitas minime conjuncta sit cum alterius jactura & damno, nec pro objecto rem alienam, sed propriam habet. *Krembergk in dissert. de furtis, VVitteberga 1627. habita th. 7. Matthias de Contributionibus c. 3. n. 54. p. 71.* Conf. *Ephes. 4.* ibi: sondern arbeite mit seinen Händen etwas gutes/ auf daß er habe zu geben dem Dürfftigen.

3. Confirm. per *l. si pignore. 54. §. 1. ff. de Furt.* ubi dicitur: Species lucri & hinc furti est ex alieno largiri, & hinc beneficii debitorem sibi acquirere. Add. *l. palam 43. §. 5. ff. de*

Rit. N. l. 54. §. 1. ff. de Furt. l. nam hoc 14. ff. de Condict. indeb. l. 15. §. sive 8. ff. de damn. infect. & can. sic non. 10. 34. q. 4.

4. Quapropter beneficentia de alieno, furtivæ hostiæ instar habetur, DEO displicet, & velut intempestiva damnatur. *l. si hominem 7. in pr. ff. Depos. Mevius in Discuss. Levam. inop. debit. c. 6. n. 7. p. 452.* nec fur à pœna ordinaria liberatur, quamvis rem furtivam perdiderit, aut alii donaverit Excellent. Dn. de *Berger in Elect. Jur. Crim. c. 2. §. 7. p. 42.*

5. Ampl. ut ne quidem pauperibus favendum sit in judicio cum alterius injuria. *Hertius in Epidipnidibus Parœm. Jur. Germ. par. 5. p. 9.* Conf. ibi allegatus *Mevius P. II. Dec. 278.* Add. *Joh. Samuel Strykius in Tract. de jure Liciti sed non honesti c. 5. per tot. & c. 3. n. 61. seqq.*

XVII.

DEr König in Schweden ist mit Tod und Teuffel in Teutschland kommen. Rex Sueciæ cum morte & diabolo venit in Germaniam. Scilicet intelligitur hic magnus ille Sueciæ Rex, *Gustavus Adolphus*, qui bello Imperium petens inter alios tribunos duos habebat, quorum uni nomen *Achatii* **Tod** / alteri verò *Maximiliani* **Teuffel** erat: hinc cujusdam vox excepta fuit: Der König wäre mit Tod und Teuffel in Teutschland kommen. Conf. *Burgoldensis ad Instr. Pac. Osnabrugo Monasteriensis P. 1. disc. 94. p. 108.*

XVIII.

XVIII.

1. **Wann ein Verschwender nicht eigene Güter hat/ so nimmt er was er findet.** Profusores sunt rapaces.

2. R. quia quiest prodigus suorum, est etiam prodigus alienorum bonorum. *Mylerus ab Ehrenbach in Hyparchologia c. 6. Sect. 2. n. 110. p. 516.* Ratio rationis, quia assuevit consumtionibus; propriis ergò deficientibus consumtibilibus, in aliena involat.

3. Effectus est, quòd præsumtio sit contra prodigum, cùm prodigalitas & profusio nimia suspicionem furti & rapinæ de se præbeat. *Constit. Crim. Car. V. art. 39. & 43. Carpzovius Lib. 3. q. 122. n. 4. Jurisprud. Crim. Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. com. sub. voc. prodigus ax. 1.* quatenus nimirum alia indicia concurrunt. Add. *Crusius de indiciis delictorum P. 1. c. 55. n. 12.* E. G. quando prodigus lautè vivit, & nihil tamen amplius in bonis habet, nec alii sunt, qui suppeditant pecuniam.

XIX.

1. **Wer böses hindern und wehren kan/ und thut es nicht/ der hilfft dazu.** Qui aliquid impedire vel prohibere potest, nec tamen prohibet vel impedit, ille adjuvat. *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. com. sub voc. prohibitio. ax. 10.*

2. Probatur per *l. 3. & 4. ff. de Nox. act. l. 45. pr. ad L. aquil. l. 63. ff. de Re judic. l. 7. in f.* qui

qui sine manum. ad. libert. l. 2. §. 1. seqq. de Nox. act. & c. 12. c. 23. q. 8.

3. Ratio, quia omittendo influit in effectum, ita ut ei, tanquam causæ efficienti imputari possit effectus. vid. *Hartungius in Metaph. jurid. c. 7. §. 6. p. 239. & §. 14. p. 247.*

4. Declara, scilicet *moraliter*, ita, ut non prohibens, qui prohibere potest, sit causa efficiens moralis & mediata.

5. Ampliat. ut etiam è contrario culpa careat, qui non prohibet, nec prohibere potis est. *l. 50. & 109. ff. de R. J. Grotius de J. B. & P. l. 2. c. 21. §. 2. Hartung & Tabor d. l.*

6. Effectus est, quòd pœnam mereatur, qui non prohibet, cum tamen prohibere possit.

7. Limit. ut tamen sola scientia, quæ in effectum non influxum præstat, non sufficiat, *Hartung d. l. p. 247. inf.* sed necesse est, ut sciens quoque effectum impedire queat; unde quoque limitatio jam tum ipsi parœmiæ inserta est: Wer böses hindern und wehren kan/ ita ut excludatur ille, qui effectum quidem prævidet, nec tamen citra præsentissimum vitæ aut membrorum periculum eum impedire potest; cum impossibilium nulla obligatio sit. *l. 185. ff. de R. J.*

XX.

1. **Vergeben kan man einem wohl bald etwas/ aber nicht leicht vergessen.** Facile ignosci & condonari quidem alicui

alicui quid poteſt, ſed difficulter id ex animo diſcedit.

2. R. quia vix fieri poteſt, ut ne interdum injuriæ illatæ veniant in mentem & iram provocent. *Itterus in Synopſi Phil. Mor. L. 3. c. 6. ax. 3. p. 109.* imò naturalis oblivio alicujus rei planè non in noſtra poteſtate eſt, teſte *Cicerone L. 3. Quæſt. Tuſcul.*

3. Declaratur, plerumque malè intelligi hanc parœmiam & ad iſtum applicari caſum, quô quidem verbis & ore alicui condonavimus injuriam, corde tamen illam jugiter repetimus, & altâ mente tamdiu habemus repoſtam, donec ſe vindicandi obtulit occaſio, juxta illud *Virgilii*:

- - - manet altâ mente repoſtum
Judicium Paridis ſpretæque injuria formæ.

Sed enim impiam, & Chriſtiano indignam eſſe hanc opinionem, demonſtrat *magnus olim ille JCtus Strykius in Tr. de Jure ſenſuum, diſſ. 9. c. 4. n. 13. p. 523. ſeqq.* Moralis enim oblivio vindictæ fomitem ſervat. *Dn. Prof. Schneiderus in Diſſert. de Præjudiciis in Jurisprudentia fugiendis Halæ ſub ejus præſidio habita c. 2. §. 45. p. 124.* vix autem fieri poteſt, ut quis meditetur vindictam, ſive ſatisfactionem ſine animi rancore. Qui ergò verè remittere vult injuriam, ille etiam ex animo abeſſe jubeat omnem cogitationem ad vindictam, ſive in judicio forenſi, ſive extra illud conſequendam, ad exemplum Chriſti, qui ita nobis remittit noſtra peccata, ut

 ne iſto-

ne istorum ampliùs recordetur, h. e. ut ne nos puniat *Mich. 7. ℣. 19. Psalm. 25. 7. Col. 3. 13.* Nisi scilicet injuriâ reale aliquod illatum fuerit damnum. *ibid. n. 13.* hoc enim licitô modô vindicari & injuriam verè remitti posse non implicat, quia nemo æstimationem damni remittere, sed iracundiam ex animo ejicere debet. Tabor apud *Barbosam in Thes. Loc. com. sub voc. Oblivio ax. 7.* Conf. quæ habet **Brodkorb in seiner Teutschen Warheit.** *p. 140.*

XXI.

1. **Es ist besser ein magerer Vergleich als ein fettes Urtheil/** oder/ ut *Besoldus in Thes. Pract. sub. voc.* Vergleich habet, ein feister Abschied. Barbarè dicitur; Melius est macre concordium, quàm pinguis victoria. Autorem hujus parœmiæ *Schneiderwinum* esse tradit *Dn. Bahn in diss. inaugur. de Concordia, n. 25. p. 18.*

2. R. quia omnis litis eventus est dubius, adeò ut sententia judicum inter casus fortuitos quodammodò referenda, *Gerbet de Cautelis juramentorum P. 2. S. 3. c. 2. m. 1. n. 11. p. 283. & p. 296.* (2) Christus ipse beatos esse pacificos pronunciat *Matth. c. 5. ℣. 9.* (3) Difficilis & sumtuosa sæpe est sententiarum executio, adeò ut expensæ ipsam rem, quæ petitur, interdum superent. Notæ sunt Germanorum querelæ: Bey denen Processen müsse man den Beutel ziehen / und wären dieselbe wie ein

Berg=

Bergwerck / da man öffters mehr Zubuße geben müsse / als man Ausbeute bekomme. Conf. *Prof. Schneiderus in differ. de Præjudiciis fugiendis c. 2. §. 48. p. 128.* Conf. quæ habet *Dn. Hertius in select. & rar. ex univ. Jurispr. Argum. L. de Parœm. Jur. Germ. par. 11. p. 412. & Autor Parthenii litigosi L. 1. c. 4.*

3. Prob. *per l. quod jubetur. ff. de Pecul.*

4. Declara 1. ita ut inprimis procedat, si contra potentiores agamus, Conf. *Holtermannus in Diss. de Nequitia Advocatorum §. 5. p. 7.* (2) si habeamus judicem minus favorabilem. (3) & causa in se sit dubia. Add. *Zeilerus in Opere Epistol. P. 1. p. 165.* Hinc quando quidam JCtus alicui lites suadet, hoc ipso odiosum se reddit, cum JCtus verus illas non amet, sed execretur secundum *l. 4. §. 1. ff. de Alien. jud. mut.* Conf. *Brandes de vera & simulata JCtorum Philosophia p. 72.* Quod in tantum extenditur à *Boccalino in Relat. 41. P. 1.* ut dicat: Man möge eines Amtmans Leichtfertigkeit aus keinem Ding ehe erkennen / als wenn man sehe / daß er Lust zu dem Gezäncke habe. Add. *Mullerus in Notis ad Struvii Syntagm. Jur. Exercit. VI. th. 54. p. 330.* Quod tamen cum hac restrictione procul dubio intelligendum venit, si nimirum breviori & benigniori viâ quis suum consequi & illæsus manere potest.

Was hilfft ein güldner Strick / an dem man muß erworgen?
Was nützt die Artzeney / wenn man sich hat verblutet?

Wozu dient ein Bescheid / wann man nach vielen Sorgen
Sich gantz entkräfftet hat / Labeth ist unvermuthet.
Das Recht das scheidet zwar die streitende Partheyen /
Allein es freundet nicht / und macht kein gut Geblüte /
Drum laß das processir'n / laß dir davor gedeyen /
Den gütlichen Vergleich / eh du arm bist und müde.

XXII.

1. **DEr Verkäuffer muß die Gewähr leisten.** Venditor tenetur præstare evictionem.

2. Ratio est, quia aliàs emtor damno afficeretur, utpote qui & re & pretio defraudaretur. *Illustris Stryk apud Barbosam tit. evictio ax. 1.*

3. Firmat hoc *l. 60. ff. d. Evicion. & l. 11. §. 2. ff. d. Act. Emt. V.*

4. Declar. ut si ab initio immineat evictio, ejus præstationem statim petere, & tam diu pretium retinere possit emtor, donec de evectione satisdederit venditor. *Lauterb. tit. de Act. Emt. Vend. lit. N. p. m. 365. in f.*

5. Decl. 2. ut si ab initio non immineat, tamdiu post contractum initum non sit præstanda evictio, donec res fuerit evicta. *l. 3. C. de Evict.* vid. tamen *Dn. Stryk. l. c. ax. 2.*

6. Decl.

Decl. 3. modò lis maturè denunciata fuerit venditori *Stryk. de Cautel. Contract. S. 2. c. 8. §. 45. Burgundius de Eviction. c. 54. per tot.*

7. Ampl. etiamsi venditor crediderit, rem venditam ab omni prætensione esse liberam.

8. Ampliatur (2) ut procedat, etiamsi nihil conventum sit ab initio de evictione, venditorem inter ac emtorem. *l. non dubitatur 6. C. de Evict. Tenninus de Cautelis c. 64. n. 2. & ab eo allegatus Decius cons. 483. n. 25. Curtius junior cons. 38. n. 2.*

9. Ampl. (3) ut procedat in omnibus contractibus onerosis, permutatione, datione in solutum, hæreditatis divisione, locatione conductione, emphyteusi, transactione, &c. *Lauterbach tit. de Evicion. lit. B.* it. donatione remuneratoria *Dn. Stryk. apud Barbosam ax. 1.*

10. Ampliatur (4) licet ab ipso venditore res sit evicta, *Lauterbach l. c.* quem enim de evictione tenet actio, illum agentem multò magis repellit exceptio *l. vindicantem 17. ff. de Eviction.* aut ipse emtor rem emtam evicerit. E. G. si probare posset, se rem per errorem emisse & hanc ad se pertinere, *Strykius in Annot. ad Lauterbach. d. l. p. 637.* quod enim proprium alicujus est, amplius ejus fieri non potest. §. *10. Inst. de Legat.* adeò ut nec pactum in contrarium hoc casu valeat. *ibid.*

11. Limit. (1) nisi facto Principis res fuerit evicta, *Dn. Stryk. de Caut. Contr. S. 2. c. 8. §. 40.*

12. Limit. (2) nisi ex natura sua res fuerit evicta, aut retracta ex jure protimiseos. *ibid.* §. *43.*

13. Limit. (3) nisi emtor pactô evictionis præstationem remiserit.

14. Limit. 4. nisi emtor fuerit m. f. & sciverit rei conditionem. *Rittershusius in Expos. Nov. P. 6. c. 19. n. 5. p. m. 348.* Add. Parœm. Wer die Augen nicht aufthut/ thue den Beutel auf.

XXIII.

1. **Unter zweyen Ubeln muß man das geringste erwählen.** E duobus malis minus eligendum est.

2. Ratio, quia minus malum habet rationem boni, *Hugo Grotius de Jure belli & P. L. 2. c. 23. §. 2. n. 2. & c. 24. §. 5. n. 1. Tabor in Thes. Loc. com. sub voc. malum ax. 1.*

3. Probatur per *l. 12. C. de Procurat.* ibi: *sed multò justius facit &c. l. ult in f. C. de Fidejussor. l. legis virtus 7. ff. de Legat. & c. duo mala 1. dist. 13. c. si aliquid 6. 22. q. 4.*

4. Declaratur, si scilicet electio evitari non possit, *Grotius d. l. L. 2. c. 23. §. 2. n. 2.*

5. Ampliatur in tantum, ut non solum justè possit, sed & debeat eligi è duobus malis minus. *Barbosa d. l.* quæ ampliatio tamen non omnibus placet.

6. Ampl. (2) ut procedat etiam quoad mala moralia, quæ lege humana scil. talia sunt, *ibid.* vid. *Hoppius in Comment. Inst. tit. de*

J. N. G. & C. §. *11. p. 47.* ita ut non rectè restringatur à nonnullis ad mala dolorifica.

7. Exceptio est in moralibus, quæ semper & intrinsecè talia sunt *Grotius d. l. L. 3. c. 1. §. 6. n. 4. p. m. 1040. inf.* Hæc enim nunquam facienda sunt ex præcepto divi Apostoli *ad Rom. 3.* Conf. *Joh. Samuel Strykius in tract. de Jure liciti sed non honesti c. 3. n. 61. p. 82.* ubi axioma nostrum tantum in naturalibus, in moralibus verò non valere asserit, cùm neutrum ex malis, nec majus nec minus, tolerandum sit, nullâ factâ inter moralia distinctione.

8. Effectus, quòd eligens è duobus malis minus immunis sit à pœna, licet non sit sine omni forte culpa. *Schilterus in Manuduct. ad Phil. Mor. c. 6. §. 18. p. 239. seq.*

XXIV.

1. Vor GOttes Wort und Vaterland Nimmt man mit Fug das Schwerdt zur Hand.

Pro Religione & patria, sive, pro aris & focis jure meritóque pugnatur.

2. Ratio, quia nihil in rebus humanis præstantius est Religione, *Lactantius L. 5. instit. c. 20. allegatus à Justo Lipsio L. 4. c. 2. n. 18.* Patriam quod attinet, illa vitam dedit, pro illa ergò vitam rursus fundere, & suam utilitatem publicæ postponere, quilibet obligatus est. *Dulce & decorum est pro patria mori, Horat. Od. 2. lib. 2.* Quod in tantum procedit ut *Seneca* dixerit: *Præferre patriam liberis Regem decet.*

vid.

vid. omninò *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. comm. sub voc. Patria. ax. 2.*

3. Declara ita ut procedat de *Religione vera*, armis infestata, defendenda (id enim involvit vox Verbum DEI) *Scharschmid ad Just. Sin. Schüz de statu Rei Rom. vol. 2. Exercit. 12. th. 24. p. 853.* Add. *Just. Lipsius d. l. n. 15. seqq.* **Reinkingk in der Bibl. Policey** *L. 2. ax. 136. Constant. Germanicus in Epist. ad Just. Sincerum p. 245.* quatenus nimirum alia remedia ad tuendam religionem suam desunt. *Burgoldensis ad instrum. Pac. P. 1. D. 1. §. 21. p. 16.* Aliud dicendum quoad Religionem novam introducendam : ibi enim omnis coactio abesse debet, & quilibet verbô divinô vinci. *Bechmannus in Not. ad Compend. Hutteri loc. 27. q. 2. §. 13. p. m. 796.* illud nàmque ad *Petrum* pertinet : remitte gladium in locum suum. Vix *Dionysius* efficiet tyrannus, quod non potuit *Paulus* Apostolus, & la botte d' un Dragon ne fera jamais ce que n' a pu faire la crosse d' un Eveque. *Lipsius d. l. n. 17. in Not.* Add. *Hugo Grotius de J. B. & P. L. 2. c. 20. §. 50. & 48. Dissert. sub præsid. Falckneri de eo, quod licitum est subditis, in causa Religionis oppressæ, & D. Bejeri Theologi de propagatione fidei per vim armorum, habita per tot.* Memorabilis quoque hanc in rem est Epistola Imperatoris *Maximiliani II.* data ad *Lazarum de Schwendi* reperienda apud *Melch. Godastum P. II.* **der Reichs-Satzungen** *fol. 324.* Nec obstat locus ille Evangelii : Nöthige sie herein zu kommen. Loquitur

quitur enim de vi compulsiva per rationes stringentes & convincentes.

XXV.

1. **Kein Vater kan seinen Sohn schelten.** Filium injuriis afficere nequit Pater.

2. R. quia sanguinis ratio omnem tollit injuriæ præsumtionem. (2) quia parentes imperium quoddam habent in liberos, quod reprehendendo, objurgando & increpando expeditur. (3) quia honor parentibus debitus non admittit actionem injuriarum contra illos, vi *quarti Decalogi præcepti.*

3. Declar. scilicet ad hunc effectum filium injuriare nequit pater, ut hic eapropter in judicium vocetur.

4. Declar. (2) valere hoc quoad leviores injurias, quæ reprehendendo, increpando, redarguendo & vituperando fiunt. *Celeberr. Dn. VVildvogel in Diss. de Increpatione paterna c. 7. §. 6. p. 39.*

5. Ampl. idem valere quoque quoad matrem; hinc *Pamphilus* apud *Terentium in Hecyr. A. 3. Sc. 1.* inquit: *nam matris ferre injurias me, Parmeno! pietas jubet.* Ratio, quia imperium illud in liberos exercendum utrique Parentum est commune. *Genzken in Schediasm. morali de principiis justi c.* 11. *§. 6. n. 90.*

6. Ampl. (2) etiam ad filias ob identitatem rationis.

7. Fallit

7. Fallit quoad injurias atroces & intolerabiles per *l. 7. §. 3. ff. de injur.* quo casu quin injuriarum actione adversus parentes experiri possint liberi, neutiquam dubito, modo potestate paterna sint soluti *Dn. VVildvogel d. l.* & veniæ impetratio inserta fuerit libello, omnisque vindictæ privatæ absit animus.

XXVI.

1. **Es pfleget viel** tractiret / **nicht aber alles geschlossen zu werden.** Multa tractantur, sed non omnia terminantur h. e. multa negotia capessuntur, & continuantur nec tamen ad finem perducuntur.

2. Ratio, quia difficilius est finire & concludere aliquid quàm incipere, & quia tractatus sunt tantummodo propositum aliquid faciendi, & imposterum se obligandi, non verò contractus ipse.

3. Effectus, quod negotia illa, quæ ad umbilicum non deducta, nullam inducant obligationem, ratio, quia imperfecta sunt, quorum nulla est obligatio. *l. 21. §. 1. C. de Testam. §. ex eo 7. Inst. quib. mod. test. infirm.* Conf. *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. comm. sub voc. tractatus ax.* 1. sive verbis sive scriptis tractatus celebrentur *Dietherrus in Contin. Thes. Besold. sub voc. project.* ita ut ne quidem ad alterius partis acceptationem aut recusationem exspectandam obligent. *Georgius Bremen locô mox citatô th. 22.* Conf. *Pufendorf. de J. N. & G. L.*

G L. 3. c. 5. th. 5. Grotius de Jure B. & P. l. 2. c. 11. §. 2. & 16.

4. Exemplum solenne habemus in negotio associationis Electorem Bavariæ inter ac Circulum Franconiæ & Sueviæ olim ventilato, quod à Superioribus non confirmatum sive ratificatum, h. e. acceptatum, adeóque obligatorium haud fuit. vid. *Autor.* **der Historischen Anzeige des Chur-Bayrischen von der** *Associations-* **Handlung mit dem Fränck- und Schwäbischen Craiß genommenen Vorwands** *p. 102. & passim.* Add. omninò *dissert. sub præsidio Georgii Bremeni Jenæ 1681. de Tractatibus* **von Handlungs-Vorschlägen** / *vulgò Tractatus habita.* ubi tractatus ad pœnam obligare posse tradit. *th. 24.*

XXVII.

1. **Ein Vater kan eher zehen Kinder ernähren/ als zehen Kinder einen Vater.** Unus parens facilius alere potest decem liberos, quàm unum parentem decem liberi. Quo ipso nihil aliud vult indigitari, quàm quod liberi parcissimi esse soleant in alendis parentibus, utut alimenta parentibus præstare pietas jubeat, & hinc apud veteres tritum sermone proverbium fuerit: *Filii aut parentes alant, aut vinciantur.*

2. Ratio, quia sic comparatum est cum hominibus, ut magis & impensiùs liberi amentur à parentibus, quàm parentes à liberis, utut majorem amorem liberi debeant parentibus,

quàm

quam parentes liberis. vid. *Hertius in ſelect. & rar. ex. jurispr. univ. argum. L.* 1. *de Parœm. Germ. par. 75. p. 526.* ratio rationis, quia quod ex nobis naſcitur, velut pars quædam noſtri eſt, ita ut liberos amemus, velut partem noſtri corporis *Hertius d. l.* Et hoc credo eſſe fundamentum illius parœmiæ: Die Liebe ſteiget nicht über/ ſondern unter ſich. Amor non adſcendit, ſed deſcendit. vid. omninò *Diſſert. D. Bechmanni de Amore, Jenæ 1696. ſcripta c. 4. §. 4. & Sonnemann. in Legibus notabilioribus p. 234.* Unde quoque Imperator dixit in *l. ſ. C. de Procurat.* nullum affectum vincere paternum, Vaters Liebe gehet über alle Liebe. Add. *l. 8. in ſ. quod met. cauſ.*

3. Declar. parœmiam noſtram non dicere, quid fieri debeat, ſed ſaltim quid fiat, adeóque loqui de facto, vid. *Tabor apud Barboſam in ejus Theſ. Loc. com. ſub voc. amor. ax. 2.* hinc judicem liberorum frigiditati amoris erga ſuos parentes, non indulgere, ſed bonam medicinam parare debere ſcribit *idem Hertius d. l.* Conf. huc *Diſſert. D. Paſſavant de Antipelargia*, **von Kindlicher Verpflegung armer und verlebter Eltern.** *Baſileæ habita pertot.*

4. Declar. (2) ut adhuc magis procedat, quoad matrem, quippe quæ teneriùs quam pater adamat liberos: etenim mater certa eſt de ſuis liberis, pater verò neutiquam. Conf. huc par. Die Mutter ſagt es/ der Vater glaubt es.

5. No-

5. Notetur ergò à Parentibus pro cautela illud *Siracidæ dictum c. 33. ℣. 21.* Dieweil du Odem hast/ untergieb dich keinem andern Menschen/ es ist besser/ daß deine Kinder dein bedürffen/ dann daß du ihnen müssest in die Hände sehen/ bleib du der Oberst in deinen Gütern / und laß dir deine Ehre nicht nehmen.

Zu Jütterbock unter dem Thor stehen auf einer Tafel neben einer grossen höltzernen Keule diese Reimen:

Wer seinen Kindern giebt das Brod
Und leidet hernach selber Noth/
Den schlag man mit dieser Keule tod.

XXVIII.

1. **Ein jeder ist sich selbst die nächste Treue schuldig.** Quilibet proximam sibi debet fidelitatem, vel, sibi quilibet proximus est. Græci proverbialiter hoc ita efferunt: γόνυ κνήμης ἔγγιον, genu surâ propius.

2. Ratio, quia charitas incipit à se ipso.

3. Fundatur in *l. 6. C. de Serv. & aq. l. 14. ff. de Præscr. verb.* ut & *can. 8. c. 23. q. 5. can. 14. dist. 86.*

4. Declar. modò fidelitas illa sibimet proxima & charitas à seipso incipiens ordinata sit, *Buddeus in Elementis Philosophiæ Pract. c. 9. §. 1. p. m. 271.* vid. *Phil. 2. 4. 1. Cor. 10. 24. 33. c. 13. 5. Barbosa in Thes. Loc. com. sub. voc. Charitas*, nec jus alienum tollat, *Grotius de J. B. & P. L. 1. c. 2. n. 6.*

5. Declara (2) ut procedat regulariter.

6. Fallit, quando abſurdum vel inhoneſtum exinde ſequitur. *Barboſa d. l.*

7. Fallit (2) quoad DEUM noſtrum Creatorem, Conſervatorem & Salvatorem, qui excipitur, *ibid.*

8. Plura quæ occaſione hujus parœmiæ dici poſſent vid. apud *Buddeum in Elementis Phil. Pract. c. 9. per tot. p. 271. Puſendorf. de J. N. & G. L. 2. c. 5. p. 267. Thomaſium in Jurisprudentia divina L. 2. c. 2. p. m. 154.*

XXIX.

1. **Kirchen-Güter (a) haben Adlers-Federn (b) kommen ſelten auf den dritten Erben/** item

Kirchen-Gut hat eiſerne Zähne und friſſt eines mit dem andern hin/
Und bringt dem dritten Erben keinen Gewinn.

Bona Eccleſiaſtica ſunt pennæ aquilarum, h. e. ejusmodi bona de quibus non tertius gaudet hæres.

2. (a) Bona Eccleſiaſtica, Geiſtliche oder Kirchen-Güter / in eo differunt à bonis ſacris, quod illa, non æque atque hæc principaliter ſint conſecrata DEO, nec immediatè ad cultum divinum adhibeantur; pertinent tamen ad patrimonium vel dominium Eccleſiæ, & vel miniſtrorum alimentis, vel aliis Eccleſiæ utilitatibus, inſerviant *Eckolt ad ff. tit. de R. D.* §. 7. Add. *Beſoldus in Theſ. Pract. ſub voc.*

voc. **Kirchen-Güter.** Hôc locô verò in latiori ſignificatione illa accipiuntur, quatenus nimirũ etiam bona ſacra ſub eis comprehenduntur.

3. (*b*) Quâ ratione bona Eccleſiaſtica dicantur pennæ aquilarum diverſimodè à DD. explicari ſolet, de quo vid. *Giſenius de vita Academica P. 2. p. 207.* Optima ſententia eorum eſſe videtur, qui phraſin hanc deſumptam eſſe dicunt à fabula iſta, quod aquila, videns Jovi ſacrificium fieri, advolârit, & carnem agninam de ara ſubtraxerit, imprudens verò carbonem igneum, alis adhærentem, in nidum transportaverit, ut nidus, concepto igne, cum aquila & pullis concrematus fuerit. *Gieſſenius d. l.* ex quo talis eliciendus eſſet ſenſus, quod bona Eccleſiaſtica, talia ſint bona, quibus aliquid adhæret, quòd bona his miſta facilè conſumit. *Bœtticher JCtus Helmſtadienſis in Diſſ. de Seculariſatione* §. *49.* Quodſi verò illorum ſententia aſſumitur, qui tradunt, pennas aquilinas alias abſumere pennas. vid. tamen *Franzius in Hiſtoria animalium p. m. 249.* intellectus talis exinde reſultabit: *Bona Eccleſiaſtica corrumpunt & conſumunt alia bona & facultates*, dum ſcilicet has, tanquam magnetes, attrahunt, & attracta retinent, cui quodammodo affine illud eſt: *Eccleſia habet manus mortuas*, quod procedit, quoad reddendum, non verò accipiendum: quod enim ſemel accepit, illius valde tenax eſt, ita ut ferè dici poſſit: Kirchen-Güter haben Adlers-Klauen/ quibus ſcilicet capiunt, & capta tenent. Un-

de quoque tertia classis, illorum nimirum, orta est, qui existimârunt, bona Ecclesiastica ideo dici synecdochicè pennas aquilinas, quia aquila talis avis est, quæ sibi aliquid è faucibus aut unguibus, rapi difficulter patitur. Conf. *Diss. de manu mortua sub præsid. D. Eisenhardti, Helmstadii 1693. habita c. 9. per tot.* ubi de effectu hujus manus mortuæ, sive amortisationis, ut & legibus, huic malo medentibus, agitur.

4. R. quia quæ DEO semel dicata sunt, ad privatum usum, amplius transferri nec debent, nec jure possunt, *Naurath de Ratiociniis p. m. 387.*

5. Declara procedere parœmiam imprimis tunc, quando bona Ecclesiastica convertuntur in usum privatum. vid. *Myler. ab Ehrenbach de Statibus Imp. p. m. 768.* Conf. omninò *2. Maccab. 3. ℣. 1. usque 30.* Ecclesia canit: Die Schätz der Kirchen sind ihr Gifft/ ꝛc.

XXX.

1. **Wo GOtt eine Kirche hat/ da hat der Teuffel auch eine Capelle/** vel: **Wo GOtt eine Kirche bauet/ da bauet der Teuffel eine Capell darneben.** Penes templum DEI Diabolus quoque suam habet capellam. Meminit hujus *Agricola* **in der Außlegung gemeiner Teutscher Sprüchwörter** *P. 1. n. 23. p. 21.* Sensus est, ubi aliquid boni instituitur in honorem DEI, vel in commodum publicum, ibi quoque

quoque diabolus aliquid molitur ad illud destruendum. Exemplum habemus in cauponis, quæ in se bonæ sunt & ad communem incolarum usum spectant, sed tamen ob abusum à diabolo concitatum vitium contrahunt. *Caspar Calvör in Rituali Ecclesiastico P. 2. Sect. 1. cap. 41. p. 190. seq.* Applicatur ad omnia illa opera, quæ in se, & ratione intentionis, bona sunt, à diabolo autem impediuntur & depravantur, si non planè intervertuntur, quippe qui Religionem studet commutare in superstitionem. Pii ergò Magistratus non tantum templum Dei exstruant, sed & diaboli domum pro viribus destruant. vid. *Dn. D.* Hartung *in dissert. Acad. de superstitione in præfam.* Pertinet huc similis parœmia: Der Teuffel ist unsers Herr Gotts sein Aff / Simia DEI diabolus est, de quo *conf. Agricola d. l. n. 24.* quemadmodum homo imago DEI est. *l. 17. C. de Pœn.*

XXXI.

Grosse Wasser / grosse Kriege. Inundationes sequuntur magna bella, sive, aquarum eluviones semper aliqua calamitas sequitur. Est dicterium, quod in ore vulgi versatur. Si rationem ejus inquiras, nullam dare licet. Provocant omnes ad experientiam. Ego suô locô id relinquam. Hoc tamen certum, haud spernenda omninò videri cœlô terrâque prodigia, fulminum monitus, & futurorum præsagia, læta, tristia,

 ambi-

ambigua & manifesta, ex sententia *Lipsii Lib. 5. Polit. c. 16. n. 56.* Quàm graviter fluviorum inundatio A. 1682. afflixerit Germaniam, & quàm cruentum bellum seq. anno Turcæ intulerint Cæsari, à rerum memorabilium Scriptoribus, literis satis consignatum. Idem ante initium belli, nuper compositi, in Belgio contigisse memini. Quod *Aristoteles* de rebus occultis affirmavit, id etiam hic locum sibi vindicat: nimirum θεῖόν τι subest p. 689. seqq. Plura exempla naturalia & fatalia affert *Richterus in Axiomat. Polit. ax. 308.* Ad illa pertinent fames & pestis; ad hæc verò incendia, mutatio dominorum & bella.

XXXII.

1. **Es ist kein Schlag an denen Kindern vergebens/ als der nebenhin gehet.** Nonnisi ictu aberrante verberatio liberorum frustranea est.

2. Ratio, quia cor eorum malitiâ repletum est, quæ non nisi verberibus expelli potest.

3. Declar. ut tamen castigatio, adhibitâ prudentiâ fieri debeat, in subsidium scilicet, & ubi verbis nihil effici potest. Considerandum parentibus, quòd & ipsi filii fuerint sive liberi. *Nov. 115. c. 5. in pr.* Nec enim castigatio paterna in crudelitatem abire, sed cum liberalitate conjuncta esse debet: Es muß Furcht und Liebe bey denen Kindern erhalten werden. Rectè Apostolus ad *Colos. 3. ṽ. 21.*

Ihr

Ihr Väter erbittert eure Kinder nicht / auf daß sie nicht scheu werden / & ad *Ephes. 6.* ℣. *4.* und ihr Väter reitzet eure Kinder nicht zum Zorn / sondern ziehet sie auf in der Zucht und Vermahnung zum HErrn. Conf. omninò *Proverb. 19.* ℣. *18. 19. 24. 23. c. 14. 15. 13. 24. & Diss. Dn. Strykii de Jurispr. Pauli Apostoli Halæ Magdeb. habita c. 1. §. 16. & Sirac. c. 30.* ℣. 1. Postulat enim id ipsum στοργὴ & tunc parentes audient illud Poëtæ:

Pulsatus rogat, & pugnis concisus adorat,
Ut liceat paucis cum dentibus inde reverti.

4. Ampl. ut idem quoque habendum sit de Præceptoribus. Etenim nimia eorum sævitia culpæ adscribitur, *l. Præceptoris 8. ff. ad L. Aquil.* adeò, ut quamvis non injuriarum, ex lege tamen aquilia contra eos agi queat. Conf. par. Ein Vater kan seinen Sohn nicht schelten / & *celeberr. Dn. Thomasius in Diss. Halæ scripta de hominibus propriis & liberis Germanorum th. 47. p.* 31. ubi hanc thesin defendit: Princeps in vera Monarchia non pater subditorum est, sed dominus, & subditi intuitu principis non sunt liberi, sed servi.

XXXIII.

1. **Es ist besser zehen Kinder = = =**
Als ein eintzigs umgebracht.

Melius est decem nothos generare,
quàm unicum infanticidium perpetrare.

2. Ratio, quia procreatione nothi mundus ædificatur atque augetur, infanticidio verò

diminuitur & destruitur, adeóque consequenter majus damnum ex homicidio redundat in Remp. sive civitatem, quàm ex coitu illicito. Deinde quoque reatus occisoris pejor est, quàm illicitô modô coëuntis. vid. omninò *Compend. Jurispr. universalis Sam. Pufendorfii L. 8. c. 3. qu. 10. p. m. 279.* Accedit vulgatum illud: Viel Kinder/viel Vater unser/sive viel Löffel/viel Schöffel/ h. e. Seegen GOttes/ quod tamen propriè de liberis legitimè natis exaudiendum venit.

3. Declar. procedere diverbium hoc secundum comparationem impropriè sic dictam, ita ut sensus sit: & nothos procreare malum sive turpe est, & infantem occidere turpe est, sed homicidium turpitudine, & hinc pœnæ gravitate, superat stuprum. vid. *B. Bechmanni institut. Log. L. 2. c. 12. §. 49. p. 341.*

4. Declar. (2) intelligendum illud esse de ipsa essentia & intrinseca turpitudine horum delictorum, eorúmque pœnali coërcitione in hoc mundo: quod enim forum poli, ejúsque pœnam attinet, ibi imum cordis respiciendum & videndum, qualem quis egerit pœnitentiam, cùm hic verè pœnitens homicida melioris conditionis sit, quàm impœnitens fornicator. Conf. *Galat. 5.* ubi Apostolus Paulus fornicationem & homicidium conjungit, ut notoria carnis opera, quæ qui perpetrant, regnum cœlorum possidere non possunt.

XXXIV.

XXXIV.

1. EIn Kind wie eine Mauß/
Macht einen Hader so groß als ein Hauß.

Infans ut mus
litem facit instar domus,

h. e. etiam super minimo infante rixa & altercatio maxima oriri potest inter conjuges.

2. Ratio, quia vitricus & noverca malè habere solent privignos, quod deinde germanorum parentum animum fodicat & irritat, adeóque litem excitat.

3. Declara valere parœmiam hanc ut plurimùm, non semper, enunciativè ac narrativè, non verò dispositivè aut præceptivè, & quidem magis quoad novercas quàm vitricos.

4. Probè igitur secum perpendat, qui conjugem, prole dotatam, sibi juncturus est, an etiam illam, ut suam, amare potis sit. Fatendum autem insimul est, quod plerumque contrarium obtinere, & magis ad argentum quàm liberos conjugis viduati, respici soleat.

XXXV.

1. WEr komt nach Giebichenstein (*a*)
Kommt selten wieder heim.

Qui Giebichenstenium venit, raro indè redit.

2. (*a*) Giebichenstein est arx in ruinis jacens ad Salam, prope *Halam Magdeburgicam* sita, quæ nominis sui rationem exinde habet,

quia Imperator *Henricus II.* arcem istam, anteà zum Stein dictam, *Dagano*, Archiepiscopo Magdeburgensi, Cancellario suo, donaturus dixisse fertur: Ich gebe dir einen Stein. vid. *Melissantes* **von denen Berg=Schlössern in Teutschland** *n. 22. p. 280.* Dicitur aliàs Gebichenstein / Gibickenstein / Givickenstein und Gevickenstein.

3. Ratio, quia non solum in arce Gibichenstein olim isti magnates custodiebantur, qui sibi relicti, & in libertate constituti, aliis nocere poterant, aut alicujus delicti grandioris rei erant, prouti Comiti Thuringiæ *Ludovico* & *Ernesto II.* Duci Sueviæ id contigit, es war ein Ort für die Staats=Gefangene. *Melissantes d. l.* sed & hodienum ista custodiæ & incarcerationi delinquentium inservit, qui pro delicti ratione ibi vel ultimo vindicantur supplicio, vel aliô modô puniuntur.

4. Declar. valere parœmiam plerumque; unde etiam in illa ipsa additur particula *selten.* Exemplum famosissimum in dicto *Ludovico* habemus, qui per integrum ferè biennium ibi detentus, saltando tandem, felicissimè evasit, eapropter Ludovicus, cognomine der Springer/ dictus. Noti sunt de ejus facinore vulgati illi rhythmi:

Hie ward erstochen unredelich
Der Pfaltz=Graf von Sachsen Friederich/
Das thät Graf Ludwig mit seinem Speer/
Als er Jagen reit in dem Wald hieher.

Melissantes d. l. n. 19. p. 252.

XXXVI.

XXXVI.

1. **Das Kind gehört zu der ärgern Hand** (*a*) Partus sequitur conditionem vilioris parentis, h. e. quando dignitate inæquales sociantur conjugiô, ita ut alter nobilis, alter verò ignobilis sit, tunc liberi conditionem ejus parentis sequuntur, qui dignitate inferior est.

2. (*a*) Manus deterior h. l. synecdochicè ponitur pro parente deterioris & vilioris conditionis, sive pater sive mater fuerit.

3. Fundatur in jure feudali Alemannico c. 102. §. 15. & 49.

4. Ratio est, quia in Germania maritus haudquaquam nobilitat uxorem, multò minus uxor maritum, ita ut nemo nobilis nascatur, nisi à patre nobili & matre nobili. Conf. omninò *Dn. Prof. Petri à* **Ludewig** *diss. sub ejus præsidio Halæ Magdeb. de dignitate uxoris 1718. habita different. 2. p. 13. seqq.* Nec obstat illud vulgatum: Das frey gebohrne Kind behält seines Vaters Heer-Schild. Loquitur enim de casu, si æqualis generatione vel melioris est proles, wann es eben bürtig oder baß gebohren ist/ h. e. nativâ dignitate æqualis.

5. Declar. processisse dicterium hoc maxime olim circa Seculum duodecimum & decimum tertium, *Petrus de Andlo in Præsentatione Reip. Germanicæ L. 2. c. 12. p. 94. in f.*

6. Fallit de jure civili Romano, quô uxor splendet radiis mariti, & genere ejus nobilitatur.

tur. *l. mulieres 13. C. d. dignit.* liberique inde procreati itidem fiunt nobiles. Quoad statum verò propriè sic dictum, h. e. libertatem, partus sequitur conditionem matris. Conf. *Hoppius in Comment. ad pr. Inst. de ingenuis, & famigeratissimus Dn. Kestner Consiliarius Hasso-Casselanus meritissimus in Dissert. de singularibus quibusdam Germanorum Juribus, sub ejus præsidio Rinthelii 1720. habita p. 9.*

Fallit (2) hodiè in Germania, dum liberi ex patre nobili & matre ignobili nati, nobilitate patris gaudent, utut non admittantur ad ludos equestres & Canonicatus Ecclesiarum cathedralium, ob sie schon nicht Turnier- oder Stifftmäßig sind. Conf. *Dn. à* **Ludewig** *d. l. p. 15. & celeberrimus Gundlingius in diss. an nobilitet venter? c. 3.*

XXXVII.

1. S. Kilian (*a*) **ist vermögend genug dem H.** Martino (*b*) **den Mantel zu flicken.** Sanctus Chilianus satis dives est ad pallium sancti Martini resarciendum.

2. (*a*) Est Franciæ Orientalis, sive Franconiæ, Apostolus & Patronus è Hybernia veniens in fine seculi septimi, de quo vid. *Gesta Kiliani à P. Nicolao Serrario scripta, & Herbipoli edita.*

3. (*b*) Est Moguntinorum Patronus. *Idem P. Serrarius de Rebus Moguntiacis p. m.* 107. 110. *716. & 734.* Metonymicè autem Kilianus

pro

pro Episcopatu Herbipolitano, & Martinus pro Archiepiscopatu Moguntino hîc ponitur, ita ut sensus sit: Herbipolitanus Episcopatus potest id, quod deest Archiepiscopatui Moguntino, suis divitiis supplere. Nimirum cùm Archiepiscopus Moguntinus *Johannes Philippus*, glorios. memor. è gente *Schœnborniorum* natus, simul præsideret Herbipolitano Episcopatui, & ad dilatandum Arciepiscopatum valdè ipsi conducerent reditus Herbipoli venientes, ipse dicere solitus fuit: Sanct Kilian wäre vermögend genug dem Sanct. Martin den Mantel zu flicken. vid. *Autor* **des Europäischen Herolds.** *p. m.* 165.

4. Ratio, quia Episcopatus Herbipolitanus divitiis potens & admodum opulentus est; habet enim septuaginta & quod excurrit, pingues præfecturas sub sua potestate & imperio, *Pastorius in Francon. rediviva.*

XXXVIII.

1. **Der Krumm-Stab** (*a*) **schliesset niemand aus.** Baculum pastorale neminem excludit. Eodem illud recidit: Unter dem Krumm-Stab ist gut wohnen. (*a*) Baculum pastorale sive Cambuca (de qua voc. vid. *Struvii Syntagm. Jur. feud. c. 3. §. 4. ut & VVebnerus in Obs. Pract. sub. voc.* Krumm-Stab) Der Krumm-Stab metonymicè hîc adhibetur pro feudo Ecclesiastico, vel etiam pro conferente ipso Episcopo scil. Abbate &c. Dicitur autem feudum ecclesiasticum eapropter

pter ein Krummstäbisch Lehen / quia baculum illud, quo confertur, incurvatum est. *Struvius d. l. n. 2. Besoldus in Thes. Pract. adaucto sub voc.* **krummstäbisch Lehn.** *Illustris Dn. Strykius in Exam. Jur. feud. c. 3. q. 27.* Cur autem baculum istum curvum sit, vid. *Finckelthaus disp. feud. 2. cont. 5. sub lit. a. ut & VVehnerus d. l.*

2. Nihil igitur vult hæc parœmia nostra aliud, quàm quod à feudo Ecclesiastico neuter sexus exclusus sit, sive, quod ad illud quilibet admittatur, sive masculus, sive fœmina sit. vid. *Schilterus in Introduct. ad Jus feud. c. 9.* §. 10. *& Dissert. D. Kressii, Profess. Helmstad. Jenæ 1720. de parœmia:* Unter dem Krumm Stab ist gut wohnen/ *habita p. 24.*

3. Rationem afferunt primò hanc, quia Ecclesia manuali auxiliô, & armato, non indiget, sed sese lacrymis tuetur ac jejuniis, quibus strenuè eam æquè adjuvare possunt fœminæ quàm masculi. *Antonius disp. feud. 6.* §. *4. lit. d. in f.* (2) quia feuda Ecclesiastica regulariter sunt oblata ex allodiis, *Schilterus d. l.*

4. Quidquid autem hujus sit, putamus tamen proverbium hoc falsitatis accusandum esse, & causam illi communem dedisse errorem. Conf. omninò *illust. Dn. Strykius in dissert. de successione in feudo masculis & fœminis concesso c. 1.* §. *28.* Nimirum dum fœminæ in feudis eccl. faciliùs olim admissæ per Prælatos, quàm in aliis per seculares dominos, vel, dum in multis Episcopatibus, Abbatiis aut Præposituris Germaniæ & Italiæ, successerunt vi statuti,

tuti, consuetudinis vel privilegii, sicut in specie de Abbatia Hirschfeldensi & Fuldensi res adeò expedita est, ut vulgò pro synonimis accipiantur ein Fuldisch Lehn / und ein Krumstäbisch oder Stiffts-Lehn/creditum fuit hoc in omnibus feudis procedere ecclesiasticis *VVehnerus d. l. Rosenthal c. 7. concl. 31. n. 7.* Sed enim quia hoc venit, vel ex speciali consuetudine vel privilegio, *Struvius & Finckelthaus dict. loc.* à speciali autem consuetudine ad universalem non valet consequentia; ideò errori, debere suos natales hoc adagium firmiter credimus. Equidem *B. Schilterus d. l.* regulam hanc, juris feudalis alemannici partem, appellat, & alii eam ex universali consuetudine totius Germaniæ receptam esse clamitant; ast quamdiu utrumque solidiùs non probatur, tamdiu existimamus provocanti ad eam onus probandi incumbere. Accedit, quòd jus illud Alemannicum sese non extenderit per universam nostram Germaniam, Conf. *Conringius de origine Juris Germanici c. 9. per tot.* Positô igitur, rem ita esse; attamen universalitas consuetudinis exinde nondum satis demonstrata, sed id tantum evictum, ut in illis locis, ubi jus olim obtinuit Alemannicum, præsumptio sit pro eo, qui provocat ad hoc nostrum brocardicum.

5. Procedit itaque non tam de jure & natura feudorum, *Antonius disput. 4. lit. d.* quàm potius de consuetudine & moribus particularibus; nihil enim, scribit *Rosenthal. d. l.* certiùs est,

est, quàm fœminam non admitti, nisi consuetudo singularis in Episcopatu, Abbatia aut Præpositura sit. Ratio, quia textus, quibus fœminæ à feudis arcentur, generales sunt, & ad feuda ecclesiastica æquè ac ad alia pertinent. *Besoldus d. l. Antonius d. l. Leiserus de Jure Georgico L.* 1. *c.* 12. *n.* 33. *p.* 68. *&* 67. Dissentit *Knichen de Pact. vestit. P.* 1. *c.* 4. *n.* 33. qui diversos quidem, sed parum concludentes adducit textus. Proin ubi nec consuetudo, nec statutum, nec privilegium doceri potest speciale, ibi fœminæ non admittuntur, *VVehnerus d. l.* quia in dubio feudum præsumitur masculinum, *Tabor in Thesauro locupl. Barbosa sub voc. feudum ax.* 6. Dissentit *Schüz in Coll. Jur. feud. c.* 3. *p.* 35. *Vultejus in Cons. Marb. Vol.* 4. *cons.* 12. *n.* 93.

6. In Episcopatu Monasteriensi hoc proverbium intelligendum pro subjecta materia feudi, non secundum verba universalia universaliter, sed tantùm de descendentibus ex masculis & fœminis à primo acquirente venientibus, minimè verò extendendum ad transversales & extraneos. *VVehnerus d. l.*

7. Praxin demum quod concernit, testatur *Rosenthal d. l. n.* 6. *in gl. ad lit. t.* & ex eo *Antonius disp. feud.* 1. *d.* 4. *lit. d.* contrariam sententiam, nempe in feudis Ecclesiasticis excludi etiam fœminas, in permagnis feudis usu servatam, & secundum eam pronunciatum fuisse. Quemadmodum & mihi ipsi constat in solo patrio, Episcopatu nimirum Herbipolitano,

litano, ut & Bambergensi dari ejusmodi feuda multa, quæ non nisi masculis conferuntur. Add. *Struv. Synt. Jur. feud. c. 3. aph. 4. in f.* Conf. *Rudinger in Observat. c. 3. p. 648. VVerner Tummermuth in Tract.* **Krumm-Stab schleust niemand aus.** *& modò citata dissertatio D. Kressii per tot.*

XXXIX.

1. **Es sind nicht alle gleich/ so mit dem Kayser reiten.** Non omnes sunt æquales, qui cum Imperatore equitant, vel eum comitantur, h. e. ministri Cæsaris non sunt pares.

2. Ratio, quia differunt (1) qualitatibus tam internis quàm externis. (2) officiô, & ab eo dependente dignitate, es sind nicht lauter Stallmeister/ so mit dem Kayser reiten/ er braucht auch Stallknechte.

3. Declara regulam intelligendam esse de qualitatibus accidentalibus; quoad essentialia enim utique pares sunt.

4. Ampliatur ut procedat etiam quoad aliorum Dominorum v. g. Electorum, Ducum, Comitum &c. ministros.

5. Extenditur (2) etiam ad alios, qui non sunt ministri, ita ut sensus sit: homines qualitatibus inæquales sunt & invicem differunt. Exemplum adfert de Canonicis *Speidelius in Speculo Polit. Jurid. sub voc.* **Thumherren** *p. m. 1241.* quorũ non eadem pietas & probitas est.

6. Effectus quòd non omnibus æqualis exhibendus honor, sed in hoc respiciendum sit

ad officium & dignitatem personæ. Conf. tamen parœmia: Es ist ein Mann so gut als der andere.

XL.

1. **DEr Kayser ist ein Herr über Könige / der Spanier über Pferde / der Frantzoß über Esel / und der Engelländer über Teuffel.** Imperator Regum, Hispanus equorum, Gallus asinorum, & Anglus Diabolorum Dominus est.

2. Ratio primi est, quia Status Imperii, quorum caput Imperator est in suis territoriis jura majestatica exercent & effectivè Reges sunt vid. *Schütz de Statu Rei Romanæ Exercit. 6. th. 15. p. 377.* Ratio secundi, quia instar equorum superbi sunt Hispani vid. *Autor* des Europäischen Herolds p. 628. adeò ut ad incitas etiam redacti supercilia non demittant. *Barclajus in Icon. animorum. c. 7. p. 224.* Ratio tertii membri est, quia Galli oneris, à Rege imponendi, valde patientes sunt, dict. *Autor* des Europ. H. *p. 581. Conf. Zeilerus P. 1. Epist. p.m. 631.* denn sie ruffen mitten unterm Scheermesser: *Vive le Roi! Burgoldensis ad Instr. Pac. P. 1. d. 6. §. 3. p.m. 181.* Ratio quarti tandem est, quia sicut omnes Insulani mali; ita Angli seditiosi, sanguinolenti & præmodùm crudeles sunt, *Barclajus d. l. c. 4. p. 132.* adeò ut nec regio parcant sanguini, prout exempla Regis *Caroli I.* & *Mariæ Scoticæ* id luculenter confirmant. Hinc quoque aliud proverbium latinum

tinum natum: *Anglica gens est optima flens, sed pessima ridens.* *Dn.* à **Ludewig in der Erläuterung über Hr. Puffendorffs Einleitung** *p. m. 856.* Paulò aliter *Maximilianus* Imperator dixisse scribitur, nimirum: Es wären drey Könige in der Welt; Er wäre ein König der Könige/ die gehorchten ihme nicht: Franckreich der Esel/ die müsten: Engelland der Leute/ die gehorchten gerne. *Luth. Colloq. Mens. p. 432.* Aliquantum adhuc aliter, nimirum ita, dicterium hoc recenset *Zeilerus in Itinerario Germ. p. m. 33.* Der König in Spanien wäre ein König der Menschen/ Franckreich der Esel/ und Britannien der Teuffel/ er aber (Maximilianus nempe) ein König der Könige. Conf. *Dn. Tenzel* **in Monatl. Unterredungen** *de A. 1695. p. 156.*

XLI.

1. **WEr die Kirche hat/ der hat auch den Kirchhof.** Cujus Ecclesia, illius quoque cœmiterium est, h. e. qui patronus Ecclesiæ est, ad illum quoque cœmiterium pertinet.

2. Ratio, quia cœmiterium habetur pro accessorio, & pertinentia quadam templi, sive Ecclesiæ.

3. Procedit secundum mores hodiernos, & in illis inprimis regionibus, ubi religio Confessionis August. viget.

4. Effectus, quod jus sepeliendi non ab Ecclesia, neque à Magistratu Ecclesiastico, sed à defensore vel patrono Ecclesiæ, sive

Magiſtratu Politico, ſoleat impetrari. *Matth. Stephani de Jure Patronatus P. 1. c. 24. n. 9. 10. Finckelthaus de Jure Patron. c. 6. n. 149. Carpz. L. 1. tit. 9. Reſp. 86.*

5. Declarat. quòd etiam de Jure Canonico dictum noſtrum quodàmmodo procedat, ita ut ſecundum illud cœmiterium ejus ſit, cujus eſt templum. Atqui hoc de Jure Canonico, ratione jurisdictionis civilis ſive Eccleſiaſticæ, eſt Epiſcopi; ergò etiam cœmiterium iſthuc pertinebit. Aliud quoad jurisdictionem criminalem dicendum. Hæc enim competit judici ordinario, etiamſi delictum perpetratum fuerit in templo, cœmiterio aut ædibus parochialibus, *Beck in Aurea Praxi cap. X. p. 644. Obſ. 1. & 2.* **Kirchgeßner** *in Tribunali Nemeſis p. IV. c. 4. p. 127.* modò delictum perpetrantes non ſint ſubjecti jurisdictioni Epiſcopali intuitu qualitatis Clericalis. Et hoc tam diu verum eſt, donec exemptio hujus vel illius templi, cœmiterii, aut ædium parochialium à jurisdictione criminali ordinaria ſufficienter doceri poſſit.

XLII.

1. **Im Krieg frißt und säufft man.** Edunt ac bibunt milites, h. e. comedones & compotatores ſunt milites, unô verbô heluones.

2. Ratio, quia milites ſe ſolutos eſſe credunt legibus honeſtatis,

Da fragt man nicht nach Erbarkeit
Nach Zucht und nach Gericht.

3. Declar. (1) quatenus nimirum cibi ac potus potest haberi copia.

4. Declar. ita (2) ut de facto intelligatur nostra parœmia, non de jure, sive dicit saltem quid plerumque fieri soleat in bello, & qualis sit vita militaris, quoad gregarios inprimis, minimè verò approbetur. Nam ubique, & sic etiam in bello, honestè vivendum, ad exemplum *Centurionis illius Capernaitici Matth. 9. 8, 9. Lucæ 7. 4, 5. ut & Cornelii, ejúsque militum, Act. 10.*

5. Ampliatur secundum pravos militum mores hodiernos etiam ad alia, & quidem majora, facinora, v. g. Huren/ Buben/ Spielen/ Fluchen. Hinc quando coactoribus militum impiis deficit pecunia, plerumque promittunt ein frisch Quartier/ eine frische Hur/ und dann zu Fressen und zu Sauffen genug. Sie mögen aber nachgehends zusehen / wo sie es bekommen. Vor Schläge dörffen sie öffters nicht sorgen / diese sind ihnen zum wenigsten gewiß genug/ ob man ihnen solche schon nicht versprochen hat. Dieses bringt der Soldaten-Stand auf dem Rucken mit sich / absonderlich wenn sie auf ihre Bezahlung und Haltung des gethanen Versprechens dringen. vid. tamen *Histoire de Guillaume III. Roi d' Angleterre Tom. III. p. 252.* & **Brodkorb in der Teutschen Warheit** *p. 67. seqq.* ubi vitium ebrietatis carminicè perstringit, & ut milites illud fugiant, monitor est. Conf. parœmia: Wer mit Soldaten

will Ehr erjagen/ muß sie wohl zahlen und recht-schaffen plagen.

XLIII.

1. **JE krümmer/** (*a*) **je tümmer.** (*b*) Vacuum vas altiùs pleno vase resonat.

2. Krumm propriè hominem curvum significat & intortum, impropriè verò idiotam, ignorantem, ineptum & asinum ad lyram. Utraque significatio hujus loci est.

3. Tumm propriè denotat surdum, deinde obtusum & insipidum, metaphoricè verò insulsum, agrestem & insolentem. **Spate im Teutschen Sprach-Schatz** *sub voc.* **Krumm** *p.m.2361.* Utraque significatio rursus huc pertinet. Sensus igitur parœmiæ est: quo quis incurvior & ineptior, eò quoque pejor inhumanior, atque insolentior est, er ist desto schlimmer.

4. Ratio dicti in priori sensu est, quia ubi mala dispositio corporis ejusque membrorum est, ibi quoque mali mores esse solent, vid. *par.* **Man hüte sich vor dem/ welchen GOtt und die Natur gezeichnet.** Ratio rationis, quia mores sequi solent illam dispositionem & temperamentum corporis *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Com. sub voc. mores ax. 1.* Conf. *par.* **Spitziger Kinn bedeutet einen bösen Sinn.** & *Richterus in Axiomat. Oeconom. ax. 17. p. 88.*

5. Ratio in posteriori sensu est, quia uti modestia & mansuetudo filiæ animi, probè culti

culti & politi sunt; ita immodestia & insolentia animi rudis & inconditi comes est.

6. Declara, regulam nostram probabiliter saltem procedere. *Add. Meisnerus* in Widerlegung der Sprůchwörter *n. 98. p. 116.*

XLIV.

1. Die Katze låst das Mausen nicht. Muribus inhiare non omittit felis. Eodem recidit: **Die Kråhe låst das hüpffen nicht.** Graculus vel cornix non salire desinit. It. Der Frosch hůpffet wieder in den Pfuhl / wenn er auch såsse auf einem gůldenen Stuhl; h. e. à naturalibus nemo facilè deduci aut retineri potest. Naturam etsi expellas furca, tamen usque recurrit.

2. Ratio quia sunt innata & quidem ita, ut vel planè non, vel saltem difficulter, à subjectis suis separari possint. Quapropter etiam accidentia inseparabilia dicuntur. Conf. *Richterus in Axiomatibus Oeconomicis ax. 180. p. 350.*

3. Applicatur quoque ad illos, qui semel aliquod delictum perpetrarunt, & eapropter semper mali jure præsumuntur per *c. 8. de R. J. in 6. Nov. 72. in præfat.* in eodem nimirum delicti genere & illis, quæ connexitatem habent, Conf. *acutissimus Dn. Hertius in Select. & rar. ex univers. Jurispr. Argum. de parœmiis Germanicis L. 1. par. 112. p. 580.* quod tunc inprimis valere existimo, quando quis naturâ ad

delictum illud, quod admisit, pronus est. E.G. homo venereus, qui semel prostituit suam virginitatem, vix continebit concupiscentias, quando occasio se offert, ubi illæ expleri possunt.

4. Ampliatur, etiamsi promittat emendationem, cum natura semper recurrat, utut illa furcâ expellatur. Aliud si quis probet, se emendatum esse, *Barbosa in Thes. Loc. Com. sub voc. malus ax. 4.* utpote si seriam egerit pœnitentiam. *Menoch. l. 5. præsumpt. 32. n. 31.* Quæ per naturam impossibilia sunt, per gratiam Spiritus S. possibilia fiunt, ita ut gravissimi peccatores desinant peccare *Esaiæ c. 1.* & crucifigant carnem cum concupiscentiis ejus, *Gal 5.* Plura quæ huc quadrant, videri possunt apud *Dn. D. Hornium Antecess. VVittebergens. celeberr. in Diss. de brocardico : semel malum semper malum, per tot.*

XLV.

1. **Kauffmann** (*a*) **Glaubmann oder Lauffmann.** Mercatorem aut fidem servare aut aufugere oportet. Ein Kauffmann muß Parole halten oder banquerot werden und durchgehen. vid. *Petrus Mindanus de Processibus L. 2. c. 62. §. 3. n. 4. p. 343. Richterus in Diss. de SCto Macedoniano Jenæ 1662. habita th. 49.*

2. (*a*) Nota, Kauffmann / Krämer & Handelsmann distingui invicem. Kauffmann enim propriè talis mercator est, qui merces integras

gras & ſolidas vendit, der en gros handelt. Krämer/ qui publicè & minutim merces obtrudit. Handelsmann verô, qui merces ſuas in alienas provincias mittunt, & in nundinis illas vendunt. Vulgò tamen verborum hæc ἀκρίβεια non attenditur.

3. Ratio, quia inter mercantes fides requiritur exuberantiſſima *Carpzov. in Proceſſ. t. 21. art. 2. n. 19. Latherus de Cenſu L. 3. c. 12. §. 65. p. 701. Philippi in Uſu Pract. L. 3. t. 27. ecl. 82. n. 14. Carpz. P. 2. Conſt. 18. d. 24. n. 9.* adeo ut ſalus eorum, quanta quanta ſit, ex fide dependeat, *Juſtus Sinold Schütz Vol. 2. de Statu Rei Rom. diſp. 7. th. 5. A. p. 338.* & eatenus vulgatum illud intelligi debet: Glaub iſt beſſer als baares Geld/ melius eſt nomen bonum, quàm divitias multas habere. Conf. *Agricola* **in der Auslegung gemeiner Teutſcher Sprüchwörter** *P. 1. n. 12. p. 14. & paræm. Credit* **iſt beſſer denn baar Geld.** Ratio rationis conſiſtit in favore commerciorum, quæ ut fides periclitetur, non admittunt.

4. Effectus quòd mercatorum promiſſio, die Kauffmanns-Parole, non admittat exceptiones de apicibus juris; *Colerus in Proceſſ. execut. P. 1. c. 10. n. 349. p. 356.* Conf. *Zipſel in diſſert. de Literis collybiſticis S. 6. §. 27. p. 62.* (2) quòd eorum libri, quatenus nullo defectu laborant, ſemiplenam probationem mereantur, ita ut mercatores ad juramentum ſuppletorium admitti poſſint. Nec obſtat vulgatum iſtud: An der Krämer Schwören ſoll

 ſich

sich niemand kehren. Rℯ. enim (1) loquitur non tam de mercatoribus illis majoribus, quàm de nundinantibus & tabernariis. (2) non tam de fidei datæ præstatione, quàm de temeraria asseveratione alicujus rei, mediante formula aliqua juratoria.

XLVI.

1. **Kauff und Backenstreich sind einander selten gleich.** Emptiones & alapæ plerumque sunt inæquales, h. e. sicut alapæ alapis duriores, es schlägt immer einer besser zu als der andere / & sic dissimiles sunt; ita quoque quando aliqua res pluries venditur, pretium variare, & unus emtor aliquid lucrari, alter verò, cui illa rursus venditur, aliquid perdere solet, & vice versâ.

2. Ratio, quia pretia rerum variant cum tempore. Accedit, quòd fortuna uni plus faveat, quàm alteri, & quòd unus plus ad rem attentus sit, quàm alter.

3. Convenit *L. 16. §. 4. ff. de Minoribus.*

4. Decl. ita, ut intelligantur emtiones ejusdem generis rerum *Hertius in Sel. & rar. ex univers. Jurispr. Argum. L. 1. de Parœm. Jur. German. par. 44. p. 480.*

5. Ampl. ut idem procedat quoque quoad alios contractus *arg. l. d. 16. §. 4.*

6. Effectus, quod minor læsio in emtione venditione non attendatur, cum quilibet quærat suum commodum: Ein jeder siehet

auf

auf seinen Nutzen. **Reinkingk in der Bibl. Policey** *L. 3. ax. 48. p. 838.* vid. tamen par. **Bieten und wieder Bieten macht den Kauff.**

7. Limitatur, modò fraus circa substantiam rei non interveniat *Hertius &* **Reinkingk** *d. l.*

XLVII.

1. **Kauff gehet vor Miethe** vel **Heüer oder Gewinn.** Emtio prævalet locationi conductioni: Saxones inferiores dicunt Koop breeckt Hühre/ der Kauff bricht die Heüer. Notandum autem hic insimul, heüern & gewinnen idem esse ac conducere, miethen. Sic dicimus in hac nostra regione Franconica: Arbeits-Leute gewinnen/ h. e. miethen/ conducere. Sensus autem est: quando quis rem suam ab aliquo conductam tertio vendit, ante tempus locationis conductionis finitum, tunc conductor emptori cedere, huicque rem relinquere tenetur.

2. Ratio, quia emtor est successor venditoris singularis, adeóque non tenetur succedere in contractum coloni, cum isti neutro jure invicem obligentur, *l. 25. §. 1. l. 31. ff. loc. cond.* Conf. *Mullerus in Comment. ad tit. de R. J. l. 177. p. m. 302.* Nec enim illa, quæ personam venditoris afficiunt, emtori, jure suô agenti, obstare queunt *illustris Dn. Stryk. in tract. de Action. invest. Sect. 1. m. 6. §. 53. p. 141.* Aliud in successore universali sive hærede: hic

hic enim utique tenetur locationem per defunctum initam, habere ratam. *Schneidewin in Comment. Inst. tit. de Locat Cond. §. fin. p. m. 955. Add. Sonnemannus in LL. Notabil. p. m. 110.*

3. Fundatur in *l. emtorem 9. C. de loc. cond. & Jure Saxonico vid. Carpzov. P. 2. c. 37. d. 4. VVehnerus in Obs. Pract. sub voc.* **Kauf.** *p. 317. Dissentit Dn. Zollius, Consiliarius Regiminis Hasso-Schaumburgici, quod Rinthelii est, Dirigens & Antecessor apud Rintheliensès primarius, æquitatem maximè & ubivis ferè respiciens, in peculiari tractatu, nuper admodum recuso, de dicterio:* **Kauff hebt Mieth nicht auf.** *Ut & celeberrimus Dn. D. & Prof. Kestner in Compend. Jur. universi c. 5. §. 20. p. 152.*

4. Declara ita tamen, ut locator, ob fidem contractus non servatam, conductori ad interesse teneatur *Carpz. VVehnerus, & Stryk d. l. Dietherrus in Contin. Thes. Pract. Besoldi sub voc.* **Bestand.** *p. 100.* & quidem indistinctè ferè, secus atque putat *Brunnemann in Comment. ad C. ad d. l. 9.* cum hac tamen subdeclaratione, ut certo casu conductor regressum suum adversus locatorem paciscentem habeat. Notanter dixi: *certo casu*, nam si conductor convenerit super interesse cum emtore, locator liberatus est ab obligatione. Deinde declaratur quoque ita, ut nec vice versa conductor particulari successori, nempe emtori vel legatario, in conductione stare teneatur, si nolit *VVehnerus d. l.*

5. Ampl. (1) ut procedat, sive res à locatore vendatur, sive alio modo v. g. donatione, aut legato alienetur, *Sonnemañus d. l.*

6. Ampl. (2) etiamsi emtor sciverit rem locatam esse, quia per scientiam non videtur renunciare juri communi *arg. l. 8. §. pen. ff. quib. mod. pign. cont.* & quamvis etiam conductori à locatore juratum fuerit, se contractum servaturum; vel promiserit, se rem locatam, ante tempus conductionis elapsum, non alienaturum *Stryk in Tr. de Success. ab intest. Diss. 6. c. 1. §. 6. p. 5.* Add. *Philippi Dissert. de Rhedis meritoriis c. 3. §. 14. & Sonnemann d. l.* quæ ampliatio tamen aliquantum dura esse videtur.

7. Limit. (1) modò non eâ conditione res fuit vendita, ut emtor pati teneatur conductorem in fundo manere *Brunnem. d. l. & Sichardus in Comment. Cod. ad d. eand. l. 9. propter l. si mercedem §. 4. fin. ff. de Act. emt. Rudinger cent. 3. ob. 15. p. 645. Schulzius in Synops. inst. p. 948.* Sic enim emtor planè non expellere illum potest ante tempus locationis-conductionis finitum.

8. Limit. (2) quando aliàs facto suo consensum declaravit emtor, *Brunnem. & Sichardus d. l.*

9. Limit. (3) nisi conductor usque ad finitum locationis conductionis tempus tacitam habeat hypothecam in fundo locato *Sonnem. & Brunnem d. l. Carpz. P. 2. const. 37. d. 4. Mullerus in dict. Comment. l. 34. ex. 2. p. 201.* Ratio, quia conductoris jus reale prius præfertur juri posteriori emtoris *Stryk apud Barbos. in Thes. Loc. Com. sub voc. emtio. ax. 12.* Quod

cautelæ

cautelæ loco notari poteſt, *idem in Caut. Contr. S. 2. c. 9. §. 15. p. 337.*

10. Limit. (4) quando ex ſecundo decreto venditio facta, & ſic alienatio neceſſaria ſit *Brunnem. & Carpz. d. l.* Et quatuor hiſce caſibus verum eſt: Mieth geht vor Kauff. Plures limitationes vide apud *Sichardum d. l. Vigelium in Methodo Jur. Cont. de emt. vend. p. m. 1029. Reg. 7.* ut & *Sonnem. d. l.*

11. Praxin quod concernit, illâ utique proverbium noſtrum obſervatur. Conf. *Bechmann in Comment. Theor. Pract. ff. Vol. 1. P. 2. Exerc. 6. Lib. 11. tit. Loc. Cond. n. 24. p. 141. & Bejerus in Not. ad dict. Synopſin Schulzii.* Verum enim verò, ſi fatendum, quod res eſt, ſententia hæc communis recepta ſuis laborat difficultatibus juris, ſi ad lydium lapidem veritatis examinetur, cùm jure non debeat licere locatori contractui ſuo, cum conductore inito, citra hujus conſenſum, contravenire, nec ſufficiat intereſſe præſtare, quamdiu hic diſſentit, in tantum, ut conductor expulſionem attentanti reſiſtere, & judiciô conventûs ſingularem ſucceſſorem vel exceptione non competentis actionis vel doli, utì locatorem ejúsque hæredem, ita etiam ſingularem ſucceſſorem repellere poſſit. Modò laudatus *Dn. Zollius n. 31. 32. & 33.* Add. *Dn. D. & Prof. Gerhardus in diſſ. de hoc proverbio nuper Altdorffi edito,* qui juri conductoris, præ emtoris, ita favere tradit jus naturæ, ut penes Remp. ſit, cui prius ſuccurendum exiſtimet.

XLVIII.

XLVIII.

1. Ehrlich oder todt. Aut honestè (scil. vivendum) aut moriendum.

2. Concordat *l. isti quidem 8. ff. qrod met. caus.* ex qua probatur, quòd felicius sit mori, quàm peccare.

3. Ratio, quia mori præstat, quàm turpiter vivere, & honestatem lædere. Facta enim, quæ lædunt pietatem, existimationem, verecundiam, & ut generaliter dicam, quæ contra bonos mores sunt, nec facere nos posse credendum est. *l. 15. ff. de Condit. inst. Apostolus ad Philipp. 4. v. 8.* dicit: Was warhafftig ist/ was erbar/ was gerecht/ was keusch/ was lieblich/ was wohl lautet/ ist etwa ein Tugend/ ist etwa ein Lob/ dem dencket nach.

4. Declar. quatenus scilicet pronô jure, & salvô verbo divino, unico verbo: *bona conscientia* mors eligi potest præ vita.

5. Malè hinc nonnulli præsidium quærunt duellis in hac parœmia, quia ista omni saniori lege damnanda sunt. vid. *Bocerus de bello & duello c. 8. p. m. 293.* Paulò melius tamen, quamvis non in totum, ita excusari potest virgo, metu perdendæ pudicitiæ, se ipsam interimens, & jugulans. *Crusius de indiciis delictorum P. 2. c. 14. n. 14. p. 67.* imprimis si una cum pudicitia vita quoque periclitatur. Quid verò de *Lucretia* dicendum? ℞. adhuc minus factum ejus defendi potest, quia post amissam virginitatem gladio semet interfecit

Crusius

Crusius d. l. Nemo membrorum suorum dominus est *l. liber homo 13. ff. ad L. Aquil.* multò minùs vitæ.

XLIX.

1. **Nach dem todten Mund muß der Kläger seine Klage wider den Erben beweisen.** Clausó ore rei actor actionem suam adversùs hæredes ejus probare tenetur. Nimirum notum est, quod si aliquis agat, nec tamen sufficienti probatione instructus sit, ille desuper juramentum deferre potest reo, er kan es ihm in das Gewissen schieben. *DD. communiter ad tit. ff. de jurejurando.* Exceptionem hujus doctrinæ suppeditat nostra parœmia, quoad hæredes, ita, ut sensus sit: mortuô illô, cui delatum juramentum, actori probandi onus adversus illius hæredes incumbit. *Celeberr. Dn. D. Hertius in Select. & rar. ex univ. Jurispr. Argum. de parœmiis German. L. 1. pan. 34. p. 444.*

2. Ratio, quia juramentum est personale, ita ut ad hæredem ejus, cui delatum est, non transeat. *Dn. Hertius d. l.* Add. *Beust. in Lectura de jurejurando p. m. 26. n. 66.* (2) Hæres justam ac probabilem, rerum à defuncto gestarum, habere præsumitur ignorantiam. *l. qui in alterius 42. in f. ff. de R. J.* nemo autem, anceps de facto alterius, perjurium subire tenetur. *l. Marcellus §. fin. in f. rer. amot. Beust d. l. p. 65. n. 65.* (3) Deferentis interdum interest, juramentum ab hærede non præstari. *Hertius d. l.*

3. Con-

3. Contrar. Jus Saxonicum & quidem **Land-Recht** *L. 3. art. 11.* vid. *Beust. d.l. n. 67.*

4. Declar. quod si defuncti scientiæ ac notitiæ fuit causa commissa, hæredes hactenus adstringantur, ut jurent de credulitate *Hertius d.l. Beust. d.l. n. 67.*

5. Limit. (1) nisi defunctus jusjurandum delatum acceptaverit, deferens verò in mora fuerit, quo minus illud præstitum: sic enim pro præstito habetur *Beust. & Hertius d. l.* Add. *Mynsing. Cent I. ob. 13.*

6. Limitat. (2) quoad juramenta, quæ vel lege, vel statuto requiruntur, utpote, quæ utique per hæredem præstari possunt. Exemplum est in juramentis appellationum. *Beust. d. l. n. 67. Mynsing. Cent. 3. ob. 56.*

L.

1. **Von denen Todten soll man nichts als alles Liebes und Gutes reden.**

De mortuis nil nisi benè, scil. loqui debemus.

2. Ratio, quia se amplius defendere nequeunt contra accusationes & imputationes. (2) quia dicta & facta eorum à DEO jam tum judicata sunt.

3. Unde quoque post mortem de alicujus stâtu, an liber aut servus fuerit, quæri non potest *l. 13. de liberali causa; principaliter* scilicet: nam *incidenter* de statu defuncti utiq; disputari potest intra quinquennium; nec non hoc casu, ubi lis vivô illô cœpta fuit. *Brunnemann in Comment. Cod. tit. ne de statu defunctorum post quinquennium quæratur.*

4. Declara valere dicterium hoc in dubio: nam ubi certò constat de defuncti vita, & rebus malè actis; ibi, salvâ conscientiâ & veritate, benè de ipso loqui fas non erit, sed tali casu vel silentiò illud, quod scimus, dissimulare, vel interrogati ab istis, qui jus interrogandi habent, scapham scapham dicere nos oportet. Nec enim cum Philosopho illo putandum, animas hominum esse partes essentiæ divinæ, easque separatas à corpore de rebus humanis curam habere, adeoque non offendi, sed coli & adorari debere. Conf. *Excell. Dn. Thomas. in Instit. Jurispr. Divin. L. 3. c. 10. §. 2. p. m. 630.*

LI.

1. **Ein todter Hund beisset nicht.** Mortuus canis non mordet, νεκρὸς ὀ δάκνει h. e. vitâ defunctus nihil damni nobis inferre potest.

2. Ratio, quia est cadaver, & corpus inanimatum, adeoque potentiâ agendi destitutum.

3. Declaratur, quod cadaver agendo nobis nocere non possit, benè tamen exhalatione, quâ aër infici, & exinde morbus contrahi potest. Improbanda ergò est illorum opinio, qui putant demortuos, imprimis sexus sequioris vestes suas ferales allambendo, & cum claro sonitu, ad instar porcorum mandentium sugando, invadere in corpora adhuc viventium proximorum consanguineorum: nec enim malum, quod hîc patratur,

tur, in defunctum cadaver sed in dæmonem transferendum est ex sententia Lutheri. Conf. omninò **Geyer** *in supplemento Besoldi-Speideliano p. m. 113. sub voc.* **schmatzende Tode.** Aliam declarationem vide sis apud *Richterum in Axiomat. Oeconom. ax. 212. p. 379. in f.*

4. Hinc quoque in cadavera delinquentium nulla statuitur aut exercetur pœna. *Crusius de indiciis delictorum P. 1. c. 20. n. 13. p. 103.* etiamsi moribundus confessus sit delictum, nisi sit unum ex delictis exceptis *ibid.* Id tamen cautelæ loco hic notandum, pro illis qui jure aggratiandi gaudent, quod si quis delicto suo mortem meruit non nimis proni ad pœnæ remissionem esse, sed circumstantias probe ponderare, inprimis verò eò respicere debeant, an in delinquente affulgeat spes melioris vitæ, aliàs per consequentiam aggratiatione nocetur illis, quibus maleficus incorrigibilis dimissus infert damnum. vid. *Grammannus* **im Wildschützen Latein** *p. 148. & ibi allegatus Lutherus Tom. II. fol. 181.*

5. Memor erat dicterii hujus Pontifex *Clemens,* qui timens *Conradinum,* ultimum Sueviæ Ducem, à *Carolo* Andegaviensi victum, consultus quid sibi videretur, his verbis respondisse traditur: *Vita Conradini mors Caroli, mors Conradini vita Caroli.* vid. *Nicol. Cisnerus in Opuscul. Histor. & Polit. Philologicis p. 203.* Comprobant quoque hanc parœmiam cruentis exemplis incolæ S. Laurentii insulæ, qui in bello infantes cum parentibus crudelissimè

occidunt. vid. **die Reise-Beschreibung** *Mons. Dellon c. 7. p. m. 38.* Quid Hispani in America admiserint crudelitatis literis nobis proditum est.

LII.

1. **DEr Todte erbet (*a*) den Lebendigen.** Defunctus in hæredem transfert possessionem. Belgæ dicunt: De Doode erft (pro quo *Hahnius in disput. select. 8. p. m. 340.* posuit Kerfft/ sed sine dubio ex lapsu typographi) den Levenden. Galli dicunt: *le mort saisit le vif. Matthæi de Probation. c. 7. n. 12. Zypæus in Notitia juris Belgici p. m. 64. Saisir* enim h. l. est investire aliquem, tradere, continuare possessionem. *Id. Matthæi d. l. n. 17. Calvinus in Lexico sub voc. sessire.*

2. (*a*) Verbum erben minùs appositè hic adhibitum, & usurpatum activè, pro beerben/ vel potiùs pro tradere possessionem, ita, ut sensus sit; mortuus transfert possessionem jurium & rerum suarum, in vivum suum proximum cognatum, vel agnatum, der Todte erbet auf den lebenden nächsten Anverwandten die Possession, vel ut *Schilterus Exerc. 15. §. 13.* habet: der Todte setzet den Lebendigen in die Gewähr seiner Verlassenschafft.

3. Hoc proverbium è diametro juri adversatur Romano. Etenim in *l. si dolo malo* 1. §. *15.* expresse ita habetur: *Possessionem hæreditas non habet, quæ facti est & animi, sed nec hæredis est possessio, antequam possideat, quia hæreditas in*

eum

tum id tantum transfundit, quod est hæreditatis, non autem fuit possessio hæreditatis. Add. Petrus de Ferrariis in Praxi Aurea t. 2. gl. 9. n. 43. Nec obstat, quod hæres succedat in omne jus quod defunctus habuit, *l. 62. ff. de R. J.* & sic etiam in possessionem. Nam Rx. in hac lege contineri regulam, in illa verò exceptionem. Deinde vacillat consequentia formata à jure ad possessionem, quæ facti est.

4. Unde ortum sit proverbium nostrum inter Doctores controvertitur. *Dn. Schilterus* provocat ad majores nostros, à quibus consuetudinem hanc nos accepisse scribit, *Exercit. 47. §. 57. & Exercit. 49. §. 48.* Nos verò putamus illud oriundum esse ex Gallia. Dum enim Galli dixerunt: *le mort saisit le vif*, Germani vim vocis *saisir* non satis capientes, in vernacula illam reddiderunt per erben/ cum tamen *saisir* ad defunctum, erben verò ad hæredem referendum sit, ita ut illud immissionem in possessionem, hoc successionem hæredis significet.

5. Praxin quod concernit, parœmia hæc in multis regnis obtinet ac provinciis. vid. *Petrus de Ferrariis c. l. in not. sub lit. Z.* de Gallia refert *Simon van Leeuwen in sua Censura forensi L. 3. c. 19. n. 4. p. m. 402.* quod ibidem per totam Franciam, & in plurimis locis, ubi jure scriptô utuntur, generaliter ea valeat. De Belgio idem affirmat *Gudelinus in Tr. de jure novissimo L. 2. c. 18. p. m. 89.* Conf. *Matthæi d. l. n. 12.* ubi longam seriem civitatum ha-

bet, in quibus regulæ noſtræ locus eſt. Quid? quod *Huberus in Prælect. ad inſt. tit. de hæred. qual. & diff. n. 9.* nullus dubitat aſſere, quod iſta ferè in univerſum hodiernis moribus, exceptâ tamen Friſiâ, invaluerit. vid. *ejus Poſit. ad ff. tit. de Acquir. vel. amitt. poſſ. n. 4.* Add. *Carpzov. P. 3. Conſt. 9. d. 27.* Enimverò, non obſtante tantorum virorum auctoritate, nihilominus quoad Germaniam noſtram contrarium audemus adſtruere, ſequentibus rationibus nixi, (1) quia nihil de eo ne quidem in antiquiſſimis Germanorum juribus, ſpeculo ſcil. Suevico & Saxonico, invenitur. (2) quia Jus Rom. apud nos tamdiu valere præſumitur donec de ejus abrogatione ſatis doceatur. (3) quia à quibusdam provinciis ad totam Germaniam, & ſic à particulari ad univerſale inſtituta eſt argumentatio. vid. *Mevius P. 3. d. 338. n. 1. P. 5. d. 288. Mynſinger Cent. 3. ob. 38. Gail. Lib. 2. ob. 129. & 152. Hunnius in Reſolut. L. 2. tract. 5. q. 28. p. m. 491.* Qui igitur compendium ex noſtra ſatagit habere parœmia, ejus receptionem probare tenebitur.

6. Effectus eſt, quòd in illis provinciis, ubi hoc brocardicum viget, hæredi detur interdictum retinendæ poſſeſſionis, *Gudelinus de Jure Nov. L. 2. c. 18.* & quidem ſtatim ab exceſſu defuncti. *Matthæi d. l. n. 12. Zypæus d. l. p. m. 64.* Quid igitur, quando quis ipſo jure hæres fit, an creditores etiam, quoad poſſeſſionem, intentionem fundatam habent con-

tra debitoris sui hæredem ? ℞. quia hæres habet hodiè beneficium abstinendi, non sufficit probasse, quod delata sit hæreditas, sed quod etiam apprehensa, agnita & acceptata sit. *idem Matthai d. l. n. 17.*

7. Declara, quod procedat tantum in hæredibus ab intestato succedentibus. *Zypæus d. l.*

8. Plura vide in *diss. de hærede ipso jure non possidente sub Dn. D. Straussi præsidio VVittebergæ habita.*

LIII.

1. **WEr die Tochter haben will / der muß es mit der Mutter halten.** Adeat matrem, vel conspirat cum matre, filiâ qui potiri vult.

2. Ratio non hæc est, quasi mater plus juris ac potestatis in filiam haberet, quàm pater, non ! (quandoquidem constat, quod de jure civli Rom. tantum paternus necessarius sit consensus *arg. §. 1. Inst. de Nuptiis.* de jure verò hodierno & matris & patris requiratur suffragium, & quidem ita, ut si parentes dissentiant, patris consensùs potior sit, & prævaleat propter lubricitatem judicii muliebris *cap. forus 10. X. d. V. S. vid. Mullerus de Annulo pronubo th. 6. n. 7. p. 32.*) sed quia mater patri injicere potest mentem ut consentiat.

3. Declara tamen benevolentiam matris ita blanditiis colligendam esse, ut ne offendatur pater, inprimis quando pater rarò aures præbet matri. Binis verbis: blanditiæ

illæ conjunctæ esse debent cum prudentia, & cæteris paribus, tantum intelligendæ, imprimis autem tunc procedit, quando filia habet vitricum. Mater autem cogitet, quod virgines instar pomorum putrescant. Pulchrè habet, paucis immutatis, sic dictus **Englischer Wahrsager** *mense Octobri A. 1721.*

Wofern ich euch (Jungfern) soll rathen gut/
Seht/ daß ihr nicht so schnöde thut/
Mit dem/ ders redlich meinet.
Es geht nicht allemahl so her/
Daß übers Quer-Feld ohngefehr
Ein Freyersmann erscheinet.

LIV.

**Trier/ das sage ich/ und ist auch gewiß/
Die älteste Stadt in Teutschland ist.**

Trevirorum Augusta,
Urbs antiqua est & vetusta.

Meminit hujus Cosmographus *Boterus* **in der allgemeinen Welt-Beschreibung** *Lib. 1. de Alsatia p. m. 99.* Nonnulli *Gotefridum Viterbiensem* improvide sequentes, à *Trebeta*, Nini filio, & sic ante tempora Abrahami, illam conditam fuisse credunt, *Becker in Synopsi Juris Publ. p. m. 237. Hildebrandus in Synopsi Histor. univ. Periodo 2. §. 1. p. m. 25. & alii.* ita ut secundum *Æneam Sylvium* 1300. annis antiquior esset Roma; Quam sententiam tamen ceu fabulosam rectè rejicit *clarissimus Buno in notis ad Cluv. Introd. Geograph. L. 3. c. 9. §. 6. p. m. 196.*

196. Hoc certum, perantiquam illam esse, & antiquitatem ejus indicare nummum à *Vespasiano* cusum, literis: *Col. Aug. Treviror. Pfeffinger in Geographia curiosa L. 4. c. 27. §. 1. p. 417.* Conf. **Tentzel in der** *curiösen* **Bibliothec** *de A. 1704. p. 219. & Abrah. Ortelius in Itinerario per nonnullas Galliæ Belgicæ partes p. 317.* Hinc illi versiculi:

Treviris ætate, sed rerum proprietate
Gaudet Agrippina sed honore Moguntia prima.

Quamvis fatendum, quod hi versiculi magis de Ecclesiis quàm de civitatibus aut urbibus intelligendi: Ecclesia enim Trevirensis à Petro Apostolo fundata, & sic antiquior Coloniensi esse creditur. Sed & de hac antiquitate vix aliquid certi nobis constat. vid. *Joh. Helvicus Sinoldus dictus* **von Schütz** *in Jure Publ. L. 1. t. 6. pos. V. p. 195.*

LV.

1. **TRunckene Freud/ nüchteres Leyd.** Ebrii gaudium est sobrii luctus. Meliùs diceres: Animus vino devictus in fletum solvitur.

2. Ratio, quia vina & fœcundi calices non tantum ore nos faciunt disertos, sed & animos parant, & sapientiam obumbrant, ut in talia sæpè nitantur homines, quorum istos, manè sobrios factos, maximè pœnitet. Unde etiam illud proverbium: Eines Trunckenen Aecker tragen alle Waitzen/ h.e. ebrius gloriari & res suas jactare solet, juxta illud *Ovidii:*

Vina parant animos faciúntque caloribus aptos,
Cura fugit multo diluitúrque mero.
Tunc veniunt risus, tunc pauper cornua sumit,
Tunc dolor & curæ rugaque frontis abit.

3. Effectus, quòd si quis post discussam ebrietatem, promissum suum ultrò non ratum habet, ad implendum istud cogi non possit. Quod si verò manè sobrius factus, glorietur se elapsâ vesperâ promissione suâ aliquem elusisse, tunc illa gloriatio efficit, ut ratum habere videatur, quod ebrius imprudentissimè egit, vid. *Melonius in Thesauro Juris feud. Civ. & Crim. t. 17. p. m. 197.* Conf. *Menochius de Arbitrar. Jud. quæst. cas. 326. & 331.* Modò scilicet tanta fuit priori casu ebrietas, ut non potuerit intelligere satis negotium.

LVI.

1. **Einem trunckenen (vollen) Mann soll ein geladener Wage weichen.**

Ebrio quadriga onerata de via cedat. Paucis: ebrio cedendum.

2. Ratio, quia qui hunc irritans damnum accipit, nullam eô nomine actionem habet. Ratio rationis, quia quæ ab ebrio fiunt, non ex animo deliberato, aut ex proposito, sed quasi à furioso fiunt. *l. perspiciendum* 11. §. *2. ff. de Pœn. l. omne delictum 6.* §. *2. ff. de Re milit. ibique Sonnemannus in Legibus notabilioribus p. 249* Impedit enim ebrietas usum rationis. *Pufendorf. de J. N. & G. L.* 1. *c.* 4. §. 8.

3. De-

3. Declara, ut hoc procedere poſſit, ſi ſummè ebrius quis ſit, *Tabor apud Barboſam ſub voc. ebrietas, ax. 1. Hertius de ſel. & rar. ex Juriſpr. univerſ. argum. tr. de parœmiis Jur. Germ. L. 1. par. 21. p. 429.* Conf. parœm. **Wer in der Trunckenheit ſtiehlt / wird nůchtern gehencket.**

LVII.

1. **VErſehen iſt bald geſchehen.** Facile eſt labi, h. e. peccare.

2. Ratio, quia labe lapſus primi adſperſi ſunt homines ad unum omnes.

3. Declar. alterum tamen altero proniorem & procliviorem eſſe ad labendum, pro cujusvis qualitate.

4. Declar. (2) inprimis fœminas, & minores, ob lubricum ſexus & ætatis, pronos eſſe ad lapſum: ita enim *Owenus* de fœminis canit *Lib. 3. Epigr. n. 46.*

Terque quatérque die juſtus cadit, ut lege ſcriptum,
Aſt quoties ſcriptum non lego juſta cadit.

Quô nihil aliud dictum voluit, quàm quòd fœmina innumerabiliter quovis die labi ſoleat.

5. Ampl. ita ut ſapientiſſimi & prudentiſſimi etiam labantur, ſive clerici ſive Laici ſint, juxta illum verſum *Owenianum*:

Ægrotant Medici, fraudantur jura periti,
Deſcendunt multi in tartara Theiologi. Lib. 2. Epigr. 96. p. 197. Lutherus verò dixit: Paſtor, Epiſcopus, Cæſar, Rex, vir & uxor errant, & quidem

quidem non tantum contra leges humanas ſed & divinas.

6. Hinc alter alterius lapſum æquô animô ferre,& cogitare deberet,quod magnum etiam peccatum eſſet humanum. *Jam id peccatum primum* inquit *Micio ad Æſchinum apud Terent. in Adelph. A. 4. S. 5. magnum, at humanum tamen.*

7. Effectus eſt, quòd jura non tantum minoribus, ob ætatis facilitatem & lubricum, fœminis verò ob ſexum, ſed & certis caſibus, majoribus maſculis v.g. ob ruſticitatem & abſentiam, vel aliam juſtam cauſam, lapſis & à jure aberrantibus, reſtitutionem in integrum concedant. vid. *DD. ad tit. ff. de in integr. Reſtit. & ſeqq. imprimis tit. de Minor. & ex quib. cauſ. maj. 25. annis in integr. reſt.* Add. *par.* **Irren iſt menſchlich.**

LVIII.

1. **Es taugt nichts unverſucht.** Nihil fide & laude dignum, quod experimento caret. Eodem illud recidit: Unverſucht ſchmeckt nicht. Eſt commune verbum in eos dici ſolitum, qui rei alicujus laudem amplificant & deprædicant, vel etiam extenuant, illius tamen inexperti ſunt, quaſi dicere velimus: abi & fac periculum in hac re, quam laudas vel culpas, ſi vis tibi haberi fidem. Experto enim, uti vulgatum dictum habet, credendum *Ruperto*, non verò cuivis inexperto ſocio, cui etiam bellum dulce eſt, juxta illud: dulce bellum inexpertis. Hinc

Siraci-

Siracides c. 27. ℣. 8. Du sollt niemand loben/ du habest ihn denn gehöret. Experientia enim omnium rerum mater est & magistra. *§. quæ omnia 6. inst. de satisd.*

2. Ratio rationis, quia expertus usu oculum quendam consequitur.

3. Declar. dummodo res ita comparata sit, ut in illa fieri possit periculum. Unde *Chremes apud Terentium in And. Act. 3. Sc. 3. Simoni*, nuptias filio ejus bonas futuras asserenti & dicenti. *Qui scis ergò istuc, nisi periculum feceris*, rectè respondit: *at istuc periculum in filia fieri grave est.*

4. Unde quoque Doctores & Magistri usu periti præferendi sunt Doctoribus & Magistris inexpertis. Rectè *Cicero l. 1. de Offic.* Nec Medici, nec Imperatores, nec Oratores, quamvis artis præcepta perceperint, quicquam magnâ laude dignum sine usu & exercitatione consequi possunt. Affairen machen Leute.

5. Quod in tantum ampliatum fuit ab Aristotele, ut usu peritorum & prudentum pronunciatis atque opinionibus, non minùs quàm demonstrationibus, credendum esse dixerit. *6. Eth.* 12. vid tamen *Dialect. Jurid. Potti c. 3. Q. 6. p. 59.* Et eatenus quoque honorabile est nomen *Practici*, quatenus nimirum practicus idem est ac expertus, opponitúrque Doctori, qui non nisi in artis præceptis se oblectat, judiciorum verò usu destituitur. *Aut virtus nomen inane est, aut decus & pretium rectè feret experiens vir*, inquit *Horat.* Add. *Barbosa in Thes. Loc. Comm. sub voc. experientia.*

LIX.

1. **Böses muß man mit Bösem vertreiben.** Malum malo pellitur. Malum malo quæritur.

2. Ratio, quia media debent quadrare & adæquata esse ad finem, & talia sint prædicata, qualia permittuntur esse à suis subjectis.

3. Declara valere, parœmiam non moraliter, aut theologicè, sic enim illud valet: Man solle nicht Böses mit Bösem vergelten. **Gerber** *P.* 1. **von denen unerkanten Sünden der Welt**/ *1436.* Explodenda igitur & proscribenda est illa Ebriosorum regula:

Bist du voll/ so leg dich nieder/
Stehe auf und sauff nur wieder/
So vertreibt ein Sau die ander
Das ist die Regul Alexander.

Sed physicè, vid. *Michaël Cordesius* **in seiner** *Postilla Symbolica*, *& quidem* **in der Zugab** *p. 73.* Unde quoque *Paracelsus* tradit: Omne stercus in peste bonum, humanum autem optimum, & Medici commendant, daß man zur Pest-Zeit die Nase morgens frühe über ein heimlich Gemach halten solle. *Dn.* **Landbeck in seinem Tractätlein: Siehe dich wohl für Franckenland.** *p. 64.*

4. Nec obstat, quod pœnæ infligantur tanquam malum passionis ob malum actionis secundum *Grotium de J. B. & P. L. 2. c. 20. §. 1.* Nam ℞. pœna moraliter malum non est,

est, sed physicè tale, quod ob malum moraliter tale, sive actionis infligitur. vid. *Simon in not. ad Grotium.*

5. Declara igitur porrò parœmiam ita, ut etiam malum moraliter tale possit curari malô physicô. Conf. parœm. Auf einen groben Knorz gehört ein harter Keil.

LX.

1. **Versatz verjähret nicht.** Pignus nunquam præscriptione acquiritur.

2. Ratio, quia quamdiu non est soluta pecunia, in cujus securitatem pignus constitutum, der Pfand-Schilling/ tamdiu nulla competit debitori adversus creditorem actio. Quamdiu autem non datur sive nata est actio, tamdiu quoque illi præscribi nequit, ratio rationis, quia non entis nulla sunt prædicata, adeoque nulla præscriptio. Et sic simul intelligi potest illud brocardicum juris: non valenti agere nulla currit præscriptio. *l. fin. §. 2. C. de Annal. Exc. Conf. illustr. Strykius de Act. invest. S. 3. m. 1. ax. 1. n. 1.* Ratio (2) est, quia jus reluendi consistit in mera facultate, ea autem, quæ ejusmodi conditionis sunt, præscriptione non tolli tradit *Gail. L. 2. ob.* 18. *n. 4. Strykius apud Barbosam sub voc. pignus ax. 5.* (3) quia omnis præscriptio introducta est in pœnam negligentiæ, negligens autem dici minimè potest, qui nondum solvit pecuniam debitam, adeoque agere adversus creditorem potest, & tamen cessat. Simul ac verò debitor illam

illam solvit, nec tamen pignus repetit, incipit currere præscriptio adversus debitorem ob culpam in agendo commissam.

3. Applaudit jus civile & quidem ejus *l. si rem alienam 9. §. 3. ff. de Pignor. Act.*

4. Decl. 1. quòd si debitum fuerit solutum, pignori intra 30. annos præscribatur à tempore factæ solutionis, eapropter, quia ab eo tempore nata est debitori actio, ejúsque negligentiæ adscribendum, quod pignus liberatum non repetierit. *Excell. Stryk. apud Barbosam sub voc. pignus ax. 6.*

5. Decl. (2) modò debitor pignoris constitutionem, & summam crediti, rectè possit probare: nam si in probatione deficiat, utique possessor se præscriptione tueri, & sic debitori actionem pignoratitiam competere negare potest. *Leib. cons. 39. p. m. 496.*

6. Amplia (1) ut ne quidem intra mille annos actioni pignoratitiæ ante solutionem sortis præscribi possit *Dn. Stryk. de Act. invest. S. 4. m. 5. n.* 182.

7. Amplia (2) ut etiam procedat quando in contractu emtionis venditionis conventum, ut reluitio *quocunque tempore* debeat esse licita: sic enim etiam post triginta annos ista est permissa. *l. 31. §. 22. ff. d. Ædil. Edict. Stryk. apud Barb. sub voc. Reluitio ax. 2.* Aliud si jus reluendi simpliciter reservatum, sic enim lapsu triginta añorum excludi potest actio venditori competens *ibid. ax.* 1. eò, quia hîc actio nata est *Stryk. de Act. invest. S. 3 m. 1. ax. 1. n. 2.*

8. Am-

8. Amplia (3) etiamsi jam tum pars debiti soluta fuerit, modò non integrum debitum creditori redditum *Mollenbecc. in divis. Jur. Cent. 2. div. 24. n. 1. in addit.* Oldendorpius *de Action. Class. 3. act. 12. n. 111.* aut alio nomine ei satisfactum sit. *Conf. l. si rem alienam 9. §. omnis 3. ff. de pignor. act.*

9. Limita (1) nisi debitor, creditore nolente acceptare oblatam sortem, hanc deposuerit in judicio; ita enim, quia nata est actio *l. 9. §. fin. ff. de. pign. act.* etiam debitor præscriptione excludi poterit. Conf. omninò *Franciscus Duarenus in Comment. ad Lib. 13. tit. 23. ff. & Lib. 4. C. c. 4. p. 960.*

10. Limita (2) nisi debitor deferente creditore juravit vel absolutus est: sic enim quia rursus est nata actio pignoratitia contra creditorem, etiam illa præscribi potest. *l. 3. ff. quib. mod. pign. solv.* Conf. *Brunnem. ad l. 9. ff. de pignor. act.*

11. Fallit in oppignorationibus, ab Imperatoribus olim factis, & per tot *Capitulationes Cæsareas* ut *& Instr. P. Osnabr. art. 5. §. 26.* confirmatis, utpote quæ planè irreluibiles sunt. Dissentit quidem *illustris Strykius in Coll. MSto. ad. dict. loc. Instr. P.* putans non omnem reluitionem denegari debitoribus, & eam legitima juris via adhuc fieri posse; sed enim licebit mihi à sententia tanti viri paulisper recedere, & contrarium statuere, eapropter (1) quia sic dispositio Capitulationum & Instrumenti pacis plane foret inutilis. (2)

quia subjecta exempla Instr. P. d. I. repugnant, quippe quæ evidenter docent, quod, quia reddita à civitate *Lindau* & *VVeisenburg in Noricis* sorte, quam ipsis anteà debitores obtruserant invitis, pignora dictæ civitates creditrices receperint, ejusmodi oppignorationes imperiales plane irreluibiles sint. Conf. *Gener. Dn. à Rhez Inst. Jur. Pub. L. 3. t. 4. §. 2. & Strauchii Diss. de Oppignorationibus Imp. §. 38.* Non igitur puto civitatem Oppenheim, de cujus oppignoratione vid. *VVehnerus in Observat. sub voc.* Pfandschafft *p. 404.* posse, oblata sorte, ab Electore Palatino relui. Aliud obtinet in pignorationibus, inter Status Imp. factis. Hic enim obtinere rursus nostram parœmiam, tradit *Dn. à Rhez d. l. §. 3.* & docet id insuper novissimum exemplum Civitatis *Möllen*, quam civitas Lubeccensis ultra duo secula pignoris jure, possederat, & tamen, receptâ sorte, restituere tenebatur Duci Saxo-Lauemburgico. Nec obstat, quod dicatur, confirmatas tantum fuisse oppignorationes imperiales ideò, quia, ob defectum consensus Imperatorum, aliàs facilè pronunciari possent caducæ. ℞. negando rationem consequentiæ vid. *Rhez d. l. L. 1. t. 18. §. 4.* & hinc quoque ipsam consequentiam.

12. Et hanc parœmiam, in praxin quoque deduci in foro, testantur inter alios *Mynsing. Cent. 1. ob. 16. Gail. 2. ob. 18. n. 4. Cons. Marb. Vol. 1. cons. 28. n. 207. illustr. Stryk. de Act. invest. d. l. n. 2. Berlich. P. 2. concl. 3. n. 26. Treutl. Vol. 2. diss. 22. Th. 3. lit. i. & diss. 1. th. fin. lit. h.* LXI.

LXI.

1. **Leichen-Predigten / Lügen-Predigten.** Conciones funebres, conciones mendaces, it. Leichen-Predigten/ leichte Predigten.

2. Ratio, quia de mortuis nil nisi bonum dicendum, vid. parœm. Von Todten soll man nichts als alles Liebes und Gutes reden. Accedit, quòd conciones funebres blanditiis refertæ conducant, & ex usu sint. Conf. *Ahasverus Fritschius in Contin. Thes. Besold. sub voc.* **Leichen-Predigten** *p. m. 787.*

3. Declara, quòd valeat inprimis quoad conciones typis excusas, & honorario luculento, expendendas, & quidem non approbativè sed enunciativè, in illis locis, ubi usu introductæ sunt, plerumque, si non semper.

4. Ampl. etiamsi vita defunctorum notorie fuerit impia. *Dietherr. in Continuat. Thes. Besold. sub dict. voc.* **Leichen-Predigten** *p. 390. seq.* Quadrat huc versus ille *Owenianus :*

Lædimus insontes vivos : laudamus eosdem
Defunctos. O mors candida ! vita nigra !

5. Ampl. (2) ut conciones funebres fiant conciones mendaces, non tantum per veri taciturnitatem, sed &, quod pejus est, per falsi narrationem. Illud in jure dicitur *subrepere*, hoc verò *obrepere*. Hinc exceptio sub- & obreptionis illi opponitur, qui narrando vera tacet & falsa profert. qua de vid. *Zanger. in tr. de Exceptionibus P. 2. c. 17. p. m. 248. seq.*

6. Ampl. (3) ut ab ipsis etiam Theologis conciones funebres appellentur mendaces, testibus *Dietherro & Fritschio d. l.* Add. omninò *Calvör in Rituali Eccles. P. 1. p. 1021. seq.*

7. Ampl. (4) ut inprimis etiam procedat quoad orationes parentales, die Leich-Abdanckungen/ de quibus Jenæ disseruit A. 1684. *M. Johannes Frid. Bauch.* Plura & quidem utiliter dicta vid. apud *B. Brunnemann. in Jur. Eccles. L. 1. c. 6. m. 1. th. 23. p. 115.* ibique *illustris Strykius in Not. p. 145.* Aliàs quoque dicitur: **Wer gelobet will werden der sterbe/ und wer getadelt will seyn der heyrathe.** Ratio prioris est, quia post mortem ferè omnes laudantur & beati prædicantur, etiamsi in avernum & orcum versus descenderint. Vor das Geld kan man einen noch wohl loben/ da es zumahlen heisset: de mortuis nil nisi benè. Ratio posterioris, quia nupturientium vitia & nævi curatè investigari solent, es kauffet niemand gern eine Katz in dem Sack/ noch viel weniger einen Ehegatten/ man erkundiget sich vorhero desselben Leben und Wandels/ und was durch Einziehung der Kundschafft nicht erfahren wird/ das bringt die Feindseeligkeit/ Haß und Mißgunst an den Tag. Conf. huc *Dn. Strykii tract. de jure liciti sed non honesti. c. 111. n. 65. p. 140. seqq.* ubi ex *B. Henr. Mülleri* **Geistl. Erquickstunden** *c. 277.* sequentia verba adducit: **Leich-Predigten/ leichte Predigten.** Ich wolte es schier umkehren und sprechen: **Leich-Predigten/ schwere Predigten/**

ten/ denn sie beschwehren Hand und Beutel mit mit Gold und Silber. GOtt erbarme sichs! Leicht sind sie/ weil sie gehen bey vielen aus leichten Sinn. Ist es nicht eine Leichtsinnigkeit/ daß du ein Lügner und falscher Zeuge bist/ aus Finsterniß Liecht/ aus Lastern Tugend machest? Der Todte muß gerühmet seyn/ wäre er gleich ein Auszug aller Laster in seinem Leben gewesen; sein Geitz muß Sparsamkeit/ sein fleischlicher Zorn ein Göttlicher Eyfer/ seine Unfläterey Kurtzweil heissen. Er that unrecht/ so sprichst du/ er habe unrecht gelitten/ er fluchte/ so sprichst du/ er habe gebetet. Was richtest du damit an? Deine leichte Predigten machen leichte lose Leute/ die hingehen/ sich als Säue im Unflat der Sünden herum wältzen/ verlassen sich darauf/ daß deine Leich-Predigt allen Koth abwischen werde: Et postea: Jacobus will/ daß der Arme in der Gemeinde nicht weniger gelten soll als der Reiche. Wer rühmt aber den Armen nach seinem Tod? Er begehrts nicht/ sprichst du. Warum lieber? weil deine Begierde mit Geld nicht zu sättigen ist. Dem Geld hältst du die Leich-Predigten und nicht dem Menschen. Küpffern Geld/ küpfferne Seel-Messen. Mit einem Wort: wären unter den Geistlichen keine Geitzlinge/ würde man der Leich- und Lügen-Predigten nicht so viel haben 2c.

LXII.

1. **LEib-Geding** (*a*) **schwindet** (*b*) **das Haupt-Gut.** (*c*) Dotalitium absorbet dotem.

2. (*a*) Leib-Gut/ Leib-Geding/ Leib-Zucht/ Wittum/ Wittums-Vermächtniß/ dotalitium, dotarium, victalitium est, quando sponsus dotem sub hac conditione recipit, & in suum commodum vertit, ut si ante eam moriatur, post ejus mortem, de illa dote duplicatæ vel quadruplicatæ usuræ quotannis solvantur viduæ. Conf. *Dietherrus apud Besold. in Thes. Pr. sub voc.* **Leib-Geding**. *p. m. 369. & Struvius in Synt. Jur. feud, c. 14. aph. 9.* Differt in eo à donatione propter nuptias, quod hæc in *securitatem*, illud verò in *compensationem* dotis constituatur. vid. *Exc. Dn. Stryk in Ex. Jur. feud. c. 21. q. 14.* Quomodo à *viduo* differat, tradit **Frid** *in dissert. de jure viduitatis Argent. 1645. habita in f.*

3. (*b*) Schwinden/ aliàs verbum neutrum & idem ac tabescere est, h. l. verò activè sumitur pro schwindend machen.

4. (*c*) Ita h. l. dicitur dos ab uxore illata, & quidem ideò, quia sortis instar est, de qua mortuo marito uxori duplicatæ vel etiam quadruplicatæ usuræ debentur, prout consuetudine, pacto vel statuto provisum est. Sententia parœmiæ ergò hæc est, quod dos quasi ex vendito transferatur in maritum, & cum dotalitio, mulieri constituto, compensata censeatur. *Dn. Hertius JCtus Giessensis in select. & rar. ex univ. Jurispr. Argum. de paræm. Jur. Germ. L. 2. par. 22. p. 617.*

5. Ratio, quia dotalitium constituitur in compensationem illatæ dotis per contractum quen-

quendam innominatum, *facio ut des*, vel etiam, *do ut facias*.

6. Decl. inprimis in Saxonia procedere parœmiam, nisi pacto aliud constitutum, *Carpz. d. l.* ut & apud nos in Franconia, quoad personas illustres.

7. Decl. (2) quatenus maritus moritur ante uxorem, & hæc dotalitium constitutum semel agnovit, *ibid.* antea enim habet electionem, utrum dotem suam repetere, an vero dotalitio uti velit, *Excell. Dn. Stryk. in Tr. de Cautelis Contr. S. 3. c. 8. §. 28. p. 55. Carpz. dec. 59. & 268. p. 404.* Quamdiu ergò maritus non est mortuus, nec dotalitium à vidua agnitum, minimè dici potest absorptam esse dotem per dotalitium. Idem dicendum, quando ante maritum fato fungitur uxor, cum sic eo tempore decedit, quo ista dotalitio nondum uti potuit, ratio, quia sic dotalitium effectum suum non sortitur. *Carpz. Def. 4. P. 2. const. 42.*

8. Fallit de jure civili, ubi soluto matrimonio morte, uxor dotata recuperat dotem. Conf. *Zobelius in differentiis Jur. Civ. & Sax. P. II. diff. 49. p. 406.*

LXIII.

1. **Kauff erfordert Kauffmans-Waar oder Gut.** Emtio præsupponit rem promercalem h. e. merx debet esse idonea.

2. Ra-

2. Ratio, quia in aliam mercem, nemo consentire velle præsumitur, quàm in idoneam.

3. Confirm. *per l. 1. §. 1. ff. d. Act. Emt. & l. 6. §. fin. ff. eod.*

4. Ampliatur (1) in tantum, ut venditor de vitiis teneatur, etiamsi illa ignoraverit, *Hertius in Tract. select. & rar. Jurispr. Argum. L. 1. de paræm. Jur. Germ. par. 52. p. 499.* Conf. *Hoppius in Comment. Inst. ad §. fin. d. emt. vend.*

5. Ampl. (2) adeò ut Stellionatûs ille reus jure civili pronuncietur, qui merces corruptas distrahit. *l. 3. §. 1. de Stellion.* Quorsum etiam isti pertinent, qui carnes cadaverosas, morbidas vel lue infectas vendunt. *Hertius l.c.* scienter scil. & sic dolose. it. die ihren Herren böses Gült-Getrayd bringen oder erschütten; quod enim de emtione venditione hîc dictum, etiam ad alios contractus, in quibus dominium transfertur, pertinet.

6. Fallit (1) si venditor emtorem de morbo vitiove certiorem fecerit, vel morbum aliquem specialiter exceperit. *l. 14. §. 1. ff. de Ædil. Edict. Hertius d. l.*

7. Fallit (2) si emtor rem vitiosam sciens prudensve receperit, adeoque vitium agnoverit, *l. 1. §. 6. ff. de Æd. Edict. l. 48. §. 4. eod. Hertius d. l.*

8. Fallit (3) si venditor expresse dixerit, se velle planè nullam evictionem præstare, v. g. er wolle die Kuh nicht einmahl vor den Stall hinaus gewähren/ vitium tamen ignoraverit.

Evi-

Evictionis enim præstatio ad naturalia emtionis pertinet, quæ pactis immutare licet. Conf. *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Com. sub voc. natura ax. 16.*

LXIV.

1. **Durch Kauff / Fürkauff (a) und Auffkauff (b) böser Müntze freyen Lauff (c)**
Wird der Arm' gefressen auf.

2. (*a*) Nota vocem hanc duplicem habere significationem, & non tantùm propolium, quod negotiationis & lucri faciendi gratia fit, sed & simplicem emtionem, quæ pro exteris fit, denotare, ita ut merces ejusmodi prohibitæ extra provinciam deferantur, *Speidel in Speculo sub voc.* **Fürkauff**/ *p.m. 387.* Utraque significatio hujus loci est.

3. (*b*) Auffkauff dicitur quando quis rem aliquam, v. g. frumentum, vel de facto, vel privilegio munitus, coëmit, & deinde ad exteros illam transfert, vel etiam tamdiu retinet, & asservat, donec annona flagellata.

4. (*c*) de quo vid. *Speidel. d. l. sub voc.* **Müntz**/ *p. m. 873.*

5. Ratio, quia sic impeditur & corrumpitur omnium venalium rerum forma ac commercium, lucrumque & commodum à pauperibus avertitur, & ad usurarios, dardanarios & annonæ flagellatores, redundat.

6. Confirm. per *l. un. C. de monopol. & Recess. Imp. de A.* 1548. 1577. *t.* 18. **Müntz-Ordnung** *de A.* 1559.

7. Declara intelligi hanc parœmiam de propoliis privatis, non verô de publicis, quæ in salutem Reipubl. vergunt. Conf. *Fritschius in Sylloge tractatuum de monopoliis c.* 5. *n.* 18. *p. m.* 37. Hinc tempore annonæ vel belli omninò præcipi potest, ut fruges in unum aliquem locum comportentur, aut uni alicui vendantur. Idem diceres quoque de moneta, quæ tempore necessitatis ex quacunque materia, v. g. ex corio formari potest. vid. *Besold. in Thes. Pr. sub voc.* **Müntz**/ *p. m.* 655. Deinde dicterium nostrum non approbative, sed enunciative accipiendum.

LXV.

1. **Es läst sich keiner gern in den Kasten sehen.** Nemo alium in cistam inspicere facile permittit.

2. Ratio, quia hæc inspectio damnosa esse, & copiam vel inopiam auri & argenti intempestive prodere potest.

3. Consentit *l. 2. pr. quand. & quib. quart.*

4. Unde difficile admodum est probare, aliquem pauperem esse vel divitem. *B. Petr. Mullerus in Disp. de probatione paupertatis, Jenæ* 1677. *habita th.* 8. Multi simulant divitias, quibus tamen res angusta domi est; multi simulant paupertatem, qui tamen argenti copiâ abundant. Non tamen eapropter probatio

pau-

paupertatis prorsus impossibilis est. vid. *Mascard. de Probat. Vol. 1. concl. 535. n. 2.* & *Marcellus Cala de articulandi & probandi modo p. 249. seq. n. 398. 399. 400. seqq.*

5. Declara, dari tamen nonnullos, quos vana & inanis divitiarum gloria vexat, qui cistas suas aperiunt, & cuicunque fere inspiciendi copiam concedunt.

LXVI.

1. **So viel Mund/ so viel Pfund.** (a) Quot capita, tot portiones.

(a) Os hoc loco per synecdochen partis integralis significat hominem, vox Pfund verò portionem denotat, ut adeo sensus hujus vulgatæ parœmiæ huc redeat: *Quot sunt personæ, tot quoque fieri debent portiones & quidem viriles sive æquales.* Unde quoque hæc successio dicitur in capita, & opponitur successioni in stirpes, quando hæreditas non distribuitur secundum numerum personarum, sed habita ratione stirpis, unde quælibet persona descendit. vid. *Speidel. in Speculo sub voc.* Stamm/ *p. 1178.* & *Illust. Stryk. de success. ab intest. diss. 1. c. 1. d. 67.* So viel Häupter/ so viel Theile. *Nolden de success. ab intest. p. 108. n. 89.*

2. Ratio, quia jungere debet æqualis gratia, quos junxit æqualiter natura. *Dn. Sack Universitatis Friburgensis olim Professor in diss. de Success. allod. & feud. membr. 1. n. 1.*

3. Confirmatio ejus habetur in *l. post consanguineos 2. §. 2. ff. de suis & legit. hæred. auth. in successionem C. eod.*

4. De-

4. Declaratur ut procedat tantum in materia successionis, vid. *VVehner in Observ. sub voc.* so viel Mund ꝛc. *p. 447.* & quidem quando jure proprii gradus succeditur pro numero personarum. *Consult. Dn. Kestner in Compend. Juris univ.* §. *19. p. 111.* Aliud enim est in illis rebus, quæ Reipubl. sunt & privatis applicandæ, in his enim, ut æqualitas servetur, pro personæ ejúsque merito, vel demerito, fieri debet distributio. *Hoppius in Comment. tit. de J. & J. ad pr. p. 21. in f.*

5. Declara (2) ut procedat in successione allodiali.

6. Decl. (3) ut procedat, quoad descendentes sive liberos primi gradus, *Forsterus de success. L. 4. c. 13. n. 1. seqq.* Add. *Stat. Mind. L. 2. art. 2. tit. 2.*

7. Delar. (4) modò succedentes sint germani; aliàs enim si ex uno latere tantum sunt conjuncti, attendi debet bonorum differentia, *Stryk. d. l. c. 2. n. 6.*

8. Declar. (5) modò sint omnes legitimi nati.

9. Amplia (1) sive sint filiii sive filiæ *l. inter filios 11. C. fam. hercisc. Nov. 118. c. 1. Stryk. d. l. c. 2* §. *5.*

10. Amplia (2) sive sint sui sive emancipati *Schneidewin ad Inst. tit. de primo ordine succed. nat. & legit. simul. n. 5.*

11. Amplia (3) sive sint seculares, sive clerici, sive religiosi. *Forsterus d. l. n. 5.* modo non sunt minores PP. de observantia & Capucini,

pucini, *Sack d. l. p. 14. in f.* nec certo modo Patres Societatis JEsu *ibid. n. 5. p. 15.*

12. Ampl. (4) sive pater sive mater moriatur, *id. Sack d. l. n. 6. Stryck d. l. c. 2. d. 6.*

13. Ampl. (5) ut nulla prærogativa admittatur, neque sub ætatis, neque sub alio prætextu. *Philippi in Usu Pr. Inst. l. 3. tit. 1. ecl. 7. n. 2.*

14. Amplia (6) utut unione prolium sibi invicem æquiparati sint, *Stryk d. l. c. 2. §. 10.*

15. Amplia (7) etiamsi unus ex liberis sit posthumus, *Stryk d. l. c. 2. n. 12. Forsterus d. l. num. 4.*

16. Amplia (8) ut procedat etiam in unilateralium fratrum liberis, & defuncti consobrinis, quippe qui itidem in capita succedunt. *Richterus de Success. Sect. 3. m. 1. n. 70.*

17. Amplia (9) ut procedat quoque, quando fratres germani concurrunt, & ascendentes, *Stryk diss. 2. c.* 1. §. *23. & 28.* it. quando fratrum filii succedunt cum defuncti patruo, *Stryk d. l. diss. 3. c.* 1. §. 15.

18. Ampl. (10) ut procedat etiam, quando fratrum filii soli concurrunt sive succedunt, *Stryk diss. 3. c.* 1. §. *8.*

19. Ampl. (11) ut procedat, quando germanorum liberi succedunt cum defuncti fratribus unilateralibus. *ibid.* §. 18.

20. Denique amplia (12) ita ut procedat & tunc, quando post fratres, horumque liberos, succcedunt proximi, & in eod. gradu constituti. *Stryk d. l.* §. *26.*

21. Fal-

21. Fallit (1) in privignis, *Stryk d. l. n.* 11.

22. Fallit (2) in successione feudali ubi filiæ regulariter non possunt succedere cum filiis.

23. Fallit (3) in jure feudali quoad filios eo casu, quando jus primogenituræ obtinet, aut ob aliam causam aliquis ex illis ad successionem inhabilis est.

24. Fallit (4) in nepotibus, qui succedunt in stirpes, jure repræsentationis. *Brunnem. ad tit. C. de suis & legit. hæred.* Add. *Hertius in Epidipnidibus Par. Jur. Germ. par. 16. p. 19.*

LXVII.

1. **Verdienter Lohn** (*a*) **schreyt zu GOtt.** (*a*) Merces promerita clamitat in cœlum.

2. (*a*) Per mercedem promeritam h. l. intelligitur merces pro famulitio debita, der Knechte/ Mägde und Taglöhner Lohn. Liedlohn.

3. (*b*) Per prosopopœiam hoc dicitur: nec enim merces, sed mercedem promeriti clamitant ad Deum. Notabilis autem hæc phrasis eapropter est, quia non in omnibus, sed tantum quibusdam adhiberi solet peccatis, juxta illud.

Clamitat in cœlis vox sanguinis & Sodomorum
— Vox oppressorum, merces detenta laborum.

4. Ratio, quia inservit vitæ sustentationi. *Deut. c. 24.* Unde quoque dicitur ein Bluthund / qui detinet mercedes famulantium. *Syrac. c. 35. ℣. 27.*

5. Pro-

5. Probatur id porro ex *Deut. c. 24. ℣. 15. & Epist. Jacob. c. 5. ℣. 4.* ubi ita habetur: Der Arbeiter-Lohn / die euer Land eingeerndtet haben / das schreyet / und das Ruffen der Erndter ist kommen für die Ohren des HErrn Zebaoth / *collat. cum Jerem. 22, 13.*

6. Decl. modò mutuam, in continenti liquidabilem, petitionem non habeant domini.

7. Ampl. (1) ut debeatur merces famulantibus usque ad diem, quo eorum dominus mortuus est, quatenus nimirum isti omnibus aliis creditoribus defuncti domini vel heri præferuntur, **Land-Recht** *L. 1. art. 22.* Conf. *Hœrnigke de jure postarum c. 13. n. 3. p. 253. seq.* non autem requiritur, ut eo tempore, quo dominus mortuus, fuerint in famulitio ejus. *Brunnem. de Process. Conc. Cred. c. 5. §. 16. in not. vid. tamen Pagenstecher in Sicil. ad Lauterb. Comp. p. m. 242.*

8. Ampl. (2) ut mercenarii jure retentionis utantur, in rebus, propter quas mercedem petere possunt, *Schuz. de Stat. Rei Rom. V. 2. Ex. 9. th. 4. lit. g.*

9. Ampl. (3) ut usuræ etiam debeantur ex tempore moræ, *Richter. de Privil. Cred. c. 2. m. 3. n. 6. Brunnemann l. c. §. 17. Oldendorpius de Act. cl. 4. act. 9. n. VII. p. 295.* pro consuetudine tamen cujusvis loci, *ibid.* sive quis sit conductus ad dirigendam familiam, sive ad scribendum, sive ad famulandum in culina, mensa, camera, stabulo, agro, horto &c. *Dn. Kœlerus in Dissert. Altdorf. de mercede habita aph. 10. lit. h.*

lit. *h.* Add. *Hertius in Epidipnid. Jur. Germ. par. 20. p. 23.*

10. Fallit in arrha & muneribus v. g. Strena, *Kœlerus d. l.*

LXVIII.

1. **Kostgeld** (sive **Gahrkost**) **geht vor alle Schulden.** Pretium convictus omnibus aliis creditis præfertur.

2. Ratio, quia alimenta piis causis annumerantur, *Surdus de Alimentis t. 9. q. 3. n. 1. Hertius in select. & rar. ex univ. Jurispr. Argum. L. de parœm. Jur. Germ.* Conf. *Brunnem. in Concursu Cred. c. 5. §. 18. p. 86.*

3. Confirm. per *l. 6. pr. ff. qui pot. in pign.*

4. Declara (1) procedere hoc tantum in quibusdam locis, *Hertius d. l.*

5. Declara (2) quatenus alimenta debentur pauperi, quia alimenta privilegiata non sunt, nisi quando pauperi debentur, *Surdus d. l. t. 9. q. 15. n. 22.*

Declara (3) quoad illos, qui de suo pro certo pretio alit, non verò qui vendit ea, quæ ad alimentationem spectant, quæque in familia sua emtor aut debitor consumit, veluti carnes, pisces, frumenta &c. *Mevius ad Jus Lubec. L. 3. t. 1. art. 11. n. 79.*

7. Ampl. ad vestes necessarias, quia & hæ alimentorum nomine veniunt eique debentur, cui alimenta debentur, *l. 6. ff. de alim. leg. Surdus d. l. t. 4. q. 2. n. 1. illustris Strykius in dissert. Acad. de jure vestiario c. 1. n. 59.*

8. E. G.

8. E. G. qui ſtudioſo diſſoluto præbuit victum, ille non gaudet jure prælationis; ſicut enim inopia, proveniens ex luxu, nullô digna eſt privilegiô, *Pontanus de alimentis c. 4. n. 5.* ita quoque nec ille, qui ejusmodi luxurioſum alit homuncionem, ullum meretur favorem.

LXIX.

1. **Leib und Guth geht miteinander.** Corpus, ſive vita, & bona pari paſſu ambulant, h. e. qui damnatus eſt capitis, ille etiam bona ſua amittit, ſive damnatus ad mortem etiam damnatus eſt ad bonorum proſcriptionem, privatus vitâ, etiam privandus eſt bonis.

2. Ratio, quia confiſcatio eſt effectus pœnæ ejusque ordinarium conſequens *Dn. Adrian. Bejer in diſſert. de bonis damnatorum* § 6. inprimis in Bohemia vid. **Lindenſpühr** *in tract. de Imperiorum & familiarum origine c. 30. n. 148. p. m. 138.*

3. Nititur parœmia hæc *t. t. C. de bon. proſcript. ſeu damnat.*

4. Declara hodie, de jure civili, non niſi in crimine L. M. ac perduellionis, procedere noſtrum dicterium *auth. bona damnatorum C. de bon. proſcript. & Nov. 134. c. ult.* Conf. *Brunnem. in Comment. Cod. ad auth. d. p. m. 583. & parœm.* **mit der Haut bezahlt man alles.**

Declara (2) valere illud etiam in aliis delictis ac criminibus quoad adſcendentes ac deſcendentes, qui ultra tertium gradum damnato

nato ad mortem agnati vel cognati ſunt, *Brunnemann l.c.* ita ut Magiſtratus proſcribere poſſit bona, quando damnatus non niſi adſcendentes vel deſcendentes in quarto gradu relinquit. Quid de collateralibus dicendum, vid. *Rittershuſius in Jure Juſtinian. P. 12. c. 4. n. 7. p. 704.*

LXX.

1. **Lehenschafft zieht keine Unterthänigkeit nach sich.** Nexus feudalis non involvit qualitatem ſubjectitiam, vel Vaſallagium non infert ſubjectionem.

4. Ratio, quia forma ſpecifica & eſſentia feudi conſiſtit in præſtatione fidelitatis & ſervitiorum, ſubditus verò & fidelitatem, & obedientiam, & ſubjectionem præſtat. Unde etiam eſt, quod juramentum fidelitatis & homagium maxime differant, *Struv. in Syntagm. Juris feud. c. 8. §. 6. p. 277. Speidelius in Speculo ſub voc.* **Huldigung** *p. 616.* Illud rem, hoc perſonam afficit, *Mylerus ab Ehrenbach de Statib. Imper. c. 38. P. 2. p. 352. & n. 5. p. 348. Beſold. in Theſ. Pract. ſub voc.* **Huldigung** *p. 400.*

3. Effectus, quod aliquis poſſit eſſe vaſallus alterius Status, & tamen Imperatori ac Imperio immediatè ſubjectus, quemadmodum Illuſtriſſimi Comites Caſtellani vaſalli ſunt Reverendiſſimi Epiſcopi Herbipolitani, & tamen Status Imperii, adeóque immediati ſunt, ita ut nullibi conveniri queant, niſi in ſummis Imperii dicaſteriis. Unde etiam votum

tum & sessionem in conventibus Comitum bey denen Grafen-Tågen/ circularibus Crayß-Tågen/ & Imperii comitialibus bey Reichs-Tågen/ habent. Manet enim eorum Comitatus subfeudum Imperii & regalia ejus Episcopo Herbipolitano conferuntur ab Imperatore, qui deinde vicissim investit prælaudatos Dominos Comites. Ejusdem conditionis sunt certo respectu Comites *VValdeccenses, Schwarzenburgici, Rietbergenses* & plures alii. Idem de nobilitate per Franconiam, Sueviam & tractum Rheni feuda à Statibus Imperii possidente dicendum.

4. Limitatur, nisi controversia aliqua, occasione rei feudalis, oriatur, hancque concernat: sic enim fundatur jurisdictio Domini directi realis, etiamsi cæteroquin vasallus immediatus sit. *Leucht. in tract. Academ. de Jurisdictione q. 3. p. 583. Burgoldensis ad Instr. Pac. P. 1. d. 21. p. m. 378. Betsius de Pactis familiar. illustr. p. m. 196. Speidel. in Speculo sub voc.* **Graf.** *Schuz. de Statu Rei Rom. Vol. 1. Ex. 6. th. 26. lit. 1. p. 423. Rosenthal de feudis cap. 12. concl. 3. n. 51. p. 451. Limnæus de Jure Publico L. 4. c. 4. n. 93.*

LXXI.

1. **Ein gut Lied kan man wohl zweymahl singen.** Bonus hymnus bis cantari potest, h. e. quod utile est ac conducit, id repeti potest. Addunt nonnulli: und ein Gebet zweymahl beten. *Matth. 7. ℣. 7, 8. Rom. 12, 12.*

2. Ratio, quia superflua non nocent. *l. cum antiquitas 28. C. de testament.* (2) quia repetita melius inculcantur memoriæ ac animo.

3. Declar. quatenus nimirum iteratio in nostra potestate est. Sic v. g. Magistratus recte curant, ut edicta publice proposita, sæpiùs iterentur, *l. Apostolorum 4. C. de Apost.* Et Advocati, rationem aliquam ponderosam, sæpius repetere solent.

4. Fallit, quando repetitio non est in nostra, sed aliena potestate, sic v. g. qui semel recantavit, aut palinodiam cecinit ille conveniri nequit, ut adhuc semel illam canat, utut vel maximè placeret illa injuriato, nisi scilicet denuò quis ab illo injuriatus fuerit.

LXXII.

1. Lustig in Ehren/ Kan niemand wehren.

Honeste lætari
Nemini potest vetari.

2. Ratio, quia gaudium sive lætitia affectus est, affectus autem, ut sic, & ut motus in se considerati, neque boni neque mali, sed indifferentes sunt. *Reverend. Dn. Abbas Schmid, Præceptor olim noster fidelissimus in Ethica positiva, §. 9. p. 35.*

3. Declara, quatenus scilicet gaudium, sive lætitia, à recta ratione non exorbitat, nullúmque excessum involvit. Add. *l. 4. C. de Pagan.* Unde quoque additur in Ehren/ ita ut excludatur omne illud gaudium, quod pietatem, existi-

existimationem, verecundiam & bonos mores lædit, uno verbo: alle Uppigkeit.

4. Declara, quod inprimis quoad juventutem parœmia nostra procedat, ita enim eleganter *Ecclesiast. c. 12. ℣. 9.* So freue dich/ Jüngling/ in deiner Jugend/ und laß dein Hertz guter Dinge seyn/ in deiner Jugend. Thue was dein Hertz lüstet/ und deinen Augen gefället/ **und wisse/ daß dich GOtt um diß alles wird für Gericht führen.** Conf. tamen *Joh. Samuel Strykius in tract. de Jure liciti sed non honesti, c. 2. n. 33. & c. 1. n. 51. seqq.*

LXXIII.

1. **WEr gerne leugt/ der stiehlt auch gerne.** Mendacem non pudet furari.

2. Ratio, quia mendax ad quævis facinora perpetranda non tantum pronus & proclivis præsumitur, *Crusius de Indiciis delictorum P. 1. c. 35. n. 3. p. 166.* sed & iis perpetrandis aptus est.

3. Effectus, quòd mendacia pariant indicium furti, *L. 68. §. 1. ff. ad L. Falc. Crusius d. l. P. 3. c. 2. n. 138. p. 23.*

4. Declara, quòd indicium hoc valde generale sit: quod si vero quis criminis furti incusatus, & eapropter ad inquisitorium judicium tractus in mendacio deprehendatur, majorem contra se militantem habet præsumtionem. Add. *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Com. sub voc. mendacium.*

LXXIV.

1. **Es ist besser daß einem der Medicus als Jurist das Leben abspricht.** Melius est à Medico quàm à Jurisconsulto mortem prædici.

2. Prædictio mortis duplex est, medica & juridica; illa est sententia, ægrotanti de obitu ejus circa incrementum ac statum morbi facta, ex accurata hujus cum ægroti viribus collatione à medico inventa, de qua vid. *Dissert. quæ de prædictione mortis sub præsid. Faschii Medici quondam Jenensis, ventilata extat;* hæc verò est, quando reo à JCto respondendo, vel sententiam ferendo, pœna mortis dictatur, ob admissum criminale aliquod delictum, und dieses ist eigentlich das Leben absprechen/ differtque von dem Tod ankündigen/ quando nimirum reo, morte damnato, paucis ante executionem diebus, mortis futuræ obeundæ sententia aperitur, quamvis distinctio hæc non ubivis observetur.

3. Ratiò, quia medicorum judicium quandoque incertum ac fallax est, cùm sæpiùs, qui ex illorum opinione salvari non posse existimantur, pristinæ restituantur sanitati; quando verò JCtus vel judex alicui mediante sententia, prædicit mortem, tunc hæc quoque certò insequi solet, nisi ex gratia vita condonetur. (2) quia prædictio illa medica infert mortem naturalem ac honestam; juridica verò ignominiosam & violentam, quæ terribilior est quam naturalis. *Dura*

Dura quidem miseris mors est mortalibus omnis,
Ast violenta mihi res una miserrima longè est.

4. Hinc est, quod Medici & Chirurgi, de loco vulneris depositurі, juramentum veritatis, super lethalitate vero ejus juramentum credulitatis, præstare teneantur, ob rationem, quia de illo certi esse possunt, de hac vero non. *B. Brunnem. in Processu Inquisit. c. 7. n. 18. Clarus L. 5. §. homicidium n. 43. Carpzovius P. 1. Prax. Crim. q. 26. n. 40. Mynsing. Cent. 6. ob. 34. n. 11.* Porro sequitur exinde, quod sententia, juxta Chirurgorum judicium lata, nunquam in rem judicatam transeat, nec unquam probationem contrarii excludat, sed semper retractari possit ex meliori judicio, & relatione Chirurgorum. vid. *Illustr. Dn. Stryk. de Jure sensuum, Disp. 1. c. 3. n. 15.*

4. Limitatur, quando condemnatus ad mortem, veram egit pœnitentiam, in lecto verò moriens obsurdescit, nec ea, quæ monentur, audit, sed in sua improbitate decedit: quemadmodum id ipsum plerumque accidere solet condemnatis ad mortem, ut vitæ temporalis jacturam se facere videntes, æternæ salutis curiosi sint, & memores, adeò ut non ineptè dici soleat: Es fahren mehr Seelen von dem Galgen als von dem Kirchhof oder Sieg-Bett in den Himmel.

LXXV.

1. **Aus fremden Leder ist gut Riemen schneiden.** Ex alieno corio lora ſcindere haud difficile eſt. Eſt proverbium in eos dici ſolitum, qui non niſi ex aliorum loculis liberales ſunt, die das Leder ſtehlen/ und die Schuhe um GOttes willen geben / adeoque ironice intelligendum, ita ut nihil aliud ſibi velit, quàm quod de alieno largiri liberalitatis non ſit actus. *De te largitor puer*, inquit *Micio ad Demeam apud Terent. A. 5. S. 8.*

2. Ratio, quia, ſecundum naturam & indolem liberalitatis, materia & objectum ejus debet eſſe res propria.

3. Fundamentum habet parœmia noſtra in *l. 83. pr. ff. d. V. O. ibi: nam de ſe quemque promittere oportet.*

4. Extenditur eò usque, ut furti ſpecies habeatur ex alieno beneficio debitorem ſibi acquirere, *l. 54. §. 1. ff. d. Furt. Conſ. utique Tabor apud Barboſam ſub voc. liberalitas ax. 5. & parœm.* Man ſoll das Leder nicht ſtehlen / und die Schuhe hernach um GOttes willen geben. Add. *Bruckner in Deciſ. Matrim. L. 2. p. 205. ferè in f.*

LXXVI.

1. **Das Looß ſtillet den Hader.** Lis dirimitur ſorte.

Meminit hujus *Beſoldus in Theſ. Pr. ſub voc.* **looſen**/ *p. 601.*

2. Ratio, quia divinam indicat voluntatem,

tem, *cap. sors 26. qu. 2. Proverb. c. 16. ℣. 33. Actor. 1. ℣. 26.* & judicis vice fungitur.

3. Declara valere dicterium nostrum in casibus dubiis & perplexis, *l. cum ambo 14. ff. de Judic. l. generaliter 24. §. quid ergo ff. de fidei-comissar. libert. l. 5. ff. fam. hercisc. §. Optiones 23. Inst. de Legat.* & ubi humanum non sufficit consilium. *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. comm. sub voc. sors ax. 1.*

4. Declar. (2) ita ut procedat quoad quæstiones juris, utpote quæ fortunam judicem habere possunt. *l. sed cum ambo 14. ff. de Judic.* cumprimis in rebus dividendis communibus, *Zieglerus ad Jus Can. p. 512. & Mevius P. 2. dec. 21. n. 1.* in dubiis litium causis finiendis, in evehendis Regibus vel Principibus ad Majestatem & Principatuum celsitudinem, in dignitatibus conferendis, in sessionis quæstionibus dirimendis, in pœnis imponendis, in bellis vitandis, in beneficialibus, in ordinatione judicii, in jure retractus obtinendo, in redimendis templi subsellis, in eligendo medico vel pastore, qui tempore belli vel pestis in urbe remanere debet. Exemplum nobis præbent Veneti apud quos sortibus eligi solent magistratus, ita ut exinde etiam verbum nostrum suam originem ducere videatur, *Besoldus d. l.* Plura vide *apud B. Brunnem. in diss. sub ejus præsid. de Sorte habita per tot.*

5. Fallit, quando lis possessionis dubia & pares utriusque sunt probationes, cùm hæc quæstio non juris sed facti sit, quæstio facti

autem sorte terminari non possit. (2) fallit, si quæstio sit, qualiter res inter socios communis sit reficienda. (3) quando de præjudicio tertii agitur. *Brunnem. d. l.* Conf. parœm. Der Unschuldige muß das Gelag bezahlen.

6. Exempla obvia sunt in Scriptura sacra, ita Josua terras ab Israëlitis occupatas secundum normam sortis divisit. vid. *Josua c. 13. 14, 15, 16, 17, 18, 19.*

LXXVII.

1. **Wenn die Frau todt ist / so hat die Schwägerschafft ein Ende.** Mortua uxore cessat adfinitas.

2. Ratio quia uxor est vinculum & fundamentum adfinitatis; ruptô autem & sublato eo, ille quoque nexus adfinitatis, solvatur necesse est. *Sebastian Medices in tract. Mors omnia solvit P. 2. concl. 6. n. 22. p. m. 77. Collegium Jur. Arg. tit. de Grad. & affin. §. 8. p. m. 986.*

3. Probatur *arg. l. cui. 3. §. 1. ff. de postul. & §. 6. Inst. d. Nupt.* Add. *c. 2. c. 3. q. 7.*

4. Decl. ut procedat in civilibus & criminalibus, non verò matrimonialibus, sive quoad impedimentum matrimonii. *Seb. Medices d. l. n. 23.*

5. E. G. non licet uxorem ducere parentis mei relictam viduam, sive novercam, utut pater meus mortuus sit, eapropter, quia ratione impedimenti matrimonialis durat adhuc adfinitas etiam post patris mortem, inter me & ejus relictam viduam. Idem judicium

dicium de omnibus aliis casibus esto, ratione adfinitatis prohibitis.

6. Contra licet testimonium ferre pro mei patris relicta uxore, ob rationem, quia mortuô meô patre, me inter & ejus relictam uxorem, sive novercam meam, adfinitas soluta est. *Albericus de Maletis in Tr. de testibus c. 1. n. 56. Crotus de testib. P. 3. n. 79. & P. 4. n. 15. Matthæi de probationibus c. 5. n. 53. p. m. 344.* Plura de adfinium testimoniis vide apud *Perrenottum in Tr. de Testibus sub voc. adfinitas p. m. 6.*

7. Amplia, ut procedat ob identitatem rationis etiam illo casu, ubi maritus, & viduam relinquit, ita ut sic adfinitas solvatur inter hanc superstitem viduam, & defuncti mariti consanguineos.

LXXVIII.

1. **Schwägerschafft und Gevatterschafft hindern wohl am ehelichen Leben/ fördern aber nicht zum Erbe/** h. e. Adfinitas & compaternitas, s. patrinitas, impediunt quidem matrimonium, non promovent tamen ad hæreditatem, sive, non tribuunt jus succedendi.

2. Ratio quoad patrinitatem est, quòd ista cognatio consistat in spiritu, nec debeat extendi ad bona temporalia externa. *Schneidewin. in Comment. tit. de hæredit. quæ ab int. def. rubr. de successione filiorum spiritalium n. 3.* Quoad adfinitatem hæc dari potest, quòd hæreditas debeatur

beatur sanguini, quæ ratio in adfinibus cessat, cum adfinitas nullam inducat sanguinis communionem. Impedit nihilominus tamen matrimonium eapropter, quia est cognatio quædam ficta, quod impedimentum quoque durat, etiamsi adfinitas contracta sit ex illicito coitu; & è contrario cessat in nuda desponsatione, *Schneidewin d. l.*

3. Quod autem adfinitas impediat matrimonium, probatur *ex §. 6. Inst. d. Nuptiis.* Quod patrinitas quoque impedimento sit nuptiis videre est ex *l. si quis alumnam 26. in f. C. de Nupt.* Aliud tamen praxi in foris & Consistoriis Protestantium introductum. vid. *Brunnem. in Jure Ecccles. L. 2. c. 16. §. 19. p. m. 566.* Cui contraria est Praxis Catholicorum Dicasteriorum, ubi cognatio spiritualis attenditur, Quod adfinitas non tribuat jus succedendi, ostendit *l. affinitates 7. C. Commun. de success.* & quòd patrinitas itidem nullam conferat successionem probat ipsum legis silentium. *Schneidewin. d. l. n. 3.* Conf. *Forsterus de successionibus L. 7. c. 19. n. 5. & glossa Juris Saxonici* Land-Recht *L. 1. art. 3.*

4. Ampliatur ut ne quidem alimenta debeantur liberis spiritualibus, *Illustr. Stryk de Success. diss. 1. c. 2. th. 44.* Dissentit *Forsterus d. l. n. 6.* Praxis hactenus illius secuta est sententiam. Annon autem conscientia quis obligatus sit ad præstanda alimenta in casu necessitatis, & quidem fortiori vinculo, quàm quo aliis quoque pauperibus quis obligatus est,

nullus

nullus ambigo, cumprimis in illis locis, ubi quis in actu baptismali suam desuper interposuit fidem.

5. Fallit in fideicommisso, in quo ex humanitate quadam & nurus & gener, post mortem filii vel filiæ, admittitur. *l. ult. C. de V. S.* Conf. *Stryk d. l. diss. 7. c. 2. §. 48.*

LXXIX.

1. **Wozu der Mensch Lust hat / dazu hat er auch Andacht.** Ex quo aliquis voluptatem capit & oblectamentum, ad illud quoque attentus est. Meminit hujus *Autor* **der Schlafflosen Nächte** *p. 512.* **in dem dritten Dutzend.**

2. Ratio, quia delectatio excitat attentionem & pellit nos ad agendum. Amor magister optimus est.

Lust und Lieb zu einem Ding
Macht alle Müh und Arbeit gering.

Quod latinè ita reddi solet:

Omnia conando docilis solertia vincit.

Sicut nihil, inquit *Terentius*, *tam leve, quod ei non grave sit, qui invitus facit; sic nihil est tam grave, quod non ei, qui id libenter exequitur, leve esse videatur.*

3. Effectus, quod præsumtio contra eum facienda sit, qui criminis alicujus accusatur, quod ipsi voluptati est, v. g. der ein Liebhaber von der Hurerey ist/ und angeklaget wird/ von dem wird auch in dubio præsumirt/ daß er selbige zu begehen bedacht gewesen seye. Conf. *Salvianus*

vianus Massiliensis L. 1. *num.* 9. *p. m.* 9. & 10.

4. E contrario durum & grave est totum, quicquid imperatur invitis, & contra nutum.

LXXX.

1. **Wann man anfängt zu kriegen/ so fängt man auch an zu lügen.** Ubi paratum est bellum, ibi quoque parata sunt mendacia.

2. Ratio, quia non unum alterumve, sed omnes ac singulos fere tangunt bellica negotia, adeoque in omnium etiam ore sunt; sicut autem alias pauci rem referre & reddere possunt, prout eam acceperunt; ita inprimis tales circumstantiæ hic excogitari, augeri & diminui solent, prout quisque affectibus movetur, odio scil. aut amore. Sparguntur tales novellæ, per quas subditorum animi continentur in officio, evulgantur victoriæ, excursiones & devastationes, canuntur ante victoriam triumphi, finguntur cædes & clades, ampliatur & in majus extollitur jactura hostium, extenuantur eorundem vires, excogitantur circumstantiæ rei lumen affundentes, & nescio quid non ex metu, odio, amore & malitia unus imponat alteri? Conf. huc *D. Elias Aug. Stryk de Jure Novellarum c. 2. n. 6. seqq.* Quilibet fere cum *Juvenale* exclamat:

Credite me vobis folium recitare Sybyllæ.

3. Magis scil. strenue & modo intensiori: nec enim putandum, quod pacis tempore nulla

nulla dicantur mendacia, sed quod belli tempore magis mentiantur homines, quàm pacis: recipit enim magis & minus.

4. Accipias (2) hoc positivè & inclusivè; sunt enim adhuc aliæ calamitates, quas bellum parit, stupra nimirum, cædes, ruina, rapina, injuriæ &c. vid. *Lipsius Polit. L. 5. c. 5. n. 13. seqq.* da wird veracht und nicht betracht/ was recht und löblich wäre.

LXXXI.

1. **Auf eine Lüge gehört eine Maulschelle.** Mendacium alapâ luitur, h. e. quando quis mentitur, tunc alapâ excipiendus venit.

2. Contrariatur sanior jurisprudentia, quæ verbalem injuriam, verberibus propulsandam, negat, ob disproportionem, quæ verbalem injuriam inter ac realem intercedit. *Celeb. Dn. Hertius in Select. ac Rar. ex univ. Jurisprud. Argum. de Parœm. Jur. Germ. L. 1. par.* 101. *p. 565. Berlich P. 5. concl. 64. n. 29.* Conf. *Meisnerus* **in der Sprüchwörter Widerlegung** *p.* 17.

3. Ratio, parœmia in eo consistit, quòd mendaciô magna injuria alteri fieri putetur.

4. Declara valere eam secundum mores corruptos, & pravos, vid. *Excell. Dn. Stryk. in Dissert Acad. de Alapa c. 3. n.* 10. & quidem tunc, quando mendacio alteri injuria vel damnum infertur. Quid verò si alicui mendacium objiciatur, v. g. du leugst? Distinguunt

guunt hic Doctores, & statuunt, si infamis quispiam, vilis aut plebejus, nobili alicui, vel aliàs egregiæ personæ, mendacium objecerit, tunc illam non solum legitima mendacii retorsione uti, sed &, alapam impingendo, ejusmodi vili & infami conviciatori, rectè se defendere posse. *arg. l. item apud 15. §. unde quærit. 39. ff. de injur. §. 7. Inst. de injur. Berlich. d. l. n. 30. Besoldus in Thes. Pract. sub voc.* **Maultasche** *p. m. 627. Hahnius in select. Dissert. Jurid. diss.* 12. *§. 54. p. m. 591. Myler. ab* **Ehrenbach** *in Nomologia c. 2. §. 9. p.* 18. Dissentit *allegatus ab illustri Strykio Harprechtus ad §. 5. Inst. de injur. n.* 211. Add. *Carpzov. in Pract. Crim. P. 2. q. 97. n. 40.* sed dubito, an hæc praxis regulis & doctrinæ Christi conformis sit, quia sic non retorsio injuriarum verbalium, sed & realium erit licita. Imò hac ratione omnis permissa erit vindicta privata, & judicis autoritas contemnitur. Quare laudandi sunt illi Principes Germaniæ, ut habet *Dn. Prof. Schneiderus in dissertatione sua de Præjudiciis Halæ* 1717. *sub ejus præsidio ventilata c.* 1. §. 10. *p.* 18. qui, præjudicium hoc animadvertentes, in terris suis illam retorsionem injuriarum prohibuerunt, aut minimum declaraverunt, judicem litem suam facere, si instrumentum aliquod retorsionis ad acta recipiat. Add. *Mevius P. V. dec. 338.*

LXXXII.

LXXXII.

1. **DEr Loser (a) an der Wand hört seine eigne Schand.**

Qui limina auribus obsidet, & quid narretur procul attendit, ille propriam turpitudinem aucupatur.

2. (a) Loser/ Lösner/ Horcher/ Laurer/ Lauscher/ synonyma sunt, & aucupem sermonis significant, qui ab hominum adspectu remotus est, & verba loquentium auribus observat. Noribergæ dicitur ein Blau-Strumpff.

3. Ratio, quia fortuna plerumque ita fert, & contingit, ut de vitiis auscultatorum sermo sit.

4. Exemplum vid. apud *Abele in Metamorphosi telæ judiciariæ P. 2. cas. 52. p. 133.*

5. Nota olim quoque in judiciis, adhibitos fuisse observatores, & corycæos, Loser und Horcher/ prouti videre est apud *VVehnerum in Obs. Pr. sub voc.* **Lösner** / *p. 352.* sed hodie apud nos cessat illa clandestina auscultatio. An verò injuriarum conveniri queat, qui limina aliena auribus obsidet, ex circumstantiis judicantium erit. Hoc certum, quod prudentioribus odiosæ sint ejusmodi auscultationes: Es ist Unvernunfft einem an der Thür horchen / ein Vernünfftiger hielte es für eine Schmach. *Sirac. c. 21. ℣. 27.* Pertinuit huc quoque quodammodo olim das Westphälische Vehm-Gericht/ de quo videri potest *Schot-*

telius in Tract. **von unterschiedlichen Teutschen Rechten.** *c. 29. p. 560. seqq.*

LXXXIII.

1. **Was dich nicht brennt / solt du nicht löschen.** Quod te non tangit, hoc te nullatenus angit. Similis parœmia est apud *Siracidem* : Was deines Amts nicht ist / da laß deinen Vorwitz. Unverworren giebt gut Garn.

2. Ratio, quia cuilibet satis negotii facessunt res propriæ, ita ut non opus sit curas suas dirigere aliorsum, denn dir ist vor mehr befohlen / weder du kanst ausrichten. *Sirac. c. 3. ℣. 25.* (2) quia plerumque alienorum negotiorum curatio damno rependitur.

3. Conf. per *l. ult. C. de Apparit. & vers. 9. cap. 11. Sirac.*

4. Procedit (1) in illis rebus, à quibus quis bona abstrahere potest conscientia.

5. Procedit (2) quatenus illud alienum neque immediate, neque mediate, neque ratione officii & commodi publici, neque privati, te tangit : de re mediate vel publice nos tangente intelligendus ille Latinorum versiculus:

Nam tua res agitur paries cum proximus ardet.

6. Inprimis verò (3) rebus secularibus se non implicare debent Clerici, *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. comm. sub voc. negotium ax. 1. & 8.* quatenus scilicet hæc vox in sensu reduplicativo sumitur, sive quatenus res illæ seculares sunt.

7. Hinc

7. Hinc si quis negotia aliena, nulla necessitate cogente, gerit, expensas donare videtur, *ibid.* si se impudenter alienis ingerit negotiis, suspectus redditur, *l. 25. ff. de Procurat.* & si rem inutilem suscipit, ad casum tenetur, *l. 10. §. 1. ff. de Neg. gest.* Aliud si quis rem, alias perituram, gerat, tunc enim, ad latam tantum culpam præstandam, obligatus est. *Tabor. d. l. ax. 13. & 15. ut & sub voc. ingerentes.* Add. DD. *ad tit. ff. de Negot. gest.* Recte *Hanemannus*:

Wie herrlich wår es in der Welt
Und aller Orten wohl bestellt/
Wenn jederman von seinen Thůren
Den Koth und Unflat liesse fůhren.
Es wůrde alles werden rein/
Und keine Gaß unsauber seyn.

LXXXIV.

1. **EIn andrer lob Wasser / ich lobe den Wein.** Alius laudet aquam, ego verò laudo vinum. Est dictum B. Licentiati *Felleri*, Professoris quondam apud Lipsienses celeberrimi; intellexit autem per lob Wasser *Ambrosium Lobwasserum*, Autorem Psalmorum rhytmicorum, qui in Ecclesia Reformatorum cantari solent; quo nihil aliud indigitari voluit, quàm quòd verus sensus S. Scripturæ præferendus sit Lobwasseri translationi. vid **Tentzel in der** *curiösen* **Bibliothec** *Anno 1705. Rep. 2. Cap. 7. pag. 599* Idem *Lobwasserus* Autor quoque est sequentium rhythmorum:

Dem armen Bauer
Wird es blutsauer/
Mit Angst und Noth
Er kaum das Brod
Erwerben kan;
Noch ist der Mann
So böß dabey
Daß ich glaub frey
Daß es ein Straffe GOttes sey.

Conf. *Burgoldensis ad Instr. Pac. P. 1. disc. 23. §. 5. p. 420.*

LXXXV.

1. **DIe Lilien nehen nicht.** Lilia non nent. Est parœmia ex S. Scriptura desumta. Galli dicunt: *les lis ne sçavent point filer.* Nimirum putant nonnulli Gallicorum Scriptorum, hoc ipso, dum in sacra Scriptura dicitur, *lilia non nere*, voluisse DEUM ad Gallicum regnum alludere, & vaticinari, quòd corona Gallica utpote cujus insignia sunt lilia, non devolvatur ad fœminas, utpote quæ nent, ita ut sensus sit: *In illo Regno, quod per lilia significatur, uno verbo, Gallico, sexus sequior non admittitur ad successionem.*

2. Ratio est in promtu, quia sexus sequior sive fœminæ nere solent, lilia verò non nent. Eodem recidunt illa verba: *la couronne de France ne tombe pas en quenouille. Gallorum imperium in fusum non cadit.* Die Krone Franckreich fällt nicht auf die Spindel. Conf. *Carpzov. ad Legem Regem Germ. c. 2. S. 3. n. 8.*

n. 8. seq. p. 8. Tentzel in denen Monatlichen Unterredungen *Anno 1690. p. 813.* Europäischer Herold *p. 544. Besoldus in Thes. Pr. sub voc.* Salrecht.

3. Declara non nisi abusivè dictum Christi ad lilia Regni Galliæ applicari, quod & exinde inter alia patescit, quod veteres ejus Reges non lilia, sed bufones, in suis insignibus habuisse traduntur. Conf parœm. Der König in Franckreich stirbet nicht.

LXXXVI.

1. **Es hat nicht ein jedes Land Alles bey der Hand.**

Non omnis fert omnia tellus, h. e. nulla provincia, nulla regio, sibi ipsi sufficit.

2. Ratio, quia DEUS nulli provinciæ omne dedit fructuum & proventuum genus, sed divitias suas sparsim distribuit, ut arctiore nexu inter se continerentur habitatores, ab eodem communi parente descendentes, & universum terrarum orbem, per multiplicationem sui, insidentes. *Zieglerus de Juribus Majestatis L. 1. c. 41. n. 1. p. m. 666.* Et hunc in finem creavit terram ita, ut partes ejus ratione telluris, aëris, situationis &c. perpetuam habeant disparitatem. Hic calore æstuat aër, isthic frigora torquent homines. Hic tellus arenosa, ibi lutosa & alibi lapidosa est. Hic mons est, ibi vallis; hic ager versus solis ortum situs est, ille versus occasum. Quid mirum ergò, si ejusmodi diversæ causæ diversos producant effectus? quid mirum, si juxta *Virgilium:*

 India

India mittit ebur, molles sua thura Sabei
Aut chalybes nudi ferrum virosaque Pontus
Castorea, Eliadum palmas Epiros aquarum.

3. Declara ut tamen altera provincia felicior sit & fertilior alterâ. vid. *Autor* **des Europäischen Herolds** *p. m. 45*. Sicut enim territoria diversa sunt, ita etiam frugalitas eorum differt, & sæpe diversam naturam faciunt bonorum inibi sitorum. *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. com. sub voc. territorium ax. 5.* Aliud vinum Rhenanum, aliud Mosellanum, & rursus aliud Franconicum.

LXXXVII.

1. **Wer eine schöne Frau oder Schwester hat / dem liebkoset und vettert jeder an.** Cui elegans uxor est, vel soror, illi quilibet blanditur. Est dictum aliquod populare, cujus meminit *Crusius de indiciis delictorum P. 2. c. 17. n. 13. p. 73.*

2. Ratio est in promtu, quia sic aucupaturus est adulator favorem & gratiam, um des Kinds willen küsst man die Amme/ und um der schönen Schwester willen flattirt man dem Bruder. Amici verò intrinseci, & sanguine juncti, liberiorem aliis habent accessum apud fœminas, adeò ut cesset præsumtio actus venerei, quando juvenis solus unà cum uxore sola in camera conversatur, cujus mariti amicus intrinsecus, affinis vel consanguineus ejus est. *Crusius d. l.*

3. Declara, quod procedat quoad illos, qui rem amant veneream, die Hurenjäger; hi enim statim obtentui sumunt consanguinitatem, sie suchen eine Freundschafft hervor/ solte sie auch gantz indemonstrable seyn.

4. Ampliatur, ut etiam procedat quoad Clericos; hinc rectè prohibetur illis, ne nimia utantur familiaritate consanguinearum propter malitias, ut ait *textus c. sed si forte dist. 81.* Sathanæ.

Die Lieb ist gar zu starck/ bezwinget jedermann/
Drum meide solchen Weg / der dich verführen kan.
Sonst fällst du in den Strick / und büst die Ehre ein/
Du magst gleich nach dem Stand Geist-oder weltlich seyn.

LXXXVIII.

1. **Liebe und Noth hat kein Gebot.** Amor & necessitas non habent legem.

2. Ratio, quia sicut, quod necessitatem attinet, lex præsupponit in objecto peragendo possibilitatem, cùm ad impossibilia nemo obligetur. *l. impossibilium 31. ff. de R. J.* & hinc eo ipso, dum quis naturaliter præceptum implere nequit, ab ejus observatione liberos & immunes nos pronunciat. Conf. par. **Noth hat kein Gebot**/ *sub voc.* **Noth.** ita dicente *Poëta: Omnia vincit amor*, & quidem eapropter, quia nulla animi perturbatio amore ve-

hementior est, adeò ut insaniæ & furori comparetur. Quapropter etiam in *Nov. 74. c. 4.* eleganter ab Imperatore dicitur : *nihil furore amoris vehementius est, quem retinere perfecte Philosophiæ est. Paragrapho vero un. Inst. de Success. sublat.* habetur: *bacchari mulierem amore percitam;* facit enim ut turpia, deformia, tristia, damnosa, videantur honesta, pulchra, læta & utilia. vid. *Granzius in Tr. de defensione Reorum. c. 6. m. 2. S. 2. art. 5. n. 188.*

3. Declar. si nimirum amor æstuosè fuerit fervidus, *Granzius d. l. n. 13. p. 751.* sive, loquendo cum *Phædria* apud *Terent in Eunuch. A. 1. Sc. 1.* ita amore ardeat, ut prudens, sciens, vivus, vidensque pereat, nec, quid agat, sciat. *Dii* boni! inquit *Parmeno apud eund. d. l. A. 2. Sc. 1.* quid hoc morbi est? adeone homines immutarier ex amore, ut non cognoscas eundem esse, hoc nemo fuit minus ineptus, magis severus quisquam, nec magis continens. Deinde probe distinguendum est inter amorem licitum & illicitum, illi non, huic verò utique prohibitiva lex statuta est, cujus intuitu reprimendus.

4. Effectus, quod in illis, qui adeò amore perciti sunt, jura furiosorum observanda esse nonnulli asserant. vid. *Carpz. Q. Crim. 61. n. 59. seq.* Quod sicut mihi altioris indaginis esse videtur extra illum scilicet casum, ubi amor pharmacis venereis, aut arte diabolica fuit provocatus. vid. *Granzius d. l. n. 291. p. 747.* ita minimùm aliqualem præbebit excusationem

nem & mitigationem pœnæ aliquantum intensior amor. Add. *Menochius de A. J. Q. c. 328. Autor tract. de facetiis facetiarum p. 98. & Besoldus in Thes. Pract. sub voc.* **Liebs-Tränctlein.** *p. 592.*

5. E. G. Excusantur quadantenus cognati & affines, cum internecione insultantis, se invicem defendentes, cognatorum delicta dissimulantes, ob salutem fratris baptismum iterantes, in cognatorum aut affinium favorem militiam deserentes, honesti amoris ergo viginem abducentes, res ab amasio ablatas, aut ipsos amasios vel cognatos aut affines facinorosos, recipientes amoris potentia superatæ alicui se supponentes, aut aliquam deflorantes: ita excusavit se *Chærea* apud *Ter. d. l. A. 5. Sc. 2.* dicens: primò ita quæso, unum hoc scito, contumeliæ me non fecisse causa, sed amoris, cui Thais respondebat: scio, & pol propterea mage nunc ignosco tibi: non adeo inhumano ingenio sum Chærea! neque imperita, ut quid amor valeat nesciam, de quibus casibus singulis vid. *Granzius d. l. à n. 196. usque ad 207. seqq.*

LXXXIX.

1. **WEr das Latein nicht gelernet hat/ der solle es ungebrüht (*a*) lassen.** Latina abstineat lingua, qui illam non addidicit.

2. (*a*) Brühen/ Bröhe vox insulsior Germanorum inferiorum est, idem significans

ac apud nos gehenen oder scheeren/ vexieren. Unde solennis apud illos formula: bröh dine Moer/ h. e. vexa & exagita tuam matrem, & fac me missum, lasse mich ungehenet. it. he bröht dich wat/ h. e. er vexiert dich etwas/ er moquirt sich mit dir.

3. Ratio, quia facile impingere & solœcismum committere, adeoque se prostituere, potest, linguæ latinæ imperitus. Grammatica sui contemtum vindicat in senectute.

4. Notent hoc omnes idiotæ, qui ex usu aliquid aucupati verba latina crepant quidem, sed ita, ut *Priscianus* miserum in modum sæpe vapulet, & deinde cum *Parmenone apud Terent. in Eunuch. A. 5. Sc. 6.* exclamare necesse habeant: *Egomet meo indicio miser sorex, hodie perii.* Pertinet huc illud Latinorum: *Si tacuisses, Philosophus mansisses,* à quo parum illud Salomonis abludit: Ein Narr/ wenn er schwiege/ würde auch weise gerechnet/ und verständig/ wenn er das Maul hielte. *Proverb. c. 17. ℣. ult.*

5. Lepidum exemplum ex *Schuppio* refert *Zeilerus in Opere Epist. P. 1. p. 444.* de Ludimoderatore quodam, discipulum suum docente: cuicunque vocabulo apponi possunt particulæ: Ich/ du/ er/ hoc verbum est, non nomen, und fragte hierauff den discipulum: *Stultus* estne verbum vel nomen? der geantwortet: verbum. Warum? quia dicere possum: ich Narr/ du Narr/ er Narr. Add. *Autor* des Lust-Redners *passim & Epistol. obscur. virorum.*

XC.

**München soll mich nehren/
Zu Jngolstadt will ich mich weh-
ren.**

Est dictum *Maximiliani*, Electoris quondam Bavariæ, prout refert *Constantinus Germanicus in Epistola ad Justum Sincerum p. 241.* Nimirum quoniam *Monacum* non tantum elegans urbs, ad *Isaræ* ripas condita est, ita ut inter tres pulcherrimas Germaniæ computetur, *Cluverius in Introd. Geograph. L. 3. c. 13. §. 4. p. m. 211.* sed & aërem habet salubrem cœlumque purum. vid. *Autor Descriptionis Circuli Bavarici p. m. 63. Ingolstadium* verò ab *Angelis Suevis*, *Angelostadium* dictum, & ad Danubium situm, munitissimum oppidum est, ideo voluit Monaci degere, & ibi suam sedem ordinariam constituere, Ingolstadium verò tempori belli se recipere, & isthic se defendere. Unde etiam in tricennali bello frustrà tentatum fuit à Suecis. vid. *Burgoldensis ad Instr. Pac. Guestph. P. 1. d. 1. p. 121.*

XCI.

1. **WEnn der Bauer nicht muß/
So regt er weder Hand noch
Fuß.**

Rusticus ubi non cogitur
Officio suo non fungitur.

2. Ratio, quia rusticus invidia plenus & alienæ felicitatis impatiens est. *Erhardt de Operis rusticorum concl. 29. p. m. 245.* (2) quia rustici

mores

mores feri sunt & duri *ibid. p. 270. concl. 35.* (3) quia rusticus contumax est & ferox, contumacia autem inferiorum non lenitate, sed severitate imperantis diminuitur.

3. Declara vim illam coactivam debere esse moderatam & justam, aliàs enim abit in tyrannidem, inprimis autem moderatione opus est, quando rustici operas præstant gratuitas, wenn sie frohnen. vid. *Burgoldensis ad Instr. Pac. P. 1. disc. 23. §. 5. p. 420.* ubi exemplum adfert alicujus Principis, welcher nicht gelitten / daß seine Vögte die arme Unterthanen über dem Frohnen geschlagen.

4. Declar. quòd valeat parœmia ἐπὶ τὸ πλεῖστον, & quoad maximam rusticorum turbam.

5. Ampl. ut procedat non tantum quoad operas & servitia, sed etiam quoad alia rusticorum debita.

6. Ampl (2) in tantum, ut vinculis etiam ad servitia præstanda cogi, bona eorum arrestari, fructuum perceptio impediri, pignorationes jumentorum decerni, & villa rustica cum omnibus instrumentis quasi sequestrari queant. *Hahnius ad tit. de Statu Hom. n. 2. & ad tit. de liber. caus. Struvius Syntagm. Jur. Civ. Exerc. 49. th. 16.* & quidem tamdiu, donec obedientiam præstant. *D. Engelbrecht, Antecessor Helmstad. in Dissert. de operis Rusticorum th. 97.* modo Domini eorum hactenus in exigendorum servitiorum quieta possessione fuerunt; aliàs enim querelas contra dominos

suos

ſuos inſtituere poſſunt. *Erhardt d. l. p. m. 270.* Aliud ergò eſt, quando ruſtici privilegio, pacto, conſuetudine longinqua, aut præſcriptione immunitatem conſecuti. Add. *tract. juridicum* **von denen Dorff- und Land-Rechten** *P. 2. à c. 1. usque ad 12.* & *Cent. 11. par. 61. p. 204.*

XCII.

1. **BEy der Müntze ſoll man lehren (a) Wie ſich thut die Welt verkehren.**

Ex moneta addiſcatur,
Quomodo mundus pervertatur.

H. e. ex monetæ varietate ac decremento judicari poteſt mundi perverſitas.

2. (*a*) Lehren euphoniæ gratia hic ponitur pro lernen/ quamvis etiam vulgus hominum voce lernen pro lehren utatur, v. g. er hat es mich gelernet / h. e. me illud docuit. vid. **Spate im Teutſchen Sprach-Schatz** *ſub voc.* **lehren**/ *p. m. 118. ſeqq.*

3. Ratio, quia ſecundum leges benè ordinatæ Reipubl. moneta unius ejusdemque ſemper juſti ponderis eſt ac materiæ, cùm ex illa non ſolummodo de dignitate ac Autoritate Principis, ſed & ipſius imperii diuturnitate, flore & incremento judicandum ſit, *Carpzov. de Leg. Reg. Germ. c. 8. Sect. 7. p. 209.* Hiſce vero temporibus ac moribus corruptis, inter modos ærarium Principis locupletandi referre ſolet jus monetæ cudendæ, ita ut pro utilitate ejus valor monetæ nunc creſcat

ſcat nunc decreſcat, prout id hactenus in Gallia fieri videmus.

4. Declara, imprimis ex mutatione intrinſeca, quando valor monetæ augetur, judicari poſſe mundi perverſitatem. Conf. *Latherus de Cenſu L. 3. c. 10. n. 48. p. 552. & Ventura de Valentiis in Parthenio litigioſo L. 1. c. 13. n. 18.* qui ſoli libidini avaritiæque mercatorum hanc mutationem acceptò fert ferendam.

XCIII.

1. **Leihe deinem Freund** (*a*) **und mahne deinen Feind.** Mutuo da tuis amicis & tuos interpella inimicos.

2. (*a*) h. e. Deines gleichen/ qui opponuntur majoribus ſive ſuperioribus, die keine Freundſchafft/ ſondern Gnade zu vergeben haben.

3. Fundatur *in Jure Lubecenſi P. 2. t. 3. art. 4.*

4. Ratio prioris membri eſt, quia adverſus æquales facilior eſt executio, ab inæqualibus verò & potentioribus difficulter aliquid repetitur. vid. *Mevius ad Jus Lubecenſe d. l.* Ratio poſterioris eſt, quia inimicus alias te decipiet & tuo te defraudabit jure.

5. Declara, ſcilicet quando ex pecunia tua aliquod commodum percipere mavis, quàm illam in ciſta habere otioſam, tunc conſultum eſt, ut illa amicis & æqualibus mutuetur; quando vero amici homines leves ſunt & futiles, ita ut non ſatis certi eſſe poſſimus de recipiendo noſtro argento, tunc illa parœmia

rœmia locum habet : **Hüte dich vor der ersten Auslage.**

6. Declara, ut tamen nec ira, nec odium, nec inimicitia præcipitare debeat mentem ad repetendum, quod antea mutuo datum fuit v. g. dicendo : Schaff mir mein Geld / bezahl mich du Bettelhund / ſed eo animo repoſcenda eſt pecunia inimico data, ut vel illam collocare queamus in tuto, vel mutuo dare noſtris amicis. Quapropter etiam judex non ſtatim benignas præbeat aures creditori, odio debitoris flagranti, & eapropter creditum repetenti.

XCIV.

1. **WEnn man mit Läugnen könte vom Galgen kommen / würde niemand gehencket.** Si inficiatio liberaret à patibulo, nemo ſuſpenderetur.

2. Ratio, quia omnis fur principium illud fovet : *Si feciſti, nega,* in tantum, ut etiam id, quod ſemel confeſſus eſt, revocare ſæpe iſti non religio ſit. Conf. *Speidelius in Speculo ſub voc.* **Urgicht** *p. 1331. Ventura de Valentiis in Parthenio litigioſo L. 2. c. 12. n. 36.* cùm melius ſit, uti quidam olim dicebat, millies torqueri in brachiis, quàm ſemel in gula.

3. Qnapropter etiam ille, qui in tortura confeſſus eſt delictum. & deinde id revocat, quæſtioni iterum ſubiici poteſt, *Speidel. d. l.* niſi revocatio trina vice facta ſit, *Ventura de*

Valentiis

Valentiis d. l. Gomezius L. 3. var. Resol. c. 13. n. 27. qui enim confessionem, tortura tertia vice reiterata extortam, revocat & negat, extra ordinem punitur, *Lauterbach in Compend. Jur tit. de Quæstion. p. 712. lit. H. h.* quamvis & hoc sublimitandum sit: nisi dolus manifestus causam det illi revocationi:

4. Declara inprimis tunc negotiationem rem non conficere, quando adsunt duo testes, fide digni. vid *Mevius P. 9. dec. 51.* cùm tali casu (præsuppositis tamen præsupponendis) fur possit ut convictus puniri, utut furtum non confiteatur, *ibid.* Auf zweyer oder dreyer Zeugen Mund soll sterben der des Todes werth ist/ *Deut. c. 17. ℣. 6.* Conf. *l. 12. d. test. l. 16. C. de pœn.* Add. *Dn. Hertius in Tract. de sel. & rar. ex univ. Jurispr. Argum. de Parœm. Jur. Germ. L. 1. par. 106. p. 574. & Dissertatio Academica D. Barthii de Convicto non confesso, Lipsiæ habita.*

XCV.

1. **Mann und Weib / sind ein Leib.** Maritus & uxor una caro sunt.

2. Per *cap. hæc imago 13. 33. q. 5. & Genes. c. 2. & 3.*

3. Ratio, quia corpora sua conjungunt, & mutuam in ista habent potestatem. *1. Cor. 7. 4.*

4. Declara valere dictum hoc secundum fictionem, quoad individuam vitæ consuetudinem, sobolis procreationem, & nonnulla bona matrimonii, *Tabor apud Barbosam in Thes.*

Loc,

Loc. comm. sub voc. uxor ax. 1. ita ut maritus & uxor non constituant unum physicè tale, sed morale. *Mevius P. 3. d. 176. n. 1.* sive civile juxta *Hartungium in Metaph. Jur. c. 15. §. 2. p. m. 460.* Add. *Tabor d. l.*

Corpora mistorum nisi cor amor uniat, ambo
Non fiunt unus, sed fit uterque duo. *Owenus.*

5. Fallit in rebus matrimonium non concernentibus, v. g. contractibus, delictis &c. ubi una persona pro alia non obligatur. *t. t. C. ne uxor pro marito.*

6. Fallit (2) in desponsatis, qui conjuges appellantur, non quod jam sint tales, sed quod tales fieri debeant, *Illustris Strykius de dissensu sponsalitio Sect. 3. §. 24. p. 114.* Unde quoque sponsa jure uxoris non gaudet, *Idem d. l. S. 4. c. 1. §. 8. p. 141.*

7. Facetè & lepide allusit quidam in carmine aliquo epithalamico ad nostrum proverbium sequenti modo:

Allein es wird beym Trunck noch zu erweisen seyn
Daß endlich Mann und Weib ein Fleisch und Blut zu nennen/
Denn trinckt der Mann ein Glaß / so spůhrt die Frau den Wein/
Er steiget in den Kopff/ und pflegt ihr einzubrennen.

8. Quousque ille textus Saxonicus: Mann und Weib haben ungezweyet Gut/ valeat, explicat *consultissimus D. Hornius in Consultationibus Class. VIII. Sentent. 13. p. 480. n. 2.* scilicet hoc

ſibi volunt verba illa, quod nimirum maritus & uxor in una poſſeſſione, Gewehr & eapropter in una ſint communione, quoad poſſeſſionem ac uſum, quæ poſſeſſio jus retentionis, poſt mortem mariti vel uxoris, certo modo, ſecum ducere ſolet. *Hornius d. l. & ibi allegatus Zieglerus.*

XCVI.

1. **Lands-Kinder ſoll man vor allen andern beförderen.** Patria nati, ſive indigenæ, præ reliquis omnibus promovendi ſunt ad officium.

2. Ratio, quia fides & amor erga Principem & publicum bonum illis quaſi innaſcuntur, & ſanguine propagantur. *arg. l. 101. ff. d. Leg. 3.* ideoque majori fidelitate & fide officia adminiſtrare præſumuntur, inſuper patrios mores & inſtituta, melius noſſe creduntur. *Dn. Steinheil in Diſſ. inaug. de præfectis eorumque officio p. m. 61.*

3. Contrariatur jus civile, & quidem *tot. rubr. C. ut nulli patriæ ſuæ adminiſtratio, ſine permiſſione Principis, permittatur & l. ult. C. de Crim. ſacrileg.*

4. Declara, ut imprimis in officiis, rationes conjunctas habentibus, bey verrechneten Dienſten / indigenæ aliis præferantur. vid. **Döpler im getreuen Rechnungs-Beamten**/ *c. 6. per tot.* dummodo ſint idonei: alias enim ſi advena magis idoneus eſt indigena, nullum dubium eſt, quin hic iſti poſtponendus

nendus, & locus illi dicterio sit: Die Herrschafft hat keine Kinder / sondern Männer vonnöthen. Patriæ enim salus sicut omnibus actionibus nostris; ita & indigenarum utilitati privatæ præferenda. *Naurath de Rationariis p. m. 207. & seqq.* Add. *Generosissimus Dn. à* **Seckendorff im Fürsten-Staat** *P. 2. c. 5. §. 8. p. 90. Perez in. Jure Pub. c. 55. p. 219.* **Döpler** *d. l. p. 68.* & eatenus etiam illud verum est: Man kan nicht allezeit mit eigenen Pferden pflügen. Conf. parœmiam: Es gilt ein Prophet nirgends weniger als in seinem Vaterland / *Matth. c. 13. v. 55. seqq.* quæ de inveterato illo indigenarum contemtu intelligenda.

XCVII.

1. **Maase ist zu allen Dingen gut** Modus in omnibus rebus prodest. Quod *Ovidius* ita exprimit: *Medio tutissimus ibis.* Et versus rhythmicus habet:

Serva mensuram, semper multum valituram.

Quæ omnia conveniunt cum illo Horatii:

Est modus in rebus sunt certi denique fines.
Quos ultra citraque nequit consistere ratum.

Unde quoque proverbio nostro alii addunt Wann mans nicht überschreiten thut. Eodem recidit quoque ille hexameter:

Omnibus in rebus modus est tutissima virtus.

2. Ratio, quia in modo sal & anima virtutum est, *Lipsius Lib. 2. Polit. c. 16. n. 12.* adeò ut differentia essentialis virtutis moralis, secundum

cundum Philosophiam Aristotelicam, petenda sit à mediocritate, & consistat in illa ipsa essentiali habitudine, quam virtus moralis habet ad mediocritatem. *B. Dn. D. Velthem Theolog. Jenensis in Instit. Metaph. c. 4. §. 5. p. m. 320.* Nimis parum, arguit defectum, nimis multum, excessum, neutrum rectum, sed utrumque vitium est.

Zu wenig und zu viel ist beydes neben das Ziel/ vel, verderbt das gantze Spiel. Gar zu wenig hilfft nichts/ und gar zu viel ist ungesund.

3. Convenit cum doctrina JCtorum, & quidem rectè, quia ubi desinit Ethicus ibi incipit JCtus. vid. *§. ult. Inst. qui & quib. ex caus. manum. non poss. §. cum ex aliena 25. Inst. de R. D. §. 1. Inst. per quas person. nob. acquir. §. ult. Inst. de Vulg. substit. l. 137. ff. d. V. O.*

4. Declara. maxime in dubio, *Barbosa in Thes. Loc. comm. sub voc. medium. ax. 7.* facilè enim amplectendæ sunt ejusmodi sententiæ, per quas fit, ut neutra pars lædatur, *ibid.*

5. Declara (2) quatenus subjecta habilitas non repugnat, & quando utrinque par est ratio *Barbosa d. l.* E. Gr. ubi minima mora cum magno damno conjungitur, vel, ut aliàs dici solet, ubi periculum est in mora, ibi præstat temeritas quàm cunctatio & deliberatio super medio. Inter ancipitia, inquit *Tacitus Histor. 1. c. 40. n. 4.* deterrimum est media sequi. Conf. *Lipsius Lib. 3. Polit. c. 7. n. 2. in not.*

6. Declara (3) cùm dicitur in juris decisionibus medium esse tenendum, medium il-

lud

lud habere aliquam latitudinem, & non consistere in puncto. *Barbosa d. l.*

7. Quomodo proverbium nostrum applicaverit *Dn. D. Bejerus*; *JCtus Jenensis*, *vid. in tract. ejus de Tyrone c. 11. n. 557. seqq. p. 125. & de Artificibus Palatinis P. 1. c. 16.* §. *2. n. 532. p. 155.* Add. *Matthias de Contributionibus c. 3. n. 59.*

8. Exceptionem in sensu abusivo suppeditant bibosi, die den Wein zu Maasen oder Maaßweiß trincken.

XCVIII.

1. **Wohl gelebt / wohl gestorben.** Probam vitam pia mors insequitur. Galli dicere amant: Bien vivre, bien mourir. Augustinus dixit: non potest male mori, qui benè vixit.

2. Consonum idipsum S. Scripturæ est. vid. *Sirac. c. 1. ℣. 13. Psalm. 41. ℣. 3, 4.*

3. Ratio, quia tali casu nemo in mortis articulo æternæ mortis immemor esse præsumitur. *Sebast. Medices Tract. mors omnia solvit. P. 3. n. 32. p. 198.* (2) quia talis esse solet mors, qualis fuit vita: scilicet hæc cuique est data sors æquissima; talis ut sit mors, qualis vita peracta fuit. Conf. *Clarmund in Vitis clarissimorum in re literaria virorum P. V. p.* 141.

4. Declara hanc parœmiam procedere præsumptive & quidem ita, ut præsumtio hæc probationem admittat in contrarium.

Declar. (2) ut non tam de ratione mortis physica, quàm morali accipienda sit.

5. Ampliatur, ut procedat etiam vice versa: Wohl gestorben/ wohl gelebt; Ende gut/alles gut. Hinc si quis bene & piè fuit mortuus, haud præsumendum est, eum veneficio fuisse addictum. *Reinkingk in Responso Juris de Sagis Qu. 2. n. 196. p. 35.* cùm in sagis plerumque verum sit illud Poëtæ:

Vitaque cum gemitu fugit indignata sub umbras.

XCIX.

1. **FRey-Gericht** (*a*) **Gehey-Gericht.** (*b*) Judicium liberum, judicium divexatorium.

2. (*a*) Ita dicitur judicium illud, quod *Burggravii Fridbergenses* intuitu Comitatus *Keichensis*, in Wetteravia siti, & Circulo Rhenano superiori incorporati, exercere solent. vid. **Burgermeister in dem Grafen- und Ritter-Saal** *p. 250.*

3. (*b*) De voce geheyen vid. par. Wer mir nix geit 2c.

4. Ratio in memoriali, an die Reichs-Versammlung zu Regensburg in Sachen des Bußecker Thals contra Herrn Landgrafen **Ernst Ludwigen** directo, hæc datur, quia subditi huic judicio subjecti, durius aliquantum haberi solebant. Quousque autem illa fundata, sit in rei veritate, nostrum non est curiose inquirere. Sufficit nobis, quod dicterium hoc

hoc vulgus hominum circumferre soleat in ore suo.

C.

1. **Was der Knopff (a) siegelt/ soll die Spitze vertheidigen.** Quod capulo obsignatur, defendet gladii cuspis, h. e. lex sigillo corroborata sive promulgata defendi debet gladio.

2. (a) Scilicet est verbum Imperatoris *Caroli Magni*, qui has literas: D. P. C. A. D. C. capulo gladii insculptas, habebat, quibus id significatum fuisse putatur, quod Decem Præceptorum Custos A Deo Constitutus esset.

3. Concordat S. Scriptura & quidem *Vers. 4. c. 13. Epist. ad Roman.*

4. Ratio quia magistratus à DEO ad id ordinatus est, ut legum violationem vindicet.

5. Declar. ut tamen hic adhibeatur prudentia. Nec enim semper ictui Petrino locus est. Man muß eben nicht allzeit mit des Petri Schwerdt drein schlagen. Sed moderatione opus est, in illis cumprimis rebus, quæ lege humana, aut divina quidem, sed non sub pœna mortis, vetitæ habentur. Denn darinnen bestehet das Amt einer Christlichen Obrigkeit / nicht daß sie gleich alsobalden / wann einer sich verdächtig gemacht/ mit dem Schwerdt drein schlage / vermeynend / damit thäte sie GOtt einen wohlgefälligen Dienst / und handhabete die Gerechtigkeit / nein! keines weges. Wann dieses

genug wäre/ so könte ein zorniger Mann den allerbesten Richter abgeben/ sondern es wird erfordert/ daß vorhero alles mit Gedult und ohne Passion untersuchet/ und/ da der Reatus sich findet/ der Thäter hernach gebührend abgestraffet/ bey einem zweiffelhafften Fall aber ehe absolvirt als condemnirt werde/ wann es zumahlen an das Leben und die Ehre gehet. Conf. quæ habet **Brodkorb in der Teutschen Wahrheit über das** *Dictum : Summum jus summa injuria. p. 212.* ubi ita inter alias habet:

Menschen-Blut ist theure Waare/
Es stellt sich immer auf der Bahre/
Klebt im Gewissen auch sehr fest/
Weil sichs mit Geld nicht sühnen läst.
Drum seht doch daß ihr klüglich gehet/
Als weiser Herrschafft wohl anstehet.

Add. *Cent. IV. par. 83.*

INDEX
RERUM ET VERBORUM
secundum numerum parœmiarum directus.

A.

Adlers-Federn / warumb sie andere Federn consumiren? 29
Affinitas cessat mortua uxore. 77. Impedit matrimonium, sed non promovet ad hæreditatem. 78
Alimenta annumerantur causis piis. 68
An ad hæc pertineant vestes, Ibid.
Amor non habet legem. 88
Anglicani subditi comparantur diabolis. 40
Arbeiter ist seines Lohns werth. 67
Aurora musis amica. 6
Et artibus illiberalibus. Ibid.

B.

Bauer wann er nicht muß / reget er weder Hand noch Fuß. 91
Bellum sequitur benedictio divina. 9
Bellare licet pro religione. 24
Blaustrumpff. Norbergæ qui ita dicatur. 82
Böses muß man mit Bösem vertreiben. 59
Brennen / was dich nicht brennt solst du nicht löschen 83

C.

Cadavera nocere possunt. 51
Charitas incipit à se ipso. 28
Clinodiæ æstimantur ex affectione. 13

Hinc non taxantur ſed ſubſtrahantur. Ibid.
Cœmiterium appropriatur templo. 41
Comitatus Caſtellanus feudum Epiſcopatus Herbipolitani & tamen immediatus eſt. 70
Commodum ſuum quilibet quærit. 46
Communio inter conjuges quousque valeat. 95
Conciones funebres an ſint conciones mendaces? 61
Conductor cedere debet emtori. 47
Couronne de France ne tombe pas en quenouille. 65
Curare quilibet debet res ſuas, non alienas. 83

D.

Dotalitium abſorbet dotem. 62

E.

Ebrius uſu rationis deſtituitur. 56
Eccleſiaſtica bona conſumunt alia bona. 29
Ehrlich oder todt. 48
Emtio præſupponit rem promercalem. 63
Caſtellani Comites ſunt Vaſalli Epiſcopatus Herbipolitani 70
Et tamen imperio immediate ſubjecti. Ibid.
Evictio in omni contractu oneroſo præſtanda. 22
Experientia optima magiſtra rerum eſt: 58

F.

Feudum Fuldenſe quid ſit? 38
Feudalitas non infert ſubjectionem. 70
Franckreich / deſſen König ſtirbet nicht. 12
Frau / wer eine ſchöne Frau oder Schweſter hat / den liebkoſet und vettert jeder an. 88
Frey-Gericht Gehey-Gericht. 99

G.

Galli ſerviles ſunt. 40
Giebichenſtein / unde habeat nomen. 35
Wer dahin kommt / kommt ſelten wieder heim. Ibid.
Gröſſe wenn es an dieſer gelegen wäre. 10
Hand / ärgere Hand / quid ſit? 35

H.

Henne / diese hat denen Fürsten zu Sachsen ein gutes Ey geleget. 2
Henneberg / von diesem kommt Coburg an Sachsen. Ibid.
Hæreditas, quando dividatur in capita. 66
Hispani superbi sunt. 40
Homo homini æqualis. 4
Hospes semel admissus turpiter ejicitur. 8
Hund der todt ist / beisset nicht. 51

I.

Incendium sequitur benedictio divina. 9
Injurias atroces non licet patri inferre filio. 25
Ingolstadium unde dicatur. 90
Investitura simultanea non infringitur divisione. 3
Hæc juri feudali communi incognita. Ibid.
Inundationes sequuntur bella magna. 31
Juramentum est personale quid. 49
Hinc ad hæredem ejus, cui delatum, non transit. Ibid.

K.

Kasten / in diesen laßt sich keiner gern sehen. 64
Kauff erfordert Kauffmanns-Waare. 63
Kauff geht vor Miethe. 47. Hebt Miethe nicht auf. Ibid.
Kauff und Backenstreich sind einander ungleich. 46
Durch Kauff / Fürkauff rc. 54
Kauffmann / Glaubmann oder Lauffmann. 45
Katze / diese lässet das Mausen nicht. 44
Kayser / die mit diesem reiten / sind nicht alle gleich. 39.
Dieser ist ein Herr über Könige. 40
Kilianus Franconiæ Patronus est. 37
Kinder / an diesen ist kein Schlag vergeblich. 32. Doch muß Furcht und Liebe bey ihnen seyn. 32. Besser zehen unehelich gezeugt / als ein eintziges umbgebracht. 33. Viel Kinder viel Vatter unser. Ibid. Ein Kind wie eine Mauß / verursacht einen Hader wie ein Hauß. 34.

Gehört

Gehört zu der ärgern Hand. 36 Das ehlich gebohren Kin behält seines Vatters Heer-Schild. 36
Kirchen-Güter haben Adlers-Federn. 29
Kirche/ bey dieser hat der Teuffel gemeiniglich eine Capelle. 30
Kirche/ wer diese hat/ hat auch den Kirchhof. 41
Kläger/ dieser muß seine Klage wider den Erben nach dem todten Mund erweisen 49
Kleyder zieren den Mann/ wer es hat/ der ziehe es an 1
Kleyd macht keinen Münch. 7
Kleinodien sind zur kleinen Noth. 13
Knopff/ was dieser siegelt/ soll die Spitze vertheydigen. 100
Köche/ viele derselben versaltzen den Brey. 15
Korfaß quid sit? 11
Kostgeld geht vor alle Schulden. 68
Krähe läst das hüpffen nicht. 44
Krieg/ darinn frist und saufft man. 52
Krieg/ wenn man diesen anfängt/ so fangt man auch an zu lügen. 80
Krumm/ je krümmer/ je tümmer. 53
Krummstab schließt niemand aus. 36
Darunter ist gut wohnen. Ibid.

L.

Land/ es hat nicht jedes Land alles bey der Hand. 86
Lands-Kinder soll man vor allen befördern. 96
Lapsus facilis. 57
Largiri debet quilibet de suo. 16
Latein! wer dieses nicht gelernet hat/ solle es gehen lassen. 89
Läugnen/ wenn man mit diesem könnte vom Galgen kommen/ so würde niemand gehencket. 94
Lauß/ wenn die einmahl im Beltz sitzt/ ist sie schwer wieder herauß zu bringen.
Leben absprechen quid sit. 74
Leder/ aus frembden ist gut Riemen schneiden. 75

Leder / das soll man nicht stehlen ꝛc. 16
Leib und Gut geht miteinander. 69
Leib Gut schwindet das Haubt-Gut. 62
Leyhe deinem Freund / und mahne deinen Feind 92
Leich-Predigten / Lügen Predigten. 61. Idem de parentationibus dicendum. 61
Lehenschafft zieht keine Unterthänigkeit nach sich. 70
Leugt / wer diß gern / thut / stihlt auch gern. 72
Lieb und Noth hat kein Gebott. 88
Liebe / diese steiget nicht über / sondern unter sich. 26
Lied / das gut ist / kan man zweymahl singen. 71
Liberalis quilibet sit de suo. 75
Lilia non nent. 12
Literæ alienæ non sunt inspiciendæ. 11. nisi præsumatur aliquod delictum. Ibid. Et illud fiat à superiori. Ibid.
Litis omnis eventus dubius est. 21
Lites non sunt suadendæ. Ibid.
Lob / ein anderer lob Wasser / ich lobe den Wein. 84
Lobwasser Author est psalmorum rhythmicorum. Ibid:
Lohn / so verdient ist / schreyet zu GOtt. 67
Looß stillet den Hader. 76
Loser an der Wand / hört seine eigene Schand 82
Lügen / auf diese gehört eine Maulschelle. 81
Lustig in Ehren kan niemand wehren. 72
Lust und Lieb zu einem Ding / macht alle Mühe und Arbeit gering. 79

M.

Maaß ist in allen Dingen gut. 97
Magistratus legum violationem vindicare dicitur. 100
Mala non sunt facienda, ut inde eveniant bona. 16
Malis ex duobus minimum eligendum. 23
Mann und Weib sind ein Leib. 95
Martinus est Moguntinensium Patronus. 37
Medicus, es ist besser daß dieser als der Iurist das Leben absagt. 74
Medici plures non bene curant. 15
Media debet quadrare ad finem. 59

Medium tenendum. 97
Mendacium parit indicium furti. 73
Mendacium alapâ luitur. 81
Mensch / einer ist so gut als der andere. 4
Mensch/wozu dieser Lust hat/dazu hat er auch Andacht. 79
Merces corruptas qui vendit, Stellionatus reus est. 63
Mercatores, apud hos fides exuberans esse debet. 45
Milites sæpe duriter tractantur. 42
Modus in omnibus rebus prodest. 97
Moguntia dicitur à Mogo sive Mœno 14. Ab antiquo nequam. ibid. An hoc verum sit? Ibid.
Molitores an sint infames? 5. Eorum liberi recipiendi à collegiis opificum. Ibid.
Moneta debet esse iusti ponderis. 92
Monopolia publico nocent. 54
de Mortuis nil nisi bene. 50
in Mortuos regulariter nulla statuitur poena. 51
Le Mort saisit le vif. 52
Mortuus transfert possessionem jurium in vivum suum proximum cognatum. 52
Mortuus allambens an possit nocere. 51
Morgenstund hat Gold im Mund. 6
München soll mich nähren. 90
Müntze / bey dieser soll man lehren / wie sich thut die Welt verkehren. 92
Müller der ist fromm/ der Haar auf den Zähnen hat 5
Mund / so viel dessen sind / so viel Pfund. 66
Mutschierung bricht keine gesammte Hand. 3

N.

Natura semper recurrit. 44
Necesitas non habet legem. 88
Negare est furum. 94
Negatio non semper rem conficit. Ibid.
Nobilitas olim neque per patrem, neque per matrem solam communicabatur. 36

O.

Omnia conando docilis solertia vincit. 79

In Operis exigendis rusticis moderatione opus est. 91
Oppignorationes ab imperio olim factæ sunt irreluibiles. 11 60

P.

Patrinitas impedit interdum matrimonium 78
Paupertatis & divitiarum probatio difficilis est. 65
Pignori an præscribi possit? 60
Præceptores sævire non debent. 32
Prodigus tandem bona aliena involat. 18
Propolia sunt nociva. 54

Q.

Qualitates innatæ non facilè dimittuntur. 44

R.

Rector Lipsiensis olim immortalis dictus. 12
Religionem armis defendere licet. 24
Reluitioni an præscribi queat? 60

S.

Sachsen erlanget erblich das Fürstenthum Coburg. 2
S. Kilian flicket dem St. Martino den Mantel 37
Schwägerschafft/ diese hat ein Ende/ wenn die Frau todt ist 77
Schweden/ dessen König ist mit Tod und Teuffel in Teutschland kommen. 17
Scientia sola an sufficiat ad culpam. 19
Sepeliendi jus impetratur à Patrono Ecclesiæ. 41. contrariatur jus canonicum. Ibid
Servi & famuli utuntur jure retentionis. 67. Habent usuras ex tempore moræ petendas. Ibid.
Sorte lis dirimitur. 76
Spindel/ auf diese fällt nicht die Crone Franckreichs 65
Superflua non nocent. 71
Superintendenten werden nicht mit der Elen ausgemessen. 10

T.

Tellus, non omnis fert omnia tellus. 87
Teuffel/ dieser ist GOttes Aff. 30
Tochter/ wer diese haben will muß es mit der Mutter halten. 53

Tod / von diesem solle man nichts als Liebes und Gutes reden. 50
Todter erbet den Lebenden. 52
Todter so da schwätzet. 51
Tractantur multa, quæ non statim concluduntur. 26
Hinc quoque non obligant. Ibid.
Treue / diese ist sich ein jeder am nächsten schuldig. 28
Trier ist die allerälteste Stadt in Teutschland. 54
Trunckene Freud / nüchteres Leyd. 55
Trunckener Mann / diesem solle ein geladener Wagen ausweichen. 56
Tutela non nisi ab uno administratur. 16

U.

Vatter / dieser kan seinen Sohn nicht schelten. 25. Kan ehe zehen Kinder ernähren / als zehen Kinder einen Vatter. 27. Vatters-Liebe gehet über alle Liebe. Ibid.
Vergeben aber nicht vergessen / An hoc Christianum sit? 20
Vergleich / der mager ist besser als ein fettes Urtheil. 21
Verkäuffer mus die Gewähr leisten. 22
Versatz verjährt nicht. 60
Versehen ist bald geschehen. 57
Vestis facit virum. 1
Vestimenta pro statu & conditione sua quis habere debet. ibid. Dignitatem non conficiunt. 9
Vita & bona an pari passu ambulant. 69
Vitam bonam mors sequitur bona. 98
Unversucht taugt nicht. 58

W.

Wasser / auf dieses folgen Kriege. 31
Wohl gelebt / wohl gestorben. 98

FINIS CENT. VI.

THESAVRVS PAROEMIARVM GERMANICO-JVRIDICARVM.

Teutsch-Juristischer Sprüchwörter-Schatz/

IN QVO
MILLE ET QVOD EXCVRRIT,
GERMANORVM DICTERIA, CVM-
PRIMIS JVRIS, RECENSENTVR,
RATIONIBVS, LEGIBVS, AC DECLA-
RATIONIBVS ILLVSTRANTVR,
ET QVIDEM EJVS

CENTVRIA SEPTIMA,

OPERA ET STVDIO
GEORG. TOB. PISTORII, U. J. L.
Ill. Comiti Hohenloico-Weickersheimensi à Consiliis & Cancellariæ Directoris.

AUGUSTÆ VINDELICORUM
Apud DAVID RAYMUND MERZ & JOH. JACOB MAYER.
1724.

VIRO
ILLUSTRI ET GENEROSO,
DOMINO
GEORGIO MEL-
CHIORI DE LU-
DOLF,
S. R. I. EQUITI
AUGUSTISSIMÆ CAMERÆ IMPERIA-
LIS ADSESSORI
EXCELLENTISSIMO,
DN. PATRONO SUO
DEVENERANDO

HANC PAROEMIARUM CENTURIAM
SEPTIMAM CONSECRAT

AUTOR.

CENTURIA VII. PAROEMIARUM.

1. DEr Wille ist des Wercks Seele.
2. Es ist gleichviel, ob einen eine Hur lobt, oder ein Schelm schiltet.
3. Schäfer und Schinder sind Geschwister Kinder.
4. Zu viel Recht ist unrecht.
5. Wer nicht kan fechten, gewinnet nichts mit Rechten.
6. Necker-Wein, Schlecker-Wein,
Rhein-Wein, fein Wein,
Francken-Wein, Krancken-Wein.
7. Gut meynen macht offt weinen.
8. Unausgemachte Sachen solle man niemanden weisen.
9. Es ist alle Tage der dritte Theil der Welt feil.
10. De Welt heft sick ummekeert
Drum so hebbe ick Essel pipen geleert.
11. Aller Anfang ist schwehr.
12. Was man mit wenigen kan schlichten,
Das soll man mit vielem nicht verrichten.
13. Weiber nehmen ist kein Pferd-Handel.
14. Narren muß man die Kolbe lausen.
15. Das Pferd, so den Habern am meisten verdienet, bekommt am wenigsten.
16. Es wird der Welt noch fehlen an Müntz, an Holtz und guten Freunden.

17. Wer kan Latein, hat ein gut Pferd und Seckel mit Geld,
Der reist und kommt wol durch die gantze Welt.

18. Wer zu eines andern Weib sich gesellt,
Und mit derselbigen zuhält,
Der darff sich drob beklagen nicht,
Wann ihm dergleichen auch geschicht.

19. Wann Unfried ist in aller Welt,
Gielt der Soldat das meinste Geld.

20. Man muß sich strecken nach der Decken.

21. Wann die Liebe also zunähme, wie sie abnimmt, so frässeten sich die Eheleute vor Liebe.

22. Wer mich lobt in præsentia.
Und schilt mich in absentia.
Den hole die pestilentia.

23. Ein Handwerck hat einen güldenen Boden.

24. Man muß der Kalb-Zeit ihr Recht lassen.

25. Es hat mancher mehr Glück als Recht.

26. Wer zwey Hasen zugleich hetzen will, der fänget gar keinen.

27. Juristen böse Christen.

28. Ein Jäher gibt keinen guten Jäger.

29. Es mag leicht, daß einen ein Bauer lobet.

30. Ein jeder Herr ist Käyser in seinem Land.

31. Zwey Schwert des Marsalle Amt bedeuten
Die Wendische Heyden auszureuten.

32. Die Schwieger sind nicht besser, als wann Graß auf ihnen wächset.

33 Schwieger-Mutter, Tieger-Mutter.

34. Die

34. Die besten Schwimmer ersauffen, und die besten Fechter werden erschlagen.
35. Wer nicht kan Schimpf verstehn,
Soll nicht zu Leuten gehn.
36. Welcher des Teufels bereits eigen ist, der hat gut schwöhren.
37. Wer recht schwöret, der betet recht.
38. Vor Galgen und Rad kan man sich wol hüten, aber nicht vor dem Schwerdt.
39. Kupfern Geld, Kupferne Seel-Messen.
40. Seelen-Sorger, Seelen-Worger.
41. Sequester machen leere Nester.
42. Viel Köpffe viel Sinn; Einem jeden Tappen, gefällt seine Kappen.
43. Wer wol sitzet, der lasse sein Rucken.
44. Es ist nichts so klein gesponnen, es kommt doch endlich an die Sonnen.
45. Wann die Sonn am Himmel ist, siehet man die Sterne nicht.
46. Wer mit Soldaten will Ehre erjagen,
Muß sie wohl zahlen und rechtschaffen plagen.
47. Zu Ehren soll man nichts spahren.
48. Ein Spahrer will einen Verthuer haben.
49. In Spanien gehet die Sonne niemahls unter.
50. Es spielen sich eher zehen arm, als einer reich.
51. Man solle es bey denen alten Löchern lassen.
52. D. Luthers Schuhe sind nicht einem jedweden gerecht.

53. Met Dycken und met Dämmen moet man dat Land erhohlen.
54. Ein gute Krümm ist bißweilen nichts üm.
55. Der Krug gehet so lang zum Wasser, biß er endlich zerbricht.
56. Eine beschmissene Kuh hätte ihrer gern zwu.
57. Traue! schaue! Wem?
58. GOtt verlässet keinen Teutschen, hungert ihn nicht, so dürstet ihn doch.
59. Straßburger Geschütz,
Nürnberger Witz,
Venediger Macht,
Augspurger Pracht,
Ulmer Geld,
Bezwinget die gantze Welt.
60. Wer viel hat, der muß auch viel Straf geben.
61. Die Spanier pflegen in Sicilien die Unterthanen ums Geld zu zausen, in Neapoli zu schinden, und im Hertzogthum Mayland gar zu fressen.
62. Dücke dich Seel, es kommet ein Platzregen.
63. Ein Schwert hält das andere in der Scheide.
64. Wer schuldig ist, muß bezahlen.
65. Es hemmet keine Schuld die andere.
66. Einem Schmeichler und Wolff ist nicht zu trauen.
67. Schlagen ist kein Recht.
68. Weit davon ist gut vor den Schuß.

69. Das Recht schiert haarscharf.
70. Ein neuer Medicus, ein neuer Kirchhof.
71. An Riemen nagen lernen die Hunde Leder fressen.
72. Man muß das prævenire spielen.
73. Wer im Rohr sitzet, schneidt sich Pfeiffen.
74. Pfaffen-Guth, raffen-Guth.
75. Die Pfaffen sind alle geitzig.
76. Peine ist gemacht so vest,
Daß die Eule blieb im Nest.
77. Man suchet keinen hinter dem Ofen, man habe dann selbst dahinten gestecket.
78. Der Neid wird zu Hof gebohren, in Clöstern erhalten, im Spittal aber begraben.
79. Zehen Phantasten geben erst einen Narren.
80. Die Nacht ist nicht jedermanns Freund.
81. Der Main ist hoch entsprossen, lang genossen, viel verflossen.
82. Kommt Zeit, kommt Rath.
83. Es ist besser stehlen als zeihen.
84. Wo die Füsse gebunden sind, da läufft die Zunge am allermeisten.
85. Die Doctores müssen alt, die Apothecker reich, und die Barbirer jung seyn.
86. Wie der Wirth ist, so sind auch die Gäste.
87. In Westphalen gehet man durch die Feuer-Mauer in das Hauß.
88. Schick dich in die Welt hinein;
Denn dein Kopf ist viel zu klein,
Daß sich schickt die Welt darein.
89. Wein ein, Witz aus.

90. Zu Bacharach am Rhein,
Klingenberg am Mayn,
Und Würtzburg auf dem Stein,
Wachsen in Teutschland die besten Wein.

91. Wie man in den Wald schreyet, so schallet es wieder.

92. Wo man das placebo singet, da muß die Wahrheit zurück stehen.

93. Vor Gewalt ist man zu währen nicht schuldig.

94. Herren Gebott geht allen vor.

95. Es ist kein Narr, der einem was zumuthet, sondern der es thut.

96. Man soll einen Fürsten erkennen bey einer Strasse, guter Müntze und Haltung beschehener Zusage.

97. Zu geschehenen Dingen solle man das beste reden.

98. Möbelen hebben geen Gevolge.

99. Es ist im gantzen Geu kein Hauß,
Es guckt ein Geyer oder Zobel rauß.

100. Schweig, leid und vertrag,
Dein Unglück niemand sag!

I.

1. DEr Wille ist des Wercks Seele. Voluntas rei anima est, sive Der Wille gibt dem Werck den Nahmen. Voluntas actionis moralis causa & productrix est. Alias dicitur: voluntas causa vitii & virtutis est.

2. Probatur per *l. qui injuriæ* 53. *ff. de furt. & c. dilectus* 13. *X. de homicid. can. nasci* 5. *dist.* 56 *can. sciendum* 35. 27. *q.* 1. *cum voluntate* 54. *de sentent. excomm.*

3. Ratio quia voluntas actioni morali dat formalitatem, scil. proæresin, *Thomasius in Jurisprudentia divina L.* 1. *c.* 1. §. 55. *p.* 21. Quæ in libera voluntatis determinatione consistit, *Schilterus in Manuductione Phil. Mor. c.* 5. §. 8. *p.* 197.

4. Declara, regulam hanc obtinere locum, cum quæritur, quale sit delictum? hôc enim respectu voluntas hîc consideratur, eamque distinguere maleficia verum est. *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Com. sub voc. maleficium ax.* 3.

5. Fallit cùm quæritur, quomodo delinquens puniri debeat? tunc enim etiam factum subsequi debere tralatitii juris est *l. facta* 16. §. *eventus ff. d. Poen.*

Poen. ita ut voluntas & factum copulativè requirantur ad infligendam pœnam, cùm cogitationis qua talis pœnam nemo patiatur *l. 28. ff. de pœn.* & quidem eapropter, quia delictum & factum & animum, sive ut jura loquuntur, dolum vel culpam præsupponit. Vid. *Lauterbach. in Compend. Jur. tit. de Privat. delict. lit. A. a. p. m.* 649. Addatur *Hertius in Tract. Jur. de Paroemiis Juris L. 3. par.* 1. *p.* 621.

II.

1. Es ist gleich viel / ob einen eine Hur lobt / oder ein Schelm schiltet. Perinde est, sive aliquem meretrices laudent sive nebulones culpent, hoc est *meretrices neminem laudare & infames neminem culpare possunt.* Meminit hujus *Dn. Eichelius Antecessor Helmstadiensis in Dissert. de retorsione injuriarum verbalium* §. 20.

2. Resp. quia & meretricis, & infamis dicta susque deque habentur: uterque enim ad testimonium ferendum inhabilis est.

3. Declara, quatenus per meretricem h. l. omnis illa fœmina intelligitur, quæ stupri criminis condemnata fuit, & per Schelm talis infamis homo, qui nequitiæ alicujus reus declaratus, aut ipso jure infamis est.

4. Ampliatur ut moribus, imprimis Opificum, Studiosorum & Militum omnis ille pro incapaci ad convicium alteri dicendum habeatur, qui ipse convició aliquô affectus est, der schon eine auf sich sitzen hat. Ratio est, quia creditur, sublatum

esse

esse ejusmodi injuriâ affecto honorem. Sed enim & rationi & juri refragatur hæc opinio, cum fama nostra, & honor privatorum contumeliâ non auferri neque infamia nobis conciliari possit, *l. un. C. de famos Libell.* Sed ille potius infamis fiat, qui malitiosô animô nos conviciatur. *Conf. Hertius in Epidipnidibus Paroem. Jur. Germ. par. 29. p.* 38.

III.

1. **Schäfer und Schinder sind Geschwister Kinder.** Opiliones & excoriatores consanguinei sunt, h. e. *in eodem statu ac conditione.*

2. Ratio: conveniunt enim in uno tertio, quod scil. & opilio & excoriator cadavera deglubat. Sie schinden alle beyde / quæ autem conveniunt in uno tertio, illa inter se conveniunt.

3. Declar. (1.) ut tamen inter eos adhuc quædam sit differentia: sicut enim qualitatis proprium est habere suos gradus; ita etiam excoriator vilior est opilione.

4. Declar. (2.) ut procedat saltem quoad illos opiliones, qui operam suam in ovibus pascendis aliis addicunt und die da würcklich abdecken / *Beyer in Tr. de Tyrone c. 6. §. 9. n. 274. p.* 58. per rationes ibi adductas *n. 275. seqq.*

5. Fallit quoad illos, qui propria sua habent ovilia, eaque per familiam suam exercent, aut aliis elocant *Beyer d. l.*

6. Hinc de moribus & praxi plerorumque opificiorum opilionum deglubentium liberi non ad-

mit-

mittuntur ad opificia, quamvis, si controversia veniat decidenda ad JCtos, hi pro opilionum liberis responderint, vi recessuum, tanquam legum publicarum ab omnibus Statibus Imperii receptarum *Beyer d. l.* §. 278. Add. *Beati Dn. Struvii dissert. de Jure Ovium Jenæ sub ejus præsidio habita c. 2. th. 24. & 25.* Idem statuendum est de eorum testimonii dictione *ibid.* Add. *Hertius in Epidipnidibus Paroem. Jur. Germ. par. 3. p. 5.*

IV.

1. **Zu viel Recht ist unrecht.** Nimium juris injustum est.

2. Ratio quia justitia est virtus, quæ æquè ac aliæ virtutes in medio consistit, adeoque nullum excessum nullumque defectum admittit, quod autem nimium est, illud non est medium, adeoque etiam non jus sive justitia.

3. Concordat *c. de his 2. q. 7. & c. serpens de pœnit. dist. 1. c. disciplina 45. dist. & c. qui emendat dist. ead.*

4. Declara scilicet respectu illius cui nimio illô juris præjudicatur sive tertius innocens sit, sive actor sive reus, sive illud nimium juris consistat in tributione boni v. g. wann man einem 200. zuerkannt, da er mehr nicht dann 100. zu erfordern hat, sive in tributione mali & rigore juris v. g. wann man einem den Staub-Beesen giebt, da er doch nur die relegation verdienet. Pertinet ad hunc ultimum casum illud Terentii in *Heaut. A. 4. S. 4.* Summum jus summa injuria h. e. nimius juris rigor, quando leges sine ali-

qua

qua mitigatione vel æquitate obſervantur, prout *Minellius* locum hunc interpretatur, vel etiam quod eodem recidit neglectis circumſtantiis, uti vult *Itterus in Synopſi Philoſophiæ moralis L.* 3. *c.* 9. *L.* 2. *p.m.* 126. Sey nicht allzugerecht noch allzuweiſe, daß du dich nicht verderbeſt, Eccleſ. 7. Vid. Reinhold von Dreſchau in *Hodoſophia Viatoris Chriſt. p.* 1013.

5. Declara (2) veram eſſe parœmiam de tali rigore, ubi nulla ratio peræquitatis artem elici poteſt *Treutlerus Vol.* 1. *diſp.* 1. *th.* 2. *lit. b. Tabor ad Barboſam in Theſ. Loc. Comm. ſub voc. rigor. ax.* 1. *p.m.* 251. imprimis in criminalibus, ubi de vita & non de glande legenda agitur. Conf. omninò *Hartz. in Tr. Crim. de Reorum, præſertim beneficarum, inquiſitione concl.* 4. *n.* 30. *p.* 64. *ſeq.* & *Tabor apud Barboſam in Theſauro Loc. Comm. ſub voc. juſtitia ax.* 2. ubi habetur, quod qui nimis juſtus eſt, plerumque in injuſtitia ſua pereat.

V.

1. Wer nicht kan fechten, (*a*)
Gewinnet nichts mit rechten.
Qui non eſt pugnando,
Nil lucratur litigando.

2. (*a*) h. e. bey ſeiner poſſeſſione vel quaſi ſich mainteniren *Dn. Hertius in Select. & Rar. ex Univ. Jurisprud. Argum. de Parœm. Jur. Germ. L.* 1. *par.* 88. *p.* 543. *Leucht. in tract. Acad. de Jurisdictione p. m.* 567. *in f.* vel etiam: ſich wacker wehren, defendiren, dem adverſario nichts einräumen. Hinc alii dicunt: rechten iſt fechten.

ten. Vid. *Mullerus in Not. ad Struv. Syntagma Juris ff. Exercit. VI. th. 54. p. 329.*

(3.) R. quia concedendo aliquid vel cedendo facilè sibi aliquis præjudicare & adversario telum contra se ipsum torquendum præbere potest; imprimis autem nocet sibi, quando possessionem non defendit, utpote cujus recuperatio difficilis est. Quapropter etiam armis defendi potest possessio contra invasorem *Dn. Hertius d. l.* Conf. *l.* 1. *C. si per vim. l. ult. C. d. R. V. Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Comm. sub voc. possessio ax.* 11. *Mevius P. 6. d.* 173. *Leuchtius d. l.* & amissam possessionem armis & manu collectâ licet recuperare, quatenus nimirum id in continenti fit, & antequam partes ad aliud pervenerint *l.* 3. *§.* 9. *l.* 7. *d. Vi & vi arm. Hertius d. l.* Conf. *par.* Gewalt kan man mit Gewalt abtreiben.

4. Declar. quod imprimis adversus potentiores alacri opus sit defensione, denn mit grossen Herren rechten, ist mit zehen Mannen fechten. *Zeilerus in Opere Epist. P. 1. p.* 170.

VI.

1. Necker- (*a*) Wein, Schlecker-Wein, Rhein-Wein, fein Wein, Francken-Wein, Krancken-Wein.

2 (*a*) Nicrus est fluvius in Suevia non procul ab urbe Rohtwill oriundus, & propter Manhemium in Rhenum se diffundens. Vinum ad istum crescens dicitur der Necker-Wein. Mirum non est, quod vinum hoc in deliciis habeatur;

tur; admodum enim convenit nomenclatura ejus cum nectare. Affine & vicinum huic est vinum Kocheranum der Kocher-Wein, de quo vulgò dici Solet: daß er dicke Bäuche und dünne Köpffe mache, ob rationem quia urinam non pellit & flatus excitat, capiti verò nullam molestiam parit; E contrario machet der Francken-Wein dünne Bäuche und dicke Köpffe. Per Rhenanum vinum hîç illud intelligitur, quod ad Rhenum, & per franconicum, quod admœnum nascitur.

3. Ratio primi, quia est molle & suave ob temperaturam acidi & spirituosi principii, copiamque aquæ, ratio secundi, quia est subtile & salubre, ratio tertii, quia sulphure gaudet spiritibus corporis nostri minus amico, ita ut largius potum capitis gravitatem & torporem membris imprimere soleat. *Celeberrimus D. Hofmannus in dissertatione sub ejus præsidio à Dn.* Kauppers *Halæ Magd. pro gradu habita c. 2. p. m. 16. seq.* Hinc ludendum, non luctandum cum eo; nam intemperantiùs haustum, immodestè se ulciscitur, nec capita sola diffidit, aut articulos elidit, sed totum etiam hominem sæpe sternit. *Limnæus in A. B. c. 27. §. 5. p. 543.* Ratio autem differentiæ & varietatis vinorum, tàm quoad saporem, colorem & odorem, quam quoad consistentiam & virtutem consistit in diversitate sulphuris, salis & Mercurii, nec non terræ ac aquæ, quæ omnia vinum ingrediuntur *Hofmannus d. l. c. 3.*

4. Declaratur, quòd inter vina nicrica Heilbronnense, inter Rhenana, Hochheimense, Rhingavicum, & Bacharachicum, inter mœnana

Nnn verò

verò vinum â Stein dictum, der Stein-Wein, Sommerhuſanum, Randesackerianum, Sômmeracharum, Klingenbergenſe & Wertheimenſe palmam præripiat reliquis. Hinc:

Zu Klingenberg am Mayn,
Zu Würtzburg auf dem Stein,
Zu Sommerach auf dem Sand,
Wachſen die beſten Wein im gantzen Land.

Quicquid autem hujus ſit placet illud imperatoris Ferdinandi I. dictum: nach eines fromen Manns Herkommen und guten Weins Heimat ſoll man nicht gar zu genau fragen. De quæſtionibus illis juris, circa vinum aliàs occurrentibus videntur *Proſperus Rondella in Tract. de Vinea, Vindemia & vino.*

Pertinent huc vulgati illi rhytmi:

Vinum Moſellanum.
Fuit omni tempore ſanum.
Vinum Rhenenſe,
Decus eſt & gloria menſæ.

VII.

1. GUt meynen macht offt weinen. Benè opinari ſæpè facit lacrymari. Mentionem hujus facit *Dietherrus in Contin. Theſ. Pract. Beſoldi ſub voc.* weinen *p.* 637. h. e. ſæpè optimè cogitata peſſimè cadunt.

2. R. quia intentioni non ſemper reſpondet eventus, ſed ſæpius bonam intentionem infelix ſequitur exitus.

3. De-

3. Declar. quandò nimirum rem ejusque circumstantias sufficienter non ponderamus.

4. Exemplum solenne habemus in Usa 2. *Sam.* 6. *v.* 6. 7. 1. *Chron. c.* 14. *v.* 9. 10. qui bonâ opinione & intentione fœderis arcam tangebat, & nihilominus tamen ultimô suppliciô afficiebatur. Sic sæpè parentes liberis indulgent ex lenitate quadam & bonô animô, & hoc ipsô eos faciunt feroces ac immorigeros, qui deindè fletum illis excitant & lacrymas. Conf. *Zeilerus P.* 2. *Ep. p.* 396.

5. Deindè proverbium quoque ita procedit, ut sensus sit: lacrymæ bonæ intentionis signa sunt & indices, stumme Zungen / quod tamen sæpè fallit, cùm etiam ab ira & lætitia cieri possint lacrymæ. Es giebt Crocodillen-Thränen. Vid. *Dn.* Pielnhuber *in Dissert. inaug. de Jure lacrymarum, c.* 3. *n.* 46. imprimis quoad fœminas, quæ secundum Ovidium:

Ut flerent oculos erudiere suos
Gallus dicit:
Femme rit quand elle peut
Et plevre, quand elle veut.

Conf. *Dietherrus in Contin. Thesauri Besoldi sub voc.* weinen *p.* 637. ubi Lutheri dictum hoc fuisse asserit, & Reinkingk in der Biblischen Policey *L.* 2. *ax.* 66. *p.* 362.

VIII.

1. Unausgemachte Sachen solle man niemanden weisen. Opera imper-

fecta oculari inspectioni non sistenda. Insulsiores dicunt: Unausgemachte Sachen solle man keinem Narren weisen / h. e. keinem Unverständigen.

2. R. (1.) Quia plerumque formâ destituuntur sie sind unansehnlich / formæ autem defectus vilipendium parit in animo emtoris, (2) quia ocularis inspectio operum imperfectorum sæpè detegit fraudem opificum & artificum.

3. Declar. dicterium hoc adeò improbari non posse, si dolus absit ab artifice: quod si verò artifex fraudem facit in conficiendo opere, & eapropter hoc ostendere nolit emturo, nullus dubito, quin per præceptum compelli ille possit ad exhibendum. Conf. *Struvius in Jurisprud. Rom. Germ. For. L. 2. t. 14. §. 2. p. m.* 286. Add. paroem. Das Besehen hat man umsonst.

IX.

1. Es ist alle Tage der 3te Theil der Welt feil. Quotidiè tertia pars mundi venalis prostat.

2. Ratio consistit partim in paupertate, quæ homines ad vendendum cogit, partim in lucri cupiditate, quæ eos tenet.

3. Declara: si scil. emtores satis pecuniæ habeant, & quoque offerant, ums Geld kan man alles bekommen. Nec enim sufficit rem aliquam venalem esse, sed adsit insuper, qui emat, necesse est, cùm emtio venditio sit contractus, qui minimùm duas requirit personas, ementem scil. & vendentem

4. E. G

4. E. G. Vendit quis agros ſuos vectigales ſeine Erbzinß-Güter vor 8000. Thlr. & cum iſtis laudemium, ſive canonem, de agro vectigali debitum, qui hîc in Franconia das Hand-Lohn appellatur, & plerumque vigeſima pars pretii eſt des Kauff-Schillings, oder 5. von 100. (Alibi decima, alibi decima quinta, alibi adhuc aliter.) Laudemium hoc ſingulis annis ſummam exæquare 100. thalerorum es trüge jährlich 100. Rthlr. aſſeritur à venditore, cui emtor reponit, hoc planè impoſſibile eſſe, agros ipſos ad unum omnes conſtare ſaltem 8000. thaleris ergò nec laudemium poſſe ſingulis annis ad centum thaleros ſe extendere, weilen man nicht alle Jahr vor 2000. fl. Güter verkauffen könnte. Iſte, venditor ſc. replicat, es ſeye ja alle Tage der 3te Theil der Welt feil. E. ſo würde man ja wenigſtens etwa den 4ten Theil verkauffen können. Quæritur an ratio deſuper iniri queat? Puto quod non, quia non ſequitur, der 3te Theil der Welt iſt feil, E. wird auch gleich der 3te oder wenigſtens doch der 4te Theil verkauffet. Es iſt manches Gut viel Jahr feil, und wird deßwegen doch nicht verkaufft.

X.

1. DE Welt heft ſick ummekeert,
Drum ſo hebbe ick Eſel pipen geleert.

Noſtrâ dialectô diceres:

Die Welt hat ſich umgekehrt,
Drum hab' ich Eſel pfeiffen gelernt.

Mundus est immutatus ac perversus,
Ideò asinus fistulâ canere didicit.

2. Sunt verba, quæ Hamburgi in templo cathedrali in der Dom-Kirche, & quidem in monumento quodam, asinum fistulâ canentem repræsentante, & ad meridiem posito, versusque septentrionem respiciente legenda sunt. Origo hujus rei fabulosa mihi visa fuit, ideoque eam hîc recensere non operæ duxi esse pretium. Lambecius, vir ille Doctissimus, putat hoc hieroglyphicè intelligendum esse de (1.) ridiculis & antiquitatum ignaris (2.) de fastuosis illis & indignis hominibus. (3.) De infelicibus artificibus. *Vid.* das geöffnete Teutschland *p. m.* 156. Ego has cogitationes suô locô relinquô. Hoc verò certum, quòd nihil aliud, quàm perversum mundi statum hôc ipsô indicare voluerint veteres, & quòd asini ac idiotæ sæpè promoveantur, digni verò prætereantur, wer das Glück hat führt die Braut heim. Dignus & indignus simpliciter promotionem adsciscunt. Add. *Dn.* Tentzel *in Bibliotheca Curiosa de A.* 1706. *p.* 270, *seqq.* Tota inscriptio dicti sepulchri ita habet: Ick for du na f. n. v. t. De Welt heft sick ummekeert, drum so hebbe ick Esel pipen geleert.. Naket bin ick gebohren, hir is mehr gewunnen, aß verlahren. O min HEr und GOtt wes barmhartig mick arme Sünder des Dingstags na *Michaëlis* starf seelige Gesche van den Holten.

XI.

XI.

1. ALler Anfang ist schwehr, Omne principium grave est.

2 Ratio, quia principium cujusque rei potissima pars est *L. 1. ff. d. O. J.* & hinc plurimum Ingenii requirit. Inventis facile est aliquid addere. Ubi illud rectè ponitur, cætera facile consequuntur. *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Comm. sub voc. Principium ax.* 1. Unde illud etiam in omnibus rebus spectandum *Barbosa d. l. ax.* 5.

3. Per allusionem quandam & jocum latinum dicterium: *Omne principium grave est*, germanicè quis ita reddidit: Alle Fürsten sind Grafen gewesen, alludens ad vocem *Principium*, per quam *Principes* sive Fürsten, & ad vocem *Grave*, per quam *Graviones* sive Grafen intelligebat, ita ut sensus foret. Es ist in Teutschland kein altes Fürstliches Hauß, welches nicht von denen Grafen herkommt, oder dessen Vorfahren nicht auch Grafen gewesen, quod verum esse puto, si ad tempora antiquiora dignitatem Comitialem referre velimus. Qualibet qualitas habet suos gradus, initium & finem & ita etiam dignitas Principum. Sic enim Gens *Austriaca* suam debet originem Comitibus *Habsburgicis*, *Bavarica* & *Palatina* Comitibus *Schyrensibus*, & *Wittelsbacensibus*, *Saxonia* Comitibus *Wetinensibus*, *Brandenburgica*, Comitibus *Zolleranis*, *Hassiaca* Comitibus *Lovaniensibus*. Vid. Lucæ in dem Uhralten Fürsten-Saal, *p.* 233. *Holsatica* Comitibus *Oldenburgicis*, *Wirtembergica*

Comitibus Wirtembergicis, *Anhaltina* Comitibus *Ascaniensibus* & *Ballenstadiensibus*, *Imhoffii Not. Proc. Germ. L. IV. c. 20. p. 283.* Knaut *in Antiquitatibus Ballenstadiensibus & Ascaniensibus per tot. Badensis*, Comitibus *Habsburgicis Lucæ d. l. p. 116.* & hi Comitibus *Vindoniensibus* & *Altenburgicis* Europ. Herold d. l. p. 255. De *Mecklenburgica* & *Brunsvicensi* dubium est, nisi Dynastas ex quibus illa, & Marchiones, ex quibus hæc originem suam ducit, pro Comitibus habere velis. Imò si tempora antiquiora ante Carolum M. respicere velis, ampliari potest nostra paroemia & dici: Alle Fürsten sind Edelleute und Bürger gewesen.

5. Procedit hoc dicterium, alle Fürsten sind Grafen gewesen, quodammodò etiam vice versâ & ita: viele Grafen sind Fürsten gewesen, quatenus nimirum de antiquis nonnullis Comitum Familiis sermo est, qui injuriâ temporum Carolinorum, vel etiam posteâ principalem dignitatem amisisse dicuntur, exemplo nobis est Domus *Castellana*, *Limburgica*, *Gronfeldensis*, &c. an olim Duces filios suos appellaverint *Comites*, sicuti hodiè illos salutant Printzen? vid. Juncker *in Geographia medii ævi p. 550.*

XII.

1. WAs man mit wenigem kan schlichten,
Das soll man mit vielem nicht verrichten.

Quod

Quod poteſt fieri per pauca,
Non debet fieri per plurà.

2. Prob. per *l.* 1. *quod met. cauſ. l. ampliorem* 39. §. *in refutatoriis* 6. *C. de Appellat. l. dominus* 53. *ff. de Cond. indeb.*

3. Ratio (1.) quia brevitati ſtudendum (2) quia operam & tempus fruſtrà perdere non debemus.

4. Declar. modò per pauca illa res æquè benè ac per plura fieri poteſt E. G. ubi modico argentô aliquid expediri & effici poteſt, ibi multum pecuniæ haud inſumendum eſt.

5. Fallit ergò, quando quis unâ fideliâ duos parietes dealbare, vel unô collyriô omnium oculos curare ſatagit, nec tamen illud efficere poteſt, quòd imperitis Medicis ſolenne eſt, qui non habitâ ratione morborum & perſonarum eadem remedia omnibus adhibent. Vid. *Woldenbergius in Mic. Jur. p.* 26. Add. *Tabor apud Barboſam in Theſ. Loc. Comm. ſub voc. plura ax.* 1.

XIII.

1. Weiber nehmen iſt kein Pferde-Handel. Uxorem ducere non eſt equum emere. h. e. conjugium non contractus eſt.

2. R. quia officia conjugalia non ſunt res ad commercium habiles, & quæ pecuniâ æſtimantur *Hoppius in Comment. inſt.* §. 1. *de Pat. Poteſtat.*

3. Decl. propriè ſcilicet & in ſenſu juris Romani, quia mutuô alias diſſenſu diſſolvi poſſet, quòd tamen fieri nequit, ſondern es heiſſet hier: Haſt

du mich genommen / so must du mich behalten. Ob individuitatem consuetudinis conjugialis.

4. Ampliatur etiam ad maritos, ita ut nec hos pro lubitu dimittere liceat.

5. Limit. nisi tale quid accidat, ob quod matrimonium rescindi potest, aut illud ipsô jure pro nullo declarandum.

6. Poëta quidam Germanicus ita canit:

Freyen ist kein Pferde-Kauff.
Wer sich hier nicht will bedencken
Der wird sich vergeblich kräncken
Durch den gantzen Lebens-Lauff.
Weiber gehn nicht immer ab/
Wie die jährlichen Calender
Oder ein paar Aermel-Bänder/
Nein sie bleiben biß ins Grab.

Item:

Freyen ist kein Pferde-Kauff
Drum wer sich ja will verneuen
Und ein liebes Weibgen freyen
O! der thu die Augen auf.

XIV.

1. NArren muß man die Kolbe (a) lausen. Stultis involandum est in capillos. h. e. Stulti plagis & modis durioribus emendandi.

2. (a) Kolbe aliàs idem est ac clava eine Keule h. l. verò denotat capillum in rotunditatem scissum.

sum, unde etiam dicitur: einem die Kolbe h. e. das Haar abschneiden, Spate im teutschen Sprach-Schatz *sub v.* Kolbe *p.* 990. ita ut Kolben lausen propriè nihil aliud sit, quàm involare alicui in capillos, contundere, commitigare alicui caput.

3. R. quia ob sensum & intellectum nimis crassum subtiliores correctiones infructuosæ sunt, & in cassum abeunt, grobe Säcke muß man nicht mit Seiden zunehen; talia sunt prædicata, qualia permittuntur esse à suis subjectis.

4. Prob. per *Proverb. c.* 10. *v.* 9. *&* 13. Auf den Rucken des Narren gehöret eine Ruthe. *c.* 19. *v.* 29. *&* 26. *v.* 3.

5. Declar. (1.) h. l. non tàm illos intelligi, in quibus mentis defectus conspicuus est, & fatui dicuntur (quamvis nec istos planè exclusos vellem vid. tamen *Prov. c.* 27. *v.* 22.) quàm qui imprudentes sunt, nec intellectu, ejusque facultatibus rite utuntur, & hinc accedente malitiâ voluntatis, actiones contra rationis, & sensus dictata crebrò perpetrant, adeoque stultitiâ laborant, cujusmodi sunt, qui verberibus & plagis tolerandis victum quæritant, die Nasen-Stüber vor das Geld sich geben lassen è quorum numero esse nolebat famosus ille parasitus *Gnato* apud *Terentium* in *Eunucho A.* 2. *sc.* 2. ibi: *neque plagas pati possum.*

6. Decl. (2.) quòd, quamvis ejusmodi homunciones duriori modô coercendi sint, non tamen eodem paritatis gradu id fieri debeat, sed alter alterô acerbiùs habendus & tractandus est: hic in pistrinum, sicuti *Davus* apud *Terentium in*

An-

Andria A. 1. *ſ.* 2. ibi verberibus cæſum te in piſtrinum, Dave! dedam usque ad necem; ille in metalli opus, iſte ad operas publicas condemnandus; hic colaphis, ille fuſtibus (und das heiſſet ſo dann recht: **Die Narren muß man mit Kolben lauſen**, uti nonnulli proverbium noſtrum exprimere ſolent: iſte aliis verberibus excipiendus, hæc in carcerem, illa in ergaſterium, in das Spinn-Hauß, iſta in alium locum detrudenda, binis verbis: prudenti hic arbitriô opus eſt. vid. *Proverb. c.* 17. *v.* 10.

7. Decl. (3.) quòd hæc omnia non liceant niſi illis, quibus poteſtas à lege data, v. g. parentibus, Magiſtratibus, præfectis militaribus, & interdum heris: notanter autem dictum *interdum*: regulariter enim neque herus ſervum, neque hera ſuam ancillam, excipere poteſt verberibus *arg.* §. 2. *Inſt. de his qui ſui l. al. Jur. ſunt. ibique Hoppius in Comment.* ratio, quia ſervi noſtri liberi homines ſunt, & injuriarum capaces. vid. tamen *Sirac. c.* 33. *v.* 25. 27.

8. Servorum, naturâ talium, qui non niſi plagis emendari poſſunt, exemplum nobis præbent Phryges, unde etiam natum illud adagium: Phryx plagis emendatur, ratio ex illo dari poteſt: quia ſerò ſapiunt Phryges.

9. Fallit quoad veſanos & furiòſos, utpote in quibus & opera & oleum perdita ſunt, quandoquidem furor vehementi motu & agitatione, ſpirituum animalium à plagis data, magis creſcere ſolet. Add. *D. Simonis Diſſ. Jur. de ergaſteriis diſciplinaribus per tot.*

10. Am-

10. Ampliatur, ut extendatur quoque ad imperitos & malitiosos, utpore qui itidem nomine stultorum venire solent, hoc sensu, imperiti & malitiosi acerbiùs increpandi sunt, conf. *omnino* ad *Tit.* 1. *v.* 12, 13. & 2. *Tim.* 4. *v.* 2. *Esaiæ* 58. *v.* 1. als woselbst Lehrer und Prediger ernsten Befehl haben, den Bösen die Kolbe rechtschaffen zu lausen, und scharffe Laugen aufzugiessen, & quidem non ex adfectu hostili & ad infamiam, sed ex benevolo adfectu & ad correctionem, *Paulus Fridericus* Sperling *in Continuatione Nicodemi quærentis P.* 2. *Dom. VI. post Trinit. p.* 204.

XV.

1. DAs Pferdt, so den Habern am meisten verdienet, bekommt am wenigsten davon. Equus optimè meritus avenâ defraudatur. h. e. qui maximas præstant operas, minimis gaudent Salariis.

R. quia moribus nostris perversis ac corruptis non tàm merita cynosura mercedis sunt quàm favor & amor privatus, cumprimis in aulis, Döpler in seinem Getreuen Rechnungs-Beamten *P.* 1. *c.* 5. *n.* 167. *p.* 38. Tales sunt temporum nostrorum mores, ut gnatones aulici, plus ditescant, quàm vigilantissimi Consiliarii, & melioris conditionis sint stulti, quàm prudentes & periti, *Dn. D. Bardili* in *dissert. Tubingæ sub ejus præsidio de Salariis habita c.* 7. *th.* 49. *p.* 53. Die fetteste Sau will allezeit die gröste Rüben fressen, Herrenschmid in der Sünden-Roll, *p.* 386.

3. De-

3. Declara valere dicterium hoc narrativè & enunciativè, non verò approbativè ac dispositivè.

XVI.

1. Es wird der Welt noch fehlen an Müntz, am Holtz und an guten Freunden. Mundus adhuc egebit bonâ monetâ, Lignô & bonis amicis, h. e. *deficiet nos adhuc bona moneta, lignum & vera amicitia.* Est *Philippi Melanchtonis* verbum Vid. *Besoldus in Thes. Pract. sub voc.* Freundschafft *p. m.* 266.

2. Ratio primi membri est, quia multum auri & argenti laborando consumitur, & lucrum quæritur in moneta cudenda. Ratio secundi est, quia sylvæ sæpè præter necessitatem exciduntur. Ratio tertii, quia & homines cum moneta singulos in dies fiunt deteriores.

3. Declar. ut intelligatur dicterium de bona moneta, sufficientia lignorum, & veris amicis. Conf. *Dn. D. Beieri dissertatio de amicitia & inimicitia sub ejus præsidio Jenæ ventilata. Barbosa in Thes. Loc. Comm. sub voc. amicitia ax.* 12. Dominus tamen providebit: GOtt lebt doch noch. Conf. *Limnæ. Tom. I. de Jure Pub. c.* 2. *n.* 66. ubi sub nomine amicorum intelligit etiam Principum consiliarios.

XVII.

1. WEr kan Latein, hat ein gut Pferdt
und Seckel mit Geld,
Der reyßt und komt wol durch die gantze
Welt.

Qui

Qui latinam callet linguam, bonô instructus est equò, & sacculum pecuniâ refertum habet, ille totum peragrare potest orbem terrarum.

2. Ratio, quia latina lingua ubique ferè & in quibuscunque negotiis usurpatur, ita ut etiam in Asia & Africa familiaris sit, *Carpz. de Lege Regia Germ. c.* 10. §. 4. *n.* 13. 14. *Conf. Dietherrus in Contin. Besoldi sub. voc.* lateinische Sprach, *p.* 360. equô verò bonô vehi potest fessus & lassus peregrinator, & pecuniâ comparari necessarius victus & amictus.

3. Declara (1.) cæteris scil. paribus: nec enim exclusivè capias paroemiam hanc, neutiquam! cùm & valetudo prospera, bona ratio vivendi, & prùdentia quædam, insuper necessariæ sint peregrinanti: imprimis autem DEO ductore & Angelô ejus custode opus est.

4. Declara (2.) præcipuum ex his tribus esse argentum, juxta illud:

Omnia si perdas bulgam servare memento,
Quâ semel amissâ certa pericla subis.

5. Declara (3.) intelligi hîc orbem terrarum moratiorem: quod enim feras gentes attinet, diverbium nostrum fallit.

XVIII.

1. Wer zu eines andern Weib sich gesellt,
Und mit derselbigen zuhält,

Der

Der darff sich drob beklagen nicht,
Wann ihm dergleichen auch geschicht.

Qui se alterius uxori jungit,
Et cum ea consuescit,
Ille non habet, cur conqueratur,
Quando & ejus uxor thorum violat.

Paucis:

Cornua qui faciunt ne cornua ferre recusent.

2. Ratio (1.) quia eôdem delictô, quô quis peccat, luit (2.) quia exempla mala producunt pravos mores, *Mœllerus de Cornutis c. 6. n. 72. p. 82.* (3.) quia uxor injuriæ ejusmodi impatiens facilè accenditur ad vindictam, & sic alienis se prostituit admissariis. *ibid. n. 74.* Unde quoque Bohemiæ Rex, Ottocarus, cùm ad eum de pudicitia conjugis suæ sinistri delati essent rumores, dixisse perhibetur: naturale est, ut cornua qui faciunt, ne cornua ferre recusent. *Mœllerus d. l.* Add. *Crusius de Indiciis delictorum P. 2. c. 6. n. 22. p. 46.*

3. Declaratur (1.) quòd procedat secundum naturam nostram corruptam, & quidem enunciativè non approbativè.

4. Declaratur (2.) ita, ut si uterque conjux fidem violet conjugalem, & prout in jure feudali dicitur, concurbitet, adulteria ista à conjugibus commissa mutuâ compensatione tollantur ad hunc effectum, ut neuter possit ad divortium agere, aut satisfactionem petere:

Cùm sitis similes paresque vitâ
Uxor pessima, pessimus maritus
Miror tàm malè convenire vobis.

Mœl-

Mœllerus d. l. manente tamen adhuc actione criminali, quâ pœna ſumitur de adulterantibus in ſatisfactionem Reip. *Cruſius d. l. n.* 23.

5. Declar. (3.) ut ſi maritus cœlebs adhuc rem habuerit cum alterius conjuge, conjux verò in matrimonio conſueſcat cum alieno marito, tunc hæc delicta ceu imparia inter ſe non compenſentur, ſed maritus ad divortium agere poſſit adverſus uxorem adulterantem. De origine proverbii, **Hörner auffſetzen**, vid. *Dn.* **Tentzel in Monatlichen Unterredungen** *A.* 1692. *p. m.* 365. Scilicet Imperator Andronicus conceſſit quondam omnibus illis maritis jus venandi, cum quarum uxoribus erat ſcortatus, qui deinde in ſignum iſtius juris in janua ſua cervi cornua habebant affixa. Hinc evenit, ut, quando alicujus uxor adulterium committit, dici ſoleat: **Sie hat ihrem Mann Hörner aufgeſetzet.** Aliam rationem, ſed ridiculam, continet hoc diſtichon:

Si quando ſacra jura thori violaverit uxor,
Cur gerit immeritus cornua vir? caput eſt.

Fragſt du warum der Mann allein die Hörner müſſe tragen?
Weil er das Haupt im Hauß will ſeyn, ſoll ich zur Antwort ſagen.

Tenzelius d. l. ubi iſtud *Ovidii*:

Et nondum cornua ſumſi
Nec mihi ſumendi cauſa ſit ulla velim, germanicè ita reddit:

Ich habe noch kein Horn, begehr auch keins zu
haben,
Was bessers trau ich zu der, die mich
einst will laben.

XIX.

1. **Wann Unfried ist in aller Welt,
So gilt der Soldat das meinste
Geld.**

Quando bellô totus flagrat terrarum orbis, maximi æstimantur milites.

2. Constat scilicet, quàm exosum sit plerisque militum nomen, adeò ut paucis illi chari sint & accepti. Bellum nemo ferè optat, nisi ipse miles & fex plebis; pacem contrà omnes poscunt, quandoquidem bello nulla, paci verò omnis salus inest, juxta illud:

Nulla salus bello, pacem te poscimus omnes.

Quando verò bellum geritur, tunc non solùm multi satis carè suam, ut ita loquar, vendunt vitam; sed & conscripti honorantur, atque ab illis, quibus auxilio veniunt, lautè tractantur, si non intuitu virtutum, militarium, certè formidine verberum & plagarum. Simul ac verò pax facta, & exercitus dimissi sunt, tunc illi, quibus res angusta domi est, nec arte aliquâ, aut opificiô, lucrari possunt panem, omnium infelicissimi sunt, usum veri illius proverbii habentes: Herr Lieutenant nemmt meine Säu auch mit. Conf. *Burgoldensis ad instrum. Pac. Westphal. P.* 1. *Disc.* 16. *n.* 5. *p.* 312. Quemadmodum & egomet ipse ejus-

ejusmodi ſpectabilem in Saxonia cognovi ſubulcum, qui in bello tricennali centurionis fuerat vicarius. Sed enim doleo ejusmodi emeritorum vices, qui citra ſuam culpam infelices fiunt, & minimè laudo ingratitudinem erga militiam, quæ eò ſæpè procedit, ut ne fruſtum panis quidem, multò minus obulus porrigatur militi oſtiatim mendicanti, und heiſſet es da insgemein: Gehet in GOttes Nahmen / wann es anders noch ſo gut wird / quô nihil aliud efficitur, quàm ut ad deſperationem redigantur miſeri ejusmodi homunciones, quæ omnia tamen cum grano ſalis accipienda, nec ad indignos quosvis extendenda. Rectè *Siracides c.* 27. ab initio: Zwey Stück ſind / die mich verdrieſſen / und das dritte thut mir Zorn. Wenn man einen ſtreitbaren Mann zuletzt Armuth leiden láſſet / und die weiſen Ráthe zuletzt verachtet.

XX.

1. **EIn jeder muß ſich ſtrecken nach der Decken.**

Metiri ſe quemque ſuô modulô ac pede verum eſt. *Horat. L.* 1. *ep.* 6. h. e. par eſt, ceu decet, ut quisque metiatur expenſas ſuis proventibus. Man muß Einnahm und Ausgab gegen einander halten / und nicht mehr ausgeben / als man einnimmet / oder die Kráfften zulaſſen.

2. Ratio, quia aliàs ſtatus œconomicus ſubſiſtere nequit, ſed corruat iſte & peſſumeat, neceſſe eſt.

3. Ampl. ut procedat non tantùm intuitu nostrûm, sed & aliorum, ità ut tàm nos quàm alios ad mensuram virium & facultatum metiri debeamus, nec ultra illas nobis vel aliis aliquid imponamus vel imponi patiamur. Unô verbô pro *modulo & sacculo* expensæ faciendæ sunt.

4. Exemplum notabile est in societate, ubi distributio expensarum non secundum proportionem arithmeticam & pro numero personarum, sed pro ratione facultatum & virium facienda est. Conf. *Famigeratissimus Restnerus, in dissert. de justitia proportionata th.* 6. alias enim non observaretur æqualitas, quæ tamen purissima est proportio, cùm prima naturæ lex æqualitas esse videatur. *ibid. th.* 20. quæ non in eo consistit, ut socii, sive contrahentes contribuant simpliciter æqualiter, pro numero personarum, sed sub certa ratione & respectu, bonorum scilicet & facultatum. Conf. *Eckoltus in Compend. Pand. tract. de Justit. & Jur. §.* 13. *in Not.* Add. *Hoppius in Comment. instit. de Societate §.* 1. *p.* 471. cum & illud fœdus æquale esse dicatur, quando utrinque æqualia promittuntur, *observatâ virium proportione. Pufendorff. de Jur. N. & G. L. VIII. c. IX. §.* 3. *p.m.* 1309. Conf. *Grotius de Jure B. & P. L. II. c.* 12. §. 8. *p.* 665. Exemplum aliud est in contributionibus, in quibus exigendis opum ac divitiarum proportionem observari volunt. *Matthias de Contributionibus c.* 3. *n.* 33. aliàs enim inæqualitas exinde oriretur, & contra Jus Nat. peccaretur, in omnibus tenenda est proportio, præsertim autem in impositione tributorum, ita ut tenuiores fru-

ctus

ctus percipiens minus quàm opulentus contribuat. *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Comm. sub voc. proportio ax.* 2. Vide tamen sis *paroemiam :* Daus = Es hat nichts. *Cent.* 1. *par.* 28. quo cum illud *Terentii in Phormione A. I. Sc. I.* concordat : *quàm iniquè comparatum est, ii qui minus habent, ut semper aliquid addant divitioribus.*

XXI.

1. **Wann die Liebe also zunähme, wie sie abnimmt, so frässeten sich die Ehe-Leute vor Liebe.**

Si amor ita cresceret, prouti decrescit, præ amore se devorarent invicem homines.

2. Ratio, quia demum in furorem abiret amor.

3. Declar. (1.) imprimis procedere hoc quoad conjuges, quantum nimirum amorem concernit venereum ; postqam enim libido aliquantum extincta, amor iste paulatim remittit, ita tamen ut amor conjugalis etiam in ipsa senectute, quoad cætera, fieri possit intensior, und es heisset, oder soll doch heissen : Je länger je lieber. *Felix Bidembach in loco mox citando p.* 208.

4. Declar. (2) quòd imprimis masculi in amore sint inconstantiores, quippe quorum multi mallent novam uxorem quàm calendarium habere annuatim. Conf. *Hertius in Tract. Select. & Rar. Jurisprud. Argum. L.* 1. *de Paroemiis Jur. Germ. par.* 29. *p.* 438.

5. Effectus, quòd in instrumento dotali confessio acceptæ dotis admittat exceptionem non numeratæ pecuniæ *l. 15. C. de non num. pec.* Secus est, si confessio dotis facta sit post instrumentum confectum *l. 14. §. 1. C. d. t.*

6. Obstat supra dictum: je länger je lieber. Sed enim loquitur hoc de amore vero & solido, nostra verò paroemia de amore venereo & canino, non christiano, von der thörichten Liebe, und da solte wol öffters, wann die Küß-Monat aus seyn, der Mann wünschen, die Frau wäre ein Wolff, und lieffe im Wald herum. *Felix Bidembach in Promtuario connubiali them. 41. p. 207.*

XXII.

1. Wer mich lobt in *præsentia*,
Und schilt mich in *absentia*;
Den hole die *pestilentia*.
Qui me laudat in præsentia,
Et culpat in absentia;
Illum auferat pestilentia.

2. Est verbum in adulatores & calumniatores dici solitum, qui felibus comparantur, prorsum lambere retrorsum verò unguibus petere assuetis Sie sind Katzen, die vornen lecken und hinten kratzen.

3. Declara paroemiam hanc minimè valere literaliter & *κατὰ πόδα*, prouti verba ejus jacent atque sonant, cùm impium utique sit suo proximo imprecari pestilentiam. Hinc emendari ita posset:

Wer

Wer mich lobt in præsentia,
Und schilt mich in absentia;
Der taugt nichts in essentia.

XXIII.

1. EIn Handwerck hat einen güldenen Boden. Quodlibet opificium (*a*) solum habet aureum.

2. (*a*) Per opificium intelligitur ars illiberalis, quæ effectum sive opus post se relinquit in sensus externos incurrens. E.G. Opificium sutorium producit calceum, pistorium producit panem &c. Quomodò verò vulgò distinguantur opificia, *vid. Reformatio* guter Policey *d. A.* 1530. *t.* 39. §. 1. *& de A.* 1551. *t.* 37. §. 4. *ibi*: geschenckte. Sensus huc redit: *Qui opificium aliquod addidicit, ille fundamentum posuit, unde & aurum possit lucrari & argentum.*

3. Ratio, quia necessitas & utilitas tanta est opificiorum, ut illis vix indigere queat aliqua civitas. vid. *Cic. Lib.* 2. *offic. & Sirac. c.* 39. *v.* 36. *l.* 5. §. 12. *ff. d. Jur. immunit. Struvii dissert. de consuetudinibus Rat. & Irrat. Sect.* 2. *art.* 1. §. 7.

4. Probatur hoc quodammodò ex dict. *Sirac. c.* 39. *v.* 35.

5. Declar. (1.) modo aliquis rectè callet suum opificium. Hoc enim melius est, quàm si ad multa quis suum appulisset animum, & nullum tamen rectè calleret, juxta illud: Nuspiam est, qui ubique est, in omnibus aliquid in toto nihil.

14. Handwerck funfzehen Unglück oder Bettelleute. A quo non absona est *l.* 2. *C. d. Execut. l.*

23. *v. absurdum est C. de testam. Conf. Beier de collegiis opificum c.* 4. *n.* 182. *p. m.* 52. *Dn. Mascovius Professor Gryphiswald. in dissert. de damno voluntano ex imperitia th.* 14.

6. Declar. (2.) modò opificium callens homo frugi & laboriosus sit, denn ein Handwerck hat zwar einen güldenen Boden, allein man muß selbigen biß an den Elnbogen suchen, *Besoldus in Thes. Pract. sub voc.* Handwerck in *addit.* & *Zeilerus in opere Epistolico P.* 2. *Epist.* 389. *p.* 297. & *Georgius Obrecht* im Politischen Bedencken von Verbesserung Land und Leut, rc. *p.* 125.

7. Declar. (3.) modò opifex non impediatur v. c. per adversam valetudinem. Ein Handwerck, dicunt Guestphali, süket wohl, aber et sterft doch nich, h. e. Ein Handwerck ruhet wohl bißweilen, aber es gehet doch nicht gar zu Boden.

8. Ampliatur ad quamvis artem juxta illud: artem quævis terra alit, *vid. proverb.* Biedermanns Erbe liegt in allen Landen.

Etiamsi aliquid sorditiei penes se habeat: v. g. Das Weiß- oder Rothgerber Handwerck, dann

die stinckichte Häute
geben die besten Beute.

XXIV.

1. MAn muß der Kalb-Zeit (*a*) ihr Recht lassen. Tempus prolificationis & fœturæ ferarum observandum.

2. (*a*) Est terminus venatorius, tempus illud

lud ſignificans, quô catuliunt feræ, ita ut ſenſus ſit; per illud tempus, quô feræ coitûs appetentiâ ardent & fœtificant, illis parcendum eſt.

3. Ratio, quia feræ ſic augentur & conſervantur.

4. Declar. quòd quoad feras majores, ceu cervos, apros, capreolas &c. tempus illud plerumque incipiat à feſto *Andreæ*, & duret usque ad feſtum *Trinitatis*, vel *Johannis Baptiſtæ*, quoad feras minores verò, ceu lepores, vulpes &c. à *diebus cineralibus* von Faſtnacht vel *Petri* usque ad feſtum *Bartholomæi vel Ægidii* Vid. *Generoſus Dn. à* Seckendorff im Teutſchen Fürſten-Staat *P. 3. c. 3. Reg. 5. p. m.* 407. *ſeq.*

5. Applicatur quoque ad juventutem, cujus anni laſciviæ nomine der Kalb-Zeit veniunt: ſicut enim vituli & juvencæ ſaliunt & laſciviunt; ita quoque pueri & puellulæ petulantes ſunt. Vid. *par.* Jugend iſt nicht allzeit Tugend. Quando itaque de juventute dicitur, daß man der Kalb-Zeit ihr Recht laſſen müßte, tunc ſenſus eſt, quod juventuti laſcivioſæ aliquid indulgendum ſit. Belgæ hoc ita efferunt: De Jonghepd moet vorraſen, noſtrâ dialecto: Die Jugend muß vertoben, Conf. *Tabor apud Barboſam in Theſ. Loc. Comm. ſub voc. ætas ax.* 1. Quod tamen ita accipiendum, quatenus illa laſcivia verſetur circa res indifferentes, v. g. Tantzen, ſpringen, reiten, fechten, lauffen, ne ex juventute petulanti fiat ſenectus malitioſa. Eccleſiaſt. c. 12. v. 9. 10. Conf. *Autor. Gymnasmatis de Exercitiis Academicis P.* 1. *Sect.* 4. *n.* 12. *p.* 46. & *Salom. Eccleſ. c.* 2. *v.* 9.

XXV.

1. Es hat mancher mehr Glück als Recht. Sæpe cuidam ultra meritum favet fortuna.

2. Sensus est, quòd sæpius alicui aliquid eveniat feliciter, utut illud non mereatur; Je ärger Strick, je besser Glück; Wer das Glück hat, führt die Braut heim. Wem GOtt will, dem kalbet auch sein Ox, ubi nota, quòd *Auctor Chron. manuscripti* der Bischöffe zu Würtzburg originem proverbii: Wer das Glück hat, führt die Braut heim *p. m.* 74. ita recenseat: Bischoff Arnd ist ein vortrefflich-hocherfahrner Mann gewesen, und mit König Ludwigen zu Francken wider die Mähren und Böhmen gezogen, und als des Hertzogs von Mähren vermählte Braut, des Königs von Böhmen Tochter, unversehens in einer Schlacht von Bischoff Arnd wider die Mähren erhalten, mit ihren Ziehrden, Geschmuck, Kleinodien, Harnisch und Pferden begriffen gewesen, hat der Bischoff Arnd solches alles sammt der Braut erobert, und gefangen hinweg gebracht, daraus ein gemein Sprichwort entstanden: Wer das Glück hat, führt die Braut heim. Conf. *Weberus de Arte Regia p.* 347. & Lorentz Frieß in seiner Würtzburgischen Chronick zu finden in denen von Herrn Ludwig edirten Würtzburgischen Geschichtschreiber *p. m.* 422. wie auch *Aventinus* in der Beyrischen Chronick *Lib. IV. p. m.* 606.

3. Ratio

3. Ratio non est, quasi DEus ejusmodi actum non curasset, aut quia fortuna, uti Cebes deliravit, esset cœca, non! sed quia DEus eum permittit, ut exinde eliciat aliquod bonum. *Schilter. in Manud. ad Phil. c. 6. §. 25. p. 247. in f. sq. Felix Bidembach in Promptuario connubiali th. 35. p. 175.*

4. Et hoc ferè est, quod in *L. 2. C. de Rivis* dicitur, scil. ex occasione quædam magis contingere, quàm ex jure. Conf. *Tabor apud Barbosam in Thesauro Loc. Comm. sub voc. occasio ax. 4.* Unde quoque in *L. 176. d. R. I.* dicitur: rapienda est occasio, quæ benignius præbet responsum.

5. E. G. Si duo candidati patibuli de redimenda vita certarent tesseris, & iste, qui mortem fuisset meritus, vinceret, alter verò, quem mori vetaret commune votum, perderet; rectè, quod isti plus æquô favisset fortuna, dici posset.

6. Ampliatur paroemia in tantum, ut sæpè etiam mediocriter doctus & prudens ad summa fastigia honoris evehatur à fortuna. **Wer Glück und eine Nußschale voll Hirn im Kopff hat, kan eine halbe Welt regiren.** vid. *Burgoldensis ad Instr. Pac. P. 1. d. 15. §. 2. p. m. 303.* Add. *Wildvogelii dissertatio de fortuna jurgiorum sub ejus præsidio Jenæ habita per tot. imprimis verò in proœmio.*

XXVI.

1. **WEr zwey Hasen zugleich hetzen will, der fänget gar keinen.** Duos insequeris lepores neutrum capit. Alias dicitur: qui ad utrumque festinat, neutrô potitur, h. e.

h. e. duplex ſimul captaturus commodum neutrum capit.

2. *Probatur per l. fin. C. d. Aſſeſſ.*

3. R. quia feſtinatio ad utrumque directa confuſionem parit (*a*) quia unus homo vicem duorum ſuſtinere nequit.

4. Notent hoc imprimis ſtudioſi πολοπραγμοσύνην tractantes; Pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus. Pertinet huc illud *Platonis*: plures magiſtratus in unum hominem cumulari, aut duo ſtudia diligenter exerceri humana non patitur natura. *Conf. par:* dreyzehen Handwerck 14. Betteleute.

5. Elegans Exemplum *Philippus II.* Rex Hiſpaniarum præbet, qui & Gallos & Belgas debellare volebat, utriſque deinde ſuccumbens. *Puſendorfius* in der Einleitung zur Hiſtoria, *c.* 2. §. 11. *p.* 104.

6. Declaratio jam tùm inſerta ipſi paroemiæ: ſi ſc. eôdem tempore ad plura feſtinamus.

Qui binos lepores unâ ſectabitur hora
Unô quandoque quandoque carebit utrôque.

Vel ut Alciatus dixit:

Tempore quiſque duos lepores ſectatur eôdem
Aut neutrum aut certè non capit ille duos.

Adde & hanc: *eodem locô.* Impoſterum nemini prorſus, inquit *Juſtinianus in l.* 1. *C. qui indit. poſſ. vel non Lib.* 12. facultas pateat, eôdem tempore, plus quàm unius ordinis nomen affectare. Add. *Chriſtianus Woldenbergius in Micario Juris p.* 8.

XXVII.

XXVII.

1. Juristen (a) böse Christen. Justiniani sunt malo Christiani, vel ut alii dicunt: Juristen sind falsche Christen, *Meisnerus* in widerlegten Sprüchwörtern *n.* 131. *p.* 140.

2. (*a*) Jurista est vox latina, sed barbara, à primitivo, *Jure*, descendens, & omnem illũ denotans, qui quocunque modô jura profitetur. De Synonymis, quatenus in bonam partem accipitur, vid. *Speidelius in spec. sub v.* Juristen *p.* 672. Ad imitationem hujus vocis efficta sunt alia vocabula, v. g. Moralista, qui moralia, Publicista, qui Jura publica, Criminalista, qui criminalia, Feudista, qui feudalia tractat. Accepta autem fertur hæc paroemia plerumque *Luthero*, an rectè, de eo Vid. *Besoldus in Thes. Pr. sub. v.*

3. Juristen *in addit. p.m.* 442. & *Dn. Hertius in Select. & Rar. ex Univ. Jurisprud. Arg. de Paroem. Jur. Germ. par.* 1. §. 2. *p.* 387. Conf. *Waltherus de Privilegiis Doctorum c.* 11. *p.* 159.

R. quia Jus plerumque pravè interpretantur, huc & isthuc illud detorquent, & non tàm ad regulas honestatis & justitiæ, quàm ad propriam utilitatem, tanquam cynosuram examinant, juxta illum versiculum: Fers aliquid? Nihil. Esto foris fero. Quid? satis. Intra? Bringst du was mir? Ach nein. Bleib aus der Thür. Ich bring was! was? Kühe und Graß, herein. vid. der *semper* lustige Fabel-Hanß *p.* 166.

Lex

Lex 6. ff. de Excusat. ejusmodi Sophistas rectè circulatores appellat. Conf. Brandes de Vera & simulata JCtorum Philosophia *p.* 15.

5. Decl. (1) valere dicterium hoc non universaliter, sed ἐν μέρει, per accidens, non per se, ratione personæ, non ratione rei, vid. Spate im teutschen Sprach-Schatz *sub v.* Christ. *p.* 267.

6. Decl. (2) quatenus artes cum dolo, mendatio similique vitio conjunctas exercent *Besoldus d. l. Naurath in hypotyposi Jur. subdit. aph.* 21. *p.* 542. *seq. Waltherus* d. l. *Latherus de Censu L.* 2. *c.* 7. *n.* 52. *p.* 296. Breviter quoad Rabulistas die Zungen-Dröscher ignoristas, Ruris tumultos, Juris stultos, qui simulatam Philosophiam colunt, Sophistas agunt, & quasvis imposturas adhibent Vid. *Ventura de Valentiis in Parthenio Litigioso L.* 2. *c.* 7. *n.* 31. *Mullerus de studio Juris p.* 5. *Autheus ad Webneri Obs. Pract. sub. v.* Juristen *p. m.* 35. Jungmichel in *Advocato Sax. Jurato p.* 35. Sive prout *Geta* apud *Terentium in Phorm. A.* 2. *s.* 3. inquit: qui bonorum extortor, legum contortor est, ein Rechts-Verkehrer l. prout Plantus in *Aul.* 2. *sc.* 2. habet: scimus, quomodo soleant perplexarier, pactum non pactum est, non pactum pactum est, cùm illis lubet. Vid. *Stipmann de Referendariis p. m.* 159. und so dann heisset es wohl recht: Jurista nequista. Conf. Reinhold von Dreschau *in Hodosophia Viatoris Christiani c.* 12. *p. m.* 279.

7. Lim. quoad veros JCtos, qui conscientiam, honestatem ac justitiam respiciunt, utpote de quibus

bus potius illud exaudiendum: Juristen gute Christen vid. *Pagenstecher in manip. primo sicilim. ad Lauterb. p.* 129. hi enim quatenus ex sola solertia procedunt, & vigilantes sunt, nomen Patroni, Advocati & boni JCti optimè merentur Conf. *L.* 14. *C. de Advoc. div. Jud.* & *Dietherrus in Cont. Thes. Pract. Besold. sub voc.* Juristen *p.* 312. *Clar. Dn. Kestner in Diss. de Pietate Juris p.* 7. & *concio funebris à B. Dn. Carpzovio Domino D. Creuselio A.* 1676. *habita cui titulus:* Juristen gute Christen.

XXVIII.

1. EIn Jäher (*a*) gibt keinen guten Jäger. Præceps sive properans non aptus est ad venationem.

2. (*a*) à Jagen, quia præceps, oder ein Jäher vel Jächer fugat & pellit suum animi consilium. Spate im Teutschen Sprach-Schatz *sub voc.* jächen *p.* 876. Est dictum imperatoris *Ferdinandi*, qui irâ subitâ superatus furi ferarum oculos excludi jusserat, posteà verò ad sanitatis mentem reversus dixisse fertur: Ein Jäher gibt keinen guten Jäger, ich hab der Sachen weiter nachgedacht, und befinde nicht, daß ich um meines Lusts Willen einen nehmen solle, das ich ihme nicht wieder geben könne, so er frömmer würde. Lasset ihm die Augen, ihr werdet es sonsten wohl wissen mit ihme zu machen, daß er sich forthin nicht mehr an meiner Wildbann rinstig mache. *M. Nicol.* Rebhan in seinen Jäger-Predigten. *Hartz de Reorum*

rum, imprimis veneficarum inquisitione concl. III. n. 14. p. 41. in f.

3. Ratio quia festinatio plerumque conjuncta est cum imprudentia; feræ autem vix capiuntur ab improvido.

4. Ampl. ut idem extendatur ad alias res: festinatîo enim verè omnibus rebus inimica est, & nullum locum, nisi in casu necessitatis, sibi vendicare debet. Notent hoc quoque illi judices, qui tumultuarios processus amant, & causas ante decidunt quàm illas cognoverint, die die Sache über das Knie abbrechen, und die Urtheil heraus köcken. Vid. *Esaiæ c.* 28. *v.* 7. Si ullibi illud Græcorum: σπεῦδε βραδέως, sanè hîc locum habet.

XXIX.

1. Es mag leicht, (scil. seyn) daß einen ein Bauer lobet. Facile est, ut aliquem rusticus laudet.

2. Ratio quia rusticorum intellectus insulsus est & ita comparatus, ut nesciat discernere, quæ laudanda, & quæ culpanda sint.

3. Effectus, quod laudes rusticorum adeò curandæ, & magni æstimandæ non sint; in ejusmodi nimirum rebus, quæ captum eorum excedunt. Aliud ergò est, quando rem rusticam v. g. agriculturam alicujus, laudant & commendant: cùm & tunc illi Latinorum proverbio locus sit: artifici in sua arte credendum.

4. Ampl. ut procedat quoque vice versâ: Es mag leicht seyn, daß einen ein Bauer verachtet & quidem imprimis quoad Ecclesiæ ministros.

XXX.

1. Ein jeder Herr (*a*) ist Kåyser in seinem Land.

(*a*) Per dominum h. l. κατ' ἐξοχὴν intelligitur dominus territorii, de quo *vid. Schuz in Collegio Publ. de Statu Rei Rom. Vol.* 1. *Ex.* 6. *v.* 14. *sub lit. b.*

2. Sensus hic est: quilibet Dominus territorii sive Status imperii tantum potest in suo territorio, quantum Imperator in universo Imperio. *Mylerus ab Ehrenbach de Stat. Imp. c.* 14. *n.* 8. *Ventura de Valentiis in Parthenio Lit. L.* 1. *c.* 2. *n.* 6. *Vult.* 1. *Vol. Cons. Marb.* 16. *n.* 46. *Tabor in Thesauro Barb. sub voc. Princeps ax.* 10. *Otto de Jure Publ. c.* 11. *n.* 3. *lit. a. p. m.* 392.

3. Tritissimæ hujus formulæ origo non nova & post Instr. Pac. Westph. demum exorta, sed perantiqua est; quemadmodum etiam apud *Schurffium, Knichenium, Wesenbecium, Baldum*, aliosque veteriores JCtos ejusdem vestigia deprehendere licet. Qualis causa, talis effectus. Ipsa territorialis superioritas, sive perpetua illa concessa Jurisdictio causa hujus dicterii, lentô gradu, & quidem à tempore, uti videtur, Conradi I. & Ottonis M. *vid. illustris Dn. Rhetius in Jure Publ. L.* 1. *t.* 17. §. 25. & *L.* 2. *t.* 1. §. 13. sua sumsit incrementa, eaque propter à nonnullis Doctoribus alluvioni, ceu incremento latenti, valdè apposité æquiparatur, in Capitulatione verò Caroli V. primùm die Hoheit, vel Landes-Fürstl. Obrig-

keit expressè appellatur. Utut enim anteà quidem Status Imp. jus superioritatis exercuerint, neminem tamen ausum fuisse, qui exsertim illud sibi assereret, statuit idem *Rhetius dict. ult. loc.* Ergò quin idem dicendum sit de hoc brocardico, dubitandum non est. Equidem *Reinkinkgius L. 1. cl. 5. c. 6. n. 58. de Regim. ut & Webnerus in observ. Pract. sub voc.* **Lands-Fürstl. Obrigkeit/** theoriam hanc communem quidem magno tamen inductam esse errore existimant, ex hac ratione, quia nemo foret tàm turbidæ mentis, qui Principem aut Comitem coleret pro imperatore. Verùm quia in alia sic accipitur significatione, quàm accipi debet vox Imperatoris, ideò calculum illis minimè addere potuimus.

4. Hodiè confirmatū satis est proverbium nostrum per solennem §. *gaudeant 2. art. 8. Instr. Pac. Osnabr.* utpote per quem perfectum Jus quæsitum Statibus Imp. concurrendi ad exercitium jurium majestaticorum. *Dn. Stryk. in Coll. Manuscripto ad dict. §.* Ratio est, quia Status imperii tantam potestatem habent in populo sibi subjecto quantam imperator habet in universo imperio. *Betsius de Pactis familiarum illustrium p. m.* 433.

5. E. G. quòd miserabiles personæ omissô judice intermediô possint appellare ad Cæsarem, patet ex famosa *l. si contra un. C. quand. Imp. inst. pup. vel vid.* Quæritur igitur, an vidua, vel alia persona miserabilis mediata possit statim adire Cæsarem, quando de aliquo vult conqueri? ℞. non potest, per ea, quæ habet *Gail. L. 1. ob. 1. n. 40.* sed quia Status Imp. ille, cujus est subdita, in suo terri-

territorio ipse Cæsar est, ideò ad istum vel ejus provocare debet curiam. vid. Gehe *in Tr. de juribus & priv. miserab. Personarum c.* 2. §. 2. Exceptio tamen est, quando miserabilis agit contra miserabilem. *Brunnem. in Comment. ad d.* 1. Sic porrò Dominus territorii habet jus infamiæ abolendæ *Rumelinus ad A. B. diss.* 4. §. 22. *sub lit. a. p. m.* 100. *in f.* habet porrò jus nobilitandi *Generosus Rhetius d.* 1. *L.* 1. *t.* 19. §. 3. jus dandi veniam ætatis *id. L.* 2. *t.* 11. §. 1. concedendi nundinas generales Land-Märckte oder Land-Messen, *ibid. t.* 12. §. 4. & quæ ejusmodi jura plura sunt. Dicis: atqui hæc sunt de reservatis Imperatoris. Ergò non possunt competere Principibus imperii. Sed enim respondeo, prædicta jura posse dupliciter considerari, (1.) quatenus v. g. quis pro nobili, majorenni, honesto &c. etiam extra territorium in toto imperio haberi debet, & hoc sensu, pertinent illa omnia ad reservata imperatoris, utpote qui solus ita legitimare, nobilitare &c. potest; (2.) quatenus quis tantùm in territorio sui Domini pro nobili aut majorenni vult haberi, & hoc sensu quilibet Status Imp. nobilitare & legitimare potest. *Dn. Rhetius & Rumelinus citatis locis.*

6. Declara (1.) valere dicterium (1.) quoad jurisdictionem territorialẽ (2.) quoad dignitatem personæ (3.) quoad imperii administrationem *Mulerus de Statibus imperii P.* 1. *c.* 14. *n.* 11. *p.* 113. *seqq.*

7. Declara (2.) ita, ut hoc procedat per analogiam quandam & similitudinem juris, non verò plenitudinem potestatis: nec enim Status Imperii in suo territorio veri sunt Imperatores, sed impro-

priè & analogicè tales. *Conf. Tilemannus de Benignis in Observ. Cam. Pract. 3. ob. 21. n. 15. Schwederus in Introd. ad Jus Publ. P. S. Sect. 2. c. 10. §. 3. Justus Sinolt Schuz in Coll. Publ. Ex. 6. v. 15. sub lit. C.* dissentit *Lampadius de Repub. Rom. Germ. P. 3. c. 3. §. 18.* Sive Status Imp. ferè non autem verè regiam habent potestatem. Unicô verbô: procedit effectivè non verò formaliter.

8. Declara (3.) ut procedat tantùm respectivè secundum quid & quodammodò, in iis quæ ab Imperatore communicari possunt & solent. *id. Schuz. d. l. sub lit. D.* Fallit igitur in reservatis quà talibus, ut & illis, quæ non nisi per privilegium conceduntur, cujusmodi est jus monetam cudendi. *Ill. Stryk. in Diss. de Act. non cessibilibus c. 2. §. 3.* ut & quoad majestatem sive procedit quoad territorialia & regalia non verò imperialia. *Peschwiz de Repressaliis c. 5. n. 16. p. 165.*

9. Extenditur (1.) ad liberas Imperii civitates. *Ventura de Valentiis in Parthenio Lit. L. 1. c. 6. n. 7.* Ratio, quia habent superioritatem territorialem.

10. Ampliatur (2) ut procedat, etiamsi ille dominus modicum habeat territorium; sicut enim secundum politica principia majestas non æstimanda venit ex magnitudine & multitudine terrarum, sed suprema illa potestate, in qua consistit, *Zieglerus de Juribus Majest. c. 1. §. 12.* ita quoque nec ejus æmula, superioritas territorialis.

11. Imò ampliatur (3.) ut Status Imp. adhuc plus possint in suis territoriis quàm Imperator in Imperio. Ita v. g. ratione successionis dominus territorii plus habet in suo territorio quàm Impe-

rator

rator in imperio *Schuz d. l. ſub lit. E.* it. plus quoque habet in cauſa religionis, fœderum &c. in ſuo territorio, quàm Imperator in Imperio; quando quidem ſecundum jura præſcripta poteſt reformare, *Coccejus d. l. c.* 18. §. 23. fœdera pangere *Rhetius t. 22. L. 2. §. 1. art. 9. Capit. Leopold.* & *Inſtr. Pac. Oſn. d.* 1. Imperator contrà neque jus reformandi in Imperio neque imperii nomine ſolus fœdera inire poteſt. *Id. Rhetius d. l.* §. 24. Add. *Leuchtius in Tractat. de Jurisdictione p. m.* 317. & *Dn. Eyben in diſſert. de Origine Regulæ, Principem & Statum imperii eſſe imperatorem in Teritoriis.*

XXXI.

1. **Zwey Schwerdt (*a*) des Marſalle-Amt (*b*) bedeuten Die Wendiſche Heyden (*c*) auszureuten.**

Duo iſti Archimareſchallatûs gladii in ſignum extirpandorum Vandalorum gentilium dati ſunt.

2. (*a*) Hîc intellige illos gladios decuſſatim compoſitos, quos Saxoniæ Elector, ut Archimareſchallus imperii, in inſignibus ſuis gerit. Vid. *Conſpectus Heraldicus*, cujus autor *Caſparus Buſſingius* eſt, teſte *Tenzeliô* in Monatlichen Unterredungen *de A.* 1694. *menſ. Jan. p.* 44.

3. (*b*) De officio Archimareſchallatus Electoris Saxoniæ vid. *Schuz de Statu Rei Rom. Vol.* 1. *Ex.* 7. *th.* 23. *lit. l. p. m.* 566. aliique juris publici

scriptores. De ipsa verò voce ejusque derivatione evolvatur *Besoldus in Thes. Pract. sub voc.* Marschall *p. 626. & Dietherr. in ejus Contin. p. 399. ut & Speidelius in Speculo sub ead. voc.* De origine Electorum vid. *Vagedes in Oper. Academ. p. 254.*

4. (*c*) Wenden, Vandali, erant antiqua Germanorum gens ethnica ad littora maris balthici degens, à quibus hodienum Daniæ ac Suediæ Reges, ut & Duces Mecklenburgici ac olim Pomeraniæ titulos suos habent, *Becmann. in Histor. Orb. terr. c. 9. Sect. 1. §. 7. p. 351.*

5. Secundum hujus proverbii tenorem igitur ratio, quare duos gladios in insignibús suis gerat Saxoniæ Elector, videtur esse hæc, quòd debuerit ethnicos extirpare & religionem christianam plantare. Sed enim, si verum fatear, ratio hæc mihi sublestæ fidei esse videtur, utpote pietati pristinorum temporum minùs conveniens: religio enim christiana non gladiô ferreô sed *spirituali*, h.e. efficaciâ verbi divini plantanda est, man hat nicht gleich mit dem Schwerdt drein geschlagen. Aliam rationem affert colloquiorum mensalium Autor, qui vulgò *Martinus Lutherus* esse perhibetur, allegatus à *Geyero in Spicilegio Seidelio-Besoldiano sub v.* Chur-Schwerdt *p.m. 29.* Majorem applausum meretur *Schwederus in introd. ad Jus Publ. Part. Spec. Sect. 2. c. 5. n. 9. p. 812.* scribens, quòd in Comitiis ac processionibus Imperatori in peculiaris Majestatis symbolum, justitiæ signum, gladium imperialem evaginatum strictumque præferat Saxoniæ Elector. Et hoc confirmant quoque

aliorum

aliorum Electorum insignia, quæ Imperatori præferri solent. Dicis: ita quidem est, sed est petitio principii, & adhuc in quæstione, quare Elector Saxoniæ gladium præferat? ℞. in signum justitiæ, ac fortitudinis non verò extirpandi ethnicismi causa per ea quæ ex Schwedero allata sunt Add. *Geyer d. l.* Unde etiam Saxoniæ Elector in præliis omnibus aliis Electoribus ac Statibus imperii præcedit. Conf. omninò *Speidelius in Speculo sub voc.* Schwerdt *p. m.* 1131.

XXXII.

1. Die Schwieger sind nicht besser, als wann Graß auf ihnen wächset, sive im grünen Kleidlein. Socrus tunc optima est, quando sub viridi gramine jacet, h. e. Socrus genero melior non est, nisi mortua.

2. R. quia socrus plerumque rerum suarum tenax est, ita ut vix bonis ejus gaudere possit gener; mortuâ autem illa eorundem particeps fit, si nimirum hujus uxor, vel proles ex illa suscepta, adhuc in vivis est. (2.) Quia genero falsâ suâ & perversâ doctrinâ, quâ imbuit filiam, non nunquam infortunatum efficit matrimonium.

3. Declar. (1.) veram imprimis tunc esse nostram paroemiam, quando socrus ampla bona possidet, aut, si dives non est, varias tamen tricas genero nectit.

Declar. (2.) quòd non intelligenda sit approbativè, cùm contra pietatem sit & contineat vo-

tum captandæ mortis, ſed ſaltem enunciativè.

5. Declar. (3.) quòd procedat de ſocribus ἐν μέρει, ſive quoad improbas, non καθόλε.

6. Ampl. ut idem quoque dicatur quoad ſocrum, intuitu nurus, quid? quod hæc plerumque pejor habeatur juxta illud inſulſum æquè ac impium: Des Manns Mutter iſt des Teufels Unterfutter.

XXXIII.

1. Schwieger-Mutter, Tieger-Mutter. l. Schwieger, Tieger. Socrus eſt tigris, h. e. crudelis ac injuſta.

2. R. quià non niſi ægrè fert imperium, quod nurus in domo mariti gerit, & eapropter variis aſſultibus eam urget, imprimis verò filium contra eam incitat, & multas diſcordias parit, quæ nurus agit, carpendo. Hinc *Laches* apud *Terent. in Hecyra A. 2. ſc. 1. unâ animô omnes ſocrus oderunt nurus*, & *Soſtrata ibidem A. 2. ſc.* 3. ſed non facile eſt expurgatu, ita animum induxerunt, ſocrus omnes eſſe iniquas.

3. Decl. ita ut procedat non adprobativè ſed enunciativè, non ſemper, ſed ſaltem interdum, imprimis verò intuitu nurus, quando ſc. ſocrus & nurus in una eademque domo degunt; unde quoque alii (quamvis impiè ac injurioſè:) dicunt, des Mannes Mutter iſt des Teufels Unterfutter. Generum enim quod concernit, hic faciliùs convenire poteſt cum nuru, quàm ſocrus. Exemplum in contrarium eſt Naëmi ſocrus Ruth.

Eſſe-

Effectus, quòd ſi ejusmodi malevola ſocrus deponat, vel teſtimonium perhibeat contra nurum, illi non multum habendum ſit fidei. Unà omnes animô ſocrus oderunt nurus; odium & inimicitia verò vitiant teſtimonium.

XXXIV.

1. Die beſten Schwimmer erſauffen, und die beſten Fechter werden erſchlagen. Optimi natatores aquis ſuffocantur, & optimi pugillatores ferrô pereunt. Aliàs dicitur: Non ſemper felix temeritas; nocet temeraria virtus.

2. Ratio, quia artem natandi & digladiandi callentes plerumque nimis audaces fiunt, & tantis ſe demum exponunt periculis, quæ ſuperare non poſſunt. Wer ſich in die Gefahr begiebt, kommt in der Gefahr um. Paulò aliter *Joachimus Nergerus in diſſert. de Athletis & Gladiatoribus penitus tollendis Witteberga habita Tractat. de Athletis n.* 55. Hujus artis Magiſtri ut plurimum propter informationem, in qua adverſarii vitia proponunt, & ſuô corpore repræſentant, paulatim talem malum habitum ſibi acquirunt, qui eis deinde in veris pugnis quàm maximè obeſt, ut ipſi ſæpius peccent contra regulas, quas diſcipulis ſuis tradunt.

3. Declara ut hoc non tàm ipſi arti natandi & digladiandi quàm potiùs vitiis natatorum & pugillatorum abuſuique artis adſcribendum veniat. *Vid. Autor Gymnasm. de Exercitiis Academicorum*

P. 3. S. 3. n. 14. p. 167. n. 13. & *Zeilerus in Opere Epistol. P. 1. Ep. 88. p. 254.*

XXXV.

1. **Wer nicht kan Schimpff (a) verstehn,
Soll nicht zu Leuten gehn.**

Facetias & jocos qui ferre recusat, ille se excludat à communi hominum consortio *Ventura de Valentiis L. 2. c. 4. n. 5. p. 302. in Parthenio Litigioso.*

2. (a) Schimpff est vox, quæ nunc in malam partem sumitur, & ignominiam significat v. g. man hat ihme einen Schimpff angethan, nunc verò in bonam accipitur, & jocum, ludum, scomma denotat Vexirerey, raillerie v. g. es war Schimpff und Ernst beysammen, joca erant seria, aus dem Schimpff Ernst machen, vertere seria ludo. Ultima significatio hujus loci est.

3. R. quia in conventiculis homines hilares se præbere, & aculeis jocosis invicem se pungere ac certare solent.

*Innocuos permitte sales, cur ludere nobis
non liceat?*

4. Declar. quòd imprimis melancholici & sanguinei non concordent in conventiculis, quia secundum *Horatium*

Oderunt hilarem tristes tristemque jucundi.

5. Exemplo nobis sunt veteres Romani, qui sicut aliis præstantiores; ita & reprehensionis patientiores extiterunt in ferendis scommatibus, *Ventura de Valentiis d. l.*

XXXVI.

1. WElcher des Teufels bereits eigen ist/ der hat gut schwöhren. Qui jam tùm diaboli est, ille facilè jurare potest. h. e. Qui Sathanæ vinculis jam tùm constrictus est, illi juramentum non religioni est.

2. R. quia nihil habet, quod perdere possit; animam enim jam tùm diabolo devovit.

3. Effectus, quòd ille, qui impiam vivit vitam, temereque jurandi & blasphemandi fovet consuetudinem, non facilè à judice admittendus sit ad juramentum, aut si admissus fuerit, non multum ipsi tribuatur fidei, *Crusius de indiciis delictorum P. 2. c. 32. n. 23. p. 148. & c. 3. n. 23. p. 13.* imprimis si perjuriô, quod metuitur, damnum inferatur non tàm ipsi pejeranti, quàm innocenti. Add. *Joachimus à Beust de jurejurando p. 392. n. 103. p. 434. n. 207.* ubi tradit, quòd ille, qui jam tùm perjurium commisit, non admittendus sit ad præstationem juramenti.

4. Declaratur, quatenus nimirum quis in vita sua scelerata perseverat adeoque diaboli manet.

XXXVII.

1. WEr recht schwöret/ (*a*) der betet recht. Verum Jusjurandum jurare, perinde est ac DEUM orare. Meminit hujus *Speidelius in Speculo sub voc.* Aid *p. m. 39.*

2. (*a*) Ad id ut verè juretur, tres comites vulgò à Doctoribus requiruntur, *veritas* nimirum facti, ſuper quo juratur, *justitia* itidem facti ſuper quo juratur, & *judicium* illius, qui jurat, ita ut omnis ignorantia ac error excludatur. Vid. *Sonnemannus in Legibus Notabilioribus p. m.* 264.

3. Ratio datur ex ipſa definitione, quia qui jurat, invocat DEUM vindicem eum in caſum, ſi falſò juraturus ſit; quod ſi verò quis exactè cognitum habet factum, ſuper quo jurat, & factum illud nihil continet injuſtitiæ, ipſe verò intelligit, quid ſit jurare, tunc ceſſat vindicta illa, & conſequenter devotas preces ad DEUM fundit jurans. Sunt quidem multi, qui ultima quævis potiùs paterentur, quàm ut aliquod præſtarent juramentum, utut de veritate rei ſatis certi eſſent, proximumque ſuum è magno eliberare poſſent infortunio. Sed irreligioſa hæc eorum religio eſt. Forma ſpecifica juramenti ſolennis & corporalis conſiſtit in verbis illis: So wahr mir GOTT helffe! quæ ſæpè illi ipſimet ſubinde in ore habent, quoties aliquid aſſeverare volunt, juramentum ipſum verò tanquam cane & angue pejus quid fugiunt, quô ipſo rem quidem admittunt ac faciunt, vocabulum verò odii habent. Rectè autem cogi poſſe ejusmodi nimiùm conſcientioſos homunciones ad jurandum, ſaniorum JCtorum ſententia eſt, ſive clerici iſti ſint ſive laici, ſive nobiles ſive ignobiles *Speidelius d. l.* modò veritas aliter erui non poſſit: manet enim tunc jurantem benedictio divina, juxta illud Plauti: viri juſtè jurantis poſteritas benè habebit.

Vid.

Vid. Reinkingk in der Biblischen Policey. *L. 3. ax. 31. p. 785. Speidelius in Speculo sub voc.* Ayd, *p. m.* 39. Notanter autem dictum formam juramenti solennis consistere in verbis illis: so wahr mir GOtt helffe; quod enim minus solenne juramentum attinet, illud etiam aliis verbis: v. g. bey Verlust meiner Seelen Seeligkeit expediri potest. Vid. *Struvius Exercit. ff.* 17. *L.* 12. *t.* 2. *§.* 12. *p. m.* 1058. *ibique Mullerus.* Hinc ego suasor, non essem in ejusmodi casibus, ubi solenne requiritur juramentum, aliam substituere formulam, quæ invocationem nominis divini explicitè non continet, quia hoc ipsô species juramentorum immutaretur, & in locum juramenti solennis minùs solenne surrogaretur; quoties autem lex pro forma requirit juramentum solenne, toties nunquam sufficit formula æquipollens *per vulgata.*

4. Declara ita hanc paroemiam, ut procedat secundum principia Ecclesiæ occidentalis, fallat verò in Ecclesia orientali *Hertius in Select. & Rar. ex univers. Jurisprud. Argum. L.* 1. *de paroem. Jur. Germ. par.* 30. *p.* 439.

XXXVIII.

1. VOr Galgen und Rad kan man sich wohl hüten, aber nicht vor dem Schwerdt. A patibulo & rota non verò gladio sibi quis cavere potest.

2. R. quia suspendii & rotæ pœna ejusmodi delictis statuta est, quæ regulariter longam deli-

bera-

berationem & proæresin maturam præsupponunt; gladius verò etiam in ejusmodi delictis locum habet, ubi quis irâ vel aliis affectibus abreptus facilè peccare potest.

3. E.G. Ad furtum & latrocinium perpetrandum regulariter (datur enim furtum impulsu famis commissum) nihil nisi mera malitia & lucri cupiditas instigat, cui si quis resistit, facilè quoque tutus esse potest à pœna laquei. E contrario potest quis irâ commotus negligere moderamen inculpatæ tutelæ, & sic gladii pœnæ reus fieri, qui alioquin ab omnibus delictis capitalibus sibi diligenter cavit.

4. Fallit (1.) in militia, ubi sæpè quis suspenditur, qui laqueum non meruit, & unô vel alterô affectu motus, vel à pravo sodalitio seductus delictum aliquod, in se quidem levius, secundum statuta tamen militaria morte dignum admisit.

5. Fallit (2.) in omnibus innocentibus, qui injustè ad pœnam laquei condemnantur: illi enim rectè sibi caverunt à reatu, pœnam tamen patibuli evitare non potuerunt.

6. Fallit (3.) in illis locis, ubi etiam alia delicta, quæ magis ex præcipitantia quàm destinatô consiliô fiunt, pœna laquei expiantur, cujusmodi in Saxonia adulterium est.

XXXIX.

1. Küpffern Geld / küpfferne Seel-Messen. Moneta ænea, sive pecunia ærosa æneam meret missam. h.e. pretio labor

bor reſpondet, qualis merces talis labor, unde quoque alii dicunt: Kupfferner Lohn / kupfferne Arbeit.

2. Ratio, quia proportio eſſe debet ſalarium inter, ſive mercedem & labores, ſive operas, Döpler in ſeinem getreuen Rechnungs-Beamten *P.* 3. *c.* 20. *n.* 58. *p.* 147. Creſcentibus igitur laboribus creſcere quoque debet ſalarium. *Idem* Döpler *P.* 1. *c.* 9. *n.* 94. *p.* 176.

3. Declar. (1.) quatenus ſcil. aliud non conventum: conventio enim legem ſicuti dat contractui, ita quoque derogare poteſt noſtræ paroemiæ, modò conventio illa non involvat læſionem ultra dimidium.

4. Declara (2.) paroemiam hanc magis narrativè quàm approbativè procedere, cumprimis quando conventio adeſt: nec enim ille, qui modicum habet ſalarium, minùs obligatus eſt ad præſtandam diligentiam, quâm alius ingens ſtipendium merens, ſed æquè ac hic tenetur de culpa, hôc tantùm obſervatô diſcrimine, quòd poſſit agere ex *l.* 2. *C. de Reſcind. Vend.* Si ultra dimidium læſus ſit, aut ſi conventio deficit, implorare officium judicis, ut merces labore condigna conſtituatur.

XL.

1. Seelen-Sorger / Seelen-Worger. Animarum curatores ſunt animarum occiſores. h. e. Paſtores ovium ſuarum animas perdunt.

2. R.

2. R. quia non tantum ſegnes ſunt & pigri in adminiſtrando ſuo officio, adeoque negativè mali paſtores & culpoſi, ſed & ipſimet oves vetitis artibus ac doctrinis inſtruunt, & ſic poſitivè mali exiſtunt.

2. Quid? quod ad inteſtina bella belliſſimas occaſiones ſæpè ſuppeditant *Ventura de Valentiis in Parthenio Litigioſo, l.* 1. *c.* 6. *n.* 8. *p.* 76. & loco, paſce! paſce! paſce! intonant illud Judæorum veſanorum: crucifige, crucifige, crucifige! Conf. Krull *in Vindiciis Mauricianis n.* 218.

3. Declar. (1.) valere dicterium hoc particulariter non univerſaliter, enunciativè non approbativè, de facto, non de jure. Eodem illud recidit: Beicht-Våter, Bäuch-Våter. Conf. *Ezech.* 34. *per tot.* & *Job.* 10. 1, 8, 10. ubi graphicè depinguntur ovium ſuarum perditores.

4. Declar. (2.) ita ut imprimis valeat quoad novos paſtores, juxta illud: Ein neuer Prediger, eine neue Hölle.

XLI.

1. *SEqueſter* (1.) machen leere Neſter. (2.)

1. (*a*) Sequeſter eſt vox origine latina & dicitur iſte, apud quem plures eandem rem, de qua controverſia eſt, depoſuerunt *l.* 110. *ff. d. V. S.* ubi ſimul invenies nominis hujus derivationem. Germ. ein Mittelmann, cùm quo convenit latinum *medius*, prout in *l. ult. in f. C. quib. ad lib. procl. non lic.* ſequeſter etiam dicitur.

2. Sed

2. Sed quoniam hæc germanica vox ambiguitate laborat, & æque arbiter & arbitrator eô in vernacula appellatur; ideò plerumque latina à rusticis etiam retinetur, &, ut ita dicam, germanizatur.

3. (*b*) Hoc vocabulum impropriè capitur, & denotat rem, quæ sequestratur, sive sit prædium aut aliud ædificium, sive etiam res mobilis.

4. Sensus paroemiæ est, quòd ex sequestratione ruina immineat rebus sequestratis, sive, quòd sequestri vacue faciant prædia sequestrata, metaphorâ desumtâ à cuculo, qui aliarum avium nidos ovis suis spoliat.

5. Declarabis hanc regulam, quòd incommodum hoc non tàm ex salario sequestri, (nam & ipsi debitores administrationi prædiorum utiliter præesse non possunt sine expensis *Bened. Carpz. de asylo generali debitorum c.* 4. *n.* 313.) quàm ex ejusdem malitiosa & fraudulenta administratione, & sic ex abusu potiùs quàm ex usu sequestrationis proveniat. *Philippi de Subhastationibus c.* 2. *Comm.* 13. *n.* 84. *seq. p.* 113. qui, quod obiter notares, hæc omnia de verbo ferè ad verbum exscripsit ex allegato Carpzovio.

6. Huic igitur malo ut medicina paretur, consultum est, ut quotannis administratores adigantur ad rationum redditionem, & restitutionem residui, ipsaque administratio probè observetur. *Idem Philippi d. l. n.* 86. Sic enim creditor periculum administrationis & rationum ex *l. creditor.* 3. *C. d. pignorat. act.* oriundum, debitor verò subhastationem evitare & rem suam illibatam con-

servare potest. Quodsi verò sibi hic non satis cavet, mirum non est, si sequester ex ejus calamitatibus & dispendiis sua capit commoda. Plura quæ circa sequestrationem observanda, vid. apud *illustrem Dn. Strykium in Tr. de Caut. Cont. S.2.c.3.* §. 20. it. *apud Petrum de Ferrariis t.9. per tot.* ubi passim tradit, quod sequestrum etiam dicatur saxamentum.

7. Quicquid tamen hujus rei sit; si debitor aliâ viâ sibi consulere poterit, facilè non consentiat in rei suæ sequestrationem. Rationis loco sufficit notissimum illud capitulum: turpius quis ejicitur quàm non admittitur *c. quemadmodum 25. X. d. jurejurando*, sive ut vulgatus habet hexameter:

> Turpiùs ejicitur quàm non admittitur hospes.

8. Præthereà constat, quòd sequestratio similis sit executioni, *Tabor in Thesauro Barbosæ sub voce: Sequestratio ax.* 3. & hinc regulariter prohibita, *Gail. de Arrest. c.1.n.7.* Adde quæ habet *Gœddicus in peculiari tractatu de sequestratione possessionum & fructuum. Joh. Petrus de Ferrariis in Praxi aurea t.9. per tot.*

XLII.

1. Viel Köpffe viel Sinn; Einem jeden Tappen (Narren) gefällt seine Kappen. Quod capita tot sensus. Quot capitum vivunt totidem studiorum millia sunt. Quot homines, tot sententiæ, suus cuique

cuique mos. *Terent. in Phorm. A. 2. S. 3.*

Cuique suum caput est, ut pileus; improbat Hermes.

Approbat Hermogenes, nec idem placet omnibus unquam.

Mille hominum species & rerum discolor usus.
Velle suum cuique est nec votô vivitur unô.

2. Ratio: quemadmodum enim inter tot millia hominum nunquam duo reperiuntur, in quibus quoad externa non detur aliqua disparitas, quin discerni invicem queant; ita quoque interna hominum, mens scilicet & animus eorundem, maximè differunt.

Pectoribus mores tot sunt, quot in ore figuræ.

3. Confirmatur paroemia nostra *per l. 17. §. 6. ff. d. Recept. arbit. & qui art. recep.*

4. Hinc est, quòd quisque sibi placeat, & sapiens videatur, & quod unum idemque culpetur ab his, laudetur ab illis. Qua propter etiam dirimendæ discordiæ ergò jus majoris partis introductum, *Hertius in selectioribus & rarioribus ex Jurisprudentia universali argumentis L. 3. de Paroem. Jur. Germ. paroem. ult. p. 636. §. 1. Schuz de Statu Rei Romanæ Vol. 2. Exercit. 11. th. 8. p. 760. Conf. poroem.* Wer die meisten Stimmen hat, hat das meiste Recht.

5. Exemplum vide apud *Schuzium de Statu Rei Romanæ Vol. 2. Exerc. 11. th. 8. lit. a. p. 760.*

6. Declara valere adagium nostrum quoad diversitatem accidentalem, non verò essentialem.

XLIII.

1. WEr wol sitzet, der lasse sein Rucken. Qui benè sedet, ille locô ne se moveat: ita enim versus ille latinorum habet:

Si quâ sede sedes & erit tibi commoda sedes
Illâ sede sede nec ab illa sede recede.

2. Ratio quia omnis mutatio periculosa est: qui ergò mediocriter saltem bonô collocatus est locô, ille non facilè adspiret ad meliorem; plerumque enim conditionem suam facit deteriorem. R. quia fato placuit nullius rei eodem semper locô stare fortunam. *Lipsius Lib. 6. Polit. c. 2. n. 14.* unde quoque est, quòd mutatio in jure non præsumatur, *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Comm. sub voc. mutatio ax. 9.* Add. *Beierus in tract. de Receptu tàm personarum quàm rerum §. 27. n. 235. p. 63. & n. 107. p. 35. ibid.*

- - Dum tua navis in alto est,
Hoc age, ne mutata retrorsum te ferat aura.
Horat. 1. Epist. 19.

XLIV.

1. ES ist nichts so klein gesponnen,
Es kommt doch endlich an die Sonnen.

Quicquid sub terra est, in apricum proferet ætas.

2. Ratio, quia DEUS in patefaciendis secretè perpetratis facinoribus mille modos novit, quibus

bus ex occultis tenebris aliquid extrahere & proferre poteſt in lucem.

3. Declaratur (1.) dictum noſtrum de peccatis imprimis clandeſtinis intelligi von ſtummen Sünden, v. g. vom verborgenen Ehebruch, de quo Conſ. *l.* 34. *C. ad L. Jul. de Adult.* ibi: *manifeſtâ fide atque indiciis evidentibus publicabunt.*

4. Declaratur (2.) ita, ut ſæpè poſt longiſſimum tempus facta demum illuceſcant. La verité arrive tous jours la derniere & fort tard, parce qu'elle a pour guide un boiteux, qui eſt le tems. Vid. *Graciani homme de cour max.* 146. *p. m.* 212.

5. Ampl. etiamſi peccans claudat feneſtras, vela tegant rimas, jungantur oſtia, tollatur lumen è medio, taceant omnes, & propè nemo recumbat.

6. Limitatur, niſi ſcilicet ex ſingulari & inperſcrutabili DEI voluntate peccatum aliquod maneat occultatum: vid. *omninò*, 1. *Cor.* 4. *v.* 5. nec enim, quaſi omnia pateſierent, exiſtimandum, cùm multa quidem nobis innoteſcant, plura tamen in occulto lateant & maneant. Conſ. huc *Diſſert. de Fama ſub D. Bochmanno, JCto, olim habita Sect.* 4. *n.* 17. & *Reinhold. à Derſchau in Hodoſophia Viatoris Chriſtiani p. m.* 261.

7. Ampl. ut procedat etiam quoad alia crimina v. g. furta, homicidia. Exemplum furti mirô modô pateſacti legere eſt apud *Joſ. c.* 7. *v.* 13. *ſeqq.*

XLV.

1. WAnn die Sonne am Himmel ist, siehet man die Sterne nicht. Sole existente in nostro horizonte, nullæ stellæ conspiciuntur. h. e. quando duo vel plures concurrunt, quorum alter alterô habilior est, tunc hujus habilitas causa est, ut alter susque deque habeatur.

2. Ratio quia sicuti radii solares, ceu multò fortiores, stellarum obscurant radios, adeò ut etiam in proverbium abierit : lumen majus obscurat minus ; ita excellentia alicujus magni Viri omnes in sui rapit admirationem, & splendorem reliquorum diminuit.

3. Imprimis quando concurrentes ejusdem, ut dicitur, sunt professionis.

4. Sic quoque cum Imperatore & Statibus imperii comparatum est : ubi enim ille est, ibi hi, ceu Majestate imperatoriâ inferiores, fasces submittere debent. Vid. Reinkingk *de Regim. Secul. & Eccles. L.* 1. *cl.* 5. *c.* 6. *n.* 47. *p. m.* 293. Conf. *par* : Wo der Käyser hinkommet, da stehet ihm das Gericht offen.

XLVI.

1. WEr mit Soldaten will Ehr erjagen,
Muß sie wohl zahln und rechtschaffen plagen.

Aucu-

Aucupaturus gloriam per militem, ſolvat ſtipendium & habeat diſciplinam rigidam.

2. R. prioris eſt, quia ſicut ſine Cerere & Libero friget Venus; ita ſine pecunia Mars, adeò ut ſpiritus vitalis dicatur belli, vid. *Naurath de Rationariis p.m.* 321. *Lipſius Lib.* 5. *Polit. c.* 6. *n.* 6. juxta illud: Friſch Geld, friſcher Held. Add. *Conſtantini Germanici Epiſtola Politica ad Juſt. Sinc. p. m.* 61. Poſterioris verò, quia miles ſibi relictus & diſciplinâ rigidâ non habitus ad varios exceſſus ſe flectit. Conf. *Lipſius Lib.* 5. *Polit. c.* 13. *n.* 1. *ſeqq. Wallenſtein* famoſus ille in bello tricennali Dux Exercitus imperatoris dicere ſolitus eſt: Man muß ſie wohl zahlen, und muß ſie wohl hencken, *Scharſchmid ad Schuz Coll. Publ. de Statu Rei Rom. Vol.* 2. *Ex.* 10. *th.* 9.

3. Declara, valere paroemiam hanc imprimis quoad Helvetos, unde quoque proverbialiter de illis dicitur: Kein Geld, kein Schweitzer, Point d'argent point de Suiſſe.

4. Fallit plerumque, & locus iſti Italorum proverbio datur: I ſoldati ricevono le per loro fatiche piu piaghe, che paghe: h. e. milites accipiunt pro ſuo labore potiùs plagam quàm pagam i. e. Salarium: ſiquidem *pagare idem, quod ſolvere. Dietherrus in Contin. Theſ. Beſoldi ſub voc.* Einquartierung, *p.* 173. Conf. ſuprà paroem. Im Krieg frißt und ſäufft man.

XLVII.

1. Zu Ehren soll man nichts spahren. Ubi de gloria agitur & honore ibi pretio non parcendum.

2. Ratio, (1.) quia præstat bonam famam quàm pecuniam habere in marsupio, (2.) quia bona fama suâ, ut ita dicam, inæstimabilitate, rependit damnum pecuniæ. Pecuniam enim, in loco negligere maximum interdum est lucrum inquit *Syrus apud Terentium in Adelph. A. 2. Sc. 2.*

3. Declar. (1.) ita tamen ut erogatio fiat cum judicio, & cum modo, consideratis probè circumstantiis personarum, loci ac temporis: aliàs enim impingitur in illud *Siracidæ c. 19. v. 1.* & locus illi proverbio est: Armer Leute Pracht währet über Nacht. It. Zween Tag weiß Brodt, darnach Jammer und Noth, de quibus vid. *Bidembach in Promt. connubiali them. 55. p.* 260.

4. Declar. (2.) quòd imprimis procedat in erogationibus extraordinariis v. g. donis natalitiis, nuptialibus, didactris, conviviis &c. Hinc quoque pecunia, quæ ejusmodi rebus impenditur, pecunia honoris, der Ehren-Pfennig, dicitur. E contrario parsimoniæ studere debemus in rebus nostris privatis & alimentis cottidianis. Germani nostri dicere amarunt: ein vernünfftiger, (ego dicam ein glückseeliger, nec enim omnibus datum est adire Corinthum) Hauß-Vater muß drey Pfenning haben, einen Ehren-Pfennig, Zehr-Pfennig und Noth-Pfennig. Conf. *Dn. Frit-*

Fritschius in Cont. Besoldi Thes. Pract. sub voc. **Noth-Pfennig**, *p. m.* 793.

5. Declar. (3.) quòd imprimis personæ illustres honoris sui rationem habere, & ad conservandum suum splendorem, pecuniam interdum negligere debeant. Sed enim proh dolor! hodiè res eò pervenit, ut plus pecuniæ in scurras histriones, mimos, adulatores & id genus amicitiarum dehonestamenta, ut *Tacitus Hist.* 2. *c.* 87. *n.* 4. loquitur, sæpè abjiciatur, quàm ut honoris causa impendatur. Quàm mali autem ejusmodi profusiones bonum deceant Principem, vid. *Lipsius Polit. L.* 4. *c.* 11. *n.* 99. *seqq.*

XLVIII.

1. **Ein Spahrer will einen Verthuer haben.** Prodigus natus de parco patre creatus. Tenacem sequitur prodigus.

2. Prob. per illud Siracidæ c. 14. v. 4. **Wer viel sammlet, und ihm selber nichts guts thut, der sammlets anderen, und andere werdens verprassen.**

3. Ratio, quia malè parta malè dilabuntur, cùm eôdem môdo quidque pereat, quô factum est.

4. Declara, quòd valeat quoad ejusmodi præparcos & aridos, qui, iniquô modô, & ex summa avaritiâ, omnia corradunt, & comparcunt, ita ut suum defraudent genium, salinum obsignent cum sale, & latrantem stomachum vix saturare audeant, hæc enim parsimonia nimia est,

& in vitium vertitur, *l.6. in pr. C. de advoc. div. jud. ibi: per parca Principis subtilitas* ejusmodi homuncio à Luthero rectè dictus fuit ein Lauser, & optimè comparari potest mit einem gemästem Schwein, welches nicht ehender was nutz ist, als biß es geschlachtet worden. Exemplum nobis luculentum praebet *Geta*, & ejus nurus apud *Terent. in Phormione A.1. Sc.1.* ubi *Davus* ita sermocinatur: *Quod ille unciatim vix demensô de suô, suum defraudans genium, comparsit miser, id illa universum abripiet, haud existimans, quantô labore partum.* Unde quoque Guestphali dicere amant:

Wat man spahrt vorm Mund,
Dat frett Katt un Hund.

Nostrâ dialectô:

Was man spahrt vor dem Mund,
Das frisset Katz und Hund.

5. Fallit quoad illos, qui medium sequuntur, adeoque virtuti parsimoniae operam navant, cumprimis in statu juventutis constituti, junges Blut, spar dein Guth, Armuth im Alter weh thut, juveni parandum, seni utendum, sera in fundo parsimonia. Conf. *Zeilerus in Opere Epistolico P.1. Ep.93. p.270.*

XLIX.

1. IN Spanien gehet die Sonne niemahls unter. Nunquam occidit Sol in Hispania.

2. Ratio, quia Hispaniarum Rex magnas & multas habet possessiones in quatuor mundi partibus, Asia, Africa, Europa & America. Quando igitur Sol in una parte occidit, statim in altera oritur, & propter hanc continuam Solis orientis & occidentis vicissitudinem dicitur, quod Sol nunquam occidat in Hispania. Vid. *Autor* des Europäischen Herolds, *p.* 632. ubi & pag. seqq. longâ serie possessiones illæ recensentur.

3. Declara igitur, quatenus per Hispaniam non intelligitur Hispania specialiter sic dicta, sed omnis terra, quæ ad imperium pertinet Hispanicum. Ita ut verus sensus sit paroemiæ: Sol semper telluris parti alicui lucet, quæ Hispanicæ Jurisdictionis est. Conf. *Betmann in Historia Orb. Terr. P.* 2. *c.* 1. §. 3.

L.

1. **Es spielen sich eher zehen arm / als einer reich.** Citiùs decem ludendo rediguntur ad inopiam quàm unus ad divitias. Meminit hujus *Mevius ad Jus Lubeccense L.* 1. *t.* 5. *art.* 10.

2. R. quia utut unus alterve interdum aliquid lucretur, lucrum tamen istud non radices agit, sed prout malè partum ita quoque malè dilabitur, cum ex ludis proveniant dilapidationes ac lacrymæ *l. fin. C. de Aleat.* imò inimicitiæ, jurgia, cædes & plures aliæ calamitates.

Ludens taxillis benè respice quid sit in illis,
Spes tua, res tua, sors tua, mors tua pendet in illis.

Ut

Ut nil dicam de eo, quod sæpè congrediantur lusores, & neuter tamen eorum victor existat, cùm tamen uterque animô vincendi lusum inceperit, & id saltem lucratus sit quòd tempus inutiliter triverit, unde quoque rectè dicitur: **Es wären keine grössere Narren, als die so um des Gewinst willen spielen, weiln ein jeder gewinnen will, und einer wenigstens gleichwol verliehren muß.**

LI.

1. **MAn solle es bey denen alten Löchern lassen.** Antiquis vestigiis insistendum. h. e. antiquis consuetudinibus & juribus utendum. Coincidit illud Agricolæ: **Wy hebbent also vunden, wy mohtent oick also blieven laten.** *Hertius in Select. & Rar. ex Univ. Jurisprud. Argum. L. 1. de Paroem. Jur. Germ. par. 3. p. 392.* Probat. per l. 18. C. de Testam. ubi dicitur, quòd mos retinendus sit fidelissimæ vetustatis.

2. R. (1.) quia omnis mutatio periculosa (2.) novitas odiosa, & (3.) fomes multarum litium est. Via trita facilè calcari, â via autem invia facilè aberrari potest.

3. Prob. per *l. Imperator* 13. *ff. de polit. in f. l. semper* 5. *ff. de Jur. immunit. cap. anteriorum* 28. *§. illud* 2. *q.* 6. *cap. quantò* 3. *x. de Translat. Episcop.*

4. Declara paroemiam intelligendam esse de consuetudinibus bonis ac rationabilibus. Vid. *Celeberrimus Dn. D. Hertius d. l. p.* 392. de eo enim

quod

quod irrationabile est, valet illud: hundert Jahr unrecht, ist nicht eine Stund recht. Vid. *par. hanc sub voc.* Recht, quò enim peccata antiquiora eò etiam graviora, *cap. non debet* 8. *de Consf. & affinit. Si omnia vetera sint bona, omnia nova mala, quæcunque nunc bona sunt, erunt olim mala, & quæ nunc sunt mala, sunt olim futura bona*, Falsè inquit *Pompilius apud Erasmum Roterodamum in colloquio de Apotheosi Capnionis.*

Exemplum de rustico quodam in Livonia, qui maluit pœnam duriorem sustinere pro veteri consuetudine, quàm eam redimere octo grossis, dicente: Ich mag auf meine alte Tage nichts neues haben, und keine Veränderung einführen, will mit der Strafe, so meine Vorfahren ausgestanden, auch zufrieden seyn, recenset *D. Heberer in Dissert. de fiducia Magistratus Witteberga habita c.* 5. §. 5. Das heisset wol nach dem alten Latein:

Sum, es, est,
Wir bleiben in unserm alten Nest,
Wie wir immer sind gewest.

LII.

1. D. Luthers (*a*) Schuhe sind nicht einem jedweden gerecht. Non quadrat ad cujusvis pedes Lutheri calceus, h. e. non quilibet imitari potest Lutherum.

2. (*a*) De Luthero conferri possunt publicarum rerum scriptores, imprimis verò B. *Dn. à*

Se-

Seckendorf in historia Lutheranismi, *Sleidanus* de Religione & M. *Christianus Juncker* in Vita Lutheri.

3. R. generalis est (1.) quia duo cùm faciunt idem, non est idem. Vid. *Act. c.* 19. *v.* 13. *seqq.* (2) Specialis, quia dicta & facta Lutheri ad mores, qui tùm erant, sunt accommodata. Vid. *dict. Dn. Juncker in Vita Lutheri p. m.* 288. (3.) quia aliquid heroicum fuit in Luthero, quod non est imitabile (4.) quia Lutherus ab adversariis sæpè irritatus & ad acerbiora dicta & facta incitatus fuit, quæ exemplo nobis esse non debent. Unde quoque teste *Burgoldensi ad Instrum. Pac. Part.* 1. *disc.* 1. *th.* 10. Lutherus ipse solitus fuit dicere: nisi ego fuissem mordax, Papa fuisset vorax. Malè igitur ab illis, qui in homiliis acerbiùs, si non planè injuriosè, loquuntur, & aculeatô stylô utuntur, ad Lutherum provocatur. Vid. *Plaz in Dissert. inaug. ad l.* 4. *C. de SS. Trinit. Altdorfi habita p.* 50. Quasi scilicet impunè liceret, imò magnum Theologum deceret, maledicere, & jugiter increpare in adversarium. Nec juvat eos, dicere adversarios itidem subinde lacessere maledictis: quid enim hoc ad Theologos quà tales? Aut enim illi benè aut malè agunt: si benè, quare facis te ferocem? sin malè, cur injuriam reponis? Conf. *Brunnemannus in Jure Ecclesiastico L.* 1. *c.* 6. *m.* 1. *th.* 5. Add. par. Scaliren gehöret nicht auf die Cantzel.

LIII.

1. MEt Dyken und met Dämmen moet man dat Land erhohlen. Nostrâ dialecto

dialecto hoc ita efferres: Mit Teichen und mit Dämmen muß man das Land erhalten. Aggeribus & vallis conservatur regio. Denotat autem Dyck, sive Damm aggerem densatum, & Dycken sive Dämmen densare, dicht machen, oder einen Damm von Holtz, Erden und dergleichen aufführen. Vid. Spate im teutschen Sprach-Schatz, *p. m.* 312. Galli dicunt faire terrace contre l'eau. Nimirum in illis terris, quas mare vel fluvii alluunt, & quæ promontoriis non gaudent, necessitas exigit, ut incolæ regionis suæ planitiem contra vim & impetum maris æstuantis aggeribus & moliminibus defendant, prout id ipsum fit in multis locis fœderati Belgii, Holsatiæ, Juliæ &c. quæ ratio muniendi se ex disciplina Romana recepta. Conf. *Klockius de Contribut. c. 9. n. 56.* Und gehören in Holland dazu so viel Leute, daß jährlich darinnen nicht so viel Korn gebauet wird, als zu derselben Erhaltung man benöthiget ist.

LIV.

1. Ein gute Krümm ist bißweilen nichts üm. Interdum ambagibus utendum, h. e. obliquis & indirectis modis interdum locus est.

2. R. (1.) quia necessitas non habet legem (2.) quia obliquitas per se non est mala. (3.) quia directè non omnia assequi nobis licet. Vid. par. Grad aus giebt die besten Renner *sub voc.* Renner.

3. De-

3. Declara (1.) quatenus nimirum finem nostrum directò consequi non possumus.

4. Declara (2.) quatenus modus indirectus honestus est & ad finem bonum tendit adeoque à lege approbatus est. Conf. *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Comm. sub voc. indirectè.*

LV.

1. **DEr Krug gehet so lang zum Wasser, biß er endlich zerbricht.** Quem casus sæpè transit, aliquando invenit. Dicitur in eos, qui sæpè se cuidam exposuerunt infortunio & periculo, vel etiam crimini alicui & peccato tàm diu mancipati fuerunt, donec illô tandem perierunt.

2. Ratio: sicut enim omnium rerum catastrophe datur & vicissitudo; Es währet alles nur eine Weile; ita quoque & hîc fortuna æstuaria est & facile mutatio fieri potest: sæpè enim

Accidit in puncto quod non speratur in anno.

Et quamvis unus vel alter interdum impunè evadat; id tamen felicitatis non cuivis contingit.

LVI.

1. **EIne beschmissene Kuh, Hätte ihrer gern zwu.**

h. e. zwo, Dialectô scil. franconicâ mutatâ in misnicam.

Vacca maculata aliam quoque commaculatam optat. h. e. quando quis scelere quodam

dam se maculavit ac crimine, tunc id agit, ut alium quoque illius suspectum reddat, ne solus sit inquinatus ac pollutus.

2. Comunionem (1.) enim & sodalitium facinoris, non parùm diminuere credunt facti turpitudinem & ignominiam, illud perpetrantes, (2.) quia de sua salute desperans plerumque etiam alienam salutem in dubium deducit.

3. Effectus est, quòd nulli, de se confesso, adversus alium, in eodem crimine credendum sit. Facit tamen hæc confessio in casibus, ubi sc. super sociis interrogare licet, indicium ad inquirendum, præsuppositô nimirum hôc, quòd denunciatus sit talis homo, in quem suspicio criminis cadit. Conf. *Brunnem. in Processu Inquisitionis c. 4. n. 28. p. 32.*

LVII.

1. Traue! schaue! wem?

Fide sed cui vide! Sensus non hic est, quasi planè nemini fidendum, sed quòd cautio adhibenda sit in tribuenda fide:

Fide parùm multumque vide nam fidere multum,
Et vidisse parum maxima damna parit.

Siehe für dich /
Trauen ist mißlich.
Seye witzig /
Die Welt ist spitzig.

Vor Augen gut / falsch hinterm Ruck
Ist heut zu Tag ein Meisterstuck.

Vid. Döpler in seinem getreuen Rechnungs-Beamten / *P. 1. c. 5. p. m. 23. n. 93.* Abele von selt-

seltsamen Gerichts-Händeln, *P. 1. c. 21. p. 96.* & *Sirac. c. 6. v. 6.* Halts mit jedermann freundlich, vertraue aber unter tausenden kaum einem.

2. R. quoniam fidelitas rara avis hodiè in terra est, Treue ist Wildpret.

Judas-Kuß und Joabs Treu
Ist ja worden heute neu;
Küsse mich und gieb mich hin,
Das ist heut der Welt ihr Sinn.

Ubi autem fidelitas deest, ibi non procul est conjuratio *Nolden in Trebatio suo* §. 24. *p. m.* 221. Ratio rationis ridicula latet in vulgato isto:

Da die Treu ward neu gebohrn
Da kroch sie in ein Jäger-Horn;
Der Jäger bließ sie in den Wind,
Daher man keine Treu mehr find.

Conf. omninô *Mullerus in Tr. de annulo pronubo t.* 2. *n.* 2. *seqq. p. m.* 3. Abele *d. l.* & *cas.* 55. *p.* 354.

3. Declara valere dicterium hoc imprimis quoad amasios juxta illud *Mysis in Andria A.* 3. *Sc.* 1. *apud Terentium: ita pol quidem res est: fidelem haud fermè mulieri invenias virum*, & quoad vitam aulicam & bellicam, ubi locus illi est:

Nil homini melius quàm diffidentia prudens,
Ut capiare minus credere disce minus.

Adde Scaligeri Sententiam:

Clarissima sententia confidere paucis,
Sed clarior est altera: confidere nulli.

Conf.

Conf. *Zeilerus in Epist. Cent.* 2. *Ep.* 35. *p.* 399. & *Ep.* 31. *p.* 384. & *Pellerus ad Politicum sceleratum in Epilogo p.m.* 552. *seqq.*

LVIII.

1. **GOtt verlässet keinen Teutschen, hungert ihn nicht so dürstet ihn doch.** DEUS non destituit Germanum, si non esurit, tamen sitit iste. Est proverbium, quod continet quidem sanctissimi nominis divini prosanationem, & eatenus damnandum est, sed quod tamen insimul vitium istud famosum, asotiam scilicet sive luxuriam, scitè exprobrat nationi nostræ Germanicæ. De ebriositate & temulentia Germanorum evolvi potest *Barclaji icon animorum c.* 5. *p.* 150. ibi: immensa cupiditas potûs, jam confessô vitiô, ideoque magis liberâ, illam gentem infestat, quem sequitur Regius ille Geographus *de la Croix dans sa Geographie universelle tom.* 2. *chap.* 6. *p.* 126. ibi: trop enclins à boir & à manger. De eorundem comessatione vide sis *Cornelium Tacitum c.* 15. *n.* 1. & passim alibi. Lutherus dixit: wir Teutschen fressen und sauffen uns arm, kranck und in die Hölle.

2. Ratio consistit in inveterata quadam, & à majoribus nostris in nos propagata, consuetudine, omnium, ut ita dicam irrationabilissima, dum scilicet persuasi sumus, amico nostro satis non exhiberi honoris, nisi ita inebrietur, ut neque pes neque manus amplius suum possit facere officium. Unde Hispani erga Legatum quendam

Germanum quondam ita dicebant: Germani multos possunt tolerare labores ô utinam possent tàm bene ferre sitim, quibus autem Legatus respondebat:

Ut nos ebrietas sic Vos Venus improba vexat,
Lex Veneri lata est Julia, nulla mero.

Vid. Schultzens Welt-Beschreibung, *p.* 60.

3. Declar. (1.) dictum hoc ἐν μέρει saltem non καθόλε valere, (2.) quòd eapropter non excludantur aliæ gentes, cùm notum sit, quòd etiam inter Gallos, Danos, Suecos, Anglos &c. vinolenti reperiantur imprimis autem Moschi potatores strenui sunt, adeò ut etiam Schleising in seinem Reusischen dreyfach-geführten Regiments-Stab, *p.* 50. exclamet: Dem Reusen ist das Sauffen lieber als sein Leben.

LIX.

1. Straßburger Geschütz,
Nürnberger Witz,
Venediger Macht,
Augspurger Pracht,
Ulmer Geld,
Bezwingt die gantze Welt.

Argentinensium tormenta,
Ulmensium argenta,
Norimbergensium curiositas,
Augustanorum pompositas,
Venetorum potentia,
Sunt orbis terrarum coërcentia.

2. Est

2. Eſt omnibus notum adagium, quô nihil aliud indigitari vult, quàm quòd Argentinenſes tormentis bellicis abundent, Norimbergenſes verò ingenioſitate & mentis ſolertiâ polleant, Veneti potentes, Auguſtani ædificiis magnificis divites & Ulmenſes pecuniâ inſtructi ſint. Sed enim ſicuti tempora mutantur, ita etiam hodiè iſtorum Respubicæ faciem valdè alteratam habent, partim injuriâ temporum, partim Bellonæ. Argentoratenſium civitas ex libera facta eſt municipalis. Ulma & Vindelicorum Auguſta in nupero bello ſuos paſſæ ſunt manes. Multasque civitates magnificentiâ & opulentiâ habent ſuperiores Batavi potentiâ ſuperant Venetos & Norimbergenſium curioſitatem & ingenioſitatem vincunt Galli. Conf. B. *Dn. Wagenſeil de S. R. I. libera civitate Noribergenſi*, *c.* 21. *p.* 160. & *Limneus de Jure Publ. Tom. I. c.* 11. *n.* 100. qui ad Noribergenſes Patricios paroemiam hanc applicavit, belluam iſtam multorum capitum prudenter regentes & moderantes. Ejusdem notæ illud eſt: Zu Augſpurg die Kauffleute, zu Ulm die Herren, und zu Nürnberg die Krämer habent ſcil. ἐξοχὴν & celebrantur.

LX.

1. **W**Er viel hat, der muß auch viel Straf geben. Qui multum habet illum multum quoque luere ac pendere oportet.

2. Ratio, quia leviorem mulctam dives neque ſentit neque attendit.

3. Procedit, quatenus scilicet delictum ad pecuniariam pœnam qualificabile & proportio quoque inter delictum & mulctam est. Vid. *l.* 6. §. *præses* 9. *de Off. Præs. l.* 6. §. *fin. C.* de *Mod. mult. Molenbecius Divis. Jurid. cent.* 3. *div.* 87. *n.* 2. *p.* 649. *Carpzov. P.* 2. *dec.* 209. *n.* 39. Ut, si duo idem delinquentes concurrant, quorum unus inops alter verò locuples est, isti mulcta minor, vel pœna carceris huic verò major dictanda venit, sed cum hac cautela ac circumspectione, ut utraque facultatibus delinquentis & delicto ipsi conveniens sit, es muß einem jedweden nach proportion die dictirte Geld-Strafe, ob sie schon ungleich ist, so schwehr ankommen als den andern. Add. omninò *Crusius de indiciis delictorum, P.* 4. *c.* 31. *n.* 13. *p.* 92. & *Cranzius de defensione inquisitorum c.* 4. *m.* 1. *S.* 4. *n.* 148. *p.* 177. Qualis autem proportio observanda sit in infligendis pœnis? vid. *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Comm. sub voc. pœna ax.* 36. & *Grot. de Jure B. & P. L.* 2. *c.* 20. *§.* 33. *p. m.* 878.

4. Limitatur & improbatur paroemia quatenus dictæ circumstantiæ non attenduntur, sed ad placitum & meram voluntatem in imponendis pœnis proceditur, prout famosi hôc nomine sunt Helvetiorum præfecti, de quibus vid. *Speidelius in Speculo sub voc.* Land-Voigt *p. m.* 774. De hac fœdissima judiciorum corruptela exclamat *Petronius:*

Quid faciunt leges ubi sola pecunia regnat,
Et ubi paupertas vincere nulla potest.

LXI.

LXI.

1. DJe Spanier pflegen in Sicilien die Unterthanen ums Geld zu zausen/ in *Neapoli* zu schinden / und im Hertzogthum Mayland gar zu fressen. Hiſpani ſubitos pecuniâ emungunt in Sicilia, in Neapolitano regno deglubunt, in Mediolanenſi Ducatu verò devorant, unô verbô: Hiſpani Italorum hirudines ſunt.

2. Ratio conſiſtit in avaritia & inſatiabili Hiſpanorum cupiditate habendi. Vid. *Autor* des Europäiſchen Herolds / *p.* 628.

3. Declara intelligendam eſſe hanc paroemiam maximè quoad Vicarios, & alios miniſtros Regis, qui in dictis provinciis vices magiſtratûs nomine Regis gerunt.

LXII.

1. Dücke dich Seel / es kommet ein Platz-Regen. Aliquô te abde animula! imber decidit. Eſt proverbium ebrioſis & potatoribus familiare, quod Turcæ illi Conſtantinopolitano ſuam debere videtur originem, qui poculum aliquod exhauſturus ingentem clamorem excitare & dicere amabat: Jch ruffe darum ſo laut / damit ich meine Seele warnen / und ſie vor dem ſtarcken Trunck ſich vorſehen / und in einen heimlichen Ort in dem Leibe ſich verbergen / einfolglich ſie durch den ſtarcken Suff

nicht ersäuffet werden möge. *Jacobus Adamus* Herrenschmid in der Sünder-Roll, *p.* 439. Alii dicunt: Freue dich Seel, es kommet ein Platz-Regen.

2. Procedit non approbativè sed saltem enunciativè.

LXIII.

1. EJn Schwerdt hält das andere in der Scheide. Gladius gladium in vagina retinet. h. e. potentia potentiam reformidat.

2. R. ut enim omnis litis, ita imprimis belli ac duelli eventus dubius est & anceps, cui nemo prudens facilè se committet.

Formidant cuncti, formidanturque Regentes,
Semper habet comitem vis metuenda metum.

3. Declaratur, modò potentia potentiæ æqualis & formidabilis sit. Conf. Reinkingk *de Regim. Sec. & Eccl. L.* 2. *cl.* 3. *c.* 3. *n.* 47. *p.* 487. Arma æqualia enim inimica sunt bello. Add. *Lipsius Lib.* 4. *Polit. c.* 7. *per tot.*

4. Status ergò imperii singulariter interesse suum promovent, si pacis etiam tempore militem alant, hosti ex improviso ingruenti, resistere valentem.

LXIV.

1. WEr schuldig ist, muß bezahlen, Debitoris est solvere.

2. Prob.

2. Prob. *per tot. tit. ff. de Solution. & Inst. quib. mod. obligatio* & *Sirac. c. 29. v. 2. seqq.*

3. Ratio quia obligatio, quæ creditorem inter ac debitorem inita est, id exigit: nec enim hæc priùs extinguitur, quàm solutione ejus, quod debetur. Der Gottlose borgt und bezahlt nicht, *Psalm. 37. v. 21.* nicht aber der fromme und redliche Mann.

4. Declara (1.) ita ut procedat, si quis propriè sit debitor, h. e. purè non verò in diem vel sub conditione debeat. *Tabor apud Barbosam in Thes. loc. Comm. sub. voc. debitor ax. 4.*

5. Declar. (2.) ut debitum quoque oporteat esse liquidum, de quo vid. *Tabor d. l. ax.* 19.

6. Ampliat. (1.) sive quis debitor sit ex delicto sive ex contractu.

7. Ampliatur (2.) etiamsi nihil remaneat debitori, beneficium competentiæ non habenti, sed hic propter solutionem ad paupertatem redigatur.

8. Ampl. (3.) ut qui non habet in ære, luere debeat corpore. Vid. paroem. Wer kein Geld hat muß mit der Haut bezahlen.

9. Ampliat. (4.) in tantum, ut si debitor solutionem probare nequeat, adhuc semel solvere teneatur, cùm ista tanquam res facti non præsumatur, sed probari debeat. *Tabor d. l. sub voc. solutio ax. 15.*

LXV.

1. Es hemmet keine Schuld die andere, vel. Es hält keine Schuld die andere

 auf.

auf. Debitum per aliud debitum non sistitur. Sensus est, quòd nullus debitor eò declinare possit solutionem, quod & ipse debitorem habeat, nec tamen suâ potiri possit pecuniâ.

2. Ratio (1.) quia obligatio inita est inter debitorem ac creditorem, non vero inter creditorem & debitoris debitorem, (2.) quia cursus justitiæ impediri non debet.

3. Declarat. scilicet si debitum liquidum sit; sic enim judex tenetur debitorem exequi, utut hic regerat: es wären ihme auch viel Leute schuldig, wann sie zahlten, wolte er wieder zahlen, it. er solte jedermann zahlen, ihne wolte kein Mensch zahlen. *Besoldus in Thes. Pract. sub voc.* Schulden *p.m.* 867. *Tabor de Præsidiis Debitorum infelicium* §. 16. *p.* 19. Conf. Paroem. Hand muß Hand wahren.

4. Declaratur, modò debitor solvendo sit, aut debitam cogere possit pecuniam: aliàs enim creditor vel expectare necesse habet, donec debitor pecuniam â suo debitore recepit, vel cessionem actionis â debitore suo sibi stipulari debet, aut etiam convenire potest debitoris obærati debitorem ex singulari beneficio *Nov.* 135. *Mevius in discursione levaminum inopiæ debitorum c.* 4. *n.* 24. *p.* 189. *seq.*

5. Fallit hodiè, quando civitas quædam alterius civitatis civibus jus denegat, hôc enim casu denegantis civitatis civibus justitia vicissim denegari, & debiti exactio, arresti injectione, tàm diu sisti & impediri solet, donec administrata fuerit justitia.

6. E. G.

6. E.G. Atticus centum thaleros debet Titio & moritur, hæredem post se relinquens Sempronium. Titius convenit Sempronium, & petit abs eo suos centum thaleros. Excipit Sempronius: sibi etiam Mevium debere centum thaleros, nec tamen horum hactenus potiri potuisse, etiamsi sæpiùs conquestus fuerit desuper apud Titii Magistratum, velle se Titio cedere illos centum thaleros, quos Mevius deberet, vel Titium tàm diu expectare debere, donec illos acceperit. Quæritur an exceptio hæc sit relevans? Rz. quòd non, quia debitum per aliud debitum non sistitur. Conf. *Zorer* in seinem rechtmässigen Bedencken über etliche Fragen. *L.* 9. *n.* 620. *p.* 102.

LXVI.

1. EInem Schmeichler und Wolff ist nicht zu trauen. Adulatori & lupo non est fidendum.

2. Ratio, quia uterque damnosus est, & decipit; adulator blanditiis lupus verò forti suâ rapacitate, & rapaci fortitudine. Hinc est, quòd Pharisæi quoad internum lupis comparentur rapacibus, inwendig sind sie reissende Wölffe.

3. Convenit illud *Proverb. c.* 26. *v.* 24. & 25. Eine falsche Zunge richtet Verderben an. Wann der Feind seine Stimme holdseelig machet, so glaube ihme nicht, denn es sind sieben Greuel in seinem Hertzen. Unde adhuc alia patoemia in ore vulgi habetur: mit guten Worten teuschet man die Leute. Blanditiis homines alliciuntur. *c. qui sincera*

ſincera 3. *diſt.* 45. Wann der Fuchs Gänſe fangen will, ſo wedelt er mit dem Schwantz.

4. Declaratur, (1.) ut imprimis procedat tunc, quando vires fruſtraneæ ſunt: ſi enim leonina pellis non ſufficit, vulpina aſſuitur.

5. Declar. (2.) ut procedat maximè quoad potentioris aſſentationem inſtantem, utpote quæ fraude non caret, & metum inducit *Tabor apud Barboſam ſub voc. blandiri ax.* 2.

LXVII.

1. Schlagen iſt (hat) kein Recht. Ferire non licet, ſive verberibus aliquem excipere non eſt juris

2. Ratio, (1.) quoniam ſpecies privatæ vindictæ eſt, quæ nobis prohibetur (2.) quia injuriam continet.

3. Probatur per *cap. contingit* 36. *x. de Sent. excommun.* §. 1. 7. *Inſt. de injur. & l.* 1. *ff. eod.*

4. Declaratur (1.) ut imprimis clerici abſtinere debeant à verberibus *t. t. Decret. de Clerico percuſſore;* ut & liberi â verberatione Parentum, vid. tamen *Brunnem. ad l. un. C. de Emend. Prop.* unde quoque *Paulus* Apoſtolus requirit, ut Epiſcopus ſit πλήκτης 1. *Tim.* 3. *v.* 3. non percuſſor.

5. Declar. (2.) quatenus animô injuriandi & ſeſe vindicandi verbera alicui innocenti infliguntur.

6. Limitatur, (1.) quando à magiſtratu in pœnam alicui dictantur verba, quod in militia imprimis ſolenne eſt.

7. Li-

7. Limitatur (2.) quando correctionis causa verberibus aliquis castigatur, quemadmodum parentes suos coërcere solent liberos, & Præceptores suos discipulos.

8. Limitatur (3.) quando famulitium vel ex concessa facultate Parentum verberibus excipitur, vel in illa adhuc ætate est, ut castigatione domesticâ opus habeat. Vid. *Excell. Dn. Strykius in diss. de Alapa c. 2. n. 16.*

9. Limitatur (4.) in reverberante, modò nullus committatur excessus. Eadem enim debet esse redhibitio. Sed enim limitationem hanc Sacræ Scripturæ contrariari videri, patet ex illo Servatoris præcepto, *Matthæi 5. v. 39.* Wann dir einen Streich jemand giebt auf deinen rechten Backen, dem biete den andern auch da. Conciliationem vide apud eund. *Stryk. d. l. c. 4. n. 9. seq. Balduinus de Casibus Conscient. Cas. 15.* Add. *Tabor apud Barbosam in Thec. Loc. Com. sub voc. retorsio p. m. 821. ibique Dietherrus in Contin. p. 516.*

10. Ampl. quoque ad injurias verbales. Schelten hat kein Recht, cùm & convicium species vindictæ privatæ sit.

LXVIII.

1. Weit davon ist gut vor den Schuß. Procul à Jove, procul a fulmine. h. e. præstat ministris eminùs abesse à Principibus & Dominis suis quàm istis esse à latere. Dicitur etiam: Es ist nicht gut, wo man den Herrn selbsten alle Tage reuspern höret.

2. R.

2. R. quia illi illorumque famulitium & satellites omnes actiones ministrorum curatè observant & plerumque culpant ac vituperant.

3. Declara (1.) òptimum esse, quando quis stare possit in medio: Vid. *Sirac. c.* 13. *v.* 13.

Nicht zu nah, und nicht zu weit,
Ist die best Gelegenheit.

Nam si à Principe nimis es remotus, illius calore foveri non potes; si nimiùm appropinquas, illius incendiô facilè conflagrabis. *Nolden in Trebatio* §. 10. *p.* 204. Bey Hof kan man sich wärmen, aber auch heßlich verbrennen. Unde Froschmäußler verbis aliquantùm immutatis *L.* 1. *P.* 2. *c.* 7. ita canit:

Wer vom Feuer bleibet weit
Erfriert gewiß zur Winters-Zeit.
Wer gar nah tritt der wird verbrandt;
Im mittel ist der beste Stand.

4. Declara (2.) weit davon seyn, h. l. idem esse, ac non vivere in aula & domicilium habere extra sedem Principis.

5. Declara (3.) imprimis valere paroemiam nostram quoad illos, qui libenter agunt in occulto, metuentes ne tricas suas prodant & fraudes Conf. *Consultissimus Dn. D. Reibelt in Corpore Juris miscellanei L.* 1. *c.* 7. *Q. ult. p.* 48. & *Pellerus in Notis ad Politicum Sceleratum c.* 13. *p.* 126.

LXIX.

LXIX.

1. DAs Recht schiert haar scharf. Jus exactissimè procedit, h. e. judex in impertiendo jure vel sententia ferenda ad legem præscriptam strictissimè respicit, nec distinctionem facit, quando lex non distinguit, *Barbosa in Thes. Loc. Comm. sub voc. lex ax.* 29. Unde quoque justitia obvelatis oculis pingitur.

2. Probatur per *l. prospexit* 12. §. 1. *ff. qui & à quib. l.* 10. *C. d. LL.*

3. Ratio, quia judex non dominus sed custos & observator legis est.

4. Declar. (1.) ut tamen judex diligenter inquirat factum, omnesque ejus circumstantias probè attendat, ne ex summo jure summa fiet injuria, & deinde pro qualitate circumstantiarum gravium & relevantium jus à summo Magistratu latum impertiat sive ægrè id habeat actorem vel reum, sive non. Laborent enim ipsi legum latores ne lex nimis dura videatur *Nov.* 44. *c.* 1. §. 4. non verò judices. *Barbosa in Thes. Loc. Comm. sub voc. lex, ax.* 39.

5. Declar. (2.) procedere diverbium hoc in casu, quando lex ejusque verba clara sunt: vid. *Molenbecius Cent.* 1. *div.* 15. *n.* 5. *p.* 48. nostrum enim, inquit Augustinus, non est leges condere, sed conditis parere, nec de legibus sed secundum eas judicandum est.

6. Ampliatur in tantum, ut, si judex mitior lege sit infamis fiat *d. l.* 12. nec enim precibus cala-

calamitosorum illacrymari oportet *l. observandum* 18. *ff. de Off. Præsid.*

LXX.

1. Ein neuer (h. e. junger) *Medicus*, ein neuer Kirchhof. Juvenis Medicus, novum cœmeterium, h. e. talis Medicus, qui artem medicam exercere incipit, indiget novô cœmeteriô.

2. R. quia culpâ eorum multi pereunt homines: ars medica enim longam experientiam requirit, & non raró officiosissimis iisque artificiosissimis & benè multis constare solet homicidiis *Gisenius de Vita Academica P.* 2. *d.* 4. *n.* 53. *p.m.* 98. *Facetiæ facetiarum p.* 374. Unde quoque Medici salutantur experientissimi hocherfahrne, ita tamen, ut non excludatur ratio Vid. *Waltherus de Privilegiis Doctorum c.* 12. §. 73. *p.* 204. quamvis nec experientissimus Medicus semper relevare possit ægrum juxta illud:

Non est in Medico semper relevetur ut æger,
Interdum doctâ plus valet arte malum.

3. Procedit narrativè, non verò approbativè: utut enim Medici, ægrum negligentes plerumque abire soleant impunè, und muß man ihnen die Cains-Käule theuer noch dazu bezahlen, de quo vid. *Meisnerus* in widerlegten Sprichwörtern, *n.* 132. *p.* 141. *Hertius in Epidipnidibus Paroem. Jur. Germ. Par.* 6. *p.* 10. *seq.* attamen de jure aliud dispositum esse legitur. Addat. §. 6. *Inst. de Lege Aquilia ibique Hoppius in Comment. & Waltherus*

therus d. l. & *Dn. M.* Groß in seinem bewährten Artzt, *p.* 27. ubi lepidum aliquod exemplum de ejusmodi juvene Medico recenset.

LXXI.

1. An Riemen (kleinen Läpplein) nagen lernen die Hunde Leder fressen. Lora rodendo canis corio vorando assuescit. Latini dicunt: periculosa res est canis quæ didicit arrodere coria. Sensus huc redit: Quando alicui id, quod minus est, indulgetur, hoc ipsô ad id, quod majus est, via quasi panditur. Paulò aliter, sed uti mihi videtur, minùs curatè, proverbium hoc explicavit, Spate im teutschen Sprach-Schatz *sub voc.* Leder per illud Latinorum dicterium: *à teneris assuecere multum est*; utut enim lora & alias res rodere plerumque solent catuli; perpetuum tamen hoc non est, & sæpius canes adultiores facti corio rodendo demum assuefiunt. Eodem planè recidit illa paroemia: mit geringen fängt man an, mit grössern hört man auf.

2. Ratio quia ex frequentia actuum oritur habitus, qui tandem in naturam transit: consuetudo enim altera natura est.

3. Prob. per *cap. ut clericorum de Vita & honest. Cler. can. est injusta* 23. *q.* 4.

4. Amplia paroemiam hanc ita, ut non tantum quoad res & illicitas, sed & quoad permissas, ac honestas procedat: Sicut enim JCtus incipit ab Institutionibus tanquam primis legum cunabulis §. 3. *Inst. proem.* & tàm diu continuat, donec le-

gitimô opere perfectô possit Rempub. in partibus gubernare §. *ult. Inst. d.l.* ita etiam ille, cui largitur licentia, id quod minus est, faciendi, mox se ad majora accingit, nam deteriores omnes sumus licentiâ inquit *Comicus in Heavton. Act.* 3. *Sc.* 1. Wann man einem den Finger gibt, will er gleich die gantze Hand haben.

5. Hinc nonnulli volunt, quamvis ex mente Legum Romanarum Judex capere possit esculentum, potulentumve, quod intra dies proximos prodigatur *l.* 18. *ff. de Off. Præsid.* nec xenia obsoniaque morosè repudiare, sed saltem non avarè accipere debeat *l.* 6. *ff. de Off. Procon. & Legat* attamen & hoc rectiùs interdici pro tribunali sedentibus, ne ejusmodi leviuscula dona accipiendo majoribus inhient. Vid. *Differt. de Jurisprudentia Romana in Praxi malè reformata Erfurti sub præsidio D. Matthiæ habita th.* 45.

LXXII.

1. MAn muß das *prævenire* spielen. Præventioni studendum.

2. Ratio, quia melius est prævenire quàm præveniri, ratio rationis, quia facilius est plerumque rem per præventionem occupatam conservare & retinere integram, quàm post occupationem ab alio factam recuperare.

3. Habet hæc ipsa paroemia in jure suum fundamentum, *scil. l.* 1. *C. quando lic. unic. l. ult. C. in quib. caus. restit. non est necess.*

4. Quatenus scil. jus nobis competit ad rem aliquam occupandam, aut alius cum æterno meo metu

metu vel damno rem aliquam occupaturus est. *Lipsius Lib.* 4. *Polit. c.* 14. *n.* 85. imprimis verò procedit quoad res turpes & illicitas quibus semper præveniendum est, per bonas scil. leges & constitutiones durch allerhand Ordnungen; Et quidem priori casu concessivè, ita ut libertatem habeamus, an prævenire velimus, nec ne; posteriori verò casu præceptive, quia obstricti sumus ad præcavendum peccata. Unô verbô ibi saltem jus concessivum, hîc verò præceptivum subest, de quo vid. *Guilielm. Grotius de Principiis Jur. Nat. c.* 2. §. 8. *p.m.* 23.

5. Ampliatur, sive præveniatur consiliô, sive factô, modò antevertatur damnum imminens.

6. E. G. Si urbs aut provincia Statui alicui peropportuna est, potest illa occupari, antequam occupetur ab illo, qui Statui illi inimicus est. *Lipsius d. l.* it. Quando prævidere & hariolari possumus malè aliquem administraturum esse tutelam, melius est, ut obviam curramus malo, & planè non admittamus cum ad gerendam tutelam, quàm ut post damnum datum pupillo mediis adæquatis obligemus ipsum ad istud resarciendum; Conf. *l. suspectus* 5. *ff. d. Suspect. tut. & Cur.* & *Vagodas in Oper. Academ. p.* 238.

LXXIII.

1. **Wer im Rohr sitzet, schneidt sich Pfeiffen.** Qui inter arundines sedet, ille fistulas sibi comparat h. e.

Jam sere, quæ plenâ postmodò falce metas.

2. R. quia fronte capillata eſt, poſt hæc occaſio calva.

3. Declara valere adagium hoc narrativè, quoad miniſtros doloſos, variis technis utentes, quorſum infidelis ille œconomus, *Lucæ* 16. *v.* 6. *ſeqq.* pertinet, & commodo privato ſtudentes, non verò approbativè aut præceptivè, quamvis interdum etiam in bonam partem illud accipi ſoleat, Vid. **Döpler in ſeinem getreuen Rechnungs-Beamten**, *P.* 2. *c.* 19. *n.* 38. *p.* 531. qui illud ad miniſtros applicat, qui ſuis ſalariis potiri nequeunt, & pecuniam recipiunt ad Dominum pertinentem jure retentionis utentes. Conf. omninò *Zipfel in Diſſert. de teſſeris collybiſticis Sect.* 1. §. 3. *p.* 13. & *Fritſchius in Tract. de jure accidentalium c.* 3. §. 4. qui ad accidentalium aucupium paroemiam noſtram accommodat, illudque ſuo loco poſitum relinquit, quatenus officiales, neque dominum ſuum defraudant neque ſubditos contra taxam à ſuperiori præſcriptam exactione accidentalium onerant.

LXXIV.

1. **Pfaffen-Guth, Raffen-Guth.** Bona eccleſiaſtica, bona rapacia. Senſus non hic eſt, quaſi bona clericorum eſſent bona rapinâ quæſita, prout vulgus hominum hoc explicat, non! ſed quòd, qui res cultui divino vel eccleſiaſtico dicatas profanant & in utilitatem propriam convertunt, nihilô ditiores eapropter fiant, quin hoc ipſô ſubſtantiam ſuam reliquam perdant. *Latherus de Cenſu L.* 3. *c.* 18. *n.* 53. *p. m.* 810.

810. *Naurath de Rationariis p.m. 387. Speidelius in Speculo sub voc.* geistliche Güter *p.m.453.*

Bona sacra bonis si quando profanis
Miscentur, contra fas & jus omnia perdunt.
Extremumque malum raptoribus insuper addunt.

Wer geistlich Güter macht gemein
Wird eh er meynt, ein Bettler seyn.

Burgoldensis ad Instrum. Pac. P. 2. d. 9. th. 13. p. 75.

2. Ratio, quia quæ semel DEO dicata, ad privatos usus amplius non possunt, nec debent jure transferri. *Naurath d. l. & ab eo allegatus Besoldus in Thes. Pract. sub voc.* Stifftung *Conf. paroem.* geistliche Güter haben Adlers Federn, 2c. *sub voc.* Kirchen-Güter. *Wehnerus sub voc.* ungerecht Guth, *p. 474. Petrus Fridericus, vulgò Mindanus dictus, de Continentia causarum c. 28. §. 11.*

3. Ampliatur ad alias res, piis causis consecratas v. g. stipendia, sustentationes pauperum, miserabilium, senum, parentibus orbotum, &c.

4. Declar. quòd interdum clericorum bona etiam vulgari sensu salutari possint rapacia, cùm utique dentur, qui magis ad rem, quàm ad munus suum attenti sunt, plus argenti corradunt, quàm memoriæ tradunt.

LXXV.

1. Die Pfaffen sind alle geitzig. Clerici avaritiæ sunt dediti omnes. Meminit hujus *Ernestus Meisnerus in refutatione pro-*

verbiorum damnandorum, *n*. 61. *p*. 63. Ubi paroemiam hanc malitiæ & calumniæ hominum adſcribit. Et rectè quidem! Vitium enim unius vel alterius ſicuti non imputandum erit univerſo ordini; ita nec contra clericos præſumtio aliqua juris eapropter militabit in dubio. Conf. *paroem.* Bringſt du Zinß bringſt du Geld.

LXXVI.

1. PEine (*a*) iſt gemacht ſo veſt,
Daß die Eule (*b*) blieb im Neſt.

Peina adeò munita eſt, ut ulula tuta manere poſſit in nido.

2. (*a*) Peina eſt propugnaculum in Epiſcopatu ſive diœceſi Hildeſienſi ſitum, quod ſuperiori ſeculô ſolum manſit in poteſtate Epiſcopi proſcripti *Johannis IV*. reliquis locis ferè omnibus à Ducibus Brunſuicenſibus & Epiſcopo Mindenſi occupatis, præter urbem Hildesheim, Peine, Steuerwald & Marienburg, Conf. *Imhoff in Notitia Procerum Germaniæ L*. 3. *c*. 11. *n*. 4. *p*. 84. Europäiſcher Herold, *p.m*. 114. *Lucæ* in des Heil. R. R. Uhralten Grafen-Saal, *p*. 781. *Burgoldenſis ad Inſtrum. Pac. P*. 3. *d*. 16. *p*. 124. Unde quoque à *Conſtantino Germanico in Epiſtola ad Juſtum Sincerum p*. 292. dicitur: fanum fortunæ Epiſcopi Hildeſienſis, des Biſchoffs von Hildesheim Glückſtadt.

3. (*b*) Ita ſalutabatur Epiſcopus proſcriptus *Johannes IV*. è domo Saxo-Lauenburgica ortus, qui poſtquam propter paciſragium à *Carolo V*.

A. 1519. publicè proſcriptus fuerat, in munimentum ſuum Peinenſe ſe receperat. Quoniam autem ab omnibus inſultibus ibi ſatis tutus erat, hinc proverbium noſtrum natum.

4. Quid nuper acciderit huic munimento, & quàm celeriter illud venerit in manus Sereniſſimi Brunſuicenſis Electoris, de eo teſtantur acta publica præſentis belli.

LXXVII.

1. Man ſuchet keinen hinter dem Ofen, man habe dann ſelbſt dahinten geſtecket. Aliquid mali de alio nemo præſumit, niſi qui ipſe malus.

2. R. quia alios ex ingenio noſtro judicamus & moribus noſtris exiſtimamus juxta illud:

Wie ich bin,
Iſt mein Sinn.

3. Declara regulam hanc ita, ut ſicut uſum & experientiam quis poteſt habere vel ex propriis vel etiam alienis actionibus, ita etiam judicare quis poſſit non tantum ex ſuo, ſed & alieno ingenio, man muß eben nicht ſelbſt hinter dem Ofen geſtecket, ſondern kan wol andere darhinter geſtecket geſehen haben; ita *Thais apud Terentium Act. 1. Sc. ult. Me miſeram! forſitan hic mihi parum habeat fidem, atque ex aliarum ingeniis nunc me judicet.* Ergo probabiliter tantum proverbium noſtrum procedit, & ex circumſtantiis dijudicandum venit, num olim deceptus, nunc quoque deceptionem præſumere, & ab illa ſibi

præcavere, sicque imminens malum avertere velit. Conf. omnino *Nolden in Trebatio in fin. Tractatui de successione ab intestato p.* 198. num vero quis eò deceptionem & fallaciam in altero præsumat, quia ipse olim impostorem egit & deceptorem. Add. die treuhertzige Warnung, &c. quæ extat in fine tractatûs *Khunrathii* von dem Hylealischen *Chaos p.m.* 284. Posterius peccatum involvit, adeoque improbandum venit. Vid. Gerber in denen unerkannten Sünden der Welt, *P.I.p.* 29.

4. Hinc quando quis nimias easque insolitas in contractu aliquo adhibet cautelas, præsumitur fraudulentus, *Strykius JCtus ille consummatissimus de Cautelis Contract. Sect.* 1. *c.* 1. *§.* 15. *Mascardus conclus.* 532. *n.* 103. *Colerus de Processu Executivo P.* 1. *c.* 10. *n.* 2. & quidem eapropter, quia ab alio de dolo sibi non metueret, & contra illum tanto studio se non præmuniret, si ipse bonus esset & honestus. Er muß ein Schalck seyn, und wissen, wie einem andern zu Muth ist. Wer mir nicht traut, steckt selbst in einer bösen Haut. Conf. omninò *Barbosa in Thes. Loc. Comm. sub voc. abundans ax.* 1. *Menochiis Lib.* 5. *præsumt.* 3. *n.* 102. Idem dicendum de Advocatis, nimium solicitis, qui sont trop fins & cauts: *Barbosa d. l.* ut & opificibus aliorum opificum fraudes & fallacias nimis exactè cognitas habentibus. Add. *Bejerus de Officinis & Tabernis Opificum L.* 1. *c.* 3. *n.* 84. *p.* 34.

LXXVIII.

1. DEr Neid wird zu Hof gebohren, in Clöstern erhalten, im Spittal aber begraben. Livor naſcitur in aula, nutritur in cœnobiis, in noſocomiis vero ſepelitur. Spate im teutſchen Sprach-Schatz *ſub voc.* Spital *p. m.* 2082. *Beſoldus in Theſ. Prud. ſub voc.* Spital *p.* 897. uno verbo: in aulis, monaſteriis & Xenodochiis regnat invidia.

2. Ratio, quia ibi ſemper inveniuntur qui digniores ſe eſſe putant beneficio iſto, quod alteri contingit.

3. Ampliat. in tantum, ut nec miſeria ipſa ſine invidia ſit, unde illud: Es thut dem einem Bettler Zorn, daß der andere vor der Thür ſtehet. Nec obſtat: Das Elend allein ſeye ohne Mißgunſt. Fallit enim apud eum, qui majori premitur miſeriâ, eâ indignum ſe putans. Hinc Itali dicunt: Wann die Mißgunſt ein Fieber wäre, ſo würde die gantze Welt daran ſterben. Cui ſimile illud eſt: Wann der Neid brennete wie ein Feuer, ſo wäre das Holtz nicht ſo theuer. *Zeilerus P.* 2. *Epiſt.* 482. *p.* 592.

LXXIX.

1. ZEhen Phantaſten (*a*) geben erſt einen Narren. Ex decem phantaſticis unus demum ſtultus componitur.

2. (*a*) Phantaſt, vel ut alii ſcribunt, Fan-

tast, propriè significat einen Menschen, der blöden Verstands ist, pertinetque inter vocabula media *Zeilerus Cent. 5. Epist. 78. p. m. 574.* Conf. Spate im teutschen Sprach-Schatz *sub voc.* Fantast *p. m.* 443. qui hominem phantasticum describit per hominem imaginarium, cerebrosum, opiniosum.

3. R. quia talis imaginarius & opiniosus nondum quidem stultus est, facilè tamen in stultum evadere potest: habet enim impotentiam quandam, seu qualitatem naturâ insitam & stultitiæ maximè accommodam.

4. Nota ergò quòd per se injuriosum non sit nominare aliquem einen Phantasten *Zeilerus d. l. & Besoldus in Thes. Pract. sub voc.* Narr, *p.* 701. sed quòd injuria ex circumstantiis dijudicari debeat.

LXXX.

1. Die Nacht ist nicht jedermanns Freund. Nox non cuivis amica. Juxta versum illum notum:

> *Nox, & amor, vinumque nihil moderabile suadent.*

> Die Nacht, die Lieb, dazu der Wein
> Zum Bösen drey Rathgeber seyn.

Hinc noctem à nocendo dici nonnulli opinantur.

2. R (1.) quia tenebræ aptæ sunt ad faciendum dolum arg. *l. 5. §. si mulier ff. de Vent. inspic.* Conf. Döpler in seinem getreuen Rechnungs-Beamten, *P. 2. c. 5. n. 56. p. 95.* ubi paroemiæ hujus mentionem facit. Add. *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Comm. sub voc. nox.*

ax. 1. & 5. Add. paroemia: Im Dunckeln ist gut munckeln. (2.) Quia tenebrarum Princeps, diabolus, noctu sæpè ex permissione DEI, molestias facessit. Hinc noctu præter necessitatem solus non ambules. Wo aber jemand in seinem Beruff gehet / da muß auch Finsternüß Licht seyn.

LXXXI.

1. DEr Main (a) ist hoch entsprossen /
lang genossen /
viel verflossen.

2. (a) Vel ut alii scribunt, Mayn / Moenus, Moganum, secundum Ptolomæum verò, Ohringa.

3. Ratio primi, quia Mœnus ex alto monte Pinnifero, dem Fichtelberg scaturit. Ratio secundi, quia multæ urbes, oppida & pagi à Mœno alluuntur, quibus usui est & commodo, dum velociter currendo aërem attenuat, omnis res generis accolis suis advehit navibus, & regiones per quas fluit, fertiles reddit. Die Berge triefen mit Wein / die Hügel fliessen mit Milch / die Anger sind voll Schaafe / die Wälder voll Wildpret / und der geflügelte Mercurius kan vermittelst dieses edlen Strohms alle necessaria herbey bringen. Deinde usus quoque intelligi potest ratione diuturnitatis temporis, quia scilicet diu est, quòd Mœnus extiterit & fluxerit. Conf. omninò *Dn. M.* Grossens / *Pastoris Uhlefeldensis erudita concio* von denen vier Trost-Ströhmen / *p.* 35. Ratio tertii est, quia jam tùm multum aquæ

aquæ duxit in mare, unde quoque locutio illa proverbialis nata: **Es wird noch viel Wasser den Mayn hinunter fliessen, ehe dieses geschiehet.**

Deinde quoque hæc ratio potest dari, quòd Mœnus aurifodinas cursu suo interverterit. Vid. *Excellent. Dn.* **Pachelbs von Gehay erste und umständlichere Anleitung von Onolzbach**, *p. 2. ferè in f.* & quod fluxu illius multum perierit auri.

Declar. quòd rhytmi hi non exclusivè sed inclusivè intelligendi sint, cùm adhuc alii, longè nobiliores dentur fluvii, de quibus eadem prædicari possunt.

LXXXII.

1. **KOmmt Zeit, kommt Rath.** Tempus consiliorum dator optimus, sive ut *Cicero* ait, consilia temporum sunt, h. e. Consilia non præcipitanda sunt.

2. Ratio quia tempus omnium rerum sapientissimum est, & hinc omnia invenit, *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Comm. sub voc. tempus ax.* 1. omniaque ferre consuevit *Nov.* 39. *in pr.* ita enim respondit *Thales Milesius* quid omnium sapientissimum esset? interrogatus; intereà enim in omnes circumstantias curatè inquirere licet. Conf. *Hippolytus à Collibus in Principe c.* 19. *p.m.* 431. & si circumstantiæ mutantur, (mutantur autem tempore multa l. 8. ff. de conf. tut.) etiam consilium proearum ratione capi potest.

3. Pro-

3. Procedit in talibus negotiis, quæ dilationem admittunt, & ubi quis certus est, haud sibi præreptum iri tempus & spatium deliberandi. Aliàs, enim melius esset consilium ante habuisse quàm post vulneratam causam nimis serò remedium quærere *l. 53. ff. de V.S.* hier sind frische Eyer die besten. Consilium extemplo capere paucis & illis tantum datum est, quibus suppetit promtitudo ingenii & velocitas intellectûs, die da esprit present haben.

4. Fallit in subitis, ubi factô potiùs opus quàm consultô; *Lipsius Politic. L. 3. c. 8. n. 2. in not.* utile non est consilium post facta dari, quòd oportuit antè; consilium post facta imber post tempora frugum. Rath nach der That ist zu spath. Hoc casu imitandi sunt gladiatores & consilia in arena capienda.

LXXXIII.

1. Es ist besser (leichter) stehlen, als zeihen. Facilius est furari, quàm furti aliquem accusare.

2. Ratio, quia qui furti aliquem accusat, id probare tenetur, & quidem luce meridianâ clariùs, probatio autem talis difficilis est, denn man pflegt selten Zeugen dazu zu nehmen. Conf. *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Comm. ax. 22. sub voc. probatio.*

3. Ampl. (1.) in tantum, ut olim, qui aliquem accusare ausus est in judicio, se subscribere, & sic ad pœnam talionis in casum succumbentiæ ad-

adstringere, necesse habuerit. *l. 7. pr. ff. & l. f. C. de Accusat.* quòd tamen hodiè in desuetudinem abiit *Lauterbach in Compend. Jur. tit. de Accusat. lit. J. p.* 683. inque ejus locum surrogata & recepta est satisdatio de injuria & expensis litis *ibid.* Add. *Tabor l. c. ax.* 23.

4. Ampl. (2.) idem quoque affirmandum esse hodiè de aliis delictis, quorum circumstantiæ oculis demonstrari nequeunt: nam & hæc faciliùs perpetrantur, quàm ut delinquentes eorundem convincantur.

5. Limit. nisi circumstantiæ ita sint comparatæ, ut statim quis convinci possit.

6. Effectus paroemiæ est, quòd hodiè loco accusationis plerumque obtineat denunciatio, die delicta werden insgemein nur angezeiget, vel etiam judex ex officio inquirit. Quamvis in nonnullis locis Fiscalis sive publicus censor constitutus est, qui ex officio agit contra omnes delinquentes.

LXXXIV.

1. Wo die Füsse gebunden sind, da läufft die Zunge am allermeisten.

Malè pedatus, linguâ potentissimus est.

2. R. quia temporum tristitiam aliô meliori modô condire vix potest.

3. Effectus est, quòd podagricus testamentum facere possit; utut enim inquit *excellentissimus Strykius in Tract. de Cautelis Testamentorum c.* 4. §. 38. *p.* 145. diffitendum non sit solum etiam corporis vitium salvâ mentis integritate impedire ali-

aliquando faciendi facultatem, hic tamen tale quid non deprehenditur, cum & scribendi aut ad minimum tamen, si forsan hic exorbitans chiragra impedimentum aliquod afferat, loquendi potentiam integram salvamque retineant podagrici. Alias dicitur: Wer es nicht im Kopff hat/ muß es in denen Füssen haben. h. e. Wann einer wohin geschickt/ und ihm was auszurichten anbefohlen gewesen/ er aber solches zu thun vergessen/ oder aus dem Gedächtnüß gelassen/ so müssen es die Füsse entgelten/ und ihn noch einmahl dahin tragen. Ratio, quia mandatarius hoc ipsô, dum mandatum suscepit, ad illud exequendum sese obligavit, & hinc actione mandati, ad id, ut mandatum præscriptô modô exequatur conveniri potest §. 8. *Inst. Mand. l.* 22. §. *fin. eod.* Si nimirum mandatarius in mandatum illud consenserit, aut alioquin ad illud expediendum obligatus fuerit.

LXXXV.

1. DJe *Doctores* müssen alt= die Apothe=cker reich= und die Barbirer jung seyn. Doctores (medici nimirum) sint ætatis provectioris, pharmacopolæ divites & tonsores juniores.

2. Ratio primi, quia ars medica longam requirit experientiam (quapropter etiam salutantur *experientissimi*) experientia & praxis autem haberi non potest absque longiori tractu temporis; unde etiam inter requisita Medici refertur ut sit arte peritus; de cætero requiritur, ut sit bonæ fidei & diligens. Vid. *Rulant de Commissariis*

& in vitium vertitur, *l.6. in pr. C. de advoc. div. jud. ibi: per parca Principis subtilitas* ejusmodi homuncio à Luthero rectè dictus fuit ein Lauser, & optimè comparari potest mit einem gemästem Schwein, welches nicht ehender was nutz ist, als biß es geschlachtet worden. Exemplum nobis luculentum praebet *Geta*, & ejus nurus apud *Terent. in Phormione A.1. Sc.1.* ubi *Davus* ita sermocinatur: *Quod ille unciatim vix demensô de suô, suum defraudans genium, comparsit miser, id illa universum abripiet, haud existimans, quantô labore partum.* Unde quoque Guestphali dicere amant:

Wat man spahrt vorm Mund,
Dat frett Katt un Hund.

Nostrâ dialectô:

Was man spahrt vor dem Mund,
Das frisset Katz und Hund.

5. Fallit quoad illos, qui medium sequuntur, adeoque virtuti parsimoniæ operam navant, cumprimis in statu juventutis constituti, junges Blut, spar dein Guth, Armuth im Alter weh thut, juveni parandum, seni utendum, sera in fundo parsimonia. Conf. *Zeilerus in Opere Epistolico P.1. Ep.93. p.270.*

XLIX.

1. IN Spanien gehet die Sonne niemahls unter. Nunquam occidit Sol in Hispania.

2. Ra-

2. Ratio, quia Hispaniarum Rex magnas & multas habet possessiones in quatuor mundi partibus, Asia, Africa, Europa & America. Quando igitur Sol in una parte occidit, statim in altera oritur, & propter hanc continuam Solis orientis & occidentis vicissitudinem dicitur, quod Sol nunquam occidat in Hispania. Vid. *Autor* des Europäischen Herolds, *p. 632.* ubi & pag. seqq. longâ serie possessiones illæ recensentur.

3. Declara igitur, quatenus per Hispaniam non intelligitur Hispania specialiter sic dicta, sed omnis terra, quæ ad imperium pertinet Hispanicum. Ita ut verus sensus sit paroemiæ: Sol semper telluris parti alicui lucet, quæ Hispanicæ Jurisdictionis est. Conf. *Betmann in Historia Orb. Terr. P. 2. c. 1. §. 3.*

L.

1. Es spielen sich eher zehen arm, als einer reich. Citiùs decem ludendo rediguntur ad inopiam quàm unus ad divitias. Meminit hujus *Mevius ad Jus Lubeccense L. 1. t. 5. art. 10.*

2. R. quia utut unus alterve interdum aliquid lucretur, lucrum tamen istud non radices agit, sed prout malè partum ita quoque malè dilabitur, cum ex ludis proveniant dilapidationes ac lacrymæ *l. fin. C. de Aleat.* imò inimicitiæ, jurgia, cædes & plures aliæ calamitates.

Ludens taxillis benè respice quid sit in illis,
Spes tua, res tua, sors tua, mors tua pendet in illis.

Ut

Ut nil dicam de eo, quod sæpè congrediantur lusores, & neuter tamen eorum victor existat, cùm tamen uterque animô vincendi lusum inceperit, & id saltem lucratus sit quòd tempus inutiliter triverit, unde quoque rectè dicitur: Es wären keine grössere Narren, als die so um des Gewinst willen spielen, weiln ein jeder gewinnen will, und einer wenigstens gleichwol verliehren muß.

LI.

1. MAn solle es bey denen alten Löchern lassen. Antiquis vestigiis insistendum. h. e. antiquis consuetudinibus & juribus utendum. Coincidit illud Agricolæ: Wy hebbent also vunden, wy mohtent oick also blieven laten. *Hertius in Select. & Rar. ex Univ. Jurisprud. Argum. L.* 1. *de Paroem. Jur. Germ. par.* 3. *p.* 392. Probat. per l. 18. C. de Testam. ubi dicitur, quòd mos retinendus sit fidelissimæ vetustatis.

2. R. (1.) quia omnis mutatio periculosa (2.) novitas odiosa, & (3.) fomes multarum litium est. Via trita facilè calcari, â via autem invia facilè aberrari potest.

3. Prob. per *l. Imperator* 13. *ff. de polit. in f. l. semper* 5. *ff. de Jur. immunit. cap. anteriorum* 28. §. *illud* 2. *q.* 6. *cap. quantò* 3. *x. de Translat. Episcop.*

4. Declara paroemiam intelligendam esse de consuetudinibus bonis ac rationabilibus. Vid. *Celeberrimus Dn. D. Hertius d. l. p.* 392. de eo enim

quod

quod irrationabile est, valet illud: hundert Jahr unrecht, ist nicht eine Stund recht. Vid. *par. hanc sub voc.* Recht, quò enim peccata antiquiora eò etiam graviora, *cap. non debet* 8. *de Cons. & affinit. Si omnia vetera sint bona, omnia nova mala, quæcunque nunc bona sunt, erunt olim mala, & quæ nunc sunt mala, sunt olim futura bona*, Falsè inquit *Pompilius apud Erasmum Roterodamum in colloquio de Apotheosi Capnionis.*

Exemplum de rustico quodam in Livonia, qui maluit pœnam duriorem sustinere pro veteri consuetudine, quàm eam redimere octo grossis, dicente: Ich mag auf meine alte Tage nichts neues haben, und keine Veränderung einführen, will mit der Strafe, so meine Vorfahren ausgestanden, auch zufrieden seyn, recenset *D. Heberer in Dissert. de fiducia Magistratus Witteberga habita c.* 5. §. 5. Das heisset wol nach dem alten Latein:

Sum, es, est,
Wir bleiben in unserm alten Nest,
Wie wir immer sind gewest.

LII.

1. D. Luthers (*a*) Schuhe sind nicht einem jedweden gerecht. Non quadrat ad cujusvis pedes Lutheri calceus, h. e. non quilibet imitari potest Lutherum.

2. (*a*) De Luthero conferri possunt publicarum rerum scriptores, imprimis verò B. *Dn. à Se-*

Seckendorf in historia Lutheranismi, *Sleidanus* de Religione & M. *Christianus Juncker* in Vita Lutheri.

3. R. generalis est (1.) quia duo cùm faciunt idem, non est idem. Vid. *Act. c.* 19. *v.* 13. *seqq.* (2) Specialis, quia dicta & facta Lutheri ad mores, qui tùm erant, sunt accommodata. Vid. *dict. Dn. Juncker in Vita Lutheri p. m.* 288. (3.) quia aliquid heroicum fuit in Luthero, quod non est imitabile (4.) quia Lutherus ab adversariis sæpè irritatus & ad acerbiora dicta & facta incitatus fuit, quæ exemplo nobis esse non debent. Unde quoque teste *Burgoldensi ad Instrum. Pac. Part.* 1. *disc.* 1. *th.* 10. Lutherus ipse solitus fuit dicere: nisi ego fuissem mordax, Papa fuisset vorax. Malè igitur ab illis, qui in homiliis acerbiùs, si non planè injuriosè, loquuntur, & aculeatô stylô utuntur, ad Lutherum provocatur. Vid. *Plaz in Dissert. inaug. ad l.* 4. *C. de SS. Trinit. Altdorfi habita p.* 50. Quasi scilicet impunè liceret, imò magnum Theologum deceret, maledicere, & jugiter increpare in adversarium. Nec juvat eos, dicere adversarios itidem subinde lacessere maledictis: quid enim hoc ad Theologos quà tales? Aut enim illi benè aut malè agunt: si benè, quare facis te ferocem? sin malè, cur injuriam reponis? Conf. *Brunnemannus in Jure Ecclesiastico L.* 1. *c.* 6. *m.* 1. *th.* 5. Add. par. Scaliren gehöret nicht auf die Cantzel.

LIII.

1. MEt Dyken und met Dåmmen moet man dat Land erhohlen. Nostrâ dialecto

dialecto hoc ita efferres: Mit Teichen und mit Dämmen muß man das Land erhalten. Aggeribus & vallis conservatur regio. Denotat autem Dyck, sive Damm aggerem densatum, & Dycken sive Dämmen densare, dicht machen, oder einen Damm von Holtz, Erden und dergleichen aufführen. Vid. Spate im teutschen Sprach-Schatz, *p. m.* 312. Galli dicunt faire terrace contre l'eau. Nimirum in illis terris, quas mare vel fluvii alluunt, & quæ promontoriis non gaudent, necessitas exigit, ut incolæ regionis suæ planitiem contra vim & impetum maris æstuantis aggeribus & moliminibus defendant, prout id ipsum fit in multis locis fœderati Belgii, Holsatiæ, Juliæ &c. quæ ratio muniendi se ex disciplina Romana recepta. Conf. *Klockius de Contribut. c. 9. n. 56.* Und gehören in Holland dazu so viel Leute, daß jährlich darinnen nicht so viel Korn gebauet wird, als zu derselben Erhaltung man benöthiget ist.

LIV.

1. EIn gute Krümm ist bißweilen nichts ům. Interdum ambagibus utendum, h. e. obliquis & indirectis modis interdum locus est.

2. R. (1.) quia necessitas non habet legem (2.) quia obliquitas per se non est mala. (3.) quia directè non omnia assequi nobis licet. Vid. par. Grad aus giebt die besten Renner *sub voc.* Renner.

3. De-

3. Declara (1.) quatenus nimirum finem nostrum directò consequi non possumus.

4. Declara (2.) quatenus modus indirectus honestus est & ad finem bonum tendit adeoque à lege approbatus est. Conf. *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Comm. sub voc. indirectè.*

LV.

1. Der Krug gehet so lang zum Wasser, biß er endlich zerbricht. Quem casus sæpè transit, aliquando invenit. Dicitur in eos, qui sæpè se cuidam exposuerunt infortunio & periculo, vel etiam crimini alicui & peccato tàm diu mancipati fuerunt, donec illô tandem perierunt.

2. Ratio: sicut enim omnium rerum catastrophe datur & vicissitudo; Es währet alles nur eine Weile; ita quoque & hîc fortuna æstuaria est & facile mutatio fieri potest: sæpè enim

Accidit in puncto quod non speratur in anno.

Et quamvis unus vel alter interdum impunè evadat; id tamen felicitatis non cuivis contingit.

LVI.

1. Eine beschmissene Kuh,
Hätte ihrer gern zwu.

h. e. zwo, Dialectô scil. franconicâ mutatâ in misnicam.

Vacca maculata aliam quoque commaculatam optat. h. e. quando quis scelere quodam

dam se maculavit ac crimine, tunc id agit, ut alium quoque illius suspectum reddat, ne solus sit inquinatus ac pollutus.

2. Comunionem (1.) enim & sodalitium facinoris, non parùm diminuere credunt facti turpitudinem & ignominiam, illud perpetrantes, (2.) quia de sua salute desperans plerumque etiam alienam salutem in dubium deducit.

3. Effectus est, quòd nulli, de se confesso, adversus alium, in eodem crimine credendum sit. Facit tamen hæc confessio in casibus, ubi sc. super sociis interrogare licet, indicium ad inquirendum, præsuppositô nimirum hôc, quòd denunciatus sit talis homo, in quem suspicio criminis cadit. Conf. *Brunnem. in Processu Inquisitionis c. 4. n. 28. p. 32.*

LVII.

1. Traue! schaue! wem?
Fide sed cui vide! Sensus non hic est, quasi planè nemini fidendum, sed quòd cautio adhibenda sit in tribuenda fide:

Fide parùm multumque vide nam fidere multum,
Et vidisse parum maxima damna parit.

Siehe für dich,
Trauen ist mißlich.
Seye witzig,
Die Welt ist spitzig.

Vor Augen gut, falsch hinterm Ruck
Ist heut zu Tag ein Meisterstuck.

Vid. Döpler in seinem getreuen Rechnungs-Beamten, *P. 1. c. 5. p. m. 23. n. 93.* Abele von

 selt-

seltsamen Gerichts-Händeln, *P.* 1. *c.* 21. *p.* 96. & *Sirac. c.* 6. *v.* 6. Halts mit jedermann freundlich, vertraue aber unter tausenden kaum einem.

2. R. quoniam fidelitas rara avis hodiè in terra est, Treue ist Wildpret.

Judas-Kuß und Joabs Treu
Ist ja worden heute neu;
Küsse mich und gieb mich hin,
Das ist heut der Welt ihr Sinn.

Ubi autem fidelitas deest, ibi non procul est conjuratio *Nolden in Trebatio suo* §. 24. *p. m.* 221. Ratio rationis ridicula latet in vulgato isto:

Da die Treu ward neu gebohrn
Da kroch sie in ein Jäger-Horn;
Der Jäger bließ sie in den Wind,
Daher man keine Treu mehr find.

Conf. omninô *Mullerus in Tr. de annulo pronubo t.* 2. *n.* 2. *seqq. p. m.* 3. Abele *d. l.* & *cas.* 55. *p.* 354.

3. Declara valere dicterium hoc imprimis quoad amasios juxta illud *Mysis in Andria A.* 3. *Sc.* 1. *apud Terentium: ita pol quidem res est: fidelem haud fermè mulieri invenias virum*, & quoad vitam aulicam & bellicam, ubi locus illi est:

Nil homini melius quàm diffidentia prudens,
Ut capiare minus credere disce minus.

Adde Scaligeri Sententiam:

Clarissima sententia confidere paucis,
Sed clarior est altera: confidere nulli.

Conf.

Conſ. *Zeilerus in Epiſt. Cent.* 2. *Ep.* 35. *p.* 399. & *Ep.* 31. *p.* 384. & *Pellerus ad Politicum ſceleratum in Epilogo p.m.* 552. *ſeqq.*

LVIII.

1. GOtt verläſſet keinen Teutſchen, hungert ihn nicht ſo dürſtet ihn doch. DEUS non deſtituit Germanum, ſi non eſurit, tamen ſitit iſte. Eſt proverbium, quod continet quidem ſanctiſſimi nominis divini profanationem, & eatenus damnandum eſt, ſed quod tamen inſimul vitium iſtud famoſum, aſotiam ſcilicet ſive luxuriam, ſcitè exprobrat nationi noſtræ Germanicæ. De ebrioſitate & temulentia Germanorum evolvi poteſt *Barclaji icon animorum c.* 5. *p.* 150. ibi: immenſa cupiditas potûs, jam confeſſô vitiô, ideoque magis liberâ, illam gentem infeſtat, quem ſequitur Regius ille Geographus *de la Croix dans ſa Geographie univerſelle tom.* 2. *chap.* 6. *p.* 126. ibi: trop enclins à boir & à manger. De eorundem comeſſatione vide ſis *Cornelium Tacitum c.* 15. *n.* 1. & paſſim alibi. Lutherus dixit: wir Teutſchen freſſen und ſauffen uns arm, kranck und in die Hölle.

2. Ratio conſiſtit in inveterata quadam, & à majoribus noſtris in nos propagata, conſuetudine, omnium, ut ita dicam irrationabiliſſima, dum ſcilicet perſuaſi ſumus, amico noſtro ſatis non exhiberi honoris, niſi ita inebrietur, ut neque pes neque manus amplius ſuum poſſit facere officium. Unde Hiſpani erga Legatum quendam

Germanum quondam ita dicebant: Germani multos possunt tolerare labores ô utinam possent tàm bene ferre sitim, quibus autem Legatus respondebat:

Ut nos ebrietas sic Vos Venus improba vexat;
Lex Veneri lata est Julia, nulla mero.

Vid. Schultzens Welt-Beschreibung/ *p.* 60.

3. Declar. (1.) dictum hoc ἐν μέρει saltem non καθόλου valere, (2.) quòd eapropter non excludantur aliæ gentes, cùm notum sit, quòd etiam inter Gallos, Danos, Suecos, Anglos &c. vinolenti reperiantur imprimis autem Moschi potatores strenui sunt, adeò ut etiam Schleising in seinem Reusischen dreyfach-geführten Regiments-Stab/ *p.* 50. exclamet: Dem Reusen ist das Sauffen lieber als sein Leben.

LIX.

1. Straßburger Geschütz/
Nürnberger Witz/
Venediger Macht/
Augspurger Pracht/
Ulmer Geld/
Bezwingt die gantze Welt.

Argentinensium tormenta,
Ulmensium argenta,
Norimbergensium curiositas,
Augustanorum pompositas,
Venetorum potentia,
Sunt orbis terrarum coërcentia.

2. Eſt omnibus notum adagium, quô nihil aliud indigitari vult, quàm quòd Argentinenſes tormentis bellicis abundent, Norimbergenſes verò ingenioſitate & mentis ſolertiâ polleant, Veneti potentes, Auguſtani ædificiis magnificis divites & Ulmenſes pecuniâ inſtructi ſint. Sed enim ſicuti tempora mutantur, ita etiam hodiè iſtorum Respubicæ faciem valdè alteratam habent, partim injuriâ temporum, partim Bellonæ. Argentoratenſium civitas ex libera facta eſt municipalis. Ulma & Vindelicorum Auguſta in nupero bello ſuos paſſæ ſunt manes. Multasque civitates magnificentiâ & opulentiâ habent ſuperiores Batavi potentiâ ſuperant Venetos & Norimbergenſium curioſitatem & ingenioſitatem vincunt Galli. Conf. B. *Dn. Wagenſeil de S. R. I. libera civitate Noribergenſi*, *c.* 21. *p.* 160. & *Limnæus de Jure Publ. Tom. I. c.* 11. *n.* 100. qui ad Noribergenſes Patricios paroemiam hanc applicavit, belluam iſtam multorum capitum prudenter regentes & moderantes. Ejusdem notæ illud eſt: Zu Augſpurg die Kauffleute, zu Ulm die Herren, und zu Nürnberg die Krämer habent ſcil. ἐξοχὴν & celebrantur.

LX.

1. WEr viel hat, der muß auch viel Straf geben. Qui multum habet illum multum quoque luere ac pendere oportet.

2. Ratio, quia leviorem mulctam dives neque ſentit neque attendit.

3. Procedit, quatenus ſcilicet delictum ad pecuniariam pœnam qualificabile & proportio quoque inter delictum & mulctam eſt. Vid. *l.* 6. §. *præſes* 9. *de Off. Præſ. l.* 6. §. *fin. C.* de *Mod. mult. Molenbecius Diviſ. Jurid. cent.* 3. *div.* 87. *n.* 2. *p.* 649. *Carpzov. P.* 2. *dec.* 209. *n.* 39. Ut, ſi duo idem delinquentes concurrant, quorum unus inops alter verò locuples eſt, iſti mulcta minor, vel pœna carceris huic verò major dictanda venit, ſed cum hac cautela ac circumſpectione, ut utraque facultatibus delinquentis & delicto ipſi conveniens ſit, es muß einem jedweden nach proportion die dictirte Geld-Strafe, ob ſie ſchon ungleich iſt, ſo ſchwehr ankommen als den andern. Add. omninò *Cruſius de indiciis delictorum, P.* 4. *c.* 31. *n.* 13. *p.* 92. & *Cranzius de defenſione inquiſitorum c.* 4. *m.* 1. *S.* 4. *n.* 148. *p.* 177. Qualis autem proportio obſervanda ſit in infligendis pœnis? vid. *Tabor apud Barboſam in Theſ. Loc. Comm. ſub voc. pœna ax.* 36. & *Grot. de Jure B. & P. L.* 2. *c.* 20. *§.* 33. *p. m.* 878.

4. Limitatur & improbatur paroemia quatenus dictæ circumſtantiæ non attenduntur, ſed ad placitum & meram voluntatem in imponendis pœnis proceditur, prout famoſi hôc nomine ſunt Helvetiorum præfecti, de quibus vid. *Speidelius in Speculo ſub voc.* Land-Voigt *p. m.* 774. De hac fœdiſſima judiciorum corruptela exclamat *Petronius:*

Quid faciunt leges ubi ſola pecunia regnat,
Et ubi paupertas vincere nulla poteſt.

LXI.

1. DJe Spanier pflegen in Sicilien die Unterthanen ums Geld zu zausen, in *Neapoli* zu schinden, und im Hertzogthum Mayland gar zu fressen. Hispani subitos pecuniâ emungunt in Sicilia, in Neapolitano regno deglubunt, in Mediolanensi Ducatu verò devorant, unô verbô: Hispani Italorum hirudines sunt.

2. Ratio consistit in avaritia & insatiabili Hispanorum cupiditate habendi. Vid. *Autor* des Europäischen Herolds, *p.* 628.

3. Declara intelligendam esse hanc paroemiam maximè quoad Vicarios, & alios ministros Regis, qui in dictis provinciis vices magistratûs nomine Regis gerunt.

LXII.

1. Dücke dich Seel, es kommet ein Platz-Regen. Aliquô te abde animula! imber decidit. Est proverbium ebriosis & potatoribus familiare, quod Turcæ illi Constantinopolitano suam debere videtur originem, qui poculum aliquod exhausturus ingentem clamorem excitare & dicere amabat: Ich ruffe darum so laut, damit ich meine Seele warnen, und sie vor dem starcken Trunck sich vorsehen, und in einen heimlichen Ort in dem Leibe sich verbergen, einfolglich sie durch den starcken Suff

nicht ersäuffet werden möge. *Jacobus Adamus* Herrenschmid in der Sünder-Roll, *p.* 439. Alii dicunt: Freue dich Seel, es kommet ein Platz-Regen.

2. Procedit non approbativè sed saltem enunciativè.

LXIII.

1. EIn Schwerdt hält das andere in der Scheide. Gladius gladium in vagina retinet. h. e. potentia potentiam reformidat.

2. R. ut enim omnis litis, ita imprimis belli ac duelli eventus dubius est & anceps, cui nemo prudens facilè se committet.

Formidant cuncti, formidanturque Regentes,
Semper habet comitem vis metuenda metum.

3. Declaratur, modò potentia potentiæ æqualis & formidabilis sit. Conf. Reinkingk *de Regim. Sec. & Eccl. L.* 2. *cl.* 3. *c.* 3. *n.* 47. *p.* 487. Arma æqualia enim inimica sunt bello. Add. *Lipsius Lib.* 4. *Polit. c.* 7. *per tot.*

4. Status ergò imperii singulariter interesse suum promovent, si pacis etiam tempore militem alant, hosti ex improviso ingruenti, resistere valentem.

LXIV.

1. WEr schuldig ist, muß bezahlen, Debitoris est solvere.

2. Prob.

2. Prob. *per tot. tit. ff. de Solution. & Inst. quib. mod. obligatio* & *Sirac. c. 29. v. 2. seqq.*

3. Ratio quia obligatio, quæ creditorem inter ac debitorem inita est, id exigit: nec enim hæc priùs extinguitur, quàm solutione ejus, quod debetur. Der Gottlose borgt und bezahlt nicht, *Psalm. 37. v. 21.* nicht aber der fromme und redliche Mann.

4. Declara (1.) ita ut procedat, si quis propriè sit debitor, h. e. purè non verò in diem vel sub conditione debeat. *Tabor apud Barbosam in Thes. loc. Comm. sub. voc. debitor ax. 4.*

5. Declar. (2.) ut debitum quoque oporteat esse liquidum, de quo vid. *Tabor d. l. ax.* 19.

6. Ampliat. (1.) sive quis debitor sit ex delicto sive ex contractu.

7. Ampliatur (2.) etiamsi nihil remaneat debitori, beneficium competentiæ non habenti, sed hic propter solutionem ad paupertatem redigatur.

8. Ampl. (3.) ut qui non habet in ære, luere debeat corpore. Vid. paroem. Wer kein Geld hat muß mit der Haut bezahlen.

9. Ampliat. (4.) in tantum, ut si debitor solutionem probare nequeat, adhuc semel solvere teneatur, cùm ista tanquam res facti non præsumatur, sed probari debeat. *Tabor d. l. sub voc. solutio ax.* 15.

LXV.

1. Es hemmet keine Schuld die andere, vel. Es hält keine Schuld die andere

 auf.

auf. Debitum per aliud debitum non sistitur. Sensus est, quòd nullus debitor eò declinare possit solutionem, quod & ipse debitorem habeat, nec tamen suâ potiri possit pecuniâ.

2. Ratio (1.) quia obligatio inita est inter debitorem ac creditorem, non vero inter creditorem & debitoris debitorem, (2.) quia cursus justitiæ impediri non debet.

3. Declarat. scilicet si debitum liquidum sit; sic enim judex tenetur debitorem exequi, utut hic regerat: es wären ihme auch viel Leute schuldig, wann sie zahlten, wolte er wieder zahlen, it. er solte jedermann zahlen, ihne wolte kein Mensch zahlen. *Besoldus in Thes. Pract. sub voc.* Schulden *p.m.* 867. *Tabor de Præsidiis Debitorum infelicium* §. 16. *p.* 19. Conf. Paroem. Hand muß Hand wahren.

4. Declaratur, modò debitor solvendo sit, aut debitam cogere possit pecuniam: aliàs enim creditor vel expectare necesse habet, donec debitor pecuniam â suo debitore recepit, vel cessionem actionis â debitore suo sibi stipulari debet, aut etiam convenire potest debitoris obærati debitorem ex singulari beneficio *Nov.* 135. *Mevius in discursione levaminum inopiæ debitorum c.* 4. *n.* 24. *p.* 189. *seq.*

5. Fallit hodiè, quando civitas quædam alterius civitatis civibus jus denegat, hôc enim casu denegantis civitatis civibus justitia vicissim denegari, & debiti exactio, arresti injectione, tàm diu sisti & impediri solet, donec administrata fuerit justitia.

6. E. G.

6. E.G. Atticus centum thaleros debet Titio & moritur, hæredem post se relinquens Sempronium. Titius convenit Sempronium, & petit abs eo suos centum thaleros. Excipit Sempronius: sibi etiam Mevium debere centum thaleros, nec tamen horum hactenus potiri potuisse, etiamsi sæpiùs conquestus fuerit desuper apud Titii Magistratum, velle se Titio cedere illos centum thaleros, quos Mevius deberet, vel Titium tàm diu expectare debere, donec illos acceperit. Quæritur an exceptio hæc sit relevans? ℞. quòd non, quia debitum per aliud debitum non sistitur. Conf. *Zorer* in seinem rechtmäßigen Bedencken über etliche Fragen. *L.* 9. *n.* 620. *p.* 102.

LXVI.

1. EInem Schmeichler und Wolff ist nicht zu trauen. Adulatori & lupo non est fidendum.

2. Ratio, quia uterque damnosus est, & decipit; adulator blanditiis lupus verò forti suâ rapacitate, & rapaci fortitudine. Hinc est, quòd Pharisæi quoad internum lupis comparentur rapacibus, inwendig sind sie reissende Wölffe.

3. Convenit illud *Proverb. c.* 26. *v.* 24. & 25. Eine falsche Zunge richtet Verderben an. Wann der Feind seine Stimme holdseelig machet, so glaube ihme nicht, denn es sind sieben Greuel in seinem Hertzen. Unde adhuc alia paroemia in ore vulgi habetur: mit guten Worten teuschet man die Leute. Blanditiis homines alliciuntur. *c. qui sincera*

ſincera 3. *diſt.* 45. Wann der Fuchs Gänſe fangen will, ſo wedelt er mit dem Schwantz.

4. Declaratur, (1.) ut imprimis procedat tunc, quando vires fruſtraneæ ſunt: ſi enim leonina pellis non ſufficit, vulpina aſſuitur.

5. Declar. (2.) ut procedat maximè quoad potentioris aſſentationem inſtantem, utpote quæ fraude non caret, & metum inducit *Tabor apud Barboſam ſub voc. blandiri ax.* 2.

LXVII.

1. Schlagen iſt (hat) kein Recht. Ferire non licet, ſive verberibus aliquem excipere non eſt juris

2. Ratio, (1.) quoniam ſpecies privatæ vindictæ eſt, quæ nobis prohibetur (2.) quia injuriam continet.

3. Probatur per *cap. contingit* 36. *x. de Sent. excommun.* §. 1. 7. *Inſt. de injur. & l.* 1. *ff. eod.*

4. Declaratur (1.) ut imprimis clerici abſtinere debeant à verberibus *t. t. Decret. de Clerico percuſſore;* ut & liberi â verberatione Parentum, vid. tamen *Brunnem. ad l. un. C. de Emend. Prop.* unde quoque *Paulus* Apoſtolus requirit, ut Epiſcopus ſit πλήκτης 1. *Tim.* 3. *v.* 3. non percuſſor.

5. Declar. (2.) quatenus animô injuriandi & ſeſe vindicandi verbera alicui innocenti infliguntur.

6. Limitatur, (1.) quando à magiſtratu in pœnam alicui dictantur verba, quod in militia imprimis ſolenne eſt.

7. Li-

7. Limitatur (2.) quando correctionis causa verberibus aliquis castigatur, quemadmodum parentes suos coërcere solent liberos, & Præceptores suos discipulos.

8. Limitatur (3.) quando famulitium vel ex concessa facultate Parentum verberibus excipitur, vel in illa adhuc ætate est, ut castigatione domesticâ opus habeat. Vid. *Excell. Dn. Strykius in diss. de Alapa c.2. n.16.*

9. Limitatur (4.) in reverberante, modò nullus committatur excessus. Eadem enim debet esse redhibitio. Sed enim limitationem hanc Sacræ Scripturæ contrariari videri, patet ex illo Servatoris præcepto, *Matthæi 5. v.39.* Wann dir einen Streich jemand giebt auf deinen rechten Backen, dem biete den andern auch da. Conciliationem vide apud eund. *Stryk. d. l. c.4. n.9. seq. Balduinus de Casibus Conscient. Cas. 15.* Add. *Tabor apud Barbosam in Thec. Loc. Com. sub voc. retorsio p.m.821. ibique Dietherrus in Contin. p.516.*

10. Ampl. quoque ad injurias verbales. Schelten hat kein Recht, cùm & convicium species vindictæ privatæ sit.

LXVIII.

1. WEit davon ist gut vor den Schuß. Procul à Jove, procul a fulmine. h.e. præstat ministris eminùs abesse à Principibus & Dominis suis quàm istis esse à latere. Dicitur etiam: Es ist nicht gut, wo man den Herzn selbsten alle Tage reuspern höret.

2. R.

2. R. quia illi illorumque famulitium & satellites omnes actiones ministrorum curatè observant & plerumque culpant ac vituperant.

3. Declara (1.) òptimum esse, quando quis stare possit in medio: Vid. *Sirac. c.* 13. *v.* 13.

Nicht zu nah, und nicht zu weit,
Ist die best Gelegenheit.

Nam si à Principe nimis es remotus, illius calore soveri non potes; si nimiùm appropinquas, illius incendiô facilè conflagrabis. *Nolden in Trebatio* §. 10. *p.* 204. Bey Hof kan man sich wärmen, aber auch heßlich verbrennen. Unde Froschmäußler verbis aliquantùm immutatis *L.* 1. *P.* 2. *c.* 7. ita canit:

Wer vom Feuer bleibet weit
Erfriert gewiß zur Winters-Zeit.
Wer gar nah tritt der wird verbrandt;
Im mittel ist der beste Stand.

4. Declara (2.) weit davon seyn, h. l. idem esse, ac non vivere in aula & domicilium habere extra sedem Principis.

5. Declara (3.) imprimis valere paroemiam nostram quoad illos, qui libenter agunt in occulto, metuentes ne tricas suas prodant & fraudes Conf. *Consultissimus Dn. D. Reibelt in Corpore Juris miscellanei L.* 1. *c.* 7. *Q. ult. p.* 48. & *Pellerus in Notis ad Politicum Sceleratum c.* 13. *p.* 126.

LXIX.

LXIX.

1. DAs Recht schiert haar scharf. Jus exactissimè procedit, h. e. judex in impertiendo jure vel sententia ferenda ad legem præscriptam strictissimè respicit, nec distinctionem facit, quando lex non distinguit, *Barbosa in Thes. Loc. Comm. sub voc. lex ax.* 29. Unde quoque justitia obvelatis oculis pingitur.

2. Probatur per *l. prospexit* 12. §. 1. *ff. qui & à quib. l.* 10. *C. d. LL.*

3. Ratio, quia judex non dominus sed custos & observator legis est.

4. Declar. (1.) ut tamen judex diligenter inquirat factum, omnesque ejus circumstantias probè attendat, ne ex summo jure summa fiet injuria, & deinde pro qualitate circumstantiarum gravium & relevantium jus à summo Magistratu latum impertiat sive ægrè id habeat actorem vel reum, sive non. Laborent enim ipsi legum latores ne lex nimis dura videatur *Nov.* 44. *c.* 1. §. 4. non verò judices. *Barbosa in Thes. Loc. Comm. sub voc. lex, ax.* 39.

5. Declar. (2.) procedere diverbium hoc in casu, quando lex ejusque verba clara sunt: vid. *Molenbecius Cent.* 1. *div.* 15. *n.* 5. *p.* 48. nostrum enim, inquit Augustinus, non est leges condere, sed conditis parere, nec de legibus sed secundum eas judicandum est.

6. Ampliatur in tantum, ut, si judex mitior lege sit infamis fiat *d. l.* 12. nec enim precibus cala-

calamitosorum illacrymari oportet *l. observandum* 18. *ff. de Off. Præsid.*

LXX.

1. **Ein neuer (h. e. junger) *Medicus*, ein neuer Kirchhof.** Juvenis Medicus, novum cœmeterium, h. e. talis Medicus, qui artem medicam exercere incipit, indiget novô cœmeteriô.

2. R. quia culpâ eorum multi pereunt homines: ars medica enim longam experientiam requirit, & non rarò officiosissimis iisque artificiosissimis & benè multis constare solet homicidiis *Gisenius de Vita Academica P.* 2. *d.* 4. *n.* 53. *p. m.* 98. *Facetiæ facetiarum p.* 374. Unde quoque Medici salutantur experientissimi hocherfahrne, ita tamen, ut non excludatur ratio Vid. *Waltherus de Privilegiis Doctorum c.* 12. §. 73. *p.* 204. quamvis nec experientissimus Medicus semper relevare possit ægrum juxta illud:

Non est in Medico semper relevetur ut æger,
Interdum doctâ plus valet arte malum.

3. Procedit narrativè, non verò approbativè: utut enim Medici, ægrum negligentes plerumque abire soleant impunè, und muß man ihnen die Cains-Käule theuer noch dazu bezahlen, de quo vid. *Meisnerus* in widerlegten Sprichwörtern, *n.* 132. *p.* 141. *Hertius in Epidipnidibus Paroem. Jur. Germ. Par.* 6. *p.* 10. *seq.* attamen de jure aliud dispositum esse legitur. Addat. §. 6. *Inst. de Lege Aquilia ibique Hoppius in Comment. & Waltherus*

therus d. l. & *Dn. M.* Groß in seinem bewährten Artzt, *p.* 27. ubi lepidum aliquod exemplum de ejusmodi juvene Medico recenset.

LXXI.

1. An Riemen (kleinen Läpplein) nagen lernen die Hunde Leder fressen. Lora rodendo canis corio vorando assuescit. Latini dicunt: periculosa res est canis quæ didicit arrodere coria. Sensus huc redit: Quando alicui id, quod minus est, indulgetur, hoc ipsô ad id, quod majus est, via quasi panditur. Paulò aliter, sed uti mihi videtur, minùs curatè, proverbium hoc explicavit, Spate im teutschen Sprach-Schatz *sub voc.* Leder per illud Latinorum dicterium: *à teneris assuecere multum est*; utut enim lora & alias res rodere plerumque solent catuli; perpetuum tamen hoc non est, & sæpius canes adultiores facti corio rodendo demum assuefiunt. Eodem planè recidit illa paroemia: mit geringen fängt man an, mit grössern hört man auf.

2. Ratio quia ex frequentia actuum oritur habitus, qui tandem in naturam transit: consuetudo enim altera natura est.

3. Prob. per *cap. ut clericorum de Vita & honest. Cler. can. est injusta* 23. *q.* 4.

4. Amplia paroemiam hanc ita, ut non tantum quoad res & illicitas, sed & quoad permissas, ac honestas procedat: Sicut enim JCtus incipit ab Institutionibus tanquam primis legum cunabulis §. 3. *Inst. proem.* & tàm diu continuat, donec le-

gitimô opere perfectô possit Rempub. in partibus gubernare §. *ult. Inst. d.l.* ita etiam ille, cui largitur licentia, id quod minus est, faciendi, mox se ad majora accingit, nam deteriores omnes sumus licentiâ inquit *Comicus in Heavton. Act.* 3. *Sc.* 1. Wann man einem den Finger gibt / will er gleich die gantze Hand haben.

5. Hinc nonnulli volunt, quamvis ex mente Legum Romanarum Judex capere possit esculentum, potulentumve, quod intra dies proximos prodigatur *l.* 18. *ff. de Off. Præsid.* nec xenia obsoniaque morosè repudiare, sed saltem non avarè accipere debeat *l.* 6. *ff. de Off. Procon. & Legat* attamen & hoc rectiùs interdici pro tribunali sedentibus, ne ejusmodi leviuscula dona accipiendo majoribus inhient. Vid. *Differt. de Jurisprudentia Romana in Praxi malè reformata Erfurti sub præsidio D. Matthiæ habita th.* 45.

LXXII.

1. MAn muß das *prævenire* spielen. Præventioni studendum.

2. Ratio, quia melius est prævenire quàm præveniri, ratio rationis, quia facilius est plerumque rem per præventionem occupatam conservare & retinere integram, quàm post occupationem ab alio factam recuperare.

3. Habet hæc ipsa paroemia in jure suum fundamentum, *scil. l.* 1. *C. quando lic. unic. l. ult. C. in quib. caus. restit. non est necess.*

4. Quatenus scil. jus nobis competit ad rem aliquam occupandam, aut alius cum æterno meo

metu

metu vel damno rem aliquam occupaturus est. *Lipsius Lib.* 4. *Polit. c.* 14. *n.* 85. imprimis verò procedit quoad res turpes & illicitas quibus semper præveniendum est, per bonas scil. leges & constitutiones durch allerhand Ordnungen; Et quidem priori casu concessivè, ita ut libertatem habeamus, an prævenire velimus, nec ne; posteriori verò casu præceptive, quia obstricti sumus ad præcavendum peccata. Unô verbô ibi saltem jus concessivum, hîc verò præceptivum subest, de quo vid. *Guilielm. Grotius de Principiis Jur. Nat. c.* 2. §. 8. *p. m.* 23.

5. Ampliatur, sive præveniatur consiliô, sive factô, modò antevertatur damnum imminens.

6. E. G. Si urbs aut provincia Statui alicui peropportuna est, potest illa occupari, antequam occupetur ab illo, qui Statui illi inimicus est. *Lipsius d. l.* it. Quando prævidere & hariolari possumus malè aliquem administraturum esse tutelam, melius est, ut obviam curramus malo, & planè non admittamus eum ad gerendam tutelam, quàm ut post damnum datum pupillo mediis adæquatis obligemus ipsum ad istud resarciendum; Conf. *l. suspectus* 5. *ff. d. Suspect. tut. & Cur.* & *Vagodas in Oper. Academ. p.* 238.

LXXIII.

1. Wer im Rohr sitzet, schneidt sich Pfeiffen. Qui inter arundines sedet, ille fistulas sibi comparat h. e.

Jam sere, quæ plenâ postmodò falce metas.

2. R. quia fronte capillata eſt, poſt hæc occaſio calva.

3. Declara valere adagium hoc narrativè, quoad miniſtros doloſos, variis technis utentes, quorſum infidelis ille œconomus, *Lucæ* 16. *v.* 6. *ſeqq.* pertinet, & commodo privato ſtudentes, non verò approbativè aut præceptivè, quamvis interdum etiam in bonam partem illud accipi ſoleat, Vid. **Döpler in ſeinem getreuen Rechnungs-Beamten**, *P.* 2. *c.* 19. *n.* 38. *p.* 531. qui illud ad miniſtros applicat, qui ſuis ſalariis potiri nequeunt, & pecuniam recipiunt ad Dominum pertinentem jure retentionis utentes. Conf. omninò *Zipfel in Diſſert. de teſſeris collybiſticis Sect.* 1. §. 3. *p.* 13. & *Fritſchius in Tract. de jure accidentalium c.* 3. §. 4. qui ad accidentalium aucupium paroemiam noſtram accommodat, illudque ſuo loco poſitum relinquit, quatenus officiales, neque dominum ſuum defraudant neque ſubditos contra taxam à ſuperiori præſcriptam exactione accidentalium onerant.

LXXIV.

1. **Pfaffen-Guth, Raffen-Guth.** Bona eccleſiaſtica, bona rapacia. Senſus non hic eſt, quaſi bona clericorum eſſent bona rapinâ quæſita, prout vulgus hominum hoc explicat, non! ſed quòd, qui res cultui divino vel eccleſiaſtico dicatas profanant & in utilitatem propriam convertunt, nihilô ditiores eapropter fiant, quin hoc ipſô ſubſtantiam ſuam reliquam perdant. *Latherus de Cenſu L.* 3. *c.* 18. *n.* 53. *p.m.* 810.

810. *Naurath de Rationariis p.m.* 387. *Speidelius in Speculo sub voc.* geistliche Güter *p.m.*453.

Bona sacra bonis si quando profanis
Miscentur, contra fas & jus omnia perdunt.
Extremumque malum raptoribus insuper addunt.

Wer geistlich Güter macht gemein
Wird eh er meynt, ein Bettler seyn.

Burgoldensis ad Instrum. Pac. P. 2. *d.* 9. *th.* 13. *p.* 75.

2. Ratio, quia quæ semel DEO dicata, ad privatos usus amplius non possunt, nec debent jure transferri. *Naurath d. l. & ab eo allegatus Besoldus in Thes. Pract. sub voc.* Stifftung *Conf. paroem.* geistliche Güter haben Adlers Federn, 2c. *sub voc.* Kirchen-Güter. *Wehnerus sub voc.* ungerecht Guth, *p.* 474. *Petrus Fridericus, vulgò Mindanus dictus, de Continentia causarum c.* 28. §. 11.

3. Ampliatur ad alias res, piis causis consecratas v. g. stipendia, sustentationes pauperum, miserabilium, senum, parentibus orborum, &c.

4. Declar. quòd interdum clericorum bona etiam vulgari sensu salutari possint rapacia, cùm utique dentur, qui magis ad rem, quàm ad munus suum attenti sunt, plus argenti corradunt, quàm memoriæ tradunt.

LXXV.

1. DJe Pfaffen sind alle geizig. Clerici avaritiæ sunt dediti omnes. Meminit hujus *Ernestus Meisnerus in refutatione pro-*

verbiorum damnandorum, *n.* 61. *p.* 63. Ubi paroemiam hanc malitiæ & calumniæ hominum adſcribit. Et rectè quidem! Vitium enim unius vel alterius ſicuti non imputandum erit univerſo ordini; ita nec contra clericos præſumtio aliqua juris eapropter militabit in dubio. Conf. *paroem.* Bringſt du Zinß bringſt du Geld.

LXXVI.

1. PEine (*a*) iſt gemacht ſo veſt,
Daß die Eule (*b*) blieb im Neſt.

Peina adeò munita eſt, ut ulula tuta maneré poſſit in nido.

2. (*a*) Peina eſt propugnaculum in Epiſcopatu ſive diœceſi Hildeſienſi ſitum, quod ſuperiori ſeculô ſolum manſit in poteſtate Epiſcopi proſcripti *Johannis IV.* reliquis locis ferè omnibus à Ducibus Brunſuicenſibus & Epiſcopo Mindenſi occupatis, præter urbem Hildesheim, Peine, Steuerwald & Marienburg, Conſ. *Imhoff in Notitia Procerum Germaniæ L.* 3. *c.* 11. *n.* 4. *p.* 84. Europäiſcher Herold, *p.m.* 114. *Lucæ* in des Heil. R. R. Uhralten Grafen-Saal, *p.* 781. *Burgoldenſis ad Inſtrum. Pac. P.* 3. *d.* 16. *p.* 124. Unde quoque à *Conſtantino Germanico in Epiſtola ad Juſtum Sincerum p.* 292. dicitur: ſanum fortunæ Epiſcopi Hildeſienſis, des Biſchoffs von Hildesheim Glückſtadt.

3. (*b*) Ita ſalutabatur Epiſcopus proſcriptus *Johannes IV.* è domo Saxo-Lauenburgica ortus, qui poſtquam propter paciſragium à *Carolo V.*

A. 1519. publicè proscriptus fuerat, in munimentum suum Peinense se receperat. Quoniam autem ab omnibus insultibus ibi satis tutus erat, hinc proverbium nostrum natum.

4. Quid nuper acciderit huic munimento, & quàm celeriter illud venerit in manus Serenissimi Brunsuicensis Electoris, de eo testantur acta publica præsentis belli.

LXXVII.

1. Man suchet keinen hinter dem Ofen/ man habe dann selbst dahinten gestecket. Aliquid mali de alio nemo præsumit, nisi qui ipse malus.

2. R. quia alios ex ingenio nostro judicamus & moribus nostris existimamus juxta illud:

Wie ich bin/
Ist mein Sinn.

3. Declara regulam hanc ita, ut sicut usum & experientiam quis potest habere vel ex propriis vel etiam alienis actionibus, ita etiam judicare quis possit non tantum ex suo, sed & alieno ingenio, man muß eben nicht selbst hinter dem Ofen gestecket/ sondern kan wol andere darhinter gestecket gesehen haben; ita *Thais apud Terentium Act. 1. Sc. ult. Me miseram! forsitan hic mihi parum habeat fidem, atque ex aliarum ingeniis nunc me judicet.* Ergo probabiliter tantum proverbium nostrum procedit, & ex circumstantiis dijudicandum venit, num olim deceptus, nunc quoque deceptionem præsumere, & ab illa sibi

præcavere, sicque imminens malum avertere velit. Conf. omnino *Nolden in Trebatio in fin. Tractatui de successione ab intestato p.* 198. num vero quis eò deceptionem & fallaciam in altero præsumat, quia ipse olim impostorem egit & deceptorem. Add. die treuhertzige Warnung, etc. quæ extat in fine tractatûs *Khunrathii* von dem Hylealischen *Chaos p.m.* 284. Posterius peccatum involvit, adeoque improbandum venit. Vid. Gerber in denen unerkannten Sünden der Welt, *P. I. p.* 29.

4. Hinc quando quis nimias easque insolitas in contractu aliquo adhibet cautelas, præsumitur fraudulentus, *Strykius JCtus ille consummatissimus de Cautelis Contract. Sect.* 1. *c.* 1. §. 15. *Mascardus conclus.* 532. *n.* 103. *Colerus de Processu Executivo P.* 1. *c.* 10. *n.* 2. & quidem eapropter, quia ab alio de dolo sibi non metueret, & contra illum tanto studio se non præmuniret, si ipse bonus esset & honestus. Er muß ein Schalck seyn, und wissen, wie einem andern zu Muth ist. Wer mir nicht traut, steckt selbst in einer bösen Haut. Conf. omninò *Barbosa in Thes. Loc. Comm. sub voc. abundans ax.* 1. *Menochiis Lib.* 5. *præsumt.* 3. *n.* 102. Idem dicendum de Advocatis, nimium solicitis, qui sont trop fins & cauts: *Barbosa d. l.* ut & opificibus aliorum opificum fraudes & fallacias nimis exactè cognitas habentibus. Add. *Bejerus de Officinis & Tabernis Opificum L.* 1. *c.* 3. *n.* 84. *p.* 34.

LXXVIII.

1. DEr Neid wird zu Hof gebohren, in Clöstern erhalten, im Spittal aber begraben. Livor naſcitur in aula, nutritur in cœnobiis, in noſocomiis vero ſepelitur. Spate im teutſchen Sprach-Schatz *ſub voc.* Spital *p. m.* 2082. *Beſoldus in Theſ. Prud. ſub voc.* Spital *p.* 897. uno verbo: in aulis, monaſteriis & Xenodochiis regnat invidia.

2. Ratio, quia ibi ſemper inveniuntur qui digniores ſe eſſe putant beneficio iſto, quod alteri contingit.

3. Ampliat. in tantum, ut nec miſeria ipſa ſine invidia ſit, unde illud: Es thut dem einem Bettler Zorn, daß der andere vor der Thür ſtehet. Nec obſtat: Das Elend allein ſeye ohne Mißgunſt. Fallit enim apud eum, qui majori premitur miſeriâ, eâ indignum ſe putans. Hinc Itali dicunt: Wann die Mißgunſt ein Fieber wäre, ſo würde die gantze Welt daran ſterben. Cui ſimile illud eſt: Wann der Neid brennete wie ein Feuer, ſo wäre das Holtz nicht ſo theuer. *Zeilerus P.* 2. *Epiſt.* 482. *p.* 592.

LXXIX.

1. ZEhen Phantaſten (*a*) geben erſt einen Narren. Ex decem phantaſticis unus demum ſtultus componitur.

2. (*a*) Phantaſt, vel ut alii ſcribunt, Fan-

tast, propriè significat einen Menschen, der blöden Verstands ist, pertinetque inter vocabula media *Zeilerus Cent.* 5. *Epist.* 78. *p. m.* 574. Conf. Spate im teutschen Sprach-Schatz *sub voc.* Fantast *p. m.* 443. qui hominem phantasticum describit per hominem imaginarium, cerebrosum, opiniosum.

3. R. quia talis imaginarius & opiniosus nondum quidem stultus est, facilè tamen in stultum evadere potest: habet enim impotentiam quandam, seu qualitatem naturâ insitam & stultitiæ maximè accommodam.

4. Nota ergò quòd per se injuriosum non sit nominare aliquem einen Phantasten *Zeilerus d. l.* & *Besoldus in Thes. Pract. sub voc.* Narr, *p.* 701. sed quòd injuria ex circumstantiis dijudicari debeat.

LXXX.

1. Die Nacht ist nicht jedermanns Freund. Nox non cuivis amica. Juxta versum illum notum:

Nox, & amor, vinumque nihil moderabile suadent.

Die Nacht, die Lieb, dazu der Wein
Zum Bösen drey Rathgeber seyn.

Hinc noctem à nocendo dici nonnulli opinantur.

2. R (1.) quia tenebræ aptæ sunt ad faciendum dolum arg. *l.* 5. *§. si mulier ff. de Vent. inspic.* Conf. Döpler in seinem getreuen Rechnungs-Beamten, *P.* 2. *c.* 5. *n.* 56. *p.* 95. ubi paroemiæ hujus mentionem facit. Add. *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Comm. sub voc. nox. ax.* 1.

ax. 1. & 5. Add. paroemia: Im Dunckeln ist gut munckeln. (2.) Quia tenebrarum Princeps, diabolus, noctu sæpè ex permissione DEI, molestias facessit. Hinc noctu præter necessitatem solus non ambules. Wo aber jemand in seinem Beruff gehet, da muß auch Finsternüß Licht seyn.

LXXXI.

1. DEr Main (a) ist hoch entsprossen,
lang genossen,
viel verflossen.

2. (a) Vel ut alii scribunt, Mayn, Moenus, Moganum, secundum Ptolomæum verò, Ohringa.

3. Ratio primi, quia Mœnus ex alto monte Pinnifero, dem Fichtelberg scaturit. Ratio secundi, quia multæ urbes, oppida & pagi à Mœno alluuntur, quibus usui est & commodo, dum velociter currendo aërem attenuat, omnis res generis accolis suis advehit navibus, & regiones per quas fluit, fertiles reddit. Die Berge triefen mit Wein, die Hügel fliessen mit Milch, die Anger sind voll Schaafe, die Wälder voll Wildpret, und der geflügelte Mercurius kan vermittelst dieses edlen Strohms alle necessaria herbey bringen. Deinde usus quoque intelligi potest ratione diuturnitatis temporis, quia scilicet diu est, quòd Mœnus extiterit & fluxerit. Conf. omninò *Dn. M.* Grossens, *Pastoris Uhlefeldensis erudita concio* von denen vier Trost-Ströhmen, *p.* 35. Ratio tertii est, quia jam tùm multum

aquæ

aquæ duxit in mare, unde quoque locutio illa proverbialis nata: **Es wird noch viel Wasser den Mayn hinunter fliessen, ehe dieses geschiehet.**

Deinde quoque hæc ratio potest dari, quòd Mœnus aurifodinas cursu suo interverterit. Vid. *Excellent. Dn.* **Pachelbs von Gehay erste und umständlichere Anleitung von Onolzbach**, *p. 2. ferè in f.* & quod fluxu illius multum perierit auri.

Declar. quòd rhytmi hi non exclusivè sed inclusivè intelligendi sint, cùm adhuc alii, longè nobiliores dentur fluvii, de quibus eadem prædicari possunt.

LXXXII.

1. **Kommt Zeit, kommt Rath.** Tempus consiliorum dator optimus, sive ut *Cicero* ait, consilia temporum sunt, h. e. Consilia non præcipitanda sunt.

2. Ratio quia tempus omnium rerum sapientissimum est, & hinc omnia invenit, *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Comm. sub voc. tempus ax.* 1. omniaque ferre consuevit *Nov.* 39. *in pr.* ita enim respondit *Thales Milesius* quid omnium sapientissimum esset? interrogatus; intereà enim in omnes circumstantias curatè inquirere licet. Conf. *Hippolytus à Collibus in Principe c.* 19. *p.m.* 431. & si circumstantiæ mutantur, (mutantur autem tempore multa l. 8. ff. de conf. tut.) etiam consilium procatum ratione capi potest.

3. Pro-

3. Procedit in talibus negotiis, quæ dilationem admittunt, & ubi quis certus est, haud sibi præreptum iri tempus & spatium deliberandi. Aliàs, enim melius esset consilium ante habuisse quàm post vulneratam causam nimis serò remedium quærere *l.* 53. *ff. de V.S.* hier sind frische Eyer die besten. Consilium extemplo capere paucis & illis tantum datum est, quibus suppetit promtitudo ingenii & velocitas intellectûs, die da esprit present haben.

4. Fallit in subitis, ubi factô potiùs opus quàm consultô; *Lipsius Politic. L.* 3. *c.* 8. *n.* 2. *in not.* utile non est consilium post facta dari, quòd oportuit antè; consilium post facta imber post tempora frugum. Rath nach der That ist zu spath. Hoc casu imitandi sunt gladiatores & consilia in arena capienda.

LXXXIII.

1. Es ist besser (leichter) stehlen, als zeihen. Facilius est furari, quàm furti aliquem accusare.

2. Ratio, quia qui furti aliquem accusat, id probare tenetur, & quidem luce meridianâ clariùs, probatio autem talis difficilis est, denn man pflegt selten Zeugen dazu zu nehmen. Conf. *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Comm. ax.* 22. *sub voc. probatio.*

3. Ampl. (1.) in tantum, ut olim, qui aliquem accusare ausus est in judicio, se subscribere, & sic ad pœnam talionis in casum succumbentiæ

ad-

adstringere, necesse habuerit. *l. 7. pr. ff. & l. f. C. de Accusat.* quòd tamen hodiè in desuetudinem abiit *Lauterbach in Compend. Jur. tit. de Accusat. lit. J. p. 683.* inque ejus locum surrogata & recepta est satisdatio de injuria & expensis litis *ibid.* Add. *Tabor l. c. ax. 23.*

4. Ampl. (2.) idem quoque affirmandum esse hodiè de aliis delictis, quorum circumstantiæ oculis demonstrari nequeunt: nam & hæc faciliùs perpetrantur, quàm ut delinquentes eorundem convincantur.

5. Limit. nisi circumstantiæ ita sint comparatæ, ut statim quis convinci possit.

6. Effectus paroemiæ est, quòd hodiè loco accusationis plerumque obtineat denunciatio, die delicta werden insgemein nur angezeiget, vel etiam judex ex officio inquirit. Quamvis in nonnullis locis Fiscalis sive publicus censor constitutus est, qui ex officio agit contra omnes delinquentes.

LXXXIV.

1. Wo die Füsse gebunden sind, da läufft die Zunge am allermeisten. Malè pedatus, linguâ potentissimus est.

2. R. quia temporum tristitiam aliô meliori modô condire vix potest.

3. Effectus est, quòd podagricus testamentum facere possit; utut enim inquit *excellentissimus Strykius in Tract. de Cautelis Testamentorum c. 4. §. 38. p. 145.* diffitendum non sit solum etiam corporis vitium salvâ mentis integritate impedire ali-

aliquando faciendi facultatem, hic tamen tale quid non deprehenditur, cum & scribendi aut ad minimum tamen, si forsan hic exorbitans chiragra impedimentum aliquod afferat, loquendi potentiam integram salvamque retineant podagrici. Alias dicitur: Wer es nicht im Kopff hat, muß es in denen Füssen haben. h. e. Wann einer wohin geschickt, und ihm was auszurichten anbefohlen gewesen, er aber solches zu thun vergessen, oder aus dem Gedächtnüß gelassen, so müssen es die Füsse entgelten, und ihn noch einmahl dahin tragen. Ratio, quia mandatarius hoc ipsô, dum mandatum suscepit, ad illud exequendum sese obligavit, & hinc actione mandati, ad id, ut mandatum præscriptô modô exequatur conveniri potest §. 8. *Inst. Mand. l.* 22. §. *fin. eod.* Si nimirum mandatarius in mandatum illud consenserit, aut alioquin ad illud expediendum obligatus fuerit.

LXXXV.

1. DJe *Doctores* müssen alt, die Apothecker reich, und die Barbirer jung seyn. Doctores (medici nimirum) sint ætatis provectioris, pharmacopolæ divites & tonsores juniores.

2. Ratio primi, quia ars medica longam requirit experientiam (quapropter etiam salutantur *experientissimi*) experientia & praxis autem haberi non potest absque longiori tractu temporis; unde etiam inter requisita Medici refertur ut sit arte peritus; de cætero requiritur, ut sit bonæ fidei & diligens. Vid. *Rulant de Commissariis*

riis P. 1. *L.* 4. *c.* 15. *n.* 7. *p.* 185. & *Waltherus de Privilegiis Doctorum*, *c.* 12. §. 73. *p.* 204. & *c.* 18. *p.* 391. & *Dn. M.* Groß in seinem bewährtem Artzt, *p.* 27. *seq.*

Per varios casus per tot discrimina rerum
Per varios usus artem experientia fecit,
Exemplô monstrante viam.

Ratio secundi, quia instructio alicujus pharmacopolii ob pharmacorum pretiositatem magnam vim argenti exigit. Ratio tertii, quia senes plerumque tremunt manibus, & hinc firmiter tenere nequeunt novaculam.

3. Declara; sicuti barba non facit philosophum; ita nec provectior ætas Medicum, sed usus, experientia atque praxis. Conf. *par.* Ein neuer *Medicus*, ein neuer Kirchhof. Sub *ead. hac voc. Medicus.* Idem dicendum quoque de chirurgis, ut adeò tonsores in hac paroemia intelligantur quà tales, quatenus enim chirurgi sunt experientia, & hinc adultior quoque ætas requiritur, imprimis autem cicatricosi pro optimis habentur die selbsten wacker zerfetzet sind. Vid. *Zeilerus P.* 1. *Ep.* 19. *Cent.* 2. *p.* 344. De utilitate & necessitate Medicorum vid. *Sirac. c.* 38.

LXXXVI.

1. Wie der Wirth ist, so sind auch die Gäste. Qualis hospes activus, talis hospes passivus.

2. R. quia ubi cadaver est, ibi colliguntur aquilæ. Simile simili gaudet.

3. Declara (1.) ita ut hoc non tàm ex voluntate di-

divina efficaci quàm permissiva fiat improbatur ergò quàm maximè, quando vulgò dicitur: Wie der Wirth ist, so beschehret auch GOtt die Gäste. Injuria enim hôc ipsô Deo fit. Nec juvat, si dicas: per DEUM h. l. fatum aut fortunam intelligi; præterquam enim quòd & de fato sobriè & castè sentiendum sit, manifesta insuper adest profanatio sanctissimi nominis divini.

4. Declara (2.) plerumque, non semper nostrum valere dicterium.

5. Effectus, ut si quis scienter recipiat promiscuam vagantium fecem, aut divertatur apud talem hospitem, cui mala fama est, cùm tamen possit hospitium habere apud honestiores hospites, præsumtionibus ac suspicionibus admodum se gravet, cumprimis si pecuniâ instructus sit, & alia indicia concurrant. Conf. *Dn. D. Beierus de Receptu tàm personarum quàm rerum P.* 1. §. 5. *n.* 25. *Dn.* von Böckellen *de Jure Hospitiorum c.* 5. §. 2. *p.* 39. *Crusius de indiciis delictorum P.* 1. *c.* 19. *n.* 1. *seqq. in Observat. p.* 101.

LXXXVII.

1. **JN Westphalen (*a*) gehet man durch die Feuer-Mauer in das Hauß.** In Westphalia per fumarium introire solemus in domum.

2. (*a*) De voce Westphaliæ extat elegans dissertatio D. Sagittarii Jenæ olim habita, quam vide.

3. R. quia ibi ædificia destituuntur fumariis, adeoque fumus alium exitum habere non potest, nisi per januam: est ergò janua simul etiam fumarium, & sic unâ fideliâ duo dealbantur parietes.

4. Declar. procedere hanc paroemiam quoad rusticorum prædia, quorum tecta plerumque sunt straminea, & parietes lutei.

5. Producit tamen idipsum hunc effectum, ut petasones eorum adeò grati saporis sint. Conf. *Autor Relationis* von dem Königlich-Preussischen Hof, *p. m.* 5.

LXXXVIII.

1. Schick' dich in die Welt hinein;
Denn dein Kopff ist viel zu klein,
Daß sich schickt die Welt darein.

Ad mundi genium accommodandus est animus, quia ingenium tuum tantæ capacitatis non est, ut possit capere mundum. Binis verbis: Hominibus inserviendum. Hinc quoque alia, sed ratione sensûs eadem, circumfertur paroemia: Man muß sich in die Leute schicken, die Leute schicken sich nicht in einen, vel: Es muß sich einer nach der Welt richten, die Welt richtet sich nicht nach ihme. *Bidembach in Promt. Connub. them.* 85. *p.* 412. Eleganter *Terentius in Adelph. Act.* 3. *Sc.* 3. ut homo est, ita morem geras! Wie die Leut, so die Zeit. *Burgoldensis ad Instr. Pac. p. m.* 469.

2. Ratio: Etenim nos mundo nati sumus ad inserviendum honestè, non verò nobis natus est mun-

mundus. Gumpelzheimer *de Exercit. Acad. P.* 1. *S.* 2. *p.* 26.

3. Declar. (1.) ut paroemia hæc intelligenda imprimis ſit de Politicis. Vid. proverb. Juriſten müſſen in alle Sättel gerecht seyn.

4. Declar. (2.) procedere eam quoad res indifferentes & relaxationes illas communiores & uſitatiores, v. g. Degen tragen, Tantzen, Fechten, Reiten, rc.

5. Limit. ut, quoad res theologicas & morales, non ad nutum hominum, ſed Imperium DEI nos convertere debeamus. Stellet euch nicht dieſer Welt gleich. Si enim magiſtratui non aliter niſi poſt DEUM obediendum *auth. habita C. ne filius pro patre*; multò minus mundo & ejus vanitati ante DEum indulgendum eſt.

LXXXIX.

1. WEin ein, Witz aus. Vinum obumbrat ſapientiam. Voller Kopff, toller Kopff.

2. R. quia vini Spiritus adſcendunt in caput, & illas occupant partes, per quæ tanquam ſua organa, mens ſuam virtutem exercet & operationem.

3. Probat. per *Syrac. c.* 19. *v.* 2. Wein und Weiber bethören die Weiſen.

4. Declar. quatenus nimirum quis plus potat quàm natura ejus ferre poteſt. Aliud ergò ſi vinum modicè ſumatur; ſic enim illud parat animos, fugat curas, parit facundiam, affert ſomnum,

conducitque ad sanitatem. Brauche ein wenig Weins, inquit Apostolus 1. *ad Timoth.* 5. *v.* 23. um deines Magens willen, und daß du offt kranck bist. Conf. *Prosper Rondella de Vinea p. m.* 74.

5. Effectus, quod ebrius (scil. summè talis) æquiparetur furioso *l.* 1. *C. si quis imperat. maledix.* Conf. *Tabor apud Barbosam in Thes. loc. Com. sub voc. obrietas ax.* 1. & *Besoldus in Thes. Pract. sub voc.* Trunckenheit & *Dietherrus in ejus continuatione*, & hinc capitali pœna non sit afficiendus 1. *omne* 6. §. 2. *ff. de Remil.*

6. Fallit, quando quis saltem plus paulo ad bibit, wann einer nur ein wenig angebrannt ist; talis enim non statim ratione destitutus, sed saltem nescius simulare est, & aliis credit animum, dann wem das Hertz voll ist, dem gehet der Mund über. Add. Reinkingk in der Biblischen Policey, *L.* 2. *ax.* 99. *p.* 430. & *Zeilerus in Opere Epistolico P.* 1. *p* 411.

7. Ampl. Idem extendi etiam potest ad cerevisiam nobiliorem, quæ inebriare solet.

XC.

1. Zu Bacharach (*a*) am Rhein,
Klingenberg am Mayn,
Und Würtzburg auf dem Stein
Wachsen in Teutschland die besten
Wein.

Baccharaci ad Rhenum,
Klingenbergæ ad Mœnum,
Herbipoli supra saxum
Crescit Germanorum vinum massicum.

2. (*a*)

2. (*a*) Bacharacum, quod nomen ſuum habet à Baccho vid. *Conſtantinus Germanicus in Epiſtola ad Juſtum Sincerum p.* 358. non eſt oppidum Moguntini Archiepiſcopatus, prout ſcribit *Pfeffinger in Geographia Curioſa, L.*4. *c.*24. *p.*411. ſed Palatinatus Rhenani Vid. *Cluverius in Introd. in Geograph. L.*3. *c.*10. *§.*5. *p.*202. Klingenberga, Klingenberg eſt oppidum Archiepiſcopatus Moguntini in finibus Franconiæ Werthemium inter ac Aſchaffenburgum ad Mœnum ſitum. Würtzburg autem metropolis Epiſcopatus herbipopolitani. Notandum autem probè eſt, quòd quando dicitur, zu Würtzburg auf dem Stein, id minimè de toto agro dictæ civitatis, ſed tantum de certo quodam illius diſtrictu à lapide dicto, von einer Lage, ſo der Stein genennet wird, intelligendum veniat. Profert paroemiam hanc aliquantùm immutatam *Conſtantinus Germanicus l.c.* & quidem ita:

Zu Bacharach am Rhein,
Zu Klingenberg am Stein,
Zu Hochheim am Mayn
Giebts die ſchönſte Wein.

Sed enim id ex errore factum & Klingenberg, pro Würtzburg poſitum fuiſſè credo; quamvis enim vinum Klingenbergenſe tanquam valdè nobile deprædicetur, dubito tamen an vino herbipopolitano à lapide dicto generoſitate & bonitate par ſit. Deinde etiam notandum, quod vinum hochheimenſe naſcatur quidem ad Mœnum, ſed reputari tamen pro vino Rhenano ſoleat. Quicquid

quid autem hujus sit, vinum istud hochheimanum valdè generosum est. Conf. *Becmannus in Hist. Orb. Terr. c.* 10. §. 3. *p.*420. *Scharschmid ad Schuzium de Statu Rei Rom. V.* 2. *Ex.* 9. *th.* 3. *p.* 586. Circumfertur adhuc aliud proverbium ita sonans:

Zu Klingenberg am Mayn,
Zu Würtzburg auf dem Stein,
Zu Sommerach auf dem Sand
Wachsen die besten Wein im Francken-
land.

Ubi nota, quod vinum Klingenbergicum eò referatur ad franconicum, quia in finibus Franconiæ oppidum illud situm est, Sommerach, Sommeracum verò pagus sit ad Mœnum Kittingam inter & Volcachum constitutus.

XCI.

1. **Wie man in den Wald schreyet, so schallet es wieder heraus.** Plautus inquit: Contumeliam si dices, audies; Pertinet huc illud Terentii *in Prologo Phormionis*: benedictis si certasset, audisset benè, quod ab illo allatum est, sibi id esse relatum putes. Breviter: Convicia retorqueri & conviciis compensari possunt.

2. Probatur (1.) jure naturali Vid. *Pufendorfius de Jur. Nat. & Gent. L.* 1. *c.* 7. §. 15. *p.* 131. canonicô, *cap. justum* 2. *vers. nec in se posse dist.* 9. *c. cùm omnes* 6. *vers. cùm igitur X. de Constit.*

&

& civili *l.* 11. *ff. quod quisque jur. in al. stat. l.* 25. §. 1. *ff. d. Procurat. l.* 14. §. 6. *ff. de Bon. Libert.* allegat *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Comm. sub voc. retorsio ax.* 1.

3. Ratio quia retorsio modus se defendendi est, defensio autem omni jure licita est.

4. Decl. (1.) ut procedat maximè quoad licentiam politicam & forum exterius, ita tamen ut retorsio quoad licentiam ethicam & interius forum conscientiæ non absolutè improbanda, sed cum grano salis intelligenda sit *Excellentissimus Thomasius in Annot. Theorico-Practicis ad Strauchii Jus Universum dissert.* 19. *th.* 15. *p.* 261. Add. *Meisnerus* in denen widerlegten teutschen Sprichwörtern, *Proverb.* 7. *p.* 11. Ita scil. ut fiat meræ defensionis gratia, non verò animo se ulciscendi. *Hugo Grotius de Jure Belli & Pac. L.* 2. *c.* 20. §. 5. *n.* 1. & 2. cum debito moderamine, sine novis injuriis, & quidem in continenti. *Strauchius d. l.* Conf. *Gailius L.* 2. *ob.* 100. *n.* 1. 2. 4. & *ob.* 101. *n.* 5. *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Comm. sub voc. in juria ax.* 16. *Ventura de Valentiis in Parth. Litigioso L.* 2. *c.* 12. *n.* 25.

5. Declaranda (2.) nostra regula eò est, ut procedat saltem quoad injurias verbales, *Thomasius d. l.* Conf. tamen paroemia: **Auf eine Ohrfeige gehört ein Dolch.**

6. Declar. (3.) ut in continenti & cum moderamine retorquens immunis sit à pœna & actione injuriarum, *Lauterbach in Compend. Jur. de injur. lit. D. p. m.* 670. Plura qui desiderat, ille conferat huc *Eichelii, Professoris Helmstadiensis celeber-*

berrimi dissertationem de retorsione injuriarum verbalium, & Coselii de eadem materia Wittebergæ olim habitam. Besoldus in Thesauro Practico sub voc. retorsion ibique Dietherrus in Continuatione.

XCII.

1. **Wo man das *Placebo* singet, da muß die Wahrheit zurück stehen.** Ubi Tò placebo cantatur, h. e. ubi quis placere vult, ibi veritas opprimitur. Sensus est; quandò aliquis mavult placere, quàm subire offensam, tunc vel referet falsum vel reticebit verum.

2. Ratio, quia moraliter ferè impossibile est alicui placere, & tamen scapham scapham dicere velle: veritas enim parit odium, und wer die Wahrheit geiget, dem schlägt man den Fidelbogen auf das Maul. Vid. Abele *in Metamorphosi telæ judic. P.* 1. *cas.* 14. *p.* 61. Quapropter pauci veronenses, multi verò *Laudenses* & *Placentini* dantur, de quibus vid. *Besoldus in Thesauro Pract. & Dietherrus in ejus Continuatione sub voc.* Placentiner.

3. Declaratio, quòd valeat enunciativè, non approbativè, imprimis quoad judices & consiliarios, qui sæpè non ex conscientia, & dictamine rectæ rationis, judicant aut vota sua concipiunt, nihilque injustum habent, quod dominis ipsorum placet, utpote quorum voluntatem & nutum, tanquam cynosuram, in omnibus sequuntur, pro fundamento vulgatum illud ponentes: Was

mein

mein Herr will, das will ich auch, quô genere hominum, nihil ferè perniciosius dari posse in Repub. scribit *Paleotus allegatus à Dietherro d. l.* dergleichen Leute kommen mir vor, wie eine Geige, die man stimmen kan, wie man will, und wie eine Uhr, die da schlägt, so viel man haben, und wann man will. Perpulchrè *Gnatho apud Terentium in Eunucho Act. 2. sc. 2. quicquid illi dicunt, laudo, id rursum si negant, laudo id quoque, negat quis, nego, ait ajo; postremò imperavi egomet mihi omnia assentari, is quæstus nunc multo uberrimus est.* Dieses heisset heut zu Tag: der Mensch weißt wohl zu leben, er hat eine gute conduite, er kan sich in die Leute, absonderlich aber in seines Herrn humor schicken.

4. Ampl. ut procedat quoque quoad ministros Ecclesiæ.

XCIII.

1. **VOr Gewalt ist man zu währen (a) nicht schuldig.**

(2.) (a) Aliud est währen, gewähren, Gewährschafft leisten, evictionem præstare & aliud evincere, vindicare, entwähren. Evincere enim est rem à possessore dominii vel hypothecæ jure avocare *Brissonius de V. S. sub voc. evincere p. 565.* Evictionem verò præstare est davor stehen, daß die Sache keinem andern gehöre. E. G. Quando quis mihi vendit res Titii, & Titius res suas mihi venditas esse rescisit, tunc hic evincit sive vindicat suam rem jure sc. civili (aliud enim jure Lubeccensi statutum vid. proverbium: Hand

muß Hand wahren, *sub voc.* Hand) venditor verò mihi præstat evictionem reddendo vel pretium cum intereſſe, vel aliam rem in evictæ locum ſubornando.

3. Ratio, quia violentia habetur pro caſu fortuito, quem nemo præſtare tenetur. *Schneidew. in Comment. tit. de Action.* §. 28. *n.* 62.

4. Statuminatur noſtrum diverbium per *l.* 17. *C. d. Act. Emt. Vend.*

5. Declar. (1.) modò reverà per vim aut violentiam res vendita ſit ablata.

6. Decl. (2.) modò culpa non præceſſit violentiam; ſic enim violentia non amplius reputabitur pro caſu fortuito.

7. Lim. (1.) niſi venditor ſe ſe ſpecialiter obligaverit, *Sonnemannus ad l.* 49. *ff. d. judic. decl.* 2. *p.* 501.

8. Limit. (2.) niſi Princeps aliquem protegere & defendere promiſerit *id. l. c.*

9. Ampliatur (1.) ut procedat, etiamſi conventum, ut quocunque modô res evinceretur, evictio tamen præſtaretur, cùm ſemper ſubintelligatur, modò res juridicè fuerit evicta *Dn. Stryk. apud Barboſam ſub v. evictio ax.* 2. *Idem in Diſſertatione ad l. Lucius* 11. *ff. d. Eviction. Brunnem. ad l.* 17. *C. d. Action. Emt. Vend. Schneidew. d. l. p.* 899. Non igitur hoc extendendum ad factum & violentiam extrajudicialem. Quid verò ſi injuriâ judicis, & ſic judiciô quidem, ſed iniquè, res fuerit evicta? Ejusmodi caſu venditorem, ſi promiſiſſet, daß er den Käuffer auf alle Fälle, es ſeye vor recht oder unrechter Gewalt, gewehren wolle, teneri & obligari ad evictionem tradit idem

idem *Stryk. de Caut. Contract. S.* 2. *c.* 8. §. 42.

10. Ampl. (2.) ut hoc procedat quoque in aliis caſibus futuris *l. lucius* 11. *ff. de Evict.*

Appellatur autem caſus futurus cùm evictionis cauſa ſequitur traditionem, nec ullam originem habuit ante venditionem. *Burgundius de Evicion. c.* 75. *n.* 4. Add. *Lauterbach in Collegio Theoretico L.* 21. *t.* 2. *P.* 2. *p.* 187.

XCIV.

1. HErren Gebott geht allen vor. Superiorum præceptum aliorum mandatis prævalet.

2. Probatur per Sacram Scripturam & quidem *Rom.* 13. *v.* 1. *ut & Jus Can. c.* 2. *X. de Majoritate & Obed.*

3. Ratio, quia Superiores (1.) pro ſe habent præſumtionem juſtitiæ (2.) jus vitæ ac necis in ſuos ſubditos & (3.) hi juramentô corporali ad parendum obſtricti ſunt.

4. Declar. (1.) quatenus nimirum ſuperiorum præcepta nec contra jus divinum nec contra jus publicum ſed juſta & æqua ſunt, *Speidelius in Speculo ſub voc.* Gebott *p. m.* 433. Priori caſu Petrinum illud obtinet: Mann muß GOtt mehr gehorchen als den Menſchen, *Act.* 5. 29. poſteriori verò notandum, quòd & Princeps ſecundum LL. publicas regere debeat ſuos ſubditos. Idcircò minimè valeret præceptum, quô Magiſtratus vellet interdicere ſuis ſubditis, ut ne appellarent ad Cæſarem. Namque judex vel ſuperior juris ordine non ſervatô procedens, cenſetur procedere

ut

ut privatus, & eapropter etiam intuitu ejusmodi actûs habetur pro privato, *Speidelius d. l. p. 434. in f.*

5. Declaratur (2.) ita, ut si dubium sit, an superior contra leges agat & præcipiat aliquid necne, pendente istâ dubitatione, superiori obediri debeat, *Speidelius d. l. p.* 434. mandatum enim jussus & imperium ejus excusat parendi necessitatem habentem *l. in fraudem* 10. §. *ult. ff. de his qui ut indign. Tabor apud Barbosam sub voc. mandatum ax.* 19. Dubito autem, quod me attinet, an hæc sententia Speidelii in foro poli admittenda sit.

6. Fallit in illis quæ contra conscientiam & bonos mores sunt: quæ enim lædunt pietatem, existimationem, verecundiam, & ut generaliùs dicam, quæ contra bonos mores sunt, nec facere nos posse credendum est *l.* 15. *ff. de Condit. instit.*

XCV.

1. **Es ist kein Narr, der einem was zumuthet, sondern der es thut.** Qui solicitat, stultus non est, sed qui solicitationi annuit & solicitantis gratificatur precibus.

2. Ratio, quia in arbitrio tuo & penes te est, an gratificari velis nec ne? Imputes ergò tibi, quòd tàm facilem te præbeas.

3. Scilicet comparativè loquendo, habitô respectu ad illum, qui solicitatur: nam si rem ipsam, de qua quis solicitatur, considerare velis, uterque sæpè stultus est, & ille nimirum, qui impudentissimè postulat, & qui postulanti annuit.

4. E. G.

4. E. G. Mevius mandat Titio ut vulneret Amarum, ſub hâc conditione, ne ſimul occidat. Titius ſuſcipit mandatum, infligit verò tale vulnus, ex quo mors inſequitur. Quæritur, uter eorum ultimi ſupplicii reus ſit? Reſpondeo: Titius, non verò Mevius, animum occidendi non habens. Placet quidem *Carpzovio* & illis à *Fibigio in Collegio Publico Exercit.* 24. *Q.* 8. *p. m.* 620. allegatis autoribus contrarium; (quod ſuô locô relinquimus) defenſari tamen poſſe ipſius Fibigii aſſertum exinde patet, quia non in mandante ſed mandatario animus occidendi præſumitur, cui longè plus imputandum, quod in gratiam alterius ſponte & liberâ voluntate ſæpiſſimè ſibi nec notum nec infenſum nefariô auſu trucidet. Parili modô comparatum eſt cum puellula, quæ ſtatim ac juvenis ejus pudicitiam attentat, voluntati hujus indulget, & facilem ſe præbet. Hîc uterque quidem rei illicitæ operam dat, & pœnam meretur, ſed ſtultitiæ inſimul accuſanda puellula, quòd voluntatem ſuam accommodaverit.

Declara, eapropter non ſtatim approbari iſtius factum, qui fabricam ad ſimplicem fingit hominem, ſed dicitur ſaltem, quòd non ſit ſtultus qui aliquid ſolicitat, ſed qui ſolicitationibus aures præbet.

XCVI.

1. Man ſolle einen Fürſten erkennen bey reiner Straſſe, guter Müntze und Haltung beſchehener Zuſage. Princeps judicandus eſt ex via publica, moneta bona

&

& fidei datæ obſervatione. Eſt verbum *Philippo* Haſſiæ Landgravio ſolenne.

2. Ratio, quoniam exinde dijudicari poteſt an Princeps magis privati, quàm publici commodi, ſtudio ſit deditus. Nec enim ſufficit reditus atque commoditates, quæ ex viis publicis colliguntur, ad fiſcum ſuum trahere, ſed etiam earum cura Principi incumbit, cùm ſecundum naturam in commodum illum ſequi debeat, penes quem commodum eſt. *L. nam hoc ff. de R. I. Fritſch p.* 1. *Syllog. Var. Tract. Jurid. de Viis publicis c.*12. *n. ſeqq. p.* 546. *Orth. de Jure conducendi c.* 6. *P.* 182. *Pagenſtecher in Sicilimentor. ad Comp. Jur. Schutzio-Lauterbach. Manip. duob. p. m.* 252. Pariter comparatum eſt cum moneta: nam regale illam cudendi non eò conceſſum eſt Statibus Imperii, ut quæſtum exinde faciant & lucrum capiant, non! ſed in decus imperii, & ſuorum territoriorum incrementum exercere illud tenentur. *Rhetius in Inſt. Jur. Publ. l.* 2. *t.* 16. *§.* 14. *p.* 430. unde quoque alteri locari iſtud non poteſt per *Edict. Mon. Ferdin. I. de An.* 1550. §. Ferner als. Conſ. *Lauterb. in Coll. Theor. Pract. P.* 1. *p.* 1356. Quod fidem datam attinet, omnibus moratioribus ferè conſtat, quod Princeps illius obſervationem non ex utilitate ſecundum Carneadem, ſed ex honeſtate metiri debeat. Hinc rectè Poëta:

Nudo jus & reverentia verbo
Regis ineſſe ſolet quòvis juramine major.

3. De-

3. Declara quòd procedat rarò & saltem quoad Principes optimos, magis publicum, quàm suum commodum amantes.

4. Fallit hodiè plerumque egregiè, ubi omnis lucri odor bónus, non tantum ex via invia & lutosa, moneta adulterina, ac violatione fidei sanctissimè datæ, sed & ex re qualibet, wenn das Justum gegen das Utlile abgewogen wird, behält dieses allezeit den Uberschlag, wenn man gleich auch das Honestum dem Justo noch mit beyfügen wolte. Amicum justum, inquit mundus hodiernus, amicum honestum, magis amicum utile. Das einfältige Alterthum hat zwar etwas auf das Honestum und Justum gehalten, allein die Welt ist gescheider worden, und lässet sich solche Sachen nicht mehr weiß machen; sie richtet sich mehr nach der Observanz, ambition, etât, und dergleichen, als welche insgemein nach dem Utili riechen, und nicht nach denen schulfüchsischen Principiis: Honestè vivendum, suum cuique tribuendum nemo lædendus. Hæc enim minimè augent fiscum, cujus tamen maxima habenda est ratio. Scilicet in talia DEUS nos reservavit tempora.

XCVII.

1. Zu geschehenen Dingen solle man das beste reden. Res factæ excusandæ & in mitiorem partem interpretandæ sunt.

2. Ra-

2. Ratio, (1.) quia charitas christiana id à nobis exigit. (2.) quia factum infectum fieri nequit.

3. Quatenus nimirum id fieri potest bonâ conscientia, imprimis verò privati res ad se non pertinentes potiùs excusare quàm sugillare debent, maximè in dubio, ubi præsumendum id, quod optimum est, nisi calumniari mavis, & quoad delicta culposa, ex imbecillitate humana commissa, non verò dolosa. *Meisnerus* in widerlegten Sprichwörtern *n.* 90. *p.* 110.

4. Fallit in magistratibus & omnibus illis personis, quarum munus exigit, in delicta inquirere & animadvertere. Conf. Reinkingk *in Responso Juris processum contra sagam quandam concernente* Q. 3. *n.* 741. *p.* 114. interest enim Reip. ne delicta maneant impunita.

XCVIII.

1. Möbelen hebben geen Gevolge. Res mobiles non habent sequelam. Galli dicunt: *Meubles n'ont point de suite.* Scilicet dicterium hoc belgis solenne & familiare est, tunc usurpari solitum, quando debitor res mobiles alicui creditori tradit, quæ alteri pignoris nexu obligatæ sunt, hypothecarius verò illas à possessore repetiturus est.

2. Ratio sita esse videtur in difficultate res mobiles indagandi, & à possessore repetendi *Huberus Prælect. Jur. Civ. P.* 3. *L.* 20. *t.* 4. *p.* 49.

3. De-

3. Decl. quòd hoc imprimis valeat inter mercatores in Belgio & Gallia.

4. Ampl. etiamsi hypothecarius temporis l. causæ privilegiô munitus sit. *Hertius in Tr. de Select. & Rar. ex univ. Jurisprud. Arg. L.* 1. de Paroem. Jur. Germ. *par.* 49. § 3. *p.* 491.

5. Fallit (2.) de Jure Civili, ubi prior hypothecam consequutus præfertur illi, cui posteà res tradita, *L.* 12. *pr. & §. fin. ff qui pot. in pign.* ita ut locus sit illi sententiæ: Die älteste Briefe gehen vor. Add. *Anton. Matthæi Paroem. Belg.* 7. *alleg. à laudato Dn. Hertio l. c. Simon van Leeuwen in Censura forensi L.* 4. *c.* 7. *n.* 8. *p.* 471. *& Gudelinus de Jure Novissimo L.* 4. *c.* 18. *p. m.* 217.

6. Effectus paroemiæ in eo sese exerit, quòd hypothecario rerum mobilium non detur actio adversus tertium illatum possessorem, utut detur adversus debitorem ipsum.

XCIX.

1. Es ist im gantzen Geu (*a*) kein Hauß/
Es guckt ein Geyer (*b*) oder Zobel
(*c*) rauß.

2. (*a*) h. e. Gow vel Gau à voce Au, ita planities illa Franconiæ moenum inter ac Tubarim sita, versus occidentem sylvam ac montes ab Ottone dictos, den Odenwald, versus Orientem verò illos, qui nomen à præcipitio habent, den Steigerwald, respiciens dicitur.

3. (*b*) Propriè Geyer significat avem illam rapacem, quæ prædæ inhiat, h. l. autem nomen gen-

tilitium est, & Nobiles illos immediatos Franconicos denotat, qui Geyer appellantur & in quorum scuto argenteum hircinum caput apparet.

4. (*c*) Zobel h. l. itidem nomen gentilitium est antiquissimis Nobilibus illis, in Franconia immediatis, proprium, qui Zobel nominantur & in insignibus suis caput equinum exhibent. Conf. Ertel *de Superioritate territoriali p. m.* 115. *& ibi allegatus Burgoldensis ad Instrum. Pac. P.* 1. *d.* 26. Aliàs verò Zobel, sive Zobelius propriè martem sive mustelam scythicam denotat.

5. Ratio, quia nobiles illi tantas olim in dicto tractu dem Geu habebant possessiones, ut nullus ferè pagus ibi daretur, in quo non aliquid juris habebant.

6. Valuit hoc dictum pristinis temporibus: Secus hodiè est, postquam temporum injuriâ mutata rerum facies; quamvis luculenta satis bona hodienùm illi possideant, adeò ut Geieri in ordine Comitum, Zobelii verò in ordinem Baronum recepti fuerint. De illis vid. *Pastorius in Franconia rediviva p. m.* 221.

C.

1. Schweig, leid und vertrag,
Dein Unglück niemand sag!

In silentio fortitudo sit, vel,

Perfer & obdura dolor hic tibi proderit olim,

Dicitur in eos, qui excruciantur nec tamen dolorem suum alicui explicare audent, die der Schuh druckt. Quorsum illud pertinet:

Hic

Hic malè dotatâ pauper cum conjuge vivit,
Uxorem fato credit obesse suo.
Filius hunc miles, hunc filia nubilis angit,
Et quis non causas mille doloris habet.

Der zehende weiß nicht / wo den eilfften der Schuh druckt / cujus proverbii originem ex *Plutarchi præceptis connubialibus Basilius Faber ita recenset in Thesauro p. m.* 218. Cùm Romanus quidam ab Amicis reprehensus fuisset, quòd uxorem pudicam, locupletem & formosam repudiasset, calceum protendit, & hic, inquiens, novus est & pulcher, sed nemo vestrûm novit, ubi me premat. Pertinent huc versus illi Horatiani II. carm. 24.

Durum, sed levius fit patientiâ,
Quicquid corrigere est nefas.
Notatu dignum est & distichon.
Mirum vincendi genus est patientia: vincit
Qui patitur: si vis vincere, disce pati.

Im Unglück hab einen Löwen-Muth /
Trau GOtt / es wird wol wieder gut.
Dann es hat der getreue GOtt
Noch kein'n verlassen in der Noth;
Darum dulde / leide und schweig /
Dann es kommt / daß Traurigkeit
Von hinnen scheidt;
Denn behält Gedult / der edle Schatz
Zuletzt doch nur allein den Platz.

Prout rhytmos hos allegat *Faber in Thesauro Eruditionis Scholasticæ sub voc. patientia.*

INDEX
RERUM ET VERBORUM
Secundum numerum paroemiarum Directus.

A.

ADulterium : an & quando compensari possit. Par. 18
Altes soll man nichts abbringen. 51
Exemplum de hoc Rustici Livonici, ibid.
Arma : æqualia inimica sunt bello. 63
Asinus fistulâ canens. 10
Avaritia : an ea propter juris præsumptionem contra Clericos militet? 75
Augspurger Pracht. 59

B.

Beicht-Vätter, Bauch-Vätter. 40
Bettler Neid. 78
Bezahlen : quando incumbat debitori? 64
Braut: Wer das Glück hat, führt sie heim. 25
cuinam hoc diverbium originem debeat? ibid.

Brevitas : ejus commendatio. 12

C.

Conſilio : extemplò capere paucis datum. 82
Cornutus : Ottocarus Rex Bohemiæ. 18

D.

Dämme koſten viel in Holland zu erhalten. 53
Debitor ſi ſolutionem probare nequeat, an adhuc ſemel ſolvere teneatur? 64
Debitoris debitorem quando convenire liceat. 65
Dos : illius acceptæ confuſſio quando admittat exceptionem non muneratæ pecuniæ. 21
Dücke dich Seel, es kommt ein Platzregen. 62
unde originem trahat hoc proverbium? ibid.

E.

Ebrius ſummè peccans, an pœnà capitali afficiendus? 89
æquiparatur furioſo. ibid.
Ehren-Pfenning : quid? 47
Evictio contra violentiam præſtanda 93
an etiam, ſi conventum; quocunque modo res edicta fuerit? ibid.
an ſi in judicio, ſed iniquè evicta? ibid.
in evictione caſus futurus, quinam reputandus? ibid.
evictionem præſtare & evincere quomodo differant. ibid.

F.

Fechter: die besten, warum die am ersten erschlagen werden. 34
Festinatio: ubi obsit vel prosit? 28
Fumaria: in Westphalia quænam? 87
Fürsten sind Grafen gewesen. 11
Furtum quomodo probari debeat? 83

G.

Galgen: warum man sich vor dem hüten könne, und vor dem Schwerdt doch nicht. 38
Gau, Gow: unde derivetur? 99
Geitzige, wem die zu vergleichen. 48
dicterium de illis. ibid.
Germani, ebriosi. 58
Lutheri dictum de illis. ibid.
Geschehene Dinge: zu denen soll man das beste reden. 97
quatenus hoc procedat? ibid.
Geyer: nomen gentilitium nobilium in Franconia. 99
eorum insigne. ibid.
Gladii duo quare Electori Sax. in insignibus dati? 31
Grafen sind auch Fürsten gewesen. 11

H.

Handlohn: quota pars pretii sit in Franconia? 9

Hand-

Handwerck hat einen güldenen Boden. 23
14. Handwerck 15. Bettelleuth. ibid.
Herrn Geboth, in welchen Stücken deme zu gehorchen? 94
Hispanorum avaritia & insatiabilitas. 61
Hörner auffsetzen: unde hæc phrasis originem trahat? 18
Hospes; qui malæ famæ aliquem recipit, an ideo suspicionibus se gravet? 86
Hur: kan keinen loben. 2
Ob sie vor einen tüchtigen Zeugen passire? ibid.

I.

Jäher, sive Jächer. quid? 28
gibt keinen guten Jäger. ibid.
origo hujus dicterii. ibid.
Ingenium: an ex suo etiam alius judicandus. 77
Imperator: an Imperii nomine solus fœdera inire possit? 30
Indirectus modus quando licitus? 54
Infamia: an à Domino territorii aboleri queat? 30
Judex: quæ ejus pœna, qui mitior est lege. 69
an illi capere liceat esculenta & potulenta. 71
Juramentum: an ad illud admitti possit sceleratam vitam agens? 36
quid requiratur ad præstationem ejus? 37
in quo ejus forma specifica consistat. ibid.
an quis cogi possit ad illud præstandum? ibid.
quænam differentia inter solenne & minus solenne? ibid.

Jurista quis? 27
Juristen böse Christen. ibid
Cuinam adscribatur origo hujus dicterii? ibid.
ratio ejus. ibid.
Juventus: quibus in rebus illi indulgendum. 24

K.

Kalbzeit: wann diese seye? 24
ihr soll ihr Recht gelassen werden. ibid.
Klingenberg ubi situm. 90
ist ein guter Wein-Wachs allda. ibid.
Kolbe lausen: quid? 14

L.

Lachrymæ: an bonam semper indicent intentionem? 7
quid de lachrymis mulierum sentiendum, ibid.
Laudenses dantur multi. 92
Ludus: ejus effectus qualis. 50
Luther: dessen Schuhe sind nicht einem jeden gerecht. 52
quæ ejus ratio? ibid.
an rectè provocent ad Lutherum aculeatô stylo utentes in homiliis? ibid.

M.

Majoris partis jus quare introductum. 42
Mandans aliquem vulnerare, ne tamen occidat, hôc vero eveniente, an mandans, an vero mandatarius ultimi supplicii reus sit? 95

Ma-

Matrimonium an ſit contractus? 13
Mayn-Fluß: deſſen Lob und Nutzen. 71
Medici, quare Hocherfahrne ſalutentur? 70
ejus requiſita, quænam? 85
Mercedis Cynoſura quænam? 15
Miles: quando plurimi æſtimetur? 20
an pacis tempore illos ali conducat. 63
Miſerabilis perſona immediatè quando adire poſſit Cæſarem, ſi vult conqueri de aliquo? 30
Mißgunſt wo die am meiſten zu finden? 78
Moneta: regale eam cudendi quam ob cauſam conceſſum ſit Statibus imperii? 96
an locari poſſit alteri? ibid.
Moschi: ſtrenui potatores. 58
Mutatio: an in jure præſumatur? 43

N.

Nacht iſt niemands Freund. 80
Neues ſoll man nichts aufbringen. 51
Neyd: wo der am meiſten anzutreffen? 78
Nimium juris quid? 4
Nobilitare an poſſit Dominus Territorii? 30
Nox unde derivatur? 80
Nundinas concedere an liceat Domino territorii. 30
Nürnberger Witz. 59

P.

Peine: deß Biſchoffs von Hildesheim Glück-Stadt. 76
proverbium inde ortum. ibid.

Peregrinantis requiſita quænam? 17
Petaſones Weſtphalici quare tam grati ſaporis. 87
Pfaffen-Guth, Raffen-Guth quare dicatur? 47
Pfenning: wie viel deren ein glückſeeliger Hauß-Vatter haben müſſe? 47
Phantaſt: quinam ita dicendus? 79
an vocabulum hoc injuriam involvat? ibid.
Pharmacopolæ requiſitum quodnam? 85
Placentini quare tam multi dentur? 92
Podagricus an teſtamentum condere poſſit? 84
Pœna: qualis proportio in illa infligenda obſervanda ſit? 60
Poſſeſſio: an & quando armis defendi poſſit? 5
Potentioris aſſervatio quid indicet? 66
Prævenire an liceat per occupationem alterius urbis aut provinciæ ſibi per opportunæ. 72
Princeps: an præſtet eminùs eſſe ab illo, quam â latere ejus? 68
ex quibus ille judicandus, 96

R.

Rabuliſtæ: quinam? 27
Recht zu viel iſt Unrecht: quomodo intelligendum? 4
Retentionis jure an miniſtro uti liceat adverſus Dominum, ſi Salario ſuo potiri nequeat. 73
Retorſio: an quoad forum Conſcientiæ licita ſit? 91
quomodo fieri debeat? ibid.
ubi locum habeat? ibid.

Reverberare an liceat, 76
Richter ob der nach seines Herzn Willen urtheilen dörffe? 92
Rusticorum commendatio quanti æstimanda, 29

S.

Salarium modicum habens an minus obligatus sit ad præstandam diligentiam, quam ingens stipendium merens. 39
quâ actione talis experiri possit? ibid.
Saxamentum quid? 41
Saxoniæ Electoris præcedentia in prælio. 31
Schäfer und Schinder quomodo differant? 3
an eorum liberi admitti possint ad opificia? ibid.
an sint testes habiles? ibid.
Schelm kan keinen schelten. 2
Ob er vor einen tüchtigen Zeugen gelte? ibid.
Schelten: Ob derjenige einen schelten könne, der bereits gescholten ist? 2
Schimpff: duplex significatio hujus vocis, 35
Schlagen: hat kein Recht, quare? 67
Schuld: ob eine die andere aufhalte? 65
Schwerdt: hält eines das andere in der Scheide. 63
Schwimmer: die besten, warum die am ersten ersauffen? 34
Sequester quid? 41
macht leere Nester quare? ibid.
quæ cautela, ne ex sequestro damnum quis patiatur? ibid.

So-

Socius: an de ſe confeſſo adverſus ſocium ejusdem criminis credendum ſit? 56
Socrus ſi teſtimonium perhibeat contra nurum, an illi credendum. 33
Soldat: wie man mit denen Ehre einlegen könne? 46
General Wallenſteins Sprüchwort von ihnen. ibid.
Spanien: warum die Sonne niemahls darinnen untergehe. 49
Spieler ſind die gröſte Narren. 50
Status imperii an plus poſſit in territorio ſuo, quàm Imperator in imperio. 30
Straßburger Geſchütz. 59
Stulti: quinam verberibus coercendi? 14
Superior: ejus Præceptis an indiſtincte parendum? 94
quid ſi quis dubitet de juſtitia præcepti? ibid.
Superioritas territorialis, quo tempore orta? 30
qua lege publicâ ſancita? ibid.
Status imperii quomodo illam exerceant? ibid.
an illâ gaudeant nobiles immediati? ibid.
an Civitates imperiales? ibid.

T.

Tempus omnium ſapientiſſimum. 82
Tonſores juniores an Senioribus anteferendi. 85
Treue iſt Wildpret. 57

V.

Vandali: qualis Gens olim ſuerit? 31
quorumnam titulus hodienum inſerviant? ibid.
Venediger Macht. 59
Veniam ætatis an Dominus territorii dare poſſit? 30
Verberibus an ſervi & ancillæ ab Heris ſuis excipi poſſint? 14
Veronenſes pauci dantur quare? 92
Violentia: an & quando pro caſu fortuito habenda? 93
Ulmer Geld. 59
Unaußgemachte Sachen: ob ein Künſtler ſehen zu laſſen verbunden ſeye? 8
Voluntas cauſa actionum moralium. 1
quomodo conſideranda circa infligendas pœnas? ibid.

W.

Wein: Neckar- Rhein- und Mayn-Weine, quomodo inter ſe differant? 6
quinam illorum effectus & quæ ratio diverſitatis? ibid.
quodnam eorum cujuscunque generis reliqua antecellat? ibid.
Imperatoris Ferdinandi 1mi dictum de vino. ibid.
Welt: in welchen Dingen man ſich nach derſelben richten dörffe? 88

Wirth: wie der ist so beschehrt GOtt die Gäste. 86
Würtzburg: auf den Stein, quid eô denotetur? 90

Z.

Zeit ist das Allerweiseste. 82
Zobel: ist ein alt Geschlecht in Francken. 99
dessen Wappen. ibid.

FINIS CENT. VII.

THESAURUS PAROEMIARUM GERMANICO-JURIDICARUM.

Teutsch-Juristischer Sprüchwörter-Schatz,

IN QUO
MILLE ET QUOD EXCURRIT,
GERMANORUM DICTERIA, CUMPRIMIS JURIS, RECENSENTUR,
RATIONIBUS, LEGIBUS, AC DECLARATIONIBUS ILLUSTRANTUR,
ET QUIDEM EJUS

CENTURIA OCTAVA,

OPERA ET STUDIO
GEORG. TOB. PISTORII, U. J. L.
Ill. Comiti Hohenloico-Weickersheimensi à Consiliis & Cancellariæ Directoris.

AUGUSTÆ VINDELICORUM
Apud DAVID RAYMUND MERZ, & JOH. JACOB MAYER.
1724.

GENEROSISSIMO

DOMINO

DN. JOHANNI GUILIELMO de BOYNEBURG,

DOMINO IN STETT-FELD, WICHMANNS-HAUSEN &c.

SERENISSIMÆ DOMUS ONOLDO - BRANDENBURGICÆ CONSILIARIO INTIMO ET STABULI MAGISTRO SUPREMO,

DOMINO MEO GRATIOSO

HANC CENTURIAM PAROEMIARUM OCTAVAM DEMISSE OFFERT ET DEDICAT

Ejus devotissimus Cliens

Autor.

CENTURIA VIII. PAROEMIARUM.

1. Es ist kein Meister gebohren / sondern er muß gemachet werden.
2. Es pflegt nicht leicht ein Kramer einen Marckt zu versäumen.
3. Dem Lügner siehet man so tieff in den Rachen als dem Wahrsager.
4. Der arme und geringe Luther machet viel reich.
5. Man muß bißweilen den Willen vor die That annehmen.
6. An deß Menschens Wille und gespanntem Gewand gehet viel ab.
7. Wetter-Schaden macht keine Theurung.
8. Das Wetter kennt man bey dem Wind / den Vatter bey dem Kind / und den Herrn bey dem Gesind.
9. Wer alle Dinge vorher wüßte / könnte leicht reich werden.
10. Man witziget einen nur einmal.
11. Was ich nicht weiß / macht mich nicht heiß.
12. Das Geld im Beutel dutzet den Wirth.
13. Es muß ein schlechter Wirth seyn / der einem nicht eine Zeche borgen kan.
14. Des Menschen Wille ist sein Himmelreich.
15. Willkühr bricht Land-Recht.
16. Wurst wieder Wurst.
17. Ein jeder hat seinen Wurm.

18. Würde ist Bürde.
19. Es muß ein schlechtes Wort seyn, so sich nicht reden oder schreiben lässet.
20. Es ist niemand ein Sclav seiner Worte.
21. Dat grot Woord hölt den Kerl up der Thör.
22. Ein Wort ein Wort, ein Mann ein Mann.
23. Wort füllen die Tasche nicht.
24. Ein Wort ist kein Pfeil.
25. Ist dir wol so bleib davon.
26. Wer untern Wölffen ist, muß mit ihnen heulen.
27. Wann es dem Wolff zur Heyde und dem Dieb zum Eyde kommt, so haben sie gewonnen Spiel.
28. Man kennt den Wolff am Gang,
die Glock am Klang,
den Franciscaner am Strang,
den Bauren an der Gabel,
die Advocaten am Schnabel.
29. Der Wolff läßt wohl seine Haare, aber nicht seine Tücke.
30. Der Wölffe Tod ist der Schafe Heil.
31. Wollen-Handel ist der Holländer gülden Vließ.
32. Auf einen et cætera folgt oder gehöret eine Ohrfeige.
33. Wer kein Ohr hat, dem kan man keines abschneiden.
34. Der Oesterreicher Ungnad ist besser als der Sachsen Gnad.

35. Man kan nicht allezeit mit eigenen Ochsen pflügen.
36. Die Obrigkeit hat das heissen und verbieten, die Unterthanen das thun und lassen.
37. Ein harte Nuß und stumpffer Zahn/
Ein junges Weib und alter Mann,
Zusammen sich nicht reimen wol/
Seins gleichen jeder nehmen soll.
38. Nürnberger Hand geht durchs gantze Land.
39. Niemals nüchtern und niemals voll,
Thut in Sterbens-Läufften wol.
40. Nothwehr ist keinem verbotten.
41. Geschwister sind keine Noth-Erben.
42. Noth sucht Brod.
43. Nichts ist gut für die Augen, nicht aber für den Magen.
44. Deß einen sein Nein gilt so viel als deß andern sein Ja.
45. Narren-Spiel will Raum haben.
46. Es ist besser mitmachen, als ein Narr allein seyn.
47. Nahrung ist kein Erbe.
48. Es ist besser ein Nachbar an der Wand/
Als ein grosser Freund über Land.
49. Mit Nachbarn ist gut Städel bauen.
50. Grosse Narren, grosse Schellen.
51. Der Mutter Treu ist alle Tage neu.
52. Wer mächtig ist, wird auch vermessen/
Grosse Fisch die kleinen fressen.

53. Des Teufels Märtyrer leiden vielmehr denn Christi Märtyrer.
54. Mann und Weib haben kein gezweyet Guth.
55. Wer ehe kommt, der mahlt ehe.
56. Meisters Sohn bringet das Recht mit sich.
57. Der Mauer, die Metz und die Magd
Haben Kayser Carln den Tantz versagt.
58. Mißbrauch ist keine Gewohnheit.
59. Mißrechnen ist keine Bezahlung.
60. Ein jeder thut so viel er kan, oder so viel ihm möglich ist.
61. Das muß ein garstiger Vogel seyn/ der sein eigen Nest beschmeisset.
62. Weiber haben lange Kleyder und kurtze Sinn.
63. Ein jeder Fuchß verwahret seinen Balg.
64. Besser ist ein Vogel in der Hand,
Als zwantzig auf dem Land.
65. Ein zorniger Kopff ist leicht blutend zu machen.
66. Die Aemter und Zünffte müssen so rein seyn, als wenn sie von denen Tauben gelesen.
67. Bringst du Zinß, bringst du Geld,
Frohnen auch heute die Bauren, wie stehts im Feld.
68. Juden-Zinß und Huren-Heuer
Sind gemeiniglich sehr theuer.
69. Alte Ziegen lecken auch gern Saltz.
70. Ein Zeug kein Zeug.

71. In zweyer oder dreyer Zeugen Mund bestehet alle Warheit.
72. Wer gern neue Zeitungen höret, dem werden auch viel zugetragen.
73. Zeit hat Ehre.
74. Vierzehen Tag ist keine Zeit oder Ziel.
75. Was nicht eine bestimmte Zeit hat, ist ewig.
76. Es ist besser zeihen als beweisen.
77. Wo der Pflug hingeht, da geht auch der Zehend hin.
78. Es ist besser ein kleiner Zehend, als eine grosse Zent.
79. Wiesen und Zehend sind gut nehren.
80. Boni Zechi, magni mœchi.
81. Frembd kommen wir zusammen, im Zanck leben wir, in Freuden scheiden wir.
82. Gewinne ich nichts, so verliehre ich nichts.
83. Geld ist eine gute Waar.
84. Garten-Werck, Warten-Werck.
85. Ungebettene Gäste setzet man hinter die Thür.
86. Dem geschenckten Gaul soll man nicht sehen in das Maul.
87. Es ist seeliger geben als nehmen.
88. Geben und doch behalten gilt nichts.
89. Gedancken sind Zoll-frey.
90. Wer sich in die Gefahr begibt, kommt in der Gefahr um.
91. Ein gefangener Mensch ein armer Mensch.
92. Güther müssen sich selbst vertheidigen.
93. Glück und Glaß, wie bald bricht das?

94. Da man schrieb den Edel und Vest,
Da stund die Sach am allerbest,
Da man schriebe Hochgebohrn,
Da war Hopff'n und Maltz verlohrn.

95. Von hörsagen leugt man gerne.

96. Was der Hirt in seiner Hut verliehret, das soll er gelten.

97. Wohin der Dieb mit dem Strang,
Dahin gehört der Hirsch mit dem Fang.

98. Der Herren Hertzoge zu Braunschweig-Lüneburg Zaun thut der Stadt Hildesheim sehr gut.

99. Bey Wassersucht und Quartan,
Stehen alle Medici an.

100. Zeuch gen Straßburg, so findest du den Tisch gedeckt.

I.

1. Es ist kein Meister gebohren, sondern er muß gemachet werden. Artifices non naſcuntur, ſed fiunt.

2. Ratio, quia artes ſunt habitus, habitus autem non acquiritur niſi per præcedentes crebriores actus, ſive ut in *l. 65. §. 3. ff. de Leg. 3.* habetur: omne artificium continuâ exercitatione recipit incrementum.

3. Declaratur, ut tamen potentia quædam naturâ nobis interdum inſita ſit, quâ ad agendum aliquid apti & accommodati naſcimur, quô ſenſû intelligendum eſt latinorum illud: *Poëtæ naſcuntur, non fiunt*, h. e. qui Poëtam agere cupit, in illo aptitudo quædam peculiaris ad poëſin eſſe debet, ſive ut vulgô dicere amamus, er muß eine venam dazu haben, cujusmodi Poëta erat *Ovidius Naſo* de ſe ipsô teſtatus:

Quicquid dicebam, nil niſi verſus erat.

4. Ampliatur ut procedat non ſolum quoad ea, quæ ad publicam utilitatem, ſed & quæ ad animæ culturam pertinent, *Brunnemannus in Comment. ad l. legatis ſervis. ff. de Legat. 3.*

5. No-

5. Notent hoc illi, qui in erudienda juventute patientes se præbere nequeunt. *Confer. Beierus in Tyrone c. 8. n. 401. p. 89.*

II.

1. ES pflegt nicht leicht ein Kramer einen Marckt zu versäumen. Nundinas vix negligunt scrutarii, sed studiosè earum observant fatalia.

2. Ratio, quia faciliùs ibi extrudi possunt merces; quicquid autem lucri est, ut cum *Plauto* loquar, id domum trahi oportet, dem Gewinn muß man nachgehen, denn die gebratene Tauben fliegen einem gar selten in das Maul.

3. Declaratur, imprimis id intelligi de tabernariis, fornicariis, institoribus & omnibus illis, qui minutim res suas vendere solent. Fallit verò quoad mercatores, die in das grosse handeln, und denen Krämern opponirt werden. In specie verò de sutoribus notum, quòd illi nundinas diligenter frequentare soleant, adeò ut in proverbium abierit: er laufft wie ein Schuster, so den Marckt versäumet, *Celeberr. Dn. D. Beier. de Colleg. Opific. c. 20. n. 954. p. 259.* Similis farinæ illud est: kaufft weil der Marckt vor der Thür ist.

III.

1. DEm Lügner siehet man so tieff in den Rachen, als dem Wahrsager.

Æquè

Æquè in os mendacis inspicitur ac veracis, h. e. man giebt so wohl Achtung auf das/ was der Lügner / als was ein warhafftiger Mensch sagt/ und dahero mercket man so bald eine Lügen zu des Nächstens Præjudiz, als die Warheit zu seinem Vortheil und Frommen. Calumniare audacter, semper aliquid hæret.

2. R. Quia difficile est verum semper discernere â falso.

3. Declara valere hoc imprimis quoad vulgum: prudens enim & supra vulgum sapiens circumstantias attendit, & num verum aliquid esse possit, judicat.

4. Quapropter etiam rectè adversus calumnias nos defendimus, ne aliquid hærere possit. Vid. Tentzel in seiner *curiösen Bibliothec. de A. 1705. p. 683. Add. Ventura de Valentiis in Parthenio Litigioso L. I. c.* 10. *n.* 1. *p. 146*.

IV.

1. DEr arme und geringe Luther machet viel reich. Multos locupletat Lutherus.

2. Est Erasmi dicterium, cujus originem tradit *Sleidanus de Statu Religionis l.* 7. *n.* 22. Postquam scilicet Theologus ille Pontificius famosus, *Johannes Faber*, in confutatione Confessionis Augustanæ auxiliatricem præstitisset operam, & in Comitiis A. 1530. *Augustæ Vindelicorum* habitis masculè se opposuisset Protestantibus, pro eo verò labore à Rege *Ferdinando* Viennensem obtinuisset Episcopatum, proverbialiter dici cœptum

fuit,

fuit, der arme und geringe Luther machet viel reich.

3. R. quia multi ex Reformatione lucrum ceperunt.

4. Declar. valere parœmiam non intentionaliter & efficienter sed occasionaliter & accidentaliter.

V.

1. MAn muß bißweilen den Willen vor die That annehmen. Interdum pro viribus laudanda voluntas, & animi promtitudo pro facto boni consulenda venit, juxta tritum illud:

Ut desint vires tamen est laudanda voluntas.

2. R. quia non semper in viribus nostris est, quod in voluntate nostra est, sive qui voluntatem habet, non habet statim etiam potentiam, quamvis plerumque de facultatibus nostris amplius speremus, quam in illis est, *§. 3. Inst. qui & ex quib. caus. manum. non poss. l.* 10. *ff. qui & quib. manumiss.*

3. Declara quoad illos, qui non sunt in culpa, quo minus aliquid fiat, hi enim in pari causa sunt cum eo, qui implevit conditionem. *B. Dn. D. Petrus Mullerus in Dissertatione de Pari causa* von gleichgeltender Sache *concl. 8. p.m.* 21. cùm excusandus sit, per quem non stat, quò minus aliquid fiat *l.* 1. *C. de his quæ sub cond.* Conf. *illustris Dn. Strykius in Cautelis Contractuum Sect.* 1. *c. 3. §.* 38. *p. m. 62.* ubi de illis agit,

agit, qui factum alienum promiserunt: hi enim, si omnem operam ad factum istud promovendum adhibuerunt, nec tamen illius præstationem obtinere potuerunt, liberantur promissis.

VI.

1. An deß Menschens Wille und gespanntem Gewand (*a*) gehet viel ab. De hominis voluntate & linteo, sive panno tento multum decedit. vel: es gehet nirgends mehr ein als am Tuch und der Menschen Anschläge.

2. (*a*) Gewand (1) idem est ac Wand linteum, pannus, quæ vox imprimis in inferiori Saxonia & Guestphalia usitata est (2) denotat quoque vestem ein Kleid, vid. Spate im Teutschen Sprach-Schatz. *p. m. 2406.* Prior significatio hujus loci adeoque sensus est, quod homo voluntate suâ sæpè altum quærat, & in sublime tendat, postea vero, cum videt, rem ita non eventuram esse, nimirum quantum remittit. Er giebt es wohlfeiler, und ist mit wenigerm zufrieden. Es hat wohl ehemals einer auf Universitäten nichts anders als ein Cantzler werden wollen, und ist doch hernach froh gewesen, wan man ihme nur einen adelichen Voigts-Dienst aufgetragen hat. Nec enim omnibus cum Galliarum Rege dicere datum est: *Tel est notre plaisir*, aut cum Juvenali:

Hoc volo, sic jubeo, sit pro ratione voluntas.

Sed sæpe illa vel invitis nobis mutanda venit.

R. quia

R. quia per multa principia interna & externa illa impediri & interverti poteſt, die Leute thun nicht gleich was einer haben will, abſonderlich wann man opiniatre iſt, und mit ſeinem Eigen-Will überall durchzuſchlagen ſich bemühet.

VII.

1. **W**Etter-Schaden (*a*) macht keine Theurung. Damna tempeſtatibus data non cauſantur annonæ caritatem.

2. (*a*) Nota quod tempeſtas triplex ſit, aërea, terreſtris & aquatilis. Iſthuc pertinent venti, nimius ſolis fervor, nives immoderatæ, rupturæ nubium, grandines inſoliti &c. illuc labes, de qua vid. *l.* 15. §. 2. *ff. de Minor.* & chaſma *l.* 11. §. 5. *ff. d. t.* huc verò inundationes aquarum, vis fluminum &c. In generali ergò hoc ſenſu damnum à quavis tempeſtate datum dici poteſt ein Wetter-Schaden. Quodſi verò vox tempeſtas ſpecialiter ſumatur, prout ſignificat ein Ungewitter, quando ſcilicet ſpiſſæ & atræ nubes ſe intendunt cœlo, collectæ venti procellæ ſe nubibus intorquent, nubes rumpunt, grandines ac fulgura decidunt, damnum, quod inde datur, in ſpecie appellatur ein Wetter-Schaden, & ita h. l. accipitur, opponiturque dem Mißwachs, Kriegs-Schaden 2c.

3. Ratio quia tempeſtates ictûs ſuos tantum in certa loca & diſtrictus mittunt, adeoque damnum non univerſale ſed particulare & locale

ſaltem

ſaltem inſerunt, ſie treffen nur auf gewiſſe Gegenden.

4. Q. an ille, qui in ſe recepit damnum ſterilitate datum den Mißwachs, etiam teneatur ferre den Wetter-Schaden? Puto quod non, quia hæc ſpecie contradiſtincta ſunt, & ſic unum ſub altero non intelligitur. Idem dicendum quando quis in ſe recepit den Wetter-Schaden, ſic enim excluſa manet annonæ ſterilitas. Aliud, quando quis in ſe recepit omnes caſus fortuitos â tempeſtate datos, quia tunc non tantum damna tempeſtatibus ſed & bello ac ſterilitate data ſub illa generali locutione comprehenduntur, ita tamen ut caſus plane inſoliti & qui contra conſuetudinem regionis accidunt, excludantur, utpote de quibus veriſimiliter non fuit cogitatum. Burgundius de periculis & culpis *c.* 8. *n.* 9. *p.* 114. E. G. quando ventus affert locuſtas in tanta copia, ut, quò decidunt, omnes fruges conſumant, de quo vid. *l. excepto* 18. *C. de Locat. cond.* & *D. Hoppii Diſſertatio ſub ejus præſidio Francofurti de edaci locuſtarum pernicie habita.*

VIII.

1. Das Wetter kennt man bey dem Wind,
Den Vatter bey dem Kind,
Und den Herrn bey dem Geſind.

Tempeſtas judicatur ex vento, pater ex filio, & Dominus ſive herus ex famulitio.

Vid. Rosenberg *in Triade Philosophica p. m.* 121. ubi dicterium hoc allegatur.

2. R. (1) quia pro diversitate ventorum nebulæ excitantur & dissipantur, hincque tempestas vel serena vel turbida vel pluviosa est, E. G. aquilo sive boreas tempestatem sævam, & inclementem, Eurus bonam & serenam, Zephirus nubilosam & pluviosam, Auster æstuosam & ardentem, Africus verò turbulentam, procellosam & atrocem parit. (2) Quia liberi plerumque ore & mente referunt suos parentes, vid. *par.* der Apffel fällt nicht weit vom Stamm. (3) Quia famulitium ad nutum & mentem suorum herorum se accommodare solet; procedit enim illud: qualis Rex, talis grex, etiam vice versa: qualis grex, talis Rex.

3. Declar. valere dicterium plerumque & communiter; ita tamen, ut interdum etiam fallere soleat.

IX.

1. WEr alle Ding vorher wüßte, könnte leicht reich werden. Qui quamlibet rem præsciret, ille facile posset ditescere.

2. Ratio, quia sic evitare possemus infelices exitus & casus fortuitos: unde quoque casus fortuitus describitur, quod sit inopinatus rei eventus, qui consiliô humanô prævideri aut præcaveri non potest ab eo, qui eum patitur, *l. 2. §. 7. ff. d. administ. rer. ad Civit. pertin. l. 6. C. d. Pignor.*

Pignor. act. l. 15. l. ff. Locat. Hoppius in Comment. instit. tit. de obligat. §. ult. p. 635.

3. Effectus, quod illi, qui rem aliquam administrant, non præstare teneantur casus fortuitos. *arg. l. 23. ff. d. R. I.* E. G. quando frumenta aliquamdiu asservant, putantes illorum pretium auctum iri, intereà verò casu aliquo fortuito belli vel ignis, illa consumuntur, nihil imputari poterit administratoribus, quia casum illum prævidere nequivêre, nisi scil. invitis dominis, frumenta sua distrahere quam asservare malentibus, id faciant. Plura quæ huc dici possent, vide apud *Nicolaum Burgundium in Comment. de Periculis & Culpis.* Aut culpæ aliquid anteà admiserint. *Strykius apud Barbosam in Thes. Loc. Com. sub voc. casus fortuitus ax. 2.*

X.

1. MAn witziget einen nur einmal. Piscator uno ictu sapit. In idem flumen bis non descendimus.

Qui semel est læsus fallaci piscis ab hamo.
Omnibus unca cibis æra subesse putat.

2. R. Quia experientia facit cautos.

3. Procedit quoad sagaciores & astutiores; simpliciores enim vel decies decipiuntur, & tamen non evadunt sapientes. Idem de furibus dicendum, qui, utut fustigati & sic meliùs sapere edocti fuerint, vix furari desinunt. Prudentes de aliis capiunt exemplum, nam scitum est, inquit *Chremes apud Terent. in Heavt. A. 1. S. 2.*

periculum ex aliis facere, tibi quod ex uſu ſiet: imprudentes verò ne propria quidem pericula faciunt cautos. Ein Gottloſer läſſet ſich nicht straffen / und weiß ſich zu behelffen mit anderer Leute Exempel / *Sirac.* 33. *v.* 21. nehmlich dererjenigen / denen es wohl gehet / und die gleichwohl GOttes Wort nicht achten.

XI.

1. WAs ich nicht weiß /
Macht mich nicht heiß.

Quod me latet,

Me non anxium habet. h. e. ignorantia excuſat.

2. Ratio quia intellectui ac voluntati obſtat ignorantia, ita ut ignorans neque acceptet factum, neque ratificet *l. nec ignorans* 10. *C. de Donat. vid.* §. *item* 51. 10. *Inſt. de Mandato.*

3. Declar. ut procedat quoad ignorantiam facti. *Schilterus in Manuduct. Philoſophiæ Moralis p. m.* 280. *Barboſa in Theſ. Loc. Com. ſub voc. ignorantia ax.* 12.

4. Ampliatur in tantum, ut etiam ſupina & craſſa ignorantia in foro ſoli à dolo remoto excuſet. *Tabor apud Barboſam d. l. ax.* 8.

5. Fallit (1) quoad ignorantiam juris, cùm vincibilis ſit, ita tamen, ut minores, fœminæ, milites ac ruſtici certis caſibus excipiantur. *Schilterus d. l. p. m.* 280. *ſeq.* Idem dicendum de renunciantibus, quia qui ignorat, ſibi jus aliquod competere, illi renunciare non poteſt. *Bartolus in l. ſi de certa n.* 4. *C. d. Transact.*

6. Fal-

6. Fallit (2) quoad ignorantiam facti affectatam & concomitantem, de qua vid. *B. Dn. D. Velthemius in Metaphys. Institut. p. m.* 188.

7. E contrario non tantum scientia juris nos reddit inexcusabiles, sed & scientia facti nos reos facere potest pœnæ, in crimine læsæ Majestatis, hæreseos, parricidii ac adulterii. *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Com. sub voc. scientia ax.* 14. Aliàs verò in foro soli scientia delicti innoxia est ac impunita adeò ut nemo teneatur indicare delinquentem, dummodò eum non juvet neque occultet, *l.* 45. §. 1. *de furtis.* Add. omninò *Dissertatio D. Gerdesii sub ejus præsidio de Jure Revelationis Gryphiswaldiæ habita c.* 2. *&* 3.

XII.

1. DAs Geld im Beutel dutzet den Wirth. Pecunia in marsupio cauponem compellat verbo: tu. Allegat dicterium hoc ex *Harsdorferi Specimine Philologico Dn. Dietherrus in addit. ad Besoldi Thes. Pract. sub. voc.* Ihrzen, *p.* 426. Sensus sine dubio est, quod hospites pecuniâ instructi soleant esse feroces & tuisare hospitem, qui tuissationem etiam eorum æqui bonique consulit, pecuniam eorum aucupaturus. Per metonymiam ergò marsupium, vel pecunia in marsupio reperienda ponitur pro hospite.

2. Declara valere parœmiam hanc de facto non verò jure; unde quoque nullus cauponum tenetur invitus ferre tuissationem.

3. Ampl. ut procedat etiam quoad uxores divites, utpote quæ itidem tuissare solent suos maritos, wenn das Weib den Mann reich machet/ so ist da eitel Hader/ Verachtung und grosse Schmach. Sirac. c. 25. ℣. 29. Guth machet Muth/ und muß sich hernach der Mann öffters einen Bettel-Hund heissen lassen.

XIII.

1. Es muß ein schlechter Wirth seyn/ der einem nicht eine Zeche borgen kan. Vilis & inops caupo sit oportet, qui ne quidem unum symbolum alicui indulgere potest. Quadrat in eos, qui læsi quidem sunt, nec tamen in continenti vindictam sumunt, cogitantes, quod semper ultioni locus sit. Interea læsio manet altâ mente reposta, donec illam ulciscendi commoda se præbet occasio, quâ demum datâ tarditas compensatur gravitate.

2. R. quia quod differtur non aufertur: tempus non est modus tollendi obligationes.

3. Declara, ut si vindicta differatur, & deinde sumatur de facto, & animo ulciscendi, parœmia nostra improbanda veniat, & enunciativè saltem procedat, cùm vindicta quæ animo ulciscendi fit, omnibus prohibeatur. *c. ita planè c. hac autem §. ex his 23. q. 4. c. nisi c. paratus 23. q. 1. Tabor apud Barbosam sub voc. vindicta ax. 2.* Quod si verò de vindicta publica intelligatur, non de Zelo propriæ injuriæ sed Zelo

Zelo justitiæ, nihil iniquitatis continet. *c. ita planè* 23. *q.* 4. *c. prodest.* 23. *q.* 1. *Tabor d. l.* imprimis quoad regnantes, quia nunquam regent, qui non tegent. *Lipsius Lib.* 4. *Polit. c.* 14. *n.* 31. Hier kan man öffters einem aus erheblichen Ursachen eine Zeche borgen oder anschreiben.

XIV.

1. DEß Menschen Wille ist sein Himmelreich. (*a*)

(*a*) Vox Himmelreich h. l. planè impropriè, pro summa nimirum voluptate, accipitur, ita intellectus totius parœmiæ hic sit:

Homo satis voluptatis habet, modò ipsius indulgeatur voluntati, etiamsi hæc nocua sit.

2. Confirmatur nostrum diverbium per *l. nemo* 145. *ff. d. R. I. l. injuria* 1. §. 5. *ff. d. injur.* ubi habetur notum illud: *volenti non fit injuria.*

3. Ratio, quia injustitia non fit, nisi ei, qui illam non vult pati.

4. Declara (1) hoc verum esse de voluntate planè libera. Secus ergò res habet, quando voluntas impedita vel decepta est.

5. Declara (2) ut intelligatur tantum de tertio, cùm à seipso utique fieri possit injuria *Tabor in Thes. loc. Barbosa sub voc. voluntas. ax.* 22.

6. Declara (3) ut procedat tantùm in illis, quæ ex regulis justitiæ potiùs quàm ex voluntate patientis dependent. *Illustris Lynckerus in Analectis ad B. Struvii Synt. tit. de injur. th.* 56. Sive

ut *Tabor. l. c.* habet, in factis licitis & honestis. Multa enim sunt, in quibus juri suo quis pro arbitrio cedere nequit. *It. Dn. Lynkerus l. c.*

7. Effectus regulæ est, quod iste, cui volenti fit injuria, non possit actione injuriarum convenire injuriantem. *Vigelius in Method. Jur. Contr. L. 5. c.* 10. *p.* 1092. *n.* 30. item, quòd quis validè suo renunciare possit juri, *l. si quis in conscribendo.* 29. *C. d. Pact.*

8. Objectio. Si volenti non fit injuria, nec etiam mortui affici poterunt injuriâ. Sed posterius est contra jura vid. *Althusius in Dicæolog. L.* 1. *c.* 123. *n.* 27. *Sebastianus Medices in Tract. Mors omnia solvit. P.* 3. *n.* 61. *p. m.* 204. Ergò & priùs. Ratio consequentiæ patet exinde, quia mortui neque nolunt neque volunt, cùm omnis homo moriendo desinere velle credatur *l. locatio* 4. *ff. loc. cond.* Ratio rationis est, quia homo mortuus non est homo. *Gæddæus Cons. Marburg. P.* 1. *cons.* 25. *n.* 39. *Addat. Barbosæ Thes. sub voc. mors ax.* 16. & *Tabor ibidem sub voc. injuria ax.* 32. Sed enim ℞. quòd propriè mortuo non inferatur injuria, sed per mortuum ejus heredi. Unde etiam in *l.* 1. §. *etsi ff. d. injur.* dicitur, quod heres suô nomine habeat actionem, & quod ad heredem pertineat, si qua injuria fiat mortuo.

XV.

1. Willkühr (*a*) bricht Land-Recht. (*b*)

(*a*) Est nomen compositum ex Will & Kühr, Kühr autem idem est ac optio die Wahl oder

oder Kiesung. Effertur etiam die Kühr; unde vocabulum Kuhr-Fürst, h. e. der Wahl-Fürst, it. die Köhr; hinc in Thuringia dicunt: er hat die Köhr, h. e. er hat die Wahl, oder er darff sich unter etlichen eines erwählen. Et veteri Saxonicô idiotismô dixerunt die Köhrfürsten. *Vid. Conringius Exerc. 5. d. Septembris p. 293. Conf.* deß Spatens teutscher Sprach-Schatz *sub voc.* Kahr. *p. m.* 945. Aliàs quoque dicitur Ding-Recht bricht Land-Recht. Dingen enim est pacisci, contrahere, accordiren. *Vid. Authæus in supplemento practico. Webneri sub voce:* Dinghoff, *& Webnerus ipse sub voce* dingpflüchtig. Ast Land-Recht bricht gemein Kayser-Recht.

2. Denotat autem vox Willkühr (1) idem ac jus civitatis statutarium, prout opponi potest juri municipali ceu civitatis in specie Magdeburgensium dem Weichbild-Recht, & juri fori, seu inter mercatores usitato dem Marck-Recht, *vid. Scottelius* von unterschiedlichen Rechten in Teutschland *c.* 11. *n.* 1. *p.* 298. (2) Sumitur aliquantum laxiùs, prout & Stadt-Recht & Land-Recht sub eo continetur. *Linck in Discursu de Rubro &c. p.* 43. *n.* 16. *Reinkingk de Regim. L.* 2. *cl.* 2. *c.* 10. *n.* 1. (3) Accipitur latissimè, quatenus quodvis spontaneum significat placitum. Retinebimus significationem ultimam. Sic enim duæ priores simul subintelligentur.

3. (b) Per hoc intelligitur cujusvis provinciæ jus particulare. Unde quoque dicitur interdum jus provinciale.

4. Vult autem hæc parœmia nihil aliud, quàm quod pacta specialia legem ex conventione accipiant, sive quòd rumpant Leges, quod leges repræsentent. Hinc est quod interdum dicamus: Gedinge, oder Beding-Recht, bricht allerhand Land-Recht. Conf. *Wehnerus sub. v.* Willkühr. *Barbosa in Thesauro sub voc. pactum ax.* 24. vel pacta privatorum derogant juri publico, seu pactis primis dabitur locus, quam diu hæc adsunt, dispositio juris non attenditur. *Beierus ad Synopsin Schulzii. L.* 1. *t.* 2. *n.* 5. *p.* 15.

5. Corroboratur per *l. si depositum.* 1. *§. si convenit.* 6. *ff. depositi & l. si mulier fin. C. d. Pact. convent. l. contractus* 23. *ff. d. R. I.* Weichbild. *art.* 24. *circa finem.*

6 E.G. (1) Quando rustici vel consuetudine vel expressâ conventione aut transactione à servitiis liberati deprehenduntur, ad illos ordinatio provincialis haud pertinebit, sed hi jure suô ex conventione quæsitô gaudent. *Carpzov. P.* 2. *const.* 52. *d.* 1. *n.* 5. *p.* 871. *Philippi in Usu Pract. L.* 1. *t.* 2. §. 6. *ecl.* 13. *n.* 6.

7. Exemp. (2) Quando liber homo pro se & heredibus suis mihi servire & obedire promittit, valet conventio, utut de jure ad illud non teneretur. *Gailius de Arrest. imp. c.* 6. *n.* 22.

8. Exemp. (3) Quod opifices sibi nova fingant jura, novisque se adstringant pactionibus adversus jura superiorum, id exinde est, quia conventiones eorum derogent juri communi.

Quod tamen aliter non admittendum, nisi quatenus hanc facultatem vel privilegiô obtinuerunt,

runt, vel consuetudine receperunt. *Vid. Beierus de Jure prohibendi c.4.* §. 12.*n.* 114.p.22. & quatenus non excedunt res, quæ venales exponuntur. *Hoppius in Comment. ad Inst. tit. d. Jur. N. G.* & *Civ.* §. 1. *p.m.* 30.

9. Declara (1) ita ut pactô forma accidentalis, & consequenter omnia contractuum naturalia, non verò substantialia mutari queant. vid. *Illust. Dn. Stryk. de Caut. Contr. S.* 1. *c.* 4. §. 4. *Hert. L.* 1. *par.* 9. §. 2. *p.* 410. *in Tractat. Rar. & Select. ex univ. Jurisprud. Argumentis.* Dicis: Atqui quando in emtione venditione locô pecuniæ merces promittitur, contractus subsistit in vim permutationis. Ergo omnino etiam pactô substantialia contractuum mutari possunt, cùm pecunia sit de essentia emtionis V. Respondeo, substantialia quidem quoque mutari posse, sed ita, ut contractus vel mox exspiret vel planè in alium degeneret, non verò hôc effectû, ut nihilominus salvus sive idem maneat contractus. *Id. d. l.*

10. Declar. (2) quod conventio non debeat esse contra bonos mores. *Tabor. apud Barbosam in Thes. Loc. Com. sub voc. pactum ax.* 2. & *quod* (3) tollat jus permissivum & in favorem convenientis introductum. *Dn. Beier de dissensu tacito c.* 1.

11. Fallit igitur tunc, quando in ejus odium est introductum, aut quis derogare vult Juri publico. Hoc enim privatorum pactis mutari non posse constat ex *l. jus publicum.* 38. *ff. d. Pact. l.* 45. *ff. d. R. I.* Add. *Hertius d. l.*

12. Fallit

12. Fallit porrò quando hominis diſpoſitio concurrere poteſt cum lege. *Barboſa in Theſauro ſub voc. homo ax. ult.*

13. Ampliatur in tantum, ut, ſi ſolutum fuit, quod pactô anteà erat remiſſum, contra remittentem competat condictio indebiti. *Tabor. l. c.* Add. *Speidelius in Speculo ſub voc.* Willkür. *p.* 1365. & *Manzius de Pignorationibus p. m.* 211.

XVI.

1. Wurſt wieder Wurſt, vel: brateſt du mir ein Wurſt, ſo löſch ich dir den Durſt. Officia ſunt reciproca. Paroemia hæc deſumta eſt à coquis, qui jentacula præbent cellariis, ein Frühe-Stück, & incompenſationem muneris potum recipiunt, einen Schlaff-Trunck. Vid. *Beierus de Artificibus Palatinis P.* 2. *c.* 9. *§.* 5. *n.* 392.

2. Ratio, quia hominis erga hominem palmarium officium eſt, ut mutuam officii vicem rependat. *Thomaſius in Jurisprud. Div. Lib.* 2. *c.* 6. *§.* 50. *p.* 210. *Pufendorff. de Offic. Hom. & Civ. L.* 1. *c.* 8. *§.* 6. *p.* 114. Confirm. *per l. ſed etſi* 25. *§. conſuluit* 11. *ff. de Petit-Hered.*

3. Declara (1) procedere quoad beneficia, non verò maleficia, quæ minimum theologicè retribuenda non ſunt. Equidem notus eſt ille *Terentii* locus in *Evnucho A.* 3. *Sc.* 1. Tu par pari referto, quod eam remordeat &c. Sed enim Ethnicus ille fuit, & hinc verbi divini ignarus. Nec obſtat illud Samſonis dictum *Judic.* 15. *v.* 11.

Wie

Wie sie mir gethan haben / so habe ich ihnen wieder gethan. Præterquam enim, quod ibi sermo de vindicta publica sit, insuper verba tantum enunciativa & relativa sunt.

4. Declarandum proverbium nostrum porro (2) eò est, ut & verba injuriosa quoad satisfactionem privatam reddi possint impunè, sed an bonâ conscientiâ & pronâ id fieri queat Sacrâ Scripturâ, alia quæstio est. Conf. omnino *parœm.* Wie man in den Wald schreyet / so hallet es wieder. Non omnia, quæ licent, honesta sunt. *l.* 143. *ff. d. R. I.* Add. von der Linde *in Diss. Jurid.* 1. *c.* 6. *n.* 85. *p.* 88. Notanter dictum, quoad satisfactionem privatam: quoad interesse publicum enim aliud dicendum. Hinc quando dicitur:

> Judice me fraus est concessa repellere fraude,
> Armaque in Hanreos (armatos) sumere jura sinunt.

Non intelligas de publica, sed privata vindicta. Uxor enim, ubi videt scortari maritum, libenter (sed de facto) admittit stuprum, & reddere studet vices pares: Wann der Mann Häfen zerbricht / so zerschmeist sie Töpffe. *Dissert. de Hanreitate th.* 23. *p.* 13. *inf.*

XVII.

1. Ein jeder hat seinen Wurm. Quilibet habet suum vermem, h. e. admixtum habet aliquid stultitiæ, in quo sibi sapientiæ titulô placet. Mentio & explicatio

tio hujus diverbii fit in *Novis Literariis Maris Balthici Mens. Jun.* 1706. *p.* 180. Ratio loquendi desumta esse videtur à paronychia von dem Wurm am Finger: sicut enim illa dolores & cruciatus ciet sine intermissione; ita quoque res illa, quam ad superstitionem & stultitiam usque quis colit & amat, subinde cultori suo vellit aurem, & ad culturam sui incitat. Confirmat id ipsum phrasis illa: Einem den Wurm schneiden / quæ nihil aliud denotat, quam elleborum bibendum alicui propinare, stultitiam alicui demere. Parallella huic parœmia est: Ein jeder hat seinen Zwickel. Sicut enim Zwickel proprie significat particulam illam, quæ toti cuidam v. g. vestimento, ingesta est, essentialiter tamen ad istud non pertinet, v. g. ein Strumpff-Fenster-Rock-Zwickel; ita h. l. denotat inclinationem illam, quæ homini adhæret, quâ in stultitiam aliquam propendet, & eam pro sapientia habet, den Wurm-Zwickel / vel etiam ratio desumta est à barbatis incurvatis von denen Zwickel-Bärten / quæ superioribus annis floruerunt. Latini diverbium hoc ita reddunt: Alauda non est sine crista. Nemo sine crimine vivit. Stultorum infinitus est numerus. Stultorum plena sunt omnia.

2. R. quia labe lapsûs primi ad unum adfecti sumus omnes. Semel in Adamo insanivimus omnes.

3. Declara (1) quòd intelligendum sit accidentaliter (2) quòd sicuti stultitia habet suos

gradus,

gradus, ita alter alterum illâ superet. Sine vitiis nemo nascitur. Optimus ille est, qui minimis urgetur. (3) Quod unus magis celare possit suam stultitiam quàm alter. Quisque suum gremiô stultum gerit. Optimus ille est, qui ne promineat, dissimulare potest. Unde quoque Froschmäußler *P.* 4. *c.* 4.

Jedoch ist der ein kluger Mann,
Der seinen Geck verbergen kan.

(4) quod inter stultos sapientiæ titulô sibi placentes, princeps locus debeatur avaris secundùm *Horatium Sat.* 3. *Lib.* 2.

-- -- huc propiùs me
(dum doceo insanire omnes) vos ordine adite.
Danda est Ellebori multo pars maxima Avaris,
Nescio an anticyram ratio illis destinet omnem.

4. Ampl. ut procedat universaliter, quoad omnes, ita ut nemo, ne sapientissimus quidem, excipiatur.

Kein weiser Mann ward je genannt,
Bey dem sich nicht ein Thorheit fandt. ic.
Es ist kein Mann so klug vom Raht,
Der nicht was von dem Gecken hat. ic.
Es bleibt doch bey dem alten Reim,
Bey Weißheit muß auch Thorheit seyn.

Froschmäußler *d. l.* Lutherus dixit: Wann die Weisen narren, so narren sie gröblich. Sunto vel prudentissimi, inquit *Lipsius in Not. ad L. Polit. c.* 8. *n.* 8. tamen profectò nemo in omni re, sed nec in omni hora, æqualiter sapit. Nullum magnum ingenium sine mixtura dementiæ est. *Seneca.* Etiam si quis senex sit: denn

Alter

hilfft vor Thorheit nicht, de quo ſupra. Aut in magna dignitate conſtitutus: denn es heiſſet: groſſe Herren, groſſe Fehler. Conf. Reinkingk in der Bibliſchen Policey *L.* 2. *ax.* 91. *p.*407.

5. Daher plagt v. g. dieſen der Bücher-Wurm, der Pferd-Wurm, der Kleyder-Wurm, jenen der Antiquitæten-Wurm, Hund-Wurm, Jagd-Wurm, einen andern der Novitæten-Wurm, Blumen-Wurm, Goldmachers-Wurm ꝛc. quatenus nimirum in rebus hiſce ſapientiæ titulô ſibi quis placet. Conf. Tentzel in monatlichen Unterredungen *de A.*1690. *p.* 1040. allwo er erzehlet, daß ein Edelmann bey Hall in Sachſen 99. Narren auf ſeinem Saal gemahlt ſtehen habe, woſelbſt ein jeder ſein Contrefait antreffen könnte. Add. Anonymi curiöſer Hauß-Spiegel, worinnen zu erſehen, welche die gröſſeſte Narren auf dieſer Welt ſind.

XVIII.

1. Würde iſt Bürde.
Honos eſt onus.

2. R. quia non tantum per ſe inſunt muneribus labores & ſolicitudines animi, ſed & quia aliunde multa eaque innumera accedere ſolent incommoda ac faſtidia. Quapropter rectè in titulo ff. munera & honores conjunguntur, & perſonale munus deſcribitur, quod corporibus cum labore & ſolicitudine animi ac vigilantia prin-

principaliter existit *Brant in Expositione Titulorum juris tit. de Muneribus & Honoribus p.m.* 215.

3. Declar. quatenus nimirum per honorem non tam dignitas quam officium & munus honorabile intelligitur. Et eatenus quoque illud Ciceronianum accipiendum: *Fasces sunt fasces*, quod itidem germanice ita reddi solet: Würde ist Bürde.

4. Declaratur & limitatur, ut non procedat reciproce: Bürde ist Würde, cum sæpenumero hodie illi, qui labores & fasces sustinent, neque emolumentis gaudeant neque in honore sint. Conf. par. Wer da hat die Kühe, der muß auch haben die Mühe.

XIX.

1. Es muß ein schlechtes Wort seyn, so sich nicht reden oder schreiben lässet. Vile verbum sit, oportet, quod dici vel scribi nequit, h. e. omne verbum, quam vile etiam sit, dici vel scribi potest.

2. R. quia quicquid pronunciari potest, illud etiam dici vel scribi potest.

3. Declara, quod (1) procedat diverbium hoc physice non vero moraliter: nec enim omne id, quod naturaliter possum, loqui mihi etiam licet: E.G. ad id, ut dicam vel scribam alteri: du Schelm, habeo quidem potentiam naturalem, sed non statim potestatem sive facultatem moralem.

4. Declara (2) quatenus nimirum quis fari & scribere potest, & idiomatis illius, quô verbum profertur, peritùs est.

XX.

1. Es ist niemand ein Sclav seiner Worte. Nemo verborum suorum servus est, h. e. nemo verbis suis ita se ligare potest, quin illis contraveniri nequeat. Alias dicitur: in verba sua nemo juravit.

2. Ratio quia verba rebus & hominibus non vero res & homines verbis inservire debent, per *text. sing. in c. humanæ* 22. *q.* 5. vel verba debent servire intentioni, non vero intentio verbis. *l. non aliter* 69. *ff. de Legat.*

3. Concordat *l. si quis in principio* 22. *ff. de Legat.* 3. *l.* 1. *C. d. SS. Eccl.* ex qua probatur, quod legem nemo sibi ipse dicere possit, a qua ei resilire non liceat.

4. Declara hoc procedere in ultimis voluntatibus, quæ ambulatoriæ sunt usque ad ultimum vitæ spatium. *l.* 3. *ff. de Adim. Leg.* uno verbo; in rebus unilateralibus. E.G. si quis in Philosophia, Jurisprudentia vel alia scientia hactenus erroneam fovit & defendit opinionem, postea vero veritate convictus errorem deprehendit, salva reputatione illam potest mutare, imo vi conscientiæ reclamare tenetur.

5. Limit. in actibus bilateralibus, sive contractibus, ubi, quæ semel dicta, servari debent, juxta JCtorum brocardicum: quæ ab initio sunt volun-

voluntatis ex postfacto fiunt necessitatis. *l. invitam* 11. *C. d. Contr. Emt. Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Comm. sub voc. lex. ax.* 4. *& ibi allegatus a Middelburg in loc. a plenitudine potestatis n.* 5. imprimis si juramentum accedat, aut etiam a Nobilibus aliquid sub fide generosa promittatur bey Cavaliers Parole.

6. Limit. hodie ubi eo deventum, ut etiam jurata, & nescio quibus clausulis munita verba revocari queant.

Regia crede mihi res est promittere multum,
Sed servare fidem rusticitatis opus.

Conf. *par.* versprechen ist edelmännisch / halten båurisch / *sub voc.* versprechen. Utilitas non honestas hodie imperat, ita ut quicquid utile, illud quoque honestum sit, ex doctrina *Carneadis*, de qua vid. *Grotius de Jure B. & P. in Proleg.* §. 5. *p. m.* 6.

XXI.

1. DAt grot Woort hölt den Keerl up der Thör. Nostrâ dialectô: Das grosse Wort hålt den Kerl von der Thür ab. Verba inclementer & effrenatè dicta arcent & repellunt cappadocem a janua tua, h. e. quando homines insolentes, sive portenta cappadocia, condignô modô excipimus, wann man sie wieder anschnarchet und anfahret / statim ira eorum & insolentia animi remitit.

2. R. quia cor hominis ferox quidem, sed insimul tamen timidum est.

3. Declar. quod valeat ut plurimum: dantur enim quorum insolentia verbis durioribus magis crescit, quam frangitur, imprimis quando digniores sunt, & nobis præfecti. Alsdann heisset es: Ein gut Wort findet eine gute Statt, sub voc. Wort.

XXII.

1. **Ein Wort ein Wort, ein Mann ein Mann.** Fides decet virum.

2. R. Quia nihil tam naturale est, quam ea, quæ semel placuerunt, servare, *cap. quod semel* 21. *d. R. I. in* 6. *l.* 1. *ff. d. Pact.* Deinde quia levitatis signum est, suam fallere fidem, viros autem decet gravitas.

3. Fundamentum suum habet hæc parœmia in jure *Alemannico L.* 1. *art.* 7. maxime quoad viros, Vid. *Finckelhaus Disput.* 7. *Cont. Jur. Feud. th.* 22. *p.* 295. & Consult. Dn. D. Kestner in Compendio Jur. universi c. 5. §. 1. p. 110.

4. Declara (1) ita debere esse secundum jus canonicum *c.* 1. & 3. *x. de Pact.* naturale & mores, vid. *Mevius P.* 5. *d.* 408. *Carpzov. P.* 2. *c.* 19. *d.* 17. *n.* 8.

5. Declara (2) imprimis quoad mercatores veram esse parœmiam. Vid. *Zipfel de literis collybisticis Sect.* 6. §. 27. *p.* 63. Quibus addo Nobiles, als deren ihre Parole die Krafft eines Juraments hat. Conf. *Mylerus ab Ehrenbach in Nomologia Ordinum Imperialium per tot. Antonius*

nius Guilielmus Ertel in Observat. illustr. Juridico-Equestr. ob 24. *p.* 246.

6. Fallit de jure civili Romano, quo nuda promissio non valet, nisi specialiter a lege fuerit approbata *l. 6. ff. de Pact.* quorsum pertinet donatio, constitutum & pactum contractui in continenti adjectum *l.* 7. §. 5. *eod.* Hinc quoque verba dare alicui apud Romanæ linguæ Autores idem est ac fallere aliquem. Vid. *Terent. in And. act.* 1. *sc.* 3. ibi: *cui verba dare difficile est.*

7. Fallit hodie egregie, ubi ne quidem juramentis, multo minus promissionibus nudis fidendum.

8. Ampl. etiamsi verbum istud unum contineat nudum pactum, vid. *Dn. Hertius in Tract. jurid. &c. de Parœm. Jur. Germ. Lib.* 1. *par.* 8. *p.* 402. modo non sit mere præparatorium *ibid.* Add. *Dn. Kestner in tract. de festibus Jur. Com. probl.* 10. §. 1. *p.* 134. *& Dn. Raumburgeri dissert. inaug. de Jure Reip. in Negotiis humanis* §. 43. *p.* 44.

XXIII.

1. **Wort füllen die Tasche nicht; oder, mit leeren Worten wird der Sack nicht voll.** Peculium re non verbis augetur. Sive, verba rem non conficiunt. Quid verbis opus est, spectemur agendo.

2. R. quia verba nihil habent realitatis, neminique usui sunt, adeoque nihil quoque relevant.

3. Prob. per *l. non omnes 5. §. fin. ff. de Re Milit. l. peculium 46. in f. pr. ff. de Pecul. l. Julianus 13. §. offerri 8. ff. de Act. Emt. l. 1. §. tulisse 53. in f. ff. ad Sylan. c. 1. & 2. x. de sequest. possess.*

4. Declar. ibi verbis rem non confici ubi factum requiritur *Barbosa in Thes. Loc. Com. sub voc. factum ax. 14. & sub voc. verba ax. 36.* factum autem vel res toties requiritur quoties præstatio rei vel facti in obligationem deducta est.

5. E. G. ubi statutum adest, quod mulier non audiatur, si non fide jubeat in judicio, non sufficit oblatio fidejussionis nomine mulieris facta. *Barbosa d. l. sub voc. factum.* it. quando aliquis tenetur solvere cum effectu non sufficit, quod dicat se paratum esse solvere. it. ubi realis restitutio facienda, cautio non sufficit. *ibid.* it. uxores non contentæ sunt, quando mariti illarum aures & animum verbis rerumque & historiarum antiquarum narrationibus demulcent, sed ita a suis amari volunt maritis, ut sentiant eos, non ut audiant loquentes. Vid. *Mollerus in tr. de Cornutis c. 5. p. 37. n. 9. & 10.*

6. Limit. ut tamen verbis iniri & interdum tolli possit obligatio, accedente scil. mutuo consensu, v.g. stipulatione, acceptilatione, remissione &c. vid. *§. 1. seqq. Inst. quib. mod. toll. oblig.* Et in ejusmodi casibus verba utique prosunt, cumprimis ubi illa adhibentur cum prudentia, quod imprimis in legatis & oratoribus necessarium est. Add. Reinhold von Dreschau in *Hodosophia Viatoris Christiani p. m.* 1018.

XXIV.

XXIV.

1. EIn Wort ist kein Pfeil. Verba non sunt sagittæ, in sensu scil. proprio; improprie enim verba quoque aculei & aculeata dicuntur, v. g. aculeo infixo fugit. Conf. Psalm. 57. v. 5. & Prov. 25. v. 18. Sensus est, quod non omnia verba statim interpretari debeamus in malam partem.

2. Ratio, quia sæpe aliquid ferit aures, quod tamen bono animo dicitur: verba non semper respondent intentioni, & lingua interdum præcurrit mentem. Recte *Siracides in c.* 19. *v.* 16. Es entfähret offt einem ein Wort, und meynets doch nicht also. Aut ex imprudentia, vel etiam iracundia verbum aliquod elabitur, cujus statim proferentem pœnitet.

3. Procedit, quando verba dubia & circumstantiæ adsunt benigniorem verborum interpretationem suadentes, v. g. loci, temporis, personæ.

4. Fallit ergo, quando ex circumstantiis animus malus patescit *Castelius in Speculo Jur. Univ. c.* 25. *n.* 380. *p.* 526. aut verba, quibus læsum se quis conqueritur, vi sua nativa animum injuriandi arguunt, Add. *Meisnerus* in teutschen wiederlegten Sprüchwörtern *n.* 101.

XXV.

1. IſSt dir wol, so bleib davon. Si rectè te habes, (si tibi bene est,)

abstine, remane. Sunt verba, quæ in versiculo sexto hymni illius: JEsus Christus unser Heyland ꝛc. habentur, & quibus Guilielmus, Hassiæ Landgravius, usus fuisse & respondisse scribitur, cum *Gebhardus I. Truchsesius*, ab Archiepiscopatu Coloniensi remotus, ipsi legatos misisset, & suppetias ad introducendam religionem Calvinisticam efflagitasset, additis verbis subsequentibus: daß du nicht kriegest bösen Lohn. *Gisenius de Vita Academica Disp.* 14. *n.* 58. *p.* 305. Proprie intelligenda est hæc paræmia de usu sacræ cœnæ, hoc sensu: si te non probas, peccata non agnoscis, nec serio de illis doles, recte abstines ab usu sacræ cœnæ, ratio, quia alias edendo panem hunc, aut bibendo de poculo Domini indigne judicium tibi edis & bibis. 1. Cor. 11. v. 27. & 29. sive ut in jure Canonico habetur: tutius est abstinuisse, quam conscientia accessisse. Extenditur verò, & quidem plerumque male & prave, etiam ad alias res, quando nimirum abvocare, absterrere & abducere aliquem ab instituto quodam volumus.

XXVI.

1. WEr untern Wölffen ist, muß mit ihnen heulen. Ulula cum lupis, cum quibus esse cupis. Hinnias cum equis.

2. R. quia singularitas valde odiosa est, und ist immerzu besser mitmachen, als ein Narr allein

allein seyn, und sich ausspotten lassen, adeo ut singularitas morum, etiam laudabilium, interdum scandalizet inconsuetos *c illa* 11. *inf. dist.* 12. & flagitium reputetur *cap. quæ contra* 2. *in pr. dist.* 8. *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Com. sub voc. singularitas ax.* 5.

3. Declar. (1) ita ut procedat in rebus indifferentibus ac mediis, absonderlich wann andere Leute mit dabey sind.

4. Declar. (2) quod procedat imprimis tunc, quando publicus usus & salus id suadet. *Lipsius Lib.* 4. *Politicorum c.* 13. *n.* 7. *&* 8.

5. Fallit in rebus moraliter turpibus, & in verbo divino vel etiam jure humano prohibitis. Nullum igitur assensum meretur vulgatum illud: Wo man den Bompernickel in der Kirchen singet, muß man mitsingen. Vid. *Meisnerus* in wiederlegten teutschen Sprüchwörtern *n.* 4. & Gerber in unerkannten Sünden der Welt. P. I. p. 1444. pertinent huc illi rhytmi:

Wer will mit Jägern gehn, der hetze,
Wer kegeln will, derselb auffsetze,
Wer bey den Wölfen ist, der heul,
So kommt er fort, vertreibt die Weil.

XXVII.

1. WAnn es dem Wolff zur Heyde und dem Dieb zum Eyde kommt, so haben sie gewonnen Spiel. Quando lupo pervenitur ad ericetum, sive sylvam,

 & su-

& furi ad juramentum, tunc ambo habent, quod volunt, h. e. quaudo *furi*, ut crimine furti se liberet, defertur juramentum purgatorium, tunc salva ejus res est.

2. Ratio, quia fur juramentum parvi pendit, & paucis ea vis est animi, ut mortem oppetere malint, quam perjurium committere, non retinente eos divinæ ultionis, quæ plerumque tarda est, metu *Hertius in Tract. Select. & Rar. Jurisprud. Argum. L.* 1. *de Parœmiis Jur. Germ. par.* 33. *p.* 444. Aliam rationem reddidit ille Advocatus: es habe einer gut schwören, der vorhin deß Teufels ist. Animæ diabolo oppignoratæ ac perditæ amplius dispendium vel jactura fieri nequit. *Latherus de Censu L.* 2. *c.* 7. *par.* 49. *p.* 295. *Conf. parœmiam hanc*: Wer des Teufels ist &c.

3. Declar. ut tamen distinctio personarum habenda & earum conscientia probè scrutanda sit. Nec enim omnibus eadem mens eademque anima est. Hinc quoque juri civili & Hebræorum consentaneum est, ut juramentum deferatur furi *Hertius d. l. & ab eo citatus Carpz. P.* 1. *c.* 22. *d.* 6. *Conf. Exod.* 22. *v.* 11. *Deut.* 21. *v.* 1. 1. *Reg.* 8. *v.* 31.

4. Ampl. quoque ad alios criminaliter accusatos, vel inquisitos.

XXVIII.

1. Man kennt den Wolff am Gang,
Die Glock am Klang,

Den

Den Franciscaner am Strang,
Den Bauren an der Gabel,
Die Advocaten am Schnabel.

Lupus ex veſtigio, campana ex ſono, Franciſcani ex reſti, ruſtici ex furca, & advocati ex ore noſcuntur. Uno verbo: cauda de vulpe teſtatur, ex ungue leo cognoſcitur, Man kennt den Vogel am Schnabel oder Federn.

2. R. quia lupus incedendo figuram pedum ſuorum imprimit in humum, campana pulſa ſonum emittit magnum & gravem, Franciſcani cincti ſunt reſti, ruſtici plerumque utuntur furca, Advocati vero procaces ſunt lingua.

3. Quod ultimum tamen membrum ita declarares, ut magis intelligatur de Rabuliſtis iſtis, qui alias Zungen-Dröſcher audiunt, quam de Advocatis in genere talibus. Latratores enim iſti, quando argumentis nequeunt convincere adverſarios, verbis dimicare incipiunt & clamore iſtos ſuperare nituntur, und machen es gemeiniglich die ſchlimmſten am ärgſten. Vid. par. Das ſchlimmſte Rad am Wagen knarret am meiſten. Conſ. *Holtermannus in Diſſert. de Nequitia Advocatorum*, von Tück- und Bubenſtücken der Advocaten. *p. m.* 57. Add. Sirac. c. 19, 27.

XXIX.

1. DEr Wolff läßt wol ſeine Haare, aber nicht ſeine Tücke (ſcil. fahren.)

Pilos

Pilos mutat lupus, non animum. *Sensus* est: homo natura malus vix evadit bonus. Convenit fere cum eo: Die Katz läßt das mausen nicht. Der Wolff bleibt ein Wolff.

2. Ratio, quia natura, etiamsi eam expellas furca, tamen usque recurrit.

3. Limitatur, ut tamen interdum, quamvis raro, homines natura mali mediante bona educatione & institutione, corrigantur & virtutibus se dedant. Exemplum luculentum nobis præbet *Socrates*.

4. Ampliatur ut procedat etiam quoad illos, qui consuetudine & frequentia actuum pravi facti, ea propter, quia ex frequentia actuum fit habitus, qui tandem in naturam transit, ea autem, quæ secundum naturam fiunt, facile & libenter fiunt, unde etiam consuetudo altera natura dicitur. Sleestein in dissert. sub ejus præsidio. *Vitembergæ ad l. 2. C. de furt. habita* §. 21.

5. Effectus, quod contra ejusmodi homunciones sit præsumtio, si quædam contra eos sese exerant indicia. Add. Höping *de jure insignium c. 9. n. 320. p. 629.*

XXX.

1. DEr Wölffe Tod ist der Schaafe Heyl. Luporum mors ovium salus est. h. e. interitus opprimentium salus oppressorum est.

2. R. quia oppressi sæpius non possunt aut, si subditi sunt, certe non debent resistere suis cru-

crudelibus dominis. Patrem si bonus est, ama, sin malus, perfer. Unde alii dicere solent: böse Obrigkeit müsse man zu todt betten. Conf. *Ventura de Valentiis in Parthenio Litigioso L.* 2. *c.* 3. §. 6.

3. Exemplum in illis magistratibus est, qui subditos suos collectationibus nimium vexant, aliisque oneribus gravant, Döpler in seinem getreuen Rechnungs-Beamten *P.* 3. *c.* 18. *n.* 176. *p.* 489. Conf. Matth. 2, 20.

XXXI.

1. WOllen-Handel ist der Holländer gülden Vließ. (*a*) Lanæ commercium sive pannificium Hollandorum aureum vellus est.

2. (*a*) Est vox belgica vellus sive pellem ovinam una cum lana corpori detractam ein rauhes Schaff-Fell denotans, unde Belgis Vliessende Schaepen, idem est ac tondere oves, Vließ-Stein, lapis aurei velleris, Gallice toison, hinc la toison d'or das güldene Vließ, von welchem die Ritter des güldenen Vliesses ihren Nahmen haben. Conf. omnino *Becmannus in Not. Dignit. Dissert.* 16. §. 3. *p.* 418. h. l. denotat negotium lucrosum, ita ut sensus sit, lanæ commercium Hollandis multum lucri ac utilitatis adfert.

3. R. quia Hollandi ex pannificio multum conquirunt pecuniæ. Vid. *B. Dn. Struvius in Dissert. de jure ovium Jenæ habita* 1682. *c.* 2. *th.* 15. *p.* 21.

4. Decla-

4. Declara Hollandiam tamen ſuperari adhuc in hac parte ab Anglia. Quapropter etiam Anglia la terre des ſoullons das Weber-Land dicitur. *Autor* deß Europäiſchen Herolds *p.* 682. Facit huc notus ille verſiculus:

Arx Pons Mons Fons Rex Eccleſia Fœmina Lana.

XXXII.

1. Auf einen *etcætera* (*a*) folgt oder gehöret eine Ohrfeige. Convicium: etcætera alapa excipitur.

2. (*a*) Particula hæc varias habet ſignificationes (de quibus vid. *Strauchius in Lexico Particularum Juris ſub voc. etcætera. Beſoldus in Theſ. Pract. ſub voc. etcætera* und andere, *ut & Diether. in ejus continuatione ibidem*) & communiter omnia illa complectitur, quæ ſubintelliguntur. Hinc quoque convicii illius, quod adeo obſcœnum reputamus, & hinc facile non enunciamus, ſed ſæpe in mente retinemus, ſynonymum factum, ita ut perinde ſit, ſive aliquis appelletur ein etcætera, ein Hunds-etcætera, oder Hundsfut, gallice Jean foutrre; an autem hæc gallica vox a germanica Schandfutter, an germanica a gallica deſcendat? non prorſus liquet. Videtur tamen prius eſſe, quia meretrices plerumque ita dicuntur, quæ juvenum dedecoroſum pabulum ſunt. Licet enim vox etcætera in ſe injurioſa non ſit, fit tamen talis, ſi ex circumſtantiis animus injuriandi pateſcat. *Illuſtris Stry-*

Strykius in differt. de jure alapæ c. 3. *n.* 12. *De derivatione vocis* Hundsfutt. *vid.* Tentzel in monatlichen Unterredungen *de A.* 1693. *Menf. Octob. p.* 838. a quo tamen diffentit Spate im Teutschen Sprach-Schatz *p.* 523.

3. Ratio (1) quia hac voce denominare folemus die feichen Memmen, die lacken Kerls, nemo autem pro tali haberi fe facile finit, fed potius aliam quam hanc pati injuriam mavult. Hinc ut fortem fe oftendat, hanc injuriam verbalem dignam effe cenfet, ut compenfetur reali. Ratio (2) quia iniquum non effe videtur ut fi mala in alterum eructes, mala viciffim doleas, & manu tuo ori effrenato peffulus obdatur.

4. Declar. tamen ita, ut procedat (1) tantum de facto ex impia ifta praxi, non de jure, quia τὸ etcætera faltem injuriam importat verbalem, quam verberibus aut alapis repellere neutiquam licet. *Strykius d. l. n.* 12. Percuffio enim præparatorium aliquod eft ad homicidium, & hinc valde odiofa. Negandum tamen non eft, difputari adhuc thefin hanc in jure, & effe non nullos, qui provocatum verbis injuriofis poffe dare alapam ftatuunt, prout ibi allegatus *Bajardus ad Clar.* §. *injuria n.* 64. *afferit.* Sed tantum abeft, ut verbum iftud injuriofum ETCÆTERA de jure divino admittat compenfationem realem, ut potius & verbalem prohibeat. 1. *Petr.* 3, 9.

5. Declara (2) ut procedat, quando dignior vel etiam nobilis ita injuriofe falutetur. Vid. tamen

man *parœm.* auf eine Lüge gehört eine Maulschelle.

XXXIII.

1. WEr kein Ohr hat, dem kan man keines abschneiden. Aure carenti auris amputari nequit.

2. Ratio eſt, quia privatio præſupponit habitum, nemo enim privatur, niſi prius habuerit id, quo privandus. Alias dicitur: carentiæ ſunt habentium. *Barboſa in Theſ. Loc. Com. ſub voc. habitus ax.* 9. Egeſtas facile ſine damno habetur, ein armer Mann kan nicht verderben, oder er kan nichts verliehren. Rittershuſius in Comment. ad Salvianum Marſilienſem p. 217.

3. Textus notabilis eſt in *§.4. Inſt. de Capit. diminut. Conf. Everhardi Argumentorum loci legales loc. 26. pr. ubi plures textus etiam ex jure Canon. allegat, in quibus noſtra fundatur parœmia.*

4. E. G. Qui ſpoliatum ſe eſſe aſſerit, & agere vult ex can. redintegranda, illum quoque oportet rem illam, qua ſpoliatus eſt, antea poſſediſſe *l.* 1. *§. dejicitur ff. de Vi & Vi arm. c. fin.* 3. *q.* 3. item: Fœmina, quæ actione injuriarum, & ad reparationem famæ eſt actura, illa quoque debet fuiſſe integræ famæ, pudicitiæ & vitæ honeſtæ, notante hoc *Schneidewino tit. de injur. §. injuria* 1. *n.*21. *&* 22.

5. Li-

5. Limita, ut argumentum a privatione ad habitum non procedat, quando verba impropriantur ratione contrarietatis evitandæ, vel ratione ſubjectæ materiæ *Everhardus d. l. p.* 186.

XXXIV.

1. DEr Oeſterreicher Ungnad iſt beſſer als der Sachſen Gnad. Auſtriacorum disgratia præferenda eſt Saxonum favori & gratiæ, h. e. jura Auſtriaca mitiora ſunt quam Saxonica:

2. Ratio quia Archiduces Auſtriæ, etiam in ſontes, lenitatis & clementiæ virtutem, quaſi ſuam ſibi ac propriam fecerunt ab antiquo. *Georgius Mundius à Rodach Vol.* 2. *conſ.* 29. *n.* 46. *p.* 457. Probat id ipſum jus Saxonicum, quod durum & terribile eſt & proverbio huic originem dediſſe videtur *ibid.* quatenus nimirum illud conſideratur in illo ſtatu, in quo fuit ante correctionem: multi enim ejus articuli, qui nimis aſperi viſi ſunt, in concilio Baſileenſi & per Conſtitutiones Electorum Saxoniæ 48. ſublati ſunt *Arthurius Duckius de Autoritate Juris Civilis Rom. L.* 2. *c.* 2. §. 12. *p.m.* 170.

XXXV.

1. MAn kan nicht allezeit mit eigenen Ochſen pflügen. Non ſemper bove proprio uti licet, h. e. officia non ſem-

per indigenas ornari & administrari, sed illis interdum etiam alienigenæ præfici possunt.

2. Confirm. per *l. ut gradatim* 11. §. 1. *ff. de Muner. & honor.* Add. *Mylerus ab Ehrenbach in Hyparchologia c.* 8. *n.* 9. *seqq.*

3. R. quia indigenæ non semper digni sunt, qui muneribus præficiantur, das Indigenat allein macht es nicht auß / sonsten hätte öffters der Esel das meiste Recht dazu. Conf. *Ursini dissertatio de Rationariis præfecturarum c.* 2. *n.* 60. *p.* 43.

4. Declara præferendum tamen esse advenis indigenam, quando æque dignus est, & eatenus intelligendum illud est: Lands-Kinder solle man vor allen befördern.

XXXVI.

1. DJe Obrigkeit hat das Heissen und Verbieten / die Unterthanen das Thun und Lassen. Jus præcipiendi & mandandi penes magistratum, penes subditos vero arbitrium obediendi est.

2. R. quia sicut magistratus & subditi relata sunt, quæ se invicem respiciunt; ita etiam mandare & obedire; illud magistratus hoc vero subditorum proprium est.

3. Declara, (1) parœmiam quoad arbitrium parendi subditorum magis de facto quam jure valere, exceptis illis casibus, ubi aliquid contra conscientiam præcipitur: sic enim subditi jus habent non parendi. Vid. *Mevius P.* 2. *d.* 74.

Rein-

Reinkingk in der Biblischen Policey *l. 2. ax. 25. p. 205.* Mencken *de Statutorum non confirmatorum effectu th.* 20.

4. Declara (2) quoad illas civitates, quæ omnimoda carent jurisdictione vid. *Mevius ad Jus Lubeccense q. 2. p.* 14.

5. Fallit (1) quoad illas civitates, quæ omnimodam & cum Principe communem habent jurisdictionem *ibid.*

6. Fallit (2) quoad ea, quæ statuit vel recipit magistratus, aut ad jus universitatis, administrationem bonorum, civium negotiationes, & forum pertinent, quippe quæ jure magistratûs & officii valent, seu, uti loqui amant, jure politiæ & societatis civilis per *tot. tit. ff. de Administ. rer. ad civit. just. Add. Mevius d. l. n.* 66.

XXXVII.

1. Ein harte Nuß und stumpffer Zahn,
Ein junges Weib und alter Mann,
Zusammen sich nicht reimen wol,
Sein's gleichen jeder nehmen soll.

Dens obtusus & dura nux,
Uxor juvenis & senex conjux,
Non quadrant sibi invicem
Quilibet ducat sui similem.

Paucis: Si vis nubere, nube pari.

2. R. quia libidinis remedium in ejusmodi conjugio vix quærendum, postquam incendium libidinis in senibus & vetulis non amplius fervet,

ac si vel maxime concupiscentiæ stimulos sentiant illi tamen in conjugio cum juvenculis non tam extinguuntur quam accenduntur. *Arnisæus de Connubiis c. 2. S. 3. allegatus a Dn. Petro Mullero in Dissert. de Calore Juvenili S. 5. th. 4.*

3. Quapropter etiam olim lege papia popæa interdicta fuerunt ejusmodi matrimonia. *Rosinus in Antiquitatibus L. 8. c. 16. p. m. 629.*

4. Declara (1) hodie abrogatam esse illam legem papiam popæam a Justiniano & permitti matrimonium puellulæ cum sene. Vid. *l. 27. C. de Nupt. Dissuaderi tamen solet. Carpz. L. 2. Jurisprud. Consist. d. 3. Schilterus in instit. Jur. Can. L. 2. t. 10.* §. 16.

5. Declara (2) valere parœmiam hanc ut plurimum: dantur enim interdum senes pleni succi & sanguinis, qui viros melius se præstare possunt quam juvenes. Conf. *Dietherrus in Contin. Besoldi Thes. Pract. sub. voc.* Alter. *p. 31. & Strykius ad Brunnemanni Jus Eccles. L. 2. c. 17.* §. 2. *p.* 660.

6. Ampliatur illam adhuc magis procedere quoad vetulam & juvenem, plus favoris habet matrimonium vetulæ cum sene ob mutuum adjutorium initum. Vid. tamen *Perez. ad tit. C. de Nupt. n.* 8.

XXXVIII.

1. **Nürnberger (*a*) Hand (*b*) geht durchs gantze Land.**

2. *(a)* Norimberga est civitas imperialis, splendida, magna, dives, Augustanæ Confessioni in-

invariatæ addicta, & varia merce celebris. Pertinent iſtuc aliquot oppida cum ſatis amplo territorio, inter quæ Altdorfium, *vulgo* Altdorff, academia clarum principem tenet locum. Singulare hoc erat in dicta academia, quod olim non habuerit jus creandi Theologiæ Doctores. *Conf. Pfeffingeri Geographia curioſa p.* 477. *&* *Cluverii Geogr. c.* 11. *Lib.* 3. *p. m.* 203. Speciatim vero A. 1699. aut 1698. illo jure impetrato, nunc pariter, ut aliæ academiæ illos renunciat.

3. (*b*) Per metonymiam efficientis pro effecto ſignificat manufacta, Manufacturen, Puppen-Zeug, tenuicula, artes mechanicas, quinquailleries. Unde quoque *de la Croix dans le tome ſecond de ſa Geographie p.* 148. ſcribit: *Nuremberg c'eſt une ville tres-conſiderable par ſon commerce, ſes manufactures, moulins, martinets, & ſes quinquailleries &c.* Senſus itaque proverbii noſtri eſt: Manufacta Norimbergica per totam circumferuntur Germaniam, imo per omnes fere regiones usque ad ſublunares.

Hinc quoque nonnulli dicunt: Nürnberger Hand geht durch alle Land; Item: Was macht man nicht zu Nürnberg ums Geld. Hoc certum, quorſumcunque veneris in Germania, iſta Norimbergenſium deprehendes mercimonia manufacta. Conf. omnino *Limnæus Lib.* 2. *Juris Pub. c.* 35. *&. Dn. Wagenſeil. de S. R. I. libera Civitate Norimbergenſi p.* 160.

4. Declara quod procedat ratione artium mechanicarum, non vero, uti quidam aliquando volebat, ratione poteſtatis, & eo ſenſu, quo alias

dici ſolet: an neſcis, Regibus longas eſſe manus? quaſi ſc. & Civitas Norimbergica ob id, quod amplas habet poſſeſſiones, longas quoque haberet manus. Conf. *Struvii Diſſ. de Conſuet. Rat. & irrat. ſect. 2. art. 1. §. 7. Carpz. L. 1. Rz. t. 5. Rz. 47. n. 3. 4. & 5.* De origine hujus proverbii *vid. Latherus de cenſu L. 3. c. 19. p. 850.*

XXXIX.

1. Niemals nüchtern und niemals voll,
Thut in Sterbens-Läufften wol.
Si jejunus & ebrius es nunquam,
Sic tempore peſtis non peribis unquam.

2. Eſt Medicorum proverbium, quo tempore peſtis bonum regimen & diætam commendare ſolent.

3. Ratio, quia ſtomachus jejunus & nimio cibo ac potu repletus admodum diſpoſitus eſt ad contrahendum morbum.

4. Ampl. ut procedat etiam quoad alios morbos contagioſos. Vid. Johann Georg Landbeck *in tractatu ſuo*. Siehe dich vor Franckenland *p. 65.*

5. Optimum ergo conſilium eſt, ut temperanter vivamus, jejuni diu non maneamus, nec ſtomachum nimio potu ac cibo oneremus.

XL.

1. Nothwehr iſt keinem verbotten. Defenſio ſui ipſius nemini interdicta eſt.

2. Ra-

2. Ratio quia ſicuti quodlibet animal, ein Würmlein krümmet ſich / wann es getretten wird / ita imprimis etiam homo conſervationem ſui ipſius quærit: hinc aliud natum proverbium: *Dente lupus, cornu taurus petit*, es wehrt ſich ein jeder ſo gut er kan, nec enim vim atque injuriam ferre tenemur, ſed adverſus eam nos defendere poſſumus: quapropter etiam a *Grotio* cauſa belli juſtifica conſtituitur injuria de *Jure Belli ac Pac. L.* 2. *c.* 1. §. 1. *n.*4. *&* §. 2.

3. Fundatur non tantum in Sacra Scriptura (vid. 2. Samuel. 2. v. 21. 22.) ſed & jure divino naturali *Puſendorfius de Jure Naturæ & Gentium L.* 2. *c.*6. ut & civili, & quidem in *l. ut vim.* 3. *ff. d. juſtit. & jur. l.* 1. *& per tot. ff. d. Vi arm.*

4. Declar. (1) ſi ſcil. fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ, h.e. modo quis in continenti ſe defendat, non ex intervallo, quando judex adiri poteſt *Grotius d. l.* §. 26. *Stryk apud Barboſam in Theſ. Loc. Com. ſub voc. moderamen ax.* 1. Menſchen tödten iſt eine groſſe Sach / man bedenck ſich wol / und thu gemach. (2) Fiat animo injuriam propulſandi non vero ſe ulciſcendi. *Barboſa in Theſ. Loc. Com. ſub voc. vis ax.*6. *Grotius & Puſendorfius d. l.* (3) paribus non diſſimilibus expediatur armis. Quod ultimum ſicuti non nullis, in ſpecie vero *Arumæo Diſput.* 1. *ff.* §.2.*p.*3. diſplicet; ita quoque retineri poteſt, ſi paritas illa ad omnia illa extendatur arma, quibus quis occidi poteſt. Quodſi vero excedatur in moderamine inculpatæ tutelæ, tunc ille exceſſus punitur extraordinarie. *Stryk. d. l.*

5. Ampliatur (1) in tantum, ut obligetur homo & teneatur ad defensionem suæ vitæ, cum hanc non proprio sed alieno jure, & quidem a DEO, habeat *Grotius d. l.* §. 8. *in notis*.. Adeoque sit juris Nat. præceptivi *ibid.* §. 1. *in not.*

6. Ampl. (2) ut facienda etiam cum cæde invasoris. *Grotius d. l.* §. 3. *n.* 1.

7. Ampl. (3) Licet invasor furore aut insomniis agitetur *ibid.* §. 3.

8. Ampl. (4) etiam in adjutores invasoris *ibid.*

9. Executio est in persona Principis & Magistratus *ibid.* §. 9. quod tamen cum grano salis accipiendum esse puto.

10. Quousque virgo pudicitiam, famelicus vitam, miles stationem, puerpera se ipsam tueri possit cum internecione alterius? vid. *Grotius & Pufendorfius d. l.* Add. *Granz. de defensione inquisitorum c.* 6. *m.* 2. §. 2. *a.* 8. *per tot. p.* 769. *Eisenthartii dissertatio de moderamine inculpatæ tutelæ Helmstad. habita* Lembkens *dissert. Rostochii de eo quod justum est circa defensionem ventilata, Richteri Professoris Jenensis dissertatio de defensione necessaria extrajudiciali, Schræteri dissertatio de Patrocinio homicidarum Jenæ olim habita, & Bergerus in Electis Criminalibus memb.* 3. §. 8. *p.* 100. *seqq.*

XLI.

1. Geschwister sind keine Noth-Erben. Fratres & sorores non sunt heredes neces-

necessarii, h. e. frater aut soror non est necessario heres instituendus in testamento fratris vel sororis, sed possunt secure præteriri in illo, & extranei plane heredes denominari.

2. R. quia tam arctum vinculum naturæ, & tam stricta necessitudo sanguinis non est inter fratres & sorores, quam inter Liberos & Parentes. *Hoppius in Comment. instit.* §. 5. *de Exhered. Liber. p.* 418. utpote qui necessario se heredes invicem instituere tenentur. *Nov.* 115. *c.* 4.

3. Prob. *per* §. 5. *inst. d. t.*

4. Ampl. ut procedat non tantum quoad fratres & sorores consanguineos & uterinos, sed etiam quoad germanos legitimos tamen.

5. Fallit, quando fratribus aut sororibus germanis & consanguineis turpis aliqua persona vel levis notæ macula laborans in testamento præfertur & heres instituitur. *l.* 27. §. 1. *C. de inoff. testam.* E. G. Quando testator liberis & parentibus destitutus condit testamentum, & in eo meretricem quandam instituit heredem, suum vero præterit fratrem consanguineum, aut germanum tunc præterito competit querela inofficiosi testamenti, nisi scilicet & ipse frater præteritus turpis sit persona *l.* 11. *C. eod.* Conf. omnino *B. Brunnemannus in Comment. ad dictas leges & illustris Strykius ad Barbosæ Thesaurum Loc. Com. sub voc. querela inofficiosi ax.* 2. *& dissert. inaug. Dn. Georgii Caspari de Ahna de Querela inofficiosi testamenti fratrum inspecie Altdorfi habita per tot. Sonnemannus in Legibus Notabilioribus l.* 9. *lit. F. p.* 138. Notanter autem

dictum fuit: *consanguineum:* uterinus enim frater non potest experiri querelâ inofficiosi testamenti, utut turpis quid ei prælata fuerit persona *d.l.* 27. *ibique Brunnemannus.*

XLII.

1. Noth sucht Brod.
Necessitas quærit panem, h. e. necessitas eo adigit, ut vel invitus quis lucretur panem.

2. R. quia necessitas optimus rerum magister est, & illa etiam docet, quæ nemo ante oculos animumque sibi antea proposuerat. Omnia novit græculus esuriens, & ingenii largitor venter est.

3. Ampliatur in tantum, ut interdum etiam ad furti crimen quis adigatur, es stiehlt ein mancher aus Noth. Quousque autem hoc conservandæ vitæ causa licitum sit vid. *Grotius de Jure Belli ac Pacis L.* 2. *c.* 2. §. 6. Nimirum (1) adesse debet animus restituendi rem necessitatis impulsu ablatam (2) necessitas debet esse inevitabilis (3) requiritur, ut, si possibile fuit, possessorem rei ablatæ antea interpellaverit de illius communicatione. Vid. *D. Simon in Dissertatione Academica de ablatione rei in causa necessitatis facta, quæ Jenæ prodiit* 1675. *th.* 3. 4. Quid objici soleat, tradit *idem Simon ad Guilielmum Grotium de Principiis Jur. Nat. c.* 2. §. 5. *p.* 32. *& cit. differt.*

XLIII.

XLIII.

1. Nichts ist gut für die Augen, nicht aber für den Magen. Prodest oculis pompholyx, h. e. cinis metallicus nascens in summatibus fornacum. Alias dicitur *nil album*. Vid. *Faber in Thesauro Lat. Linguæ sub voc. pompholyx*. Hoc loco autem & quando proverbialiter usurpatur nichts idem est ac nihil, ita ut sensus sit; τὸ nihil oculis non verò stomacho conducit.

2. Ratio, quia stomachus, non oculus, appetit cibum & aliquid solidi.

3. Adstipulatur huic quodammodo *l. quod plerumque* 2. *C. de aliment. pup. præst.* ex qua quippe infertur, quod vento nemo vivere præsumatur.

4. Obstare videtur Oseæ c. 12. ℣. 2. ubi occurrit phrasis: pascit ventum, er weidet sich vom Wind. Sed enim ibi plane improprie capitur, pro irrito sc. labore. Sic, cum superiori seculo Protestantes & Catholici variis Satyricis scriptis se invicem lacessissent, tandem Lutherani publica autoritate librum apologeticum Haupt-Vertheidigung deß Aug-Apffels emiserant in lucem, Jesuitæ alio libello, nichts ist gut für die Augen dicto, eum oppugnaverant, indicaturi hac rubrica laborem eorum vanum esse ac irritum. *Vid. Rechenbergii Summarium Histor. Ecclesi. Period.* 5. *c.* 2. §. 15. *p.* 684. *seq.* Profani scriptores paulo aliter phrasi illa, *ventum pascit*, utuntur, de homine nimirum paucissimi cibi.

cibi. *Vid. Zehnerus Adag. Sacr. Cent.* 4. *ad.* 67. *p.m.*660.

5. E. G. Si pupillus nulla habuit bona, & tamen imbutus fuit studiis, tunc præsumitur tutor eum de suo aluisse, cum vento nemo vivere credatur. Et hæc præsumtio juris est. *Menochius L.* 6. *præs.* 71. nisi pupillus per alium se consecutum alimenta probet. *Brunnem. ad d. l.* Unde quoque sumtus illos alimentorum repetere potest tutor, cum de suo pupillum alere non teneatur, sed mittere possit eum ad proximum agnatum vel cognatum. *Brunnem. l. c.*

XLIV.

1. DEß einen sein Nein! gilt so viel als deß andern sein Ja! Alterius negatio tantum valet, quantum alterius affirmatio, h. e. quando alter aliquid affirmat, nec tamen probat, alter vero id ipsum negat, tunc eadem facilitate, qua quid dictum, eliditur, & æque tantum fidei neganti tribuitur ac asserenti.

2. Ratio: Nec enim sufficit aliquid dicere, sed dictum oportet probari *Barbosa in Thesauro Loc. Comm. sub voc. probatio ax.* 34.

3. Declar. (1) ut procedat imprimis in judicio, ubi ille, qui affirmat aliquid, hoc quoque probare tenetur, sive sit actor, sive reus, cum affirmanti incumbat probatio §. *non solum* 4. *inst. de Legat.*

4. Do-

4. Declar. (2) ut procedat quoad actorem & reum. Aliter enim res comparata est cum teste, utpote cujus affirmatio probationem inducit semiplenam, & hinc plus valet, quam negantis negatio.

5. Limit. (1) ut, si in judicio asserit aliquid actor, reus vero contradicit, hujus potior ratio sit, quam illius, sein Nein gilt mehr als deß andern Ja! cum actore nil probante reus absolvatur, *cap. cum Ecclesia 3. in f. x. de caus. poss. & propriet. l. 25. ff. de jure Fisci. Conf. Barbosa d. l. sub voc. actor ax. 7.*

6. Limit. (2) nisi affirmans sit fide dignissima, negans vero levissima persona; hoc enim casu huic minus fidei quam illi impertitur. Procedit ergo cæteris tantum paribus.

XLV.

1. **NArren-Spiel will Raum haben.** Petulantia sive lascivia in loco spacioso exercenda, h. e. petulantia desiderat modum *Hertius in Tract. select. & rar. Jurisprudentiæ argum. de Parœmiis L. 1. par. 114. p. 582.*

2. Ratio quia alias facile nocere potest.

3. Declar. ut si quis modum non observet, sed ex lascivia deinde damnum causetur, hoc impune non abeat, quia lascivia ipsa culpa est, & plerumque lata *l. pen. ff. de Vi bon. rapt.* E. qui lascivia fugat armentum, tenetur actione in factum *§. interdum 11. Inst. de obl. quæ ex del.* & qui per lasciviam causam mortis alteri præbet, coerce-

coercetur *l.* 4. §. *ff. de Sicar.* Conf. *Tabor. apud Barb. in Thes. Loc. Comm, sub voc. lascivia ax.* 1.

XLVI.

1. Es ist besser mitmachen, als ein Narr allein seyn. Melius est hinnire cum equis & ululare cum lupis, quam aliis ludibrio esse.

2. Ratio quia qui sibi soli sapit, stultus habetur, qui vero ad nutum aliorum suos componit mores, sapiens esse creditur.

3. Declar. ut procedat in rebus indifferentibus, ceremonialibus ac politicis.

4. Fallit in rebus moralibus, theologicis divinis ac juridicis, ubi non tam vota numeranda, aut currendum cum majori agmine, man muß hier eben nicht mit dem grossen Hauffen lauffen, quam voluntas divina, Sacra Scriptura & rationes respiciendæ. Recte *Apostolus Paulus* 1. *Cor.* 4. *v.* 10. Wir sind Narren um Christi willen, ihr aber seyd klug in Christo, cui adstipulatur *Eph.* 4. *v.* 4. Sententia namque, singularis rationibus munita, prævalet opinioni communi, illis destitutæ. Recte *Tiraquellus de Nobilitate c.* 25. *n.* 9. Doctor absque legibus aut rationibus est tanquam Comes sine comitatu & fides absque operibus. *Conf. omnino Lipsius Politicorum Lib.* 3. *c.* 8. *n.* 7. & *Poltii Dialect. Jur. c.* 3. *Q.* 7. *p.* 62. *Arthurius Dukius de Aut. Jur. Civ. L.* 1. *c.* 8. *th.* 11.

XLVII.

XLVII.

1. **Nahrung ist kein Erbe.** Victus non est hereditarius, ſive non pertinet ad hereditatem. Habet duplicem ſenſum (1) quod res, quæ ad victum pertinent, ſub bonis hereditariis non contineantur, de quo vid. *Hertius in Select. & Rarior. Jurisprudentiæ argumentis de Parœm. Jur. Germ. L. 1. par. 5. p.* 397. (2) quod alimenta non transferantur ad heredes, ſed cum defuncto expirent.

2. Rationem prioris, ſi dicam, quod res eſt, videre nequèo, cum ne Saxonico quidem jure, quo uxor alias comeſtibilia den Mußtheil habet, hæc ſimpliciter ad uxorem, ſed tantum pro dimidia parte, pertineant, altera vero dimidia heredis ſit *Beſoldus in Theſ. ſub voc.* Mußtheil, *p.* 648. Ratio poſterioris eſt, quia alimenta perſonaliſſimum quid ſunt, nec ultra vitam beneficiarii durant *l.* 8. §. 10. *ff. d. transact. l.* 14. *de Aliment. & cib. leg.* vel, quia alimentorum ſubjectum anima eſt & corpus; corpus autem non tranſit ad heredes. *Tabor apud Barboſam in Theſ. Loc. Com. ſub voc. alimenta ax.* 1. *Wehnerus ſub voc.* Leibgeding, *Brunnemannus in C. ad l.* 56. *ff. de Uſufruct. & quemad. l.* 8. *ff. de Uſu & Uſufr. leg. Reyherus, Profeſſor Kilonienſis, Fautor ſingularis, in diſſert. de Alimentorum juribus p.* 18. *n.* 122. Hinc alimentorum præſtatio ſemper tacitam hanc conditionem adjectam habet: ſi ſc. alimentarius iis opus habuerit *ibid.*

3. De-

3. Declar. (1) ut, si alimenta tempus habeant adjectum, non debeantur usque ad mortem alimentarii, sed ad terminum sive tempus præfixum. *Surdus de Alimentis Tit.* 5. *Q.* 2. *n.* 2. *p.* 526. Quia quæ ad tempus concessa, illa lapso tempore cessant.

4. Declar. (2) quod, quamvis alimenta non ita transferantur ad heredes, ut alimentario mortuo, hujus heredes alimentationem quoque petere possint, transferantur tamen ita, ut alimenta debentis heredes illa tam diu suppeditare teneantur, donec alimentarius fuerit mortuus.

5. Limit. nisi sint alimenta præteriti temporis *Surdus d. l. Q.* 1. *n.* 39. *p.* 519. hæc enim quin heres alimentarii petere possit, vix dubitari meretur.

XLVIII.

1. **Es ist besser ein Nachbar an der Wand, als ein grosser Freund über Land.** *It.* **Es ist besser ein Nachbar in der Nahe, als ein Bruder in der Ferne.** Præstat vicinum habere præsentem, quam magnum amicum absentem.

2. Ratio: potest enim ille officium suum in casu necessitatis præstare & auxilium præstare vicino; hic vero neutiquam. Recte *Lipsius L.* 4. *Polit. c.* 9. habet. Felices colant & vicinos, qui non mediocri valent potentia ac in proximo habitant. Conf. Reinkingk *de Regim. Sec. & Eccl. L.* 2. *cl.* 3. *c.* 3. *n.* 28. *p.* 483. unde quoque qui-

quidam domum suam venditurus publicari jussit, bonum se habere vicinum.

3. Declara hoc, modo vicinus quoque bonus sit: sicut enim hic auro carior nobis esse debet; ita e contrario malus vicinus onus miserum & grave est, es ist nichts über einen bösen Nachbar. Nunc enim ædificando solet facere injuriam, nunc furando, nunc calumniando. *Vicinum habere nunquam, malum est, nunc ego verum illud verbum experior vetus, aliquid mali esse propter vicinum malum*, inquit Plautus in Mercatore. Quapropter etiam ob malum vicinum res esse dicitur minoris pretii. *l. quod sæpe* 35. *in f. ff. de Contrab. Emt.* Add. *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Com. sub voc vicinus ax.* 2. De vicino, qui nec prodest, nec nocet exaudiendum est illud: Nachbar über den Zaun, Nachbar wieder herüber, de quo vid. *Agricola* in Außlegung gemeiner teutschen Sprüchwörter *P.* 1. *n.* 242. 146.

XLIX.

1. MIt Nachbarn ist gut Städel *(a)* bauen. Ope vicinorum facile ædificantur horrea.

2. Stadel idem est ac horreum eine Scheuer. Vid. Spate im teutschen Sprach-Schatz *p.* 2114.

3. Scilicet moris est in quibusdam locis, ut vicinus vicinum juvet in ædificando, hic apportat panem, iste carnem, ille potum, & manum

adhuc admovet erigendis tignis, quæ faber lignarius fabricatus est. Quoniam autem hoc valde conducit ædificantibus, hinc proverbialiter dici cœptum fuit: mit Nachbarn ist gut Stadel bauen, quamvis *Besoldus in Thes. Pract. sub voc.* Nachbarn *p.m.* 702. paulo aliter istud adhibere videatur, ita ut sensus sit: juxta bonos vicinos bonum est ædificare horrea, quod exinde patet, quia allegat illud *Hispanorum* adagium: Gegen einen guten Nachbar verheyrathe deine Tochter, und verkauff deinen Wein, deinde subjiciens: wir sagen: Mit Nachbarn ist gut Stadel bauen. Conf. *Bidembach in Promptuario connubiali them.* 65. *p.* 304.

In te talis erit, qualem te senserit alter.

L.

1. GRosse Narren (*a*) grosse Schellen. Majorem stultitiam, majores decent nolæ, h. e. quo quis in altiori positus est loco, eo majorem admittit stultitiam. Alias sed paulo mitiori sensu, dicitur: Grosse Leute, grosse Fehler, de quo vid. Reinkingk in der Biblischen Policey *L.* 2. *ax.* 92. *p.* 407.

2. (*a*) De variis stultitiæ speciebus vid. *Besoldus in Thes. Pract. sub voc.* Narr *p. m.* 700. Fatuus omnino desipit, stultus inepte agit, stolidus hebes & vecors est, sannio & morio simulat stultitiam, und dieses ist der erste Grad, denn 10. Phantasten machen erst einen Narren.

3. Ra-

3. Ratio talia enim sunt prædicata, qualia permittuntur esse a suis subjectis.

4. Origo dicterii nostri hæc esse videtur: Nolæ sive tintinabula quondam præcipuum ornamentum & decus Principum aliorumque magnatum erant, prouti confirmat hoc ille natalitius Christi hymnus: da die Schellen klingen/ Regis in Curia. *Famosus ille Polyhistor. Dn. Tenzelius in Bibliotheca curiosa Repos.* 4. *A.* 1704. *p.* 346. & post eum *Anonymus* in denen auserlesenen Anmerckungen über allerhand wichtige Materien und Schrifften *P.* 1. *p. m.* 408. Von dem Hällischen Schellen-Moritz. Quoniam autem nolis illis plerumque abutebantur superbiores, indem sie Schellen von 6. biß 20. Pfund trugen *ibid.* (quod sane non levem sapiebat stultitiam) res tandem in proverbium abiit & dici cœptum est: Grosse Narren/ grosse Schellen/ cumprimis, quia fatui rebus gaudere solent sonoris. Conf. *Zeilerus in Opera Epistolico P.* 1. *Ep.* 79. *p.* 822.

LI.

1. DEr Mutter Treu ist alle Tage neu. Matris fidelitas singulis reviviscit diebus, h. e. amor maternus erga liberos perpetuus est. Videtur petita esse hæc parœmia ex *Thren. Jerem. c.* 3. *v.* 22. 23.

2. R. Consistit in pietate & affectione, quæ matri naturalis est & summa. *B. Lauterbachius in Collegio Theoretico-Practico P.* 2. *L.* 27. *t.* 2. §. 2.

 p. 686.

p. 686. & *L.* 26. *t.* 4. §. 8. *p.* 608. Ratio rationis, quia certa est mater de maternitate, & consequenter de filiatione; sive prout in *l. matris pietas C. qui pet. tut.* dicitur, quia amor pius circa filios matrem sine suspicione facit.

3. Declar. valere dicterium hoc regulariter, & quam diu non convolat ad secunda vota.

4. Effectus, quod matri liberorum pupillorum deferatur tutela, ut & eorum educatio, si patris consilium deficiat *Lauterbach d. l. Montanus de Jure Tutelarum c.* 9. *n.* 54. *p. m.* 162.

5. Fallit regulariter in matre ad secundas nuptias transeunte, quia per eas mutari præsumitur affectio materna, cum matres denuo nubentes non solum res filiorum sed & vitam addicant novis maritis. *l.* 22. *vers. lex enim C. de Administr. tut.* Add. *Hoppius in Comment. Inst.* §. 1. *de Legit. Agnat. tut.* Plura vide in parœm. Wann die Henne zum Hahn kommet, so vergisset sie ihre Junge sub voc. Henne.

6. Exemplum aliquod singulare exuberantis amoris materni erga filios vid. apud Angelum in der Holsteinischen Chronick. *p. m.* 47.

LII.

1. WEr mächtig ist, wird auch vermessen,
Grosse Fisch die kleinen fressen.

Potentia parit arrogantiam, piscis minor esca majoris est, vel ut *Poëta* canit:

-- -- -- *Sic pisces sæpe minutos magnus*

magnus comest. *Autor Epistolæ Politicæ de Peregrinationibus p.* 169. sequentia addit:

Wer oben sitzt, der läßt sich grüssen,
Und tritt die Untersten mit Füssen,
Der Starck'st hat allenthalben Recht,
Der Schwäch'st ist ein geplagter Knecht.
Wer mächtig ist, der wird vermessen,
Grosse Fisch die kleinen fressen.

2. R. quoniam natura nostra corrupta ita comparata est, ut pauci recte uti queant fortuna & potentia sua. Plurimi elatioris fiunt animi, & inferiorem ac imbecilliorem non tantum præ se contemnunt, sed eum plane opprimunt. Quapropter etiam contemtor animus & superbia commune nobilitatis malum a Sallustio dicitur. Conf. *Lipsius L.2. Pol. c.* 15. *n.* 2. 3. 4. 5. *&* *L.* 3. *c.* 8. *n.* 9. *in Not.*

3. Exempla vide apud *Reinkingium* in der Biblischen Policey *L.* 2. *ax.* 7.

4. Declara, parœmiam procedere non nisi ut plurimum, & dicere saltem quid fiat, non vero quid fieri debeat. Solenne & luculentum exemplum præbet nobis *Vespasianus*, quippe qui in melius mutatus fuit, postquam ad imperatoriam pervenit dignitatem. *Tacito teste Lib.* 10. *Annal.*

5. Amplia, ut intelligatur quoque parœmia de illo, qui bonis & divitiis potens est. Conf. *par.* Guth verlohren, Muth verlohren.

LIII.

1. DEß Teufels Märtyrer leyden vielmehr denn Christi Märtyrer. Diaboli martyres pluribus cruciatibus obnoxii sunt quam Christi martyres. Est Lutheri dictum.

2. R. quia infernalis quæstus durior est & acerbior quam cœlestis. Die Hölle wird viel säurer verdienet denn der Himmel. Reinhold von Derschau *in Hodosophia Viatoris Christiani p. 652.*

3. Exemplo nobis sunt ebriosi & vinolenti, qui totos dies noctesque perpotant, & myriades poculorum exhauriunt, donec spiritum effundunt extremum, Es muß ein mancher viel hundert Eymer Wein, Bier und Brandewein in seinen Leib hinein schütten, und dabey viele Schläge und allerhand Ungemach und Schmertzen von Podagra, Chiragra öffters und lange Zeit erdulden, biß er endlich sich ersäuffet. Nicht besser gehet es denen Hurern und Ehebrechern, welche durch ihre Unfläterey allerhand Kranckheiten, absonderlich aber die s. v. Frantzosen sich an den Halß huren, und öffters bey lebendigen Leib anzufaulen fangen, und viele Jahre elendiglich liegen und leyden müssen, biß sie ihr Martyrium Diabolicum überstanden. Nec obstat Latinorum illud dicterium: Facilis descensus Averni. Verum enim hoc est, quatenus quodlibet peccatum mortale est, & æterna damnatione dignum.

LIV.

1. MAnn und Weib haben kein gezweyet Guth. Maritus & Uxor non habent bona diviſa ſed communia. Belgæ dicunt: Man ende Wyf hebben geen verſcheyden Gout, de quo vid. *Anton. Matthæi in parœm. Belgarum JCtis uſitatiſſimis.*

2. R. quia, ſicuti conjugibus corpora ſunt communia, quod majus eſt, ita etiam bona, tanquam minus aliquid, ſunt communia. Ratio ſpecialis quoad emporia iſta, ubi parœmia hæc in uſu eſt, videtur poſita eſſe in ſecuritate commerciorum. *Stryk. in Diſſ. de Poteſtate mariti in bona uxoris Francof. ad Viadrum edita. c.* 1. §. 6.

3. Firmat parœmiam hanc *Jus Sax. L.* 1. *art.* 31. *Jus Lubeccenſe*, *Culmenſe*, *Gedanenſe &c.* Vid. *Kleinii Profeſſ. Roſtochienſis Diſſ. Acad. dec.* 2. *th. ult.* ut & generalis totius *Weſtfriſiæ* ac *Gueſtphaliæ* conſuetudo add. *Hartz in Tr. Crim. de Veneſ. inquiſ. concl.* 13. *n.* 1. idem ſtatutum eſt de Jure Franconico provinciali *p.* 3. *t.* 90. *p. m.* 259.

4. Declata, (1) quod pro diverſa ſocietatis ſpecie, etiam iſta communio diverſa ſit. Quemadmodum autem ſtatuta variant, quoad ſocietatis conſtitutionem, & in uno loco major ſocietas inter conjuges initur quam in alio, ſic v. g. alicubi ſocietas omnium bonorum, tam quoad illa, quæ tempore initi matrimonii habuerunt, quam quæ conſtante matrimonio adquiſiverunt, ali-

alicubi vero ſocietas bonorum ſimpliciter ſ. quæſtuum initur, quæ, adquiſita conſtante matrimonio, inter conjuges communicat; ita etiam effectus communionis diverſus eſt: poſteriori enim caſu omnia adquiſita communia ſunt, quoad lucrum & damnum. Priori vero caſu competit conjugibus adminiſtratio omnium illorum bonorum communium. Conf. omnino *Bernhardi* Schultzens *Antecesſ. quondam Rinttelienſis & Kilonienſ. Famigeratiſſ. Diſſ. Academ. de communione bonorum inter conjuges* §. 12. 14. Et dominium pro dimidia parte *ibid.* quam quilibet conjugum alienare poteſt, non vero aliquid de altera ſemiſſe in alterius conjugis præjudicium *ibid.* Communis autem utriusque ſocietatis effectus erit, quod conjux ſuperſtes creditoribus prioris matrimonii usque ad quantitatem bonorum communium reſpondere cogatur.

5. Declara, valere (2) parœmiam hanc Saxon. Jure qua individuum vitæ uſum. *Mevius ad Jus Lubeccenſe P.* 2. *t.* 2. *art.* 12. *n.* 106. *p.* 172. niſi ſcil. adſint liberi ex defuncto conjuge, ſic enim communio inter ſuperſtitem conjugem & liberos manet, minimum quoad ſocietatem omnium bonorum. Idem etiam de Jure Lubeccenſi procedit *Mevius c. l.*

6. Decl. (3) procedere dicterium hoc de Jure Saxon. tantum ratione bonorum conſtante matrimonio adquiſitorum von rauher Wurtzel. *Conſil. Marburg. Vol.* 1. *conſ.* 26. *n.* 143. *Add. Stryk. in dict. Diſſ. l. c.* Idem de Jure Franconico ſtatutum vid. Demrath *in faſciculo differen-*

rentiarum Juris Francon. & communis Diff. 6. P. 2. p.m. 79. n. 8.

7. Ampliatur de Jure Saxon. etiamsi sponsalia tantum per conscensionem thori conjugalis consummata sint. *Besoldus in Thes. Pract. sub voc.* Beht.

8. Fallit quoad bona extra matrimonium adquisita, ad quæ autem non pertinent bona dotalia, sed ad communia, quæ pro semisse mariti sunt. Schultzen *c. l.*

LV.

1. Wer ehe (vor) kommt, der mahlt ehe (vor) h. e. prior in mola prior quoque molit, sive ut vulgo dici assolet: prior tempore, potior jure.

2. Ratio, (1) quia in re, cujus usus pluribus communis, jus semel quæsitum ab alio superveniente tolli non potest. (2) quia si nullus ordo ratione temporis, attenderetur, concursus hominum confusiones, discordias ac rixas pareret. *Mylerus ab Ehrenbach in Metrologia c.* 17. §. 6. *n.* 2.

3. Assentit *l.* 10. & 11. §. 1. *ff. qui pot. in pign. l.* 29. *l.* 201. *ff. d. R. I. c. cum autem* 24. *x. de jur. pat.*

4. Amplia (1) etiamsi prioritas sit in hora aut momento *Richterus de Privileg. Cred. S.* 3. *c.* 4. *n.* 13. *Gail.* 2. *ob.* 25. *n.* 3. Sic *v. g.* ratione minimi temporis unum instrumentum altero dicitur prius *Strauch. differt. de tempore c.* 4. §. 7.

5. Ampl. (2) ut procedat tam in agendo quam in excipiendo & replicando *Barbosa in Thesauro Loc. sub voc. prior. ax.* 2.

6. Decl. modo pares in causa concurrant *Barbosa d. l. Carpz. P.* 1. *const.* 28. *def.* 102. *n.* 5. sive quod perinde est, modo persona præventa ejusdem sit conditionis ac qualitatis cum illa, quæ supervenit *Mylerus d.l.* §. 8. *n.* 2. Hinc quando duo concurrunt, alter, cui simpliciter vel jurato facta promissio, alter, cui postmodum res actu vendita, is, cui res vendita, etiamsi neutri traditum sit, potior est, utut tempore sit posterior. *Dn. Bötticher, Prof. Helmstadiensis in dissert. de eo qui in emtione potior th.* 7. Ratio, quia sunt disparis conditionis, alter enim, paciscens, alter vero contrahens est. Idem dicendum, quando aliquis contra juris prohibitionem rem duobus distinctis temporibus venditam posteriori emtori tradiderit, sic enim rursus potior est posterior, cui res tradita *l.* 15. *C. d. R. V.* quia alter est emtor tantum, alter vero & emtor & possessor: in pari autem causa melior causa possidentis est *l.* 10. *ff. de Pign.* cum eo ipso, dum rem venditam accepit, disparis conditionis factus sit cum priori emtore. Vide tamen *Boeckelmanni diff. Jur. Civ. & Can. c.* 40. *n.* 4. 5. 6. & *c.* 29. *n.* 2. 3. 4. modo, quod probe notandum, secundus emtor non sit in mala fide; alias enim si sciens rem alteri venditam emit, & in fraudem primi emtoris traditionem impetrat, postponendus erit priori, ne ipsi dolus proprius prosit. *Bötticher d.l.* §. 22.

7. Exem-

7. Exemplum primum, & quidem in propria significatione habemus in pistoribus, qui nullum jus prælationis præ aliis habent in molendo. *D. Ludeking. Professor apud Rinthelienses, Affinis colendus, in disput. ad institut.* 8. §. 6. Et hoc vulgo appellare solent **das Mühlen-Recht.** *Mylerus d. l.* Nisi sc. sint bannaria molendina, **dann in diesen werden die Zwangs-Gäste billich allen andern vorgezogen.** Quia (1) enim dominus sibi quæsivit jus cogendi in subditos, ideo in hoc gravati in alio relevari debent. *Id. Ludek. d. l.* (2) Nisi posterior superveniens sit molæ dominus, utpote qui prioribus eapropter præferendus videtur, quia quilibet præsumitur rem suam primum, deinde vero aliam curare. *Mylerus d. l.* §. 8. Quod tamen falleret, si frumentum in fundibulo jam tum esset inditum, perfecte autem nondum emolitum; sic enim dominus superveniens prioritatem in molendo prætendere nequit. *Mylerus d. l.* §. 9. ut & tunc, quando dominus molendinum locasset absque ullo jure prioritatis in molendino sibi reservato: hoc enim casu rursus quilibet prior ad molam accedens prærogativam quoque tempore quæsitam in molendo obtinebit. *Mylerus d. l.* §. 10. *n.* 1. & 2.

8. Exemplum aliud in impropria significatione suppeditant simplices hypothecarii, utpote inter quos rursus obtinet nostra regula. *Strauchius d. l. Arnold* **vom Vor- und Nachgang der Gant-Gläubiger** *cl.* 3. *p.* 85. *n.* 1. *Lauterbach tit. qui pot. in pign. p.* 408. *Simon van*

Leeuwen

Leeuwen in censura forensi L. 4. *c.* 11. *n.* 16. *p.* 493. ita ut & hic illius, qui unico momento priorem habet constitutam hypothecam reliquis præferatur *Lauterbach d. l.* etiamsi prior generalem tantum, posterior vero specialem hypothecam habeat *Gail. & Lauterb. d. l.* modo prior contrahens prior quoque pignus, aut tertius quidam possideat *Lauterb. d. l.* Vide tamen *Mevius P.* 5. *d.* 3. ubi exceptionem facit quoad pignus prætorium.

9. Exemplum tertium est in curribus sibi obviam venientibus, ubi qui prior pontem ascendit, primus quoque transit, sive currus vacuus sit sive plenus, sc. de jure Saxonico & Suevico Land-Recht *L.* 2. *art.* 59. Schwaben-Spiegel *L.* 1. *art.* 233. §. 1. *Mylerus d. l. Conf. tamen Struvii Jurisprud. Rom. Germ. For. L.* 2. *t.* 3. *aph.* 8. *p. m.* 176.

10. Exemplum quartum suppedidat *Surdus de alimentis t.* 1. *q.* 94. *n.* 15. 16. *p. m.* 222. statuens, quod hæc patri & matri tanquam tempore prioribus sint præstanda præ liberis. Quod tamen uti dubium est, ita quoque meum nondum facio. Add. omnino *Dn. Thomasii dissert. de prioritate ac posterioritate temporis dubia atque incerta, quæ ordine quinta est in Volum. Dissert. per tot.* ut & *Dissert. inauguralis Dav. Tilemanni Mœlleri d.* 13. *Mart.* 1714. *de hac parœmia Grœningæ habita*, ubi inter alia & hoc tradit, quod in ultimis voluntatibus & Legibus posterior deroget priori, ita ut in his exceptio facienda sit a regula. Conf. die gelehrte *Fama P.* 34. *p.* 706.

LVI.

1. **Meisters Sohn bringt das Recht** (a) **mit sich.** Magistrorum filii jura secum afferunt.

2. (*a*) Per jus h. l. intelligitur jus magisteriale opificum das Meister-Recht, de quo vid. *Beier in Tract. de Magistro prudentiæ juris opificiarii c.* 12. *p. m.* 138. Differt abinde specimen artis das Meister-Stuck, a quo interdum quoque immunes sunt magistrorum filii *ibid. c.* 8. *n.* 241. *p.* 86. *&* *c.* 10. *n.* 353. *p.* 123.

3. Ratio consistit in eo, ut filii magistrorum aliquod solamen habeant suæ conditionis *Beierus de domesticis Opificum c.* 12. *n.* 549. *p.* 132.

4. Declaratur ita ut procedat de sumtibus illis, quæ in jura magisterialia impendi solent.

5. Ampliatur (1) ad viduas & filias magistrorum *l.* 11. §. 1. *&* *l.* 13. *in med. C. de Advocat.*

6. Ampliatur (2) etiam ad junioratum, ita ut filii magistrorum ab hoc immunes sint. *Beierus de domesticis opificum n.* 569.

7. Limitatur (1) ut procedat in tantum, non vero in totum, & quidem pro diversitate opificiorum *ibid. c.* 11. *per tot.*

8. Limitatur (2) in filiis magistrorum extraneorum, sive qui non sunt magistri nostri, die da zwar Meisters Söhne, aber eines andern Handwercks, oder wenigstens doch nicht von der Zunfft sind, in welche sie sich einlassen wollen.

LVII.

1. DEr Mauer (*a*) die Metz (*b*) und
die Magd (*c*)
Haben Keyser Carln den Tantz versagt.
Nî Mez, nî Mauriz, nî Mauritania, nî
Magd,
Nî Mors, quid multis? fueram per singula felix.

2. (*a*) Mauri ita dicti a voce Arabica *more*, quæ nigrum significat. (vid. *Becmannus in Hist. Orb. terr. c. 9. S. 2. n. 17. p. 373. & Buno in Cluverii introd. in Geograph. L. 6. c. 5. n. 1. p. 563.*) circa annum Christi 720. venerunt in Hispaniam, ibique complura instituerunt regna; tandem a *Ferdinando III.* tota Hispania expulsi redierunt in Africam A. 1492. *Cluverius in introduct. in Geograph. L. 2. c. 5. p. 89. seqq.* ubi posteri eorum hodienum incolunt oras Africanas versus mare mediterraneum. A. 1541. Carolus V. urbem Maurorum, Algiers dictam, obsedit quidem, sed sine felici successu, dum magna jactura accepta coactus fuit redire in Hispaniam. Vid. Puffendorffs Einleitung zur teutschen Historie *c. 2. §. 10. p. 93. ibique Petrus* Ludwig in seiner Erläuterung *p. m.* 375.

3. (*b*) Nimirum postquam Hencicus II. Rex Galliarum Metensem expugnaverat urbem, mox eam obsidione rursus cinxerat *Carolus V.* qui tamen rebus incompositis & infectis eam cum notabili suo damno solvere coactus fuit. Puffendorff

dorff *l.c.p.* 97. *Sleidanus de Statu Relig. L.* 24. *p.m.* 309.

4. (*c*) Per ancillam die Magd, intelligitur nobilissima illa, urbs Saxonica Parthenopolis, Magdeburg dicta, quæ in insignibus suis conspiciendam præbet virginem. Vid. Tentzel in monatlichen Unterredungen *de A.* 1695. *p. m.* 270. Quam cum obsidione frustra tentasset Carolus V. Imperator, res in adagium abierat: die Magd hätte Käyser Carln den Tantz versagt. *Conf. Thuanus Lib.* 4. *p.m.* 79.

5. In latino versu additur: Mauriz, quo Elector Saxoniæ Mauritius intelligitur, qui Carolum V. & totum ejus exercitum An. 1550. fugaverat Ænoponte, vid. Puffendorff *d.l.* p. 96. *& c.* 8. §. 13. *p.* 596.

6. Sententia ergo hujus dicterii est, quod Carolus V. ubique abierit victor, exceptis Algirio, Meti, Magdeburgo, Mauritio Electore & morte, quæ vincere non potuerat. Add. *Burgoldensis ad Instrum. Pacis P.* 1. *disc.* 1. §. 40. *p.* 35. *Marquardus in Otio Herbipolensi Sect.* 1. *de Personis imperantibus* §. 2. *Q.* 7. *p.* 194. *& ibi allegatus Schuzius Vol.* 1. *de Statu Rei Romanæ Exercit.* 3. *th.* 11. *lit. D. p.m.* 175.

LVIII.

1. Mißbrauch ist keine Gewohnheit. Abusus non est usus, vel consuetudo.

2. Ra-

2. Ratio quia in consuetudine non tantum ad id, quod hactenus receptum & obtinuit, sed & insimul ad rationem respiciendum est, utrum nimirum illa rationabilis sit nec ne, abusus vero hoc ipso dum abusus est, rationi refragatur.

3. Confirm. per *art.* 207. *Ordin. Crim. Car. V.* ibi: Daß nicht eine Gewohnheit, sondern Mißbrauch ꝛc.

4. Declara (1) abusum posse quidem esse consuetudinem sed irrationabilem:

5. Declara (2) per abusum h. l. intelligi usum malum alicujus rei bonæ vel indifferentis, ita ut excludatur usus bonus alicujus legis iniquæ.

6. Ampl. in tantum etiamsi ille abusus ab immemoriali tempore obtinuerit, namque & hic illi parœmiæ locus est: tausend Jahr unrecht ist nicht eine Stund recht. Male enim adinventa, malæque consuetudines neque ex longo tempore, neque ex longa consuetudine vocantur *Nov.* 134. *c.* 1. Conf. *Leuchtius in Tract. de Jurisdictione Diss. de Jurisdictione c. ult. §. ult. & ibi allegatus Gailius L.* 1. *ob.* 17. *& Demeradt in Prolegomenis ad differentias Juris Communis & Franconici.* Dissentit *Acutissimus Dn. Thomasius ex rationibus minime contemnendis in Dissert. Halæ Magdeb. de Jure consuetudinis & observantiæ th.* 36. 93. 97. *&* 99.

7. Exemplo nobis esse possunt irrationabiles illæ opificum consuetudines, de quibus vid. *Justus Christianus Prudentius* in der neu-eröffneten Zunfft- und Handwercks-Schule *per tot.*

LIX.

1. **MIßrechnen (a) ist keine Bezahlung.** Error calculi non est solutio.

2. (a) Mißrechnen est errorem calculi committere, einen Irrthum im rechnen begehen; syllaba miß enim præpositio inseparabilis est, quæ in compositis vel defectum, vel inopiam vel contrarietatem denotat Spate im teutschen Sprach-Schatz *p.m.* 1281. ita ut mißrechnen sit quasi unrichtig, mangelhafft rechnen.

2. Nimirum quando aliquis rationes reddit suæ administrationis, tunc omne id restituere ac solvere tenetur, quod residuum, & post redditas ac revisas rationes apud administratorem superest. Quodsi nunc per errorem calculi 100. saltem thaleri pro residuo notati, cùm tamen mille sint residui, & hic error postea deprehendatur, administrator excipere nequit: rationes meæ, quas reddidi, sunt subscriptæ, ergo ultra 100. thaleros ego nihil teneor solvere. Ratio quia per errorem calculi saltem 100. pro 1000. notati fuerunt, quod autem per talem errorem fit, illud retractari potest. *B. Brunnemann. ad l. Un. C. de Error. Calc.* Et hic sensus est hujus parœmiæ, quam allegat ex *Heringio de fidejussoribus c.* 20. §. 21. *n.* 27. *Schilterus apud Wehnerum in Observat. Pract. sub voc.* Rechnung *p.m.* 402. & *Georgius Barenius* in der teutschen Sprach-Kunst *Edit. Nordkœping.* 1707. *p.* 100.

3. R. error enim excludit omnem consensum *l.* 116. *§.* 2. *ff. d.R.I.*

4. Prob. per *l. 8. pr. de Admin. Rer. ad Civ. pertin.*

5. Declaratur ut talis error calculi intra triginta annos doceri & corrigi possit. *Celeberr. Dn. Hertius, JCtus Giessensis, in Select. & Rar. ex univ. Jurisprud. Argument. de Parœmiis Jur. Germ. L. 1. par. 119. p.* 587.

6. Ampl. (1) etiamsi error calculi sit commissus in sententia *l. 1. §. 1. quæ sent. sine appell. rescind.* nisi litem super errore calculi motam sententia vel transactio composuerit *Hertius d. l. p.* 588.

7. Ampl. (2) etiamsi in continenti quietantia sequatur calculationem. *Brunnemannus d. l.*

8. Ampl. (3) ut non tantum error retractari queat, quando erratum in mathematicis & a calculatoribus dictum: duo & tria esse octo, sed & ubi erratum in jure *Munoz de Escobar de Ratiociniis Administrat. c. 41. n. 6. Plotus de in litem jurando n.* 527.

9. Ampl. (4) ut procedat etiam vice versa ita, ut si administrator sibi ipsi præjudicaverit errore calculi, ille hunc itidem corrigere & retractare queat.

10. Exceptio est, quando error fuit parvulus, & sententia confirmatus, sententiaque in rem judicatam transiit *Munoz de Escobar d. l. n.* 10. *p.* 517.

LX.

1. EIn jeder thut so viel er kan, oder, so viel ihme möglich ist. Quilibet agit pro viribus. Culpa ergo caret, qui rem, vires superantem perficere nequivit.

2. Ratio, quia obligatio vires nostras non excedit, ratio rationis, quia alias obligatio ad impossibilia se extenderet contra *l. impossibilium 185. ff. d. R. I. & cap. nemo potest 6. x. d. R. I.*

3. E. G. Subditi non tenentur ad collectas impossibiles, sed sufficit, si tantum contribuant, quantum facultates eorum permittunt. *Barbosa in Thes. Loc. Com. sub voc. impossibile ax. 12. Brunnem. in Comment. ad l. 1. C. de fund. limitroph. n. 1.*

4. Declaratur ut procedat quoad impossibilitatem veram, fallat vero, si causaria sit *l. 1. §. 1. ff. de Excusat. Tut.* Neque enim impossibilitas, in quam quis seipsum conjecit, excusat *Mevius P. 7. dec. 99. n. 4. & Barbosa d. l.* Hinc cum mater quædam illustris filii sui libro hunc inscripsisset rhytmum:

Wer nicht thut, was er soll / thut aber was er kan,
Der ist schon lobens werth, und hat genug gethan.

Ephorus ejus illi subscribebat:

Wer aber was er soll, nicht thut, noch was er kan,
Der hat sein Lob dahin, und mit ihm ists gethan.

5. Ampliatur (1) eo, ut id, quod ultra vires est, neque pacto neque stipulatione comprehendi possit *l. 31. ff. d. R. I.*

6. Ampliatur (2) sive impossibile sit naturaliter sive moraliter tale, de quo vid. *Bronchorst. ad l. 182. ff. d. R. I.*

7. Ampl. (3) ut ne quidem juramento quis se possit obligare ad id, quod ultra ejus vires est *c. 17. x. d. Jurejur. Conf. Mullerus in Comment. ad tit. de R. I. l. 185. p. 313.*

LXI.

1. **Das muß ein garstiger Vogel seyn, der sein eigen Nest beschmeisset.** Avem oportet illam esse sordidam, quæ stercore suo proprium conspurcat nidum, h. e. hominem illum opertet esse valde impudentem, levem & infamem, quem non pudet suam, suorumque turpitudinem, & ignominiam, jactare allegare aut detegere. Latini proverbialiter dicunt: Domesticum thesaurum calumniari, sive traducere h. e. propria facta carpere & lacessere vid. *Erasm. Roterod. Adagia.*

2. R. quia sicut regulariter quælibet avis nidum suum a fimeto conservat mundum & purum; ita etiam pudor non admittit, ut homo honestus jactet, aut detegat suam, suorumqne ignominiam, & dedecus.

3. Effectus, quod alleganti aut detegenti suum suorumque turpitudinem non credatur *l. Imperatores 29. §. 1. ff. de probat. & præsumt. l. mercalem*

calem 5. *C. de condict. ob turp. caus.* habetur enim pro infami, infamis autem nulla fide dignus est. E. G. liberi in matrimonio nati, præsumuntur esse legitimi, etiamsi mater dicat, illos esse adulterinos *Sonnemannus in Legibus Notabilioribus lit. i. n.* 4. *p.* 164. quia potius possibile honestum quam possibile inhonestum præsumitur, *ibid.* nisi maritus sit notorie impotens, aut infirmus, aut diu fuerit absens *ibid.* item si judex dicat se protulisse sententiam pecunia corruptum, ipse non auditur *Tabor in Thes. Loc. Comm. sub voc. turpitudo ax.* 5.

4. Limit. (1) ubi agitur de periculo animæ, (2) ubi quis tractat de damno vitando, contra alterum tractantem de lucro captando (3) ubi turpitudo est per partem confessata, vel probata. (4) In criminalibus, in quibus se defendendo quilibet potest allegare suam turpitudinem. (5) In judicio civili, si per modum retorsionis quis alleget suam turpitudinem *Barbosa d. l.*

5. Declar. quod tamen quis possit allegare turpitudinem insui perniciem & præjudicium, utut illud fieri non possit in præjudicium tertii, ut exemplum liberorum docet.

6. Applicat parœmiam hanc *B. Bidembach in Promptuario matrimoniali them.* 50. *p.* 240. etiam ad illos, qui, ubi dissensum parentum animadvertunt, personam adamatam carnaliter cognoscunt, sperantes, fore ut sic certo potiri illa queant. Add. *B. Strykii dissertatio de allegatione propriæ turpitudinis habita Halæ Magdeburgicæ* 1700. *per tot.*

LXII.

1. Weiber haben lange Kleider, und kurtze Sinn. Fœminæ longas habent pallas, & brevem intellectum, h. e. mutabilem & inconstantem animum. Unde distichon:

Quid levius fumo? flamen. Quid flamine? ventus.
Quid vento? mulier, quid muliere? nihil.

Vel prout *Wittus apud Mezgerum in Consiliis Crim. cons.* 4. *n.* 2. *p.* 556. hanc parœmiam explicat: *fœminæ imbecillem & exiguum habent intellectum.*

2. Ratio, quia in sexu masculino natura intellectualis atque dignior prævalet, in fœminino, qui & sequior ob id dicitur, sensitiva & inferior *Schilterus in Manuductione Philosophiæ Moralis c.* 4. §. 21. *p.* 139.

3. Probatur per *l. filia* 20. *ff. de inoffic. testam. cap. forus in fin. de V. S. l.* 5. *C. de institut. & substit.* Concordat quoque S. Scriptura vid. 3. *Petri prioris vers.* 7.

4. Hinc mulierum consilia variis seductionibus obnoxia *l.* 9. *ff. d. Curat. furios.* adeo ut eorum intuitu minoribus æquiparentur, & minus illis quam maribus credatur *Tabor apud Barbosam in Thesauro Loc. Com. sub voc. mulier ax.* 5. Add. *Brunnemannus in Comment. ad d. l.* 20. *de inoff. testam. & Menochius de Præsumt. L.* 6. *præs.* 37. *n.* 42. *seqq.* ex quo patebit, quod etiam præsumatur inconstantia in mulieribus. Exem-

plum

plum nobis præbuit nuper defuncta Angliæ Regina, Anna.

5. Declar. ut procedat plerumque: nec enim universaliter & de omnibus fœminis affirmari potest nostra parœmia; cum sæpius dentur fœminæ etiam maribus constantiores. Provoco eapropter ad experientiam.

6. Fallit, quoad animum res sibi habendi; hic enim valde sunt constantes & rerum etiam alienarum tenaces.

LXIII.

1. Ein jeder Fuchß verwahret seinen Balg. Quælibet vulpes respicit ac tuetur suam pellem. h. e. prudens homo potissimum sui conservationem quærit, suamque rem agit; deinde vero etiam de aliorum salute solicitus est.

2. R. quia prudens homo ipsemet sibi proximus est.

3. Declara (1) valere hoc imprimis quoad conservationem sui in statu naturali: primum enim officium est, ut se quis in eo conservet *Grotius de Jure Belli ac Pacis L.* 1. *c.* 2. §. 1. *n.* 1. *p. m.* 102.

4. Declara (2) abesse tamen debere dolum, & amorem inordinatum sui ipsius, & rei privatæ; alias enim in foro poli non procedit, vid. Döpler in seinem getreuen Rechnungs-Beamten *P.* 1. *c.* 5. *p.* 40. quia alias prudentia

degenerat in vitium. Conf. *Gratiani l'homme de Cour. max.* 219.

5. Declara (3) quod imprimis quoad vulpes annosas vera sit parœmia ein alter Fuchß ist übel zu fangen.

6. Declar. (4) quod non tam dispositive quam enunciative procedat:

LXIV.

1. Besser ist ein Vogel in der Hand, als zwantzig auf dem Land.

Melius est unam avem manibus tenere, quam viginti super arboribus videre.

Eodem illud recidit: Besser ein Sperling in der Hand, als ein Storch auf dem Dach. Vid. *Dietherrus in Contin. Thes. Besoldi sub voc.* Hoffnung *p.* 294. Sensus est: præstat certum incerto, melior est res quam spes. *Accursius in l. cum his de Transact. dixit: melius est unum tene, tene, quam centum cape, cape.* Vid. *Hopp. in Comment. instit. tit. de interdict.* §. 4. *p. m.* 1243.

2 R. quia spes fallit modis multis, nec inniti illis rebus possumus, quæ ab incerto eventu pendent, & inutiles fieri possunt.

3. Convenit *l.* 25. *ff. de R. I.* in qua habetur, quod plus cautionis in re sit, quam in actione & §. *furti* 13. *inst. de oblig. quæ ex delict.* Conf. *Bronchorst. in Comment. ad d. l.* 25. res enim possideri & teneri, actio vero facile inutilis fieri potest.

4. De-

4. Declar. (1) quatenus illa actio, sive spes incerta, res vero certa est.

5. Declar. (2) quod imprimis valeat parœmia, si spes, sive res incerta, pretio redimenda. Recte *Sannio apud Terentium in Adelph. A. 2. S. 2. Ego spem pretio non nemo.*

6. Ampl. etiamsi illa spes pinguior videatur, quam res, secundum illud Germanorum: **Es ist besser ein dürrer Habich, als ein fetter Hättich**, h. e. melius est illud macrum, quod habeo, quam illud pingue, quod haberem, vel habere optarem. E. G. **Es ist besser ein magerer Vergleich, als ein fettes Urtheil.**

7. Limita, nisi spes & actio pinguior esset valde probabilis, & fundata, cujus jus potest esse in bonis nostris. *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Com. sub voc. spes ax. 1.* Conf. *Dn. D. Goclenius, Rinthelienſium Antecessor Famigeratissimus in Dissert. de Spe sub ejus præsidio habita per tot.* Ab initio præsentis belli quod cum Gallis, Hispanis, & Hungaris geritur, quidam ita lusit:

Hungaria est res,
Hispania est spes,
Et propter hanc spem,
Amittimus rem.

sed spero fore, ut vaticinio huic eventus non respondeat. Audendum interdum aliquid, imprimis adversus feroces & tenaces. Fortes fortuna juvat. Add. *Hertius in Epidipnidibus Parœm. Jur. Germ. par. 9. p. 13.*

LXV.

1. EIn zorniger Kopff ist leicht blutend zu machen. Homo biliosus facile excandescere & ad iram commoveri potest.

2. R. quia causa interna iræ est bilis; quo plus ergo bilis quis habet, eo facilius quoque ista in nasum cietur. Conf. *Buddeus in Elementis Philosophiæ Pract. p. 67. §. 149.* Iram gerit ille in promptu, & omnis ipsi sufficit occasio, ita ut etiam de levissimis noxis succenseat, cuncta rapiendo in malam partem.

3. Declara, ut tamen apud ejusmodi biliosos fervor absque mora defervescat *Buddeus d. l.* Quousque autem pessimus ille consultor, ira immodica excuset in materia delictorum, & regula illa *l. 48. ff. d. R. I.* iracundiæ calore quicquid fit, irritum censetur, valeat. Vid. *Crusius de indiciis delictorum P. 2. c. 24. n. 33. p. 104. Tabor. apud Barbosam in Thes. Loc. Com. sub voc. ira ax. 1. & Commentatores ad d. l. 48.*

4. Notetur ergo, quod cum hominibus biliosis sive cholericis caute agendum sit, ne crabrones irritemus, & illos adversus nos concitemus, maximo nostro damno ac infortunio. Vid. *Sirac. c. 8. 18. 19.*

LXVI.

1. DIe Aemter *(a)* und Zünffte müssen so rein seyn, als wann sie von denen Tauben gelesen.

Opi-

Opificia vel potius collegia opificum adeo munda esse debent, quasi a columbis essent purgata.

2. (a) Amt est vox æquivoca modo præfecturam modo officium, modo collegium opificum vel mercatorum significans. H. l. sumitur in hac posteriori significatione. Vid. *Beierus in Tract. de Collegiis Opificum c.* 1. *n.* 27. *p.* 8. Sensus ergo parœmiæ huc redit: in collegio & ordine opificum nemo esse debet, qui minimam maculam adspersam habet. Conf. *Mevius P.* 3. *d.* 39. *n.* 1. *in not. P.* 5. *d.* 117. *n.* 1. *in not.*

3. R. quia ad honestatem publicam pertinet, ut recipiendi in collegium mercatorum & opificum sint honestæ vitæ atque famæ. *Hertius in Select. & Rar. ex Univ. Jurisp. Argum. de Parœmiis Jur. Germ. L.* 1. *par.* 14. *p.* 418. Was unehrlich ist, können die Aemter nicht leiden, ut studium sectandi vitæ innocentiam promoveatur, vitandique morum corruptela evitetur *ibid.*

4. Declara intelligi parœmiam imprimis ratione nativitatis: hinc in sodalitium opificum non admittuntur spurii. *Mylerus in Gamologia c.* 23. §. 4. *& Hertius d. l.* quamvis contra charitatem Christianam hoc esse videri non diffitear, quando nimirum isti vitam agunt honestam, & a crimine Parentum abstinent. Dann billich dem nur die Zähne stumpff werden solten, der die Härlinge gessen. *Ezech.* 18, 2. 3. *collat. cum v.* 19. 20. Nec porro admittuntur, qui debito modo jus collegii non impetrant, vel cum

impe-

impetraverunt, turpiter egerunt. *Mevius ad Jus Lubeccense Resp.* 6. *p.* 69. Quod tamen non extendendum ad conjuges concubitum anticipantes. *Mevius P.* 3. *d.* 39. *Stryk. in Tract. de Dissensu Sponsalitio Sect.* 4. *c.* 1. §. 28. *p.* 156. nec ad illos, quorum parentes criminis fuerunt insimulati, aut accusati, aut capitis damnati, aut qui nati ex spurio in legitimo matrimonio aut denique vilioris non tamen turpis conditionis sunt. *Hertius d. l.* 419.

LXVII.

1. Bringst du Zinß, bringst du Geld, frohnen auch heute die Bauren, wie stehts im Feld? Affersne census, affersne pecuniam, præstantne rustici hodie operas, quomodo se habet ager? Est vetus in monachos dici solitum proverbium, cujus meminit *Illustris Dn. B. a Seckendorff in Addit. ad Lutheranismum p. m.* 275. quod nihil aliud sibi vult, quam quod monachi admodum sint solliciti de suis reditibus & rebus temporalibus, ita ut hæ ipsis magis curæ cordique sint, quam spirituales, & inter manus ipsorum sæpius liber censualis quam psalterium versetur.

2. Causa hujus rei avaritia est, dann Geitz ist der Vatter zum Kind: Geld ist die Losung. *ibid.*

3. Declara, regulam non valere καθόλȣ de omnibus indistinctè monachis, sed ἐν μέρει de improbis & malis, non universaliter, sed particula-

culariter, & quidem imprimis de illis, qui ſuos habent ſubditos, aut minimum emphyteutas, qui canones tenentur præſtare annuos, Zinß-Leute, homines proprios, aut liberos quidem ratione ſtatus ſed obligatos tamen ad ſervitia, die wacker frohnen müſſen, agros & pecuniam translatam in quæſtum & fœnerationem, außſtehende Capitalien. Optarem, ut dictum hoc unice quadraret in monachos, verum enim vero, ſicut vitium avaritiæ multos occupat homines, ita etiam præter monachos multi dantur, qui magis curant temporalia & ſtudium diteſcendi, quam publicum munus & officium, ſive illud ſit eccleſiaſticum ſive ſeculare, adeo ut etiam quosdam invenire liceat Eccleſiæ miniſtros, qui ſæpius album ſuorum debitorum, quam ſacram inſpiciunt Scripturam, contra illud *Petri*, 1. *Pet.* 5. *v.* 2. Weydet die Heerde Chriſti nicht um ſchändlichen Gewinſts willen, ſondern von Hertzen Grund. Add. *Exod.* 18. *v.* 21. Der Geitz iſt eine Wurtzel alles Ubels, welches hat etliche gelüſtet, und ſind vom Glauben irre gangen, und machen ihnen ſelbſt viel Schmertzen. 1. *Tim.* 6. *Vide*, inquit *Phormio* ad Getam ap. Terentium in *Phormi. Act.* 2. *Scena* 3. Avaritia quid facit?

-- -- Quid non mortalia pectora cogit. auri ſacra fames? Geld-Hunger macht jedermann zum Ungar, quo de vid. Naurath *de Rationariis p.* 155.

LXVIII.

LXVIII.

1. Juden-Zinß (*a*) und Huren-Heuer (*b*)
Sind gemeiniglich sehr theuer.

Judæorum usuræ & meretricum hospitium plerumque magno constant pretio.

2. (*a*) ita dicuntur proprie usuræ, quæ Judæis solvuntur de pecunia ab illis mutuo accepta; improprie vero nomine hoc omnes usuræ mordentes veniunt, quæ dilectionem proximi offendunt, quantitatemque a lege determinatam ac permissam excedunt.

(*b*) Huren-Heuer, sive Huren-Miethe, h. l. est facultas alendi in ædibus suis meretrices, uno verbo: est libertas habendi lupanarium. Merces sive tributum, quod pro isthac penditur, dici solet der Milch-Zinß, Huren-Zoll, de quo videri potest *Dietherrus ad Besoldum sub voc.* Hur *p.* 286. Differt ejusmodi caupo a lenone in eo, quod hic propriam patitur prostituere uxorem, ille vero alienas alit fœminas quæstum meretricium facientes. An vero licitum sit exigere ejusmodi tributum meretricium, vide sis apud *Speidelium in Speculo sub voc.* Hur *p.* 634.

3. R. quia Judæi fœnori non exponunt pecuniam, nisi usuras fere duplicatas accipiunt, aut aliud lucrum insimul sperandum habent; meretrices vero non tolerantur, nisi istarum altor magnum solvat tributum. Exemplum habet *Dietherrus d. l.* Quid Amstelodami fiat, lippis ac tonsoribus notum est.

LXIX.

LXIX.

1. Alte Ziegen lecken auch gern Saltz. Annosæ capræ etiam amant ſalem. Proverbialiter dicitur in ſenes amantes: ſal enim propter calorem libidinem excitare ſeminalemque vim expergeſacere & acuere creditur. *Beſold. in Theſ. Pract. ſub voc.* Saltz *p. m.* 860. Senſus ergo eſt: Etiam ſenes concupiſcunt.

2. Ratio, quia manent homines, & retinent ſtimulum iſtum naturalem, utut in gradu remiſſiori. Es gehet ihnen eben, wie denen alten verdorbenen Fuhrleuten, welchen, ob ſie ſchon nicht mehr fahren können, gleichwohl das glatſchen wohlgefället.

3. Declara, (1) ut imprimis procedat quoad fœminas, utpote quæ ad amandum faciliores viris ſunt. Vid. *Carpzov. P.* 1. *c.* 16. *d.* 48.

4. Declara (2) ut regulariter tamen in ætate ſenili pax & libertas a rebus Venereis eſſe ſoleat. *D. Bechmannus in Diſſert. quæ ſub ejus præſidio de Amore prodiit c.* 7. §. 3.

5. Declar. (3) ut Senibus concupiſcentia illa plerumque male conducat, es bekommet ihnen öffters, wie dem Hund das Graß freſſen, præſertim quando imbelles ſunt ac debiles. Immittelſt hilfft doch Alter vor die Thorheit nicht, und iſt auch offt ein alter Narr ein Ehebrecher. *Sirac. c.* 25, 4. Conf. etiam Hiſtoria Suſannæ v. 9.

6. Declara (4) ut pro illo, qui in juventute ſe continere potuit, præſumtio ſit, quod etiam

in

in senectute pravas suas concupiscentias deprimere & se continere possit. *Ræsenerus in Locis Commun. sub voc. Senex. p.* 606. ducto argumento, a minori ad majus. Vinum novum quod generosum fuit & forte, etiam vetustatem induens tale esse præsumitur. Sed aliter cum hominibus comparatum est.

LXX.

1. Ein Zeug, kein Zeug. Unus testis, nullus testis, vel, ut Græci dicunt: εἷς ἀνὴρ ἐ πανθ' ὁρᾶ, ein Mann, kein Mann, vel etiam; eines Manns Rede, ist nur eine halbe Rede.

2. Concordat Sacra Scriptura, & quidem *Num.* 35. *v.* 30. *Matth.* 18. *v.* 17. *Deut.* 17. *v.* 6. *Joh.* 8. *v.* 15. Jus civile *l. maritus* 20. *ff. de Quæstion. l.* 9. §. 1. *C. de Test.* & canonicum *c.* 20. & 23. *x. eod.*

3. R. quia unus facilius decipitur, corrumpitur, aut mentiri potest quam plures. *Hertius in Select. & Rar. ex univ. Jurisprud. Argum. L.* 1. *de Parœm. Jur. Germ.* 60. *p.* 509. Mit einem Rad fähret man nicht weit.

4. Declar. (1) ad effectum nempe plenæ probationis *ibid.*

5. Declar. (2) in causa momentosa, & ad convincendum, sufficit tamen unus testis ad decernendam torturam *ibid.* Stamm de Servitute personali L. 2. c. 20. n. 4. p. 481.

6. Ampl.

6. Ampl. quamvis ille unus teſtis ſplendida & idonea ſit perſona *ibid.* Add. *Sonnemannus in Legibus Notabilior. p. m.* 189. *declar.* 2.

7. Limit. (1) niſi quis in poteſtate vel munenere publico conſtitutus, & de iis quæſtio ſit, quæ ad officium ejus pertinent. *Hertius l. c. §.* 2.

8. Limit. (2) niſi de facto proprio deponat, & alia adminicula accedant *ibid.*

9. Limit. (3) niſi conventum fuerit inter partes, ut unius teſtimonio ſtaretur. *ibid. & Sonnemannus d. l.*

10. Limit. (4) niſi defunctus voluit, ut unius dicto ſtaretur *l.* 14. *ff. de dot. prælat.* Conf. huc omnino Diſſertatio Acad. *D. Bardili de trito illo: Unus teſtis nullus teſtis, Tubingæ* 1687. *D. Hartung in Diſſert. Acad. de teſte unico Jenæ habita, & Tabor apud Barboſam in Theſ. Loc. Com. ſub voc. teſtis ax.* 4.

LXXI.

1. **In zweyer oder dreyer Zeugen Mund beſtehet alle Warheit.** In duorum vel trium ore omnis conſiſtit veritas.

2. Confirmatur per Deuter *c.* 17. *v.* 6. ut & Jus Can. *can. ſi quis teſtes* 4. *q.* 3. *can. ult.* 35. *q.* 7. *cap. licet in x. de teſtibus.* & Jus Civile *l. ubi numerus* 12. *ff. de teſtibus l. quoniam* 9. *C. d. probat.*

3. R. quia non præſumitur, quod duo vel tres doloſe conſpirent, & ex compoſito mentiantur, tam diu donec contrarium probatur.

4. Declara (1) modo duo illi teſtes ſint omni exceptione majores h. e. tales quibus nihil opponi poteſt. *Tabor apud Barboſam in Theſ. Loc. Com. ſub voc. teſtis ax.* 29. & quidem tempore depoſitionis illuſtris *Strykius ibid. ax.* 27. *Nepos de Monte Albano de Teſtibus n.* 67. *p.* 8. quamvis unus inhabilis & unus omni exceptione major interdum faciant plenam probationem *Regner Sixtinus Vol.* 2. *Conſ. Marb.* 10. *n.* 60. *Althuſius in Dicæologica p.* 710. *n.* 17. & plures inhabiles indicium ad torturam. *Althuſius d. l. L.* 3. *c.* 36. *p.* 711. *n.* 25. Vid. tamen *Julius Clarus in Praxi Crim. Q.* 24. *n.* 128. *p.* 134.

5. Declara (2) intelligendam eſſe parœmiam incluſive, cum detur adhuc alia plena probatio per inſtrumenta ſcilicet &c. *l.* 10. *ff. de probat. l.* 15. *C. de fide inſtrum.* non excluſive, quaſi nimirum nulla alia detur probatio quam illa per duos vel tres teſtes.

6. Declar. (3) procedere illam regulariter cum dentur caſus, ubi etiam inter vivos duobus vel tribus plures requiruntur teſtes. Vid. omnino *Marcellus Cala de articulandi & probandi modo p.* 144. *n.* 2. 3. *p.* 149. *n.* 31. *p.* 153. *n.* 43.

7. Declara (4) quatenus cætera quoque paria, v. g. teſtes rite examinati ſunt, & lex numerum teſtium absque præfinitione requirit *l.* 12. *ff. de Teſtibus l.* 217. *ff. d. V. S.*

8. Ampl.

8. Ampl. ut valeat in qualibet causa, profana & ecclesiastica sive spirituali, modo citatus *Dn. Strykius de Dissensu Sponsalitio S.* 4. *c.* 1. §. 29. *p.* 157. *Dornsberger in Syntagm. Jur. L.* 1. *c.* 20. *p.* 135.

9. Fallit in materia testamentaria, ubi regulariter septem testes requiruntur, quia non adhibentur veritatis sed solennitatis causa *Strykius d. l. ax.* 32.

LXXII.

1. Wer gern neue Zeitungen höret, dem werden auch viel zugetragen. Qui novarum rerum avidus est, illi multa nova quoque apportantur.

2. Ratio: sicut enim mercator illis imprimis suas offert merces, quos emtores futuros esse credit; ita etiam novellarum venditor isthuc sua apportat figmenta, ubi grata illa esse putat, und giebt sie vor eben den Preiß, davor er sie bekommen, h. e. umsonst.

3. Declaratur, ut omnes fere homines novitatum sint amantes, & quod in *Act. Apost. c.* 17. *v.* 21. de Atheniensibus dicitur: Daß sie nehmlich alle auf nichts anders gerichtet gewesen, als etwas neues zu hören oder zu sagen, vel etiam de Gallis *L.* 4. *c.* 5. *Julius Cæsar* scribit, hodie de plurimis dici possit, ita tamen ut unum plus novellarum lues afficiat, quam alterum.

4. Effectus, ut fidem non statim illis habere debeat judex, qui nimio novitatis studio dediti

imprimis cum vetulis, fornicariis ac tabernariis familiares ſunt, & tempus in res nugatorias nihilque ad ſe pertinentes conſumunt: hæc enim curioſitas ſicut in vitio reputatur *l.* 17. §. 14. *ff. de Ædil. Edict.* juxta verſiculum:

Cura viris levibus rerum ſolet eſſe novarum,
Cura viris gravibus rerum ſolet eſſe ſuarum.

ita quoque a quolibet gravi viro tanquam cane & angue pejus quid, fugienda eſt. Inquirat in alias res, quæ majoris momenti ſunt, & exploratores non vetulas obſtetrices, ſed commercium literarium cum viris fide dignis habeat, qui non ſtatim quicquid audiunt, aut in buccam ipſis venit, rurſus evomunt, ſed bene concoqunt, antequam illud divulgant. Conf. *Dn. Auguſtus Elias Strykius in Diſſert. de Jure Novellarum Kiloni ſub ejus præſidio habitam c.* 1. *n.* 33. *ſeqq.* Addat. *Chriſtiani Weiſii Schediasma curioſum de Lectione Novellarum, & Beſoldus in Theſ. Pract. ſub voc.* neue Zeitung *p.* 683.

LXXIII.

1. **ZEit hat Ehre.** Spate im teutſchen Sprach-Schatz *ſub voc.* Zeit *p.* 2620. latine hoc ita reddidit: Tempus obſervare honeſtum eſt. Man muß in keiner Sache der Zeit mißbrauchen, ſondern bey rechter Zeit aufhören.

2. R. quia quælibet res habet ſuum tempus, vid. *Salomon. Eccleſiaſt. c.* 3. *v.* 1.

3. De-

3. Declara ita, ut imprimis valeat in conviviis, ubi hoſpites abiturientes dicere ſolent: Zeit hat Ehre. *Agricola* in der Außlegung gemeiner Sprüchwörter *P. 2. n. 393. p. 72.* nimia enim mora hoſpitis alias amiciſſimi facile bilem in naſum concitat *Johann Gothardus* von Böckellen *de Jure Hoſpitiorum c. 5. §. 11. p. 53.* Maxime autem peregre advenientes obſervare debent tempus, quia poſt tres ſæpe dies & piſcis vileſcit & hoſpes. Add. *Plautus in Milite Glorioſo act. 3. ſc. 1.* Et Sperlingius in Petto Scrup. P. 2. p. 24.

LXXIV.

1. Vierzehen Tag ist keine Zeit oder Ziel. Quatuordecim dierum tempus ſive ſpatium non eſt terminus.

2. R. quia intra quatuordecim dierum intercapedinem parum lucri & compendii facere poſſumus.

3. Declar. (1) quatenus intelligitur civiliter; naturaliter enim & phyſice loquendo omne id quod durationem a parte antica & a parte poſtica, uti Scholaſtici loquuntur, habet, tempus dicitur.

4. Declar. (2) ut procedat habito reſpectu ad menſes & annos; nam ratione horæ, diei vel unius ſeptimanæ, quatuordecim dies tempus ſatis longum conſtituunt. Idcirco Judex ex circumſtantiis rei & perſonarum judicare debet, an tempus quatuordecim dierum longum tempus &

terminus ſit nec ne, imprimis vero conſiderare diligenter, an pauper an vero inops, dives vel pecunioſus ſit debitor & creditor, cum diviti minus tempus tribuendum ſit quam pauperi. *Menoch. de Arbit. Jud. Quæſt. L. 2. caſ. 7. n. 14.*

5. E. G. Quando dies debiti venit, nec tamen debitor inſtructus eſt pecunia, & a judice ſpatium quatuordecim dierum indulgetur, wann man ihme eine Zeit von 14. Tagen ſetzet, antequam executive contra ipſum procedatur, creditor non habet cauſam deſuper conquerendi.

6. Fallit (1) apud campſores & campſarios ſive argentarios, qui in cambiis regularibus ad fixas nundinas directis, ſtato tempore, aut tribus diebus poſt, ſolvere tenentur. Aliud in irregularibus, quæ pro lubitu contrahentium determinantur, aut, ſi hoc non factum tempus quatuordecim vel etiam plurium dierum, pro locorum conſuetudine admittunt. Conf. Zipffel *in Diſſertat. de Teſſeris collybiſticis Sect. 7. n. 2. 3. 4. ſeqq. p. 74.*

7. Fallit (2) in diebus ad comparendum a Judice præfixis, ubi quis actutum comparere aut cauſas, quare ſe ſiſtere non potuerit, indicare, non vero expectare debet, donec ipſi commoda eſt paritio, imprimis quod terminos præjudiciales concernit.

LXXV.

1. WAs nicht eine beſtimmte (gemeſſene, gewidmete) Zeit hat, iſt ewig, oder wird alleweg auf ewig verſtanden.

Tem-

Tempus indeterminatum pro perpetuo habetur.

2. Ratio, quia in dubio præsumitur pro actus diuturniori subsistentia.

3. Prob. per *l. sufficit 56. de Condit. inst.* Add. *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Comm. sub voc. perpetuum ax.* 1.

4. Exemplum solenne est (1) in exceptionibus, quæ enim ad agendum sunt temporalia, ad excipiendum sunt perpetua, h. e. semper agentibus obstant *l. 5. §. fin. ff. d. dol. mal. Hertius in Tract. Select. & Rar. Jurisp. argum. de Parœmiis Jur. Germ. L. 1. par. 93. p. 551. Tabor l. c.* (2) In confectione pacis publicæ, quæ si ad tempus certum non restringitur, perpetua dicitur, utut ne quidem unicum duret annum, (3) in emphytevsi, quæ perpetua est, si nullum determinatur tempus Tabor l. c. ax. 5.

5. Fallit in causa relegationis, quæ ultra annos decem non extenditur, si illa indeterminata, aut ad tempus quidem, sed itidem indeterminatum, v. g. auf eine Zeitlang, restricta est *l. 23. ff. de Pœn. Hertius d. l. & ibi allegatus. Habnius ad Wesenbeccium tit. de Pœnis n.* 7. Tabor d. l. sub voc. tempus ax. 14. Videtur ergo parœmia nostra, claudicare in odiosis, quæ restringenda, & procedere in favorabilibus, quæ extendenda veniunt.

LXXVI.

1. Es ist besser zeihen, als beweisen. Melius est incusare quam probare.

2. R. quia incuſatio res parvi, probatio vero res magni negotii eſt: incuſatio verbis etiam expeditur, es iſt leicht etwas geſagt, probatio vero ſumtus requirit, cauſasque & rationes dictorum exigit. Quapropter etiam *Maſcardus de Probat. q. 1. n. 13.* probationis titulum difficillimum vocat. Vid. *Ventura de Valentiis in Parthenio Litigioſo L. 1. c. 3. n. 43. p. 48.*

3. Declara valere dicterium quoad accuſationes illas extrajudiciales, wann man einander dieß und jenes nachſaget oder zeihet, & incuſatus vel non cognitas vel ſusque deque habet criminationes; fallere vero iſtud quoad accuſationes judiciales, imprimis ſecundum jus civile Romanum, ubi accuſator in judicio inſcribere vel ſubſcribere, & ſe ad talionis pœnam adſtringere tenetur, ſi ſuccumbat *l. 7. pr. ff. l. f. C. de Accuſat.* & quando incuſatus probationem incuſati criminis poſtulat.

4. Notetur ergo, judicem non ſtatim credere debere ejusmodi incuſationibus, quæ plerumque calumnioſæ ſunt & cerebroſæ, alios vero cogitare debere, quantis difficultatibus ſe exponant, ſi criminis alicujus ſuos arguant cives, juxta illud:

Diffamare cave, namque probare grave.

LXXVII.

1. Wo der Pflug hingeht *(a)* da geht auch der Zehent hin. Quorſum aratrum ducitur, eo decimandi jus ſe ex-

extendit, h. e. de fructibus illius fundi, qui aratro subigitur, decimæ quoque peti possunt.

2. R. quia nemo immunis est a decimarum solutione, nisi se probet immunem *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Com. suc voc. decimæ ax.* 1. *p.m.* 169.

3. Ampl. sive fundus ille fuit noviter cultus, qui novale dicitur, ein neu-gepflügtes Feld, ein neu gereut, sive immutatus v. g. ex prato ager factus, sive hactenus tantum desertus, olim tamen cultus, ein öd-gelegenes Feld.

4. Limit. (1) nisi privilegio, transactione vel consuetudine loci aliud acquisitum. Conf. *Speidelius in Speculo sub voc.* neubruch *p.* 898. & *Schottelius* von unterschiedlichen Rechten in Teutschland, *c.* 8. §. 17. *p.* 253. An autem in Franconia nostra consuetudo aliqua militet pro universali decimatore, de eo dubitat *Wehnerus in Observat. Pract. sub voc. Noval*-Zehend *p.* 384.

5. Limit. (2) nisi præscriptio quadraginta annorum obstet, *c. ad aures* 6. *de Præscript. cap. ad apostolicæ* 20. *de decimis.*

6. Declara (1) ita, ut si decimator non sit simul dominus territorii, ad illum non pertineant decimæ novalium, sed ad dominum territorii. *Brunnemannus in Jur. Ecclesiast. L.* 2. *c.* 6. §. 9. nisi anno vigesimo quarto proxime elapsi seculi quis in possessione vel quasi juris decimandi e bonis novalibus in alieno territorio fuerit. *Instr. Pac. Westph. Osnabrug. art.* 5. §. 47.

7. Declara (2) ut si pratum aliquod e quo hactenus decimator universalis percepit decimas, immutatum fuerit in agrum; decimæ agri debeantur decimatori universali, non domino territorii. Vid. *Werndle* vom Zehend-Recht *L. IV. c.* 1. *p.m.* 246. Idem dicendum, quando ager mutatur in vineam, aut vinea in agrum. Duo enim ad novalia requiruntur, (1) ut memoria non extet, quod terra fuerit culta, & (2) ut nemo alius ex terra illa perceperit aliquas decimas, quod ultimum requisitum deest in immutatione fundi, wann bißhero ein anderer als der Zehend-Herr daselbst das Zehend-Recht exerciret.

LXXVIII.

1. Es ist besser ein kleiner Zehend *(a)* als eine grosse Zent. *(b)* Modicæ decimæ grandiori præstant centenæ.

2. *(a)* Zent, Zehend dicitur a zehen, sicut decimæ a decem denotatque jus spirituale, Ecclesiæ autoritate constitutum, quo decimam partem omnium fructuum Clerici in sustentationem & ob ministerium spiritualium ab omnibus hominibus percipiunt *Schottelius de singularibus in Germania Juribus c.* 8. §. 1. *p.* 231. (*b*) Vox Cent vero a latino *centum* dicta, quia ditio Comitis vel judicis criminalis olim centum pagis constitit, indicat jurisdictionem in casibus criminalibus maxime competentem. *Idem Schottelius d. l. c.* 9. §. 2. *p.* 214. Ab utroque differt Send, quod anna-

annale judicium ecclesiasticum significat, vi cujus in villis & pagis Archidiaconi per officiales cognoscebant de illis criminibus, quæ erant in anno illo denunciata, & ad hanc jurisdictionem synodalem pertinebant. *Idem Schottelius d.l.c.* 6. §. 1. *p.* 193.

3. R. quia centena multos requirit sumtus, & paucos profert fructus, decimæ vero paucos exigunt sumtus & multos proferunt fructus, vid. par. Zehend sind gut nehren.

4. Declaratur, intelligi hoc debere ratione utilitatis, loquendo œconomice & secundum Cameralistarum principia, non vero politice loquendo & ratione jurium in se consideratorum, quæ quo majora & digniora sunt, eo magis quoque æstimanda veniunt: nec enim semper capere possunt Magistratus, interdum quoque aliquid impendere debent in jurium suorum defensionem.

LXXIX.

1. Wiesen und Zehend sind gut nehren. Prata & decimæ facile sustentantur. h. e. magnis haud constant impensis.

2. Ratio est, quia in producendo fœno, ut & in producendis decimis plus operatur natura quam industria humana, quod sicut expeditum est quoad fœnum; ita frumentum quidem a Doctoribus annumerari solet fructibus industrialibus, quia opera humana ibi prævalet naturæ; sed puto tamen differentiam faciendam esse inter fru-

ſrumentum ipſum & decimas ſrumenti, ita ut iſtud ad fructus induſtriales, hi vero ad naturales referantur, cum in decimis producendis parum operetur induſtria & cura humana.

3. Declara regulam imprimis valere quoad ſuſtentationem & perceptionem fructuum decimalium & pratenſium; quando enim prata ac decimæ comparantur, tunc utique magno ſæpe conſtant pretio.

4. Non opus eſt, ut proverbium hoc commendetur Cameraliſtis; id ipſum jam tum ſatis illis notum eſt.

LXXX.

1. BOni Zechi (*a*) magni mœchi, Zech-Brüder geben gute Ehebrecher, oder groſſe Loll-Brüder.

2. (*a*) Eſt vocabulum barbarum a Germanorum Zech proveniens, quod compotationem ſignificat & ſymbolam, ſive illud, quod pro ſua quisque parte ad compotationem confert à συμβάλλω confero; hinc aſymbolus, qui immunis eſt a ſumtu, qui nihil confert ad compotationem der zechfrey iſt.

2. Ratio quia ſicuti ſine Cerere & Libero ſriget Venus; ita e contrario luxurioſa res eſt vinum, quæ generis cupiditatem plerumque accendit, adeo ut etiam *Apoſtolus ad Epheſ.* 5. dixerit: nolite inebriari vino, in quo eſt luxuria.

3. Declara quatenus nimirum maſculus non ſumme ebrius ſit, ita ut neque pes neque manus

nus suum faciat officium. Et ita intelligendus quoque est locus ille Comici in *Phorm. A. 5. Sc. 8. Vinolentus fere abhinc annos quindecim mulierculam eam compressit.* Quod enim fœminas concernit, illæ etiam in summa ebrietate aptæ sunt ad coitum. Omnis mulier, ait Chrysostomus, quæ vinolenta & commessatrix est, eadem quoque meretrix est. Conf. *Jacobus Adamus* Herrenschmid in der Sünden-Roll *p. m.* 379. & *Crusius de indiciis delictorum P.* 2. *c.* 11. *n.* 26. *p.* 51.

LXXXI.

1. FRembd kommen wir zusammen/ in Zanck leben wir/ in Freuden scheiden wir. Ignoti convenimus, sine amore vivimus, absque dolore morimur. Est dictum exhibens rationem, qua invicem vivunt monachi.

2. R. primi est, quia in monasteriis conveniunt homines diversarum nationum, quorum paucissimi se invicem habuerunt cognitos. Ratio secundi, quia vivunt in communione, quæ mater rixarum esse solet, vid. par. Gemein ist selten ein. Ratio tertii, quia raro alter alterius mortem luget aut mœret, quin potius illam avidissime expectet, suam vero abhorret, sie sterben ungern/ hujus rei rationem vide apud *Zeilerum P. I. Ep.* 33. *p. m.* 394. Gonf. *parœmia:* Der Neid wird zu Hoff gebohren.

3. Declar. (1) ut non procedat universaliter sed particulariter, cum dubium non sit, quin dentur monachi probi & religiosi, viventes vitam regulæ suæ conformem, Der hält was er angelobet / thut was man ihm befiehlet / isset was man ihm fürsetzet / und nicht murret über das so er siehet. Vid. *Antonius de Guevarra* in güldenen Send-Schreiben *P.* 3. *p.* 44. *a.*

4. Declar. (2) etiam de aliis collegiis & universitatibus affirmari posse hanc parœmiam, Conf. *Giesenius de Vita Academica P.* 2. *Disp.* 2. *§.* 11. *p.* 28.

LXXXII.

1. GEwinne ich nichts / so verliehre ich nichts. Si nihil evincam, nihil quoque perdam. Est vulgare dicterium litigatorum pauperum, qui in vexandis aliis voluptatem capiunt maximam, & eo confidentius aleam jactant, quia, si quid evincunt, id in bonis erit, si quid perdunt, nihil ipsis eripi potest. *Ventura de Valentiis in Parthenio Litigioso L.* 1. *c.* 11. *n.* 30. *p.* 169.

2. Ratio quia nihil habent, qui autem nihil habet, illi nihil eripi potest, cum privatio præsupponat habitum.

3. Ampl. ut procedat tam ratione ipsius litis, quam expensarum.

4. Declara interdum parœmiam hanc etiam ab opulentioribus adhiberi, quando de causæ suæ justitia dubitant, & hinc, quia actores sunt, & ali-

aliqua re potiri volunt, experiuntur, an litis alea ipsis savere velit? sed enim pertinent hi in temerariorum litigatorum numerum, & merito condemnandi veniunt in expensas.

LXXXIII.

1. GEld ist eine gute Waar. Peccunia optima res, sive merx est.

2. Suffragatur *Sirac. c. 13. v. 30. dicens:* Reichthum ist gut.

3. Ratio, (1) quia nummis instructus omnis generis rebus potiri potest, vel ut Imperator loquitur, pecuniâ omnes res æstimantur l. 1. C. de Const. Pecun. modo in commercio sint, & rerum, quibus indigemus, copia haberi possit; alias enim sicut in se sterilis est pecunia, & nullum producere potest fructum. *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Com. sub voce pecunia ax. 2.* nec aliam generat pecuniam. *l. usuræ 21. ff. de v. Barbosa d.l. ax.* 17. ita nemo pecunia, qua tali, vivere potest. (2) quia usus ejus & omni tempore & ubique est, das Geld gilt Sommer und Winter. *Beierus de Artific. Palat. P. 2. c. 21. §. 1. n. 724. p. 338. seq.*

4. Declara (1) quod pecunia quoad valorem intrinsecum non ubique bona res sit; bona tamen est & manet, quatenus valet, wann es nur gangbar und unverruffen ist / an dem Ort / da man es außgeben will.

5. De-

5. Declar. (2) modo pecunia recte utamur, unde addit *Sirac. d. l.* Wann mans ohne Sünde gebrauchet.

LXXXIV.

1. GArten-Werck, Wartenwerck, oder, Garten muß man warten. Horticultura est res culturæ, horti sunt colendi, vel culturam desiderant.

2. Ratio quia paucissima hortensia sponte crescunt, aut ad minimum, non adeo bene crescunt, ac si cultura juvantur.

3. Declara, quod magis procedat quoad illa germina, quæ fructus ferunt industriales, quam quæ naturales, quamvis & hæc aliquando industriam requirant, & ita saltem vocitentur, quia natura in eis prævalet *Hertius in Tract. Select. & Rar. Jurisprud. argument. L. 1. de Parœmiis Jur. Germ. par. 58. p. 506.*

4. Effectus, quod negligentia nostra multa pereant in hortis, quæ alias conservari potuissent. *Leiserus de Prædiis L. 3. c. 7. n. 76. De jure hortorum vid. Schottelius* von Teutschen Rechten *c. 16. p. 369. & dissert. Molenbecii de jure hortorum Giessæ* 1670. *habita Speidelius & Besoldus sub voc.* Garten. An denen Früchten merckt man, wie deß Baums gewartet ist. Sirac. c. 27. v. 7.

LXXXV.

1. Ungebettene Gäste setzet man hinter die Thür. Convivæ myconii, h. e. Hoſpites non rogati debent eſſe ultimati.

2. Ratio, plane enim ad convivium non pertinent. Grates ergo habeant gratiasque, quod non prorſus fuerint repudiati & extruſi.

3. Declara, quod imprimis valeat quoad paraſitos, fumum olfacientes, eſum venientes, patinarios, & aſſiduos illos menſæ aſſeclas, ita ut ipſis actio injuriarum non detur, ſi aliis poſtponantur, etiamſi ſint cæteroquin reliquis digniores. Conf. *Wildvogel in Diſſ. de Jure Portarum ſub ejus Præſid. Jenæ ventilata c. 3. n. 93.*

4. Limitatur, niſi ille non rogatus veniat ex improviſo, neque lites moliturus, aut turbas citurus, neque etiam paraſitaturus, aut ſe ingeſturus: ſic enim non puto, quod ille, ſi dignior reliquis ſit, ſalva honeſtate reliquis poſtponi poſſit.

LXXXVI.

1. Dem geſchenckten Gaul
Soll man nicht ſeh'n in das Maul.
In geſchenckum Gaulum,
Non debes inſpicere Maulum. *Melius:*

Equi donati non debemus inſpicere dentes, h. e. circa id, quod nobis dono datur, non debemus eſſe nimium curioſi, & anxie in-

quirere, utrum vitiosum sit, nec ne? Scilicet ita comparatum est cum equis, ut ex dentibus judicare queamus eorum ætatem. Hinc equos emturi ante omnia eorum inspicere solent dentes. Quando vero titulo lucrativo equus aliquis nobis acquiritur, tunc ejusmodi curiosa inspectione non opus, sed acceptandum esse equum, sive ætate florens, sive confectus sit, crediderunt Veteres.

2. R. quia exigui pretii res sit oportet, quæ donari non meretur, es mag leicht etwas seyn/ so schenckens werth ist.

3. Effectus est, quod donator non teneatur ad evictionem rei, quam titulo mere lucratito & gratuito in alterum transfert. Nec quoque donatarius rem donatam vitiosam, a se correctam, redhibere potest donatori, & impensas meliorationis petere, ne damnum & pœnam suæ liberalitatis sentiat donator *B. Mullerus in Not. ad Struvii Syntagma Jur. Civ. Ex. 27. th. 4. p. 70.*

4. Prob. per *l. quoniam avus* 2. *C. de Evict. l. ad res donatas* 62. *ff. de Ædil. Edict.*

5. Declar. modo donatio mere sit gratuita.

6. Ampl. idem valere etiam quoad testatorem, ejusque heredem, adeo, ut pecorum, speciatim legatorum, evictionem præstare non teneatur legatariis, quando ista pereunt, vel damnum faciunt citra testatoris vel heredis culpam §. 18. *inst. de Legat.* Conf. *Schwendendorff. Diss. de Jure circa pecudes Lipsiæ* 1679. *habita* §. 8. quia etiam legatum est donatio quædam. §. 1. *inst. de Legat.*

7. Li-

7. Limit. nisi dolus donatoris interveniat. *Lauterbach. in Colleg. Theor. Pract. P. 2. p. 157.*

8. Deinde fallit in donatione in solutum facta, quæ instar emtionis est. *Hertius in Select. & Rar. ex univ. Jurisprud. Argument. de Parœmiis Jur. Germ. par. 54. p. 501.* ut & in donatione remuneratoria, quia hæc se habet ad instar tituli onerosi *Brunnemannus ad d. l. 2. Carpz. P. 2. c. 34. d. 24. Stryk. apud Barbosam in Thes. Loc. Comm. sub voc. evictio ax. 1.* adeoque donatio non est. Dissentit *Gothofredus ad d. l. 62. ff. de Ædilit.* Edict.

LXXXVII.

1. Es ist seeliger geben, als nehmen. Beatius est dare quam accipere. Est proverbium Christi nostri JESU teste Apostolo *Paulo Act. 20. v. 35.*

2. Ratio, (1) quia sic amorem testamur proximo (2) quia dare promissionem habet salutis temporalis & compensationis (3) quia accipere nota est indigentiæ.

3. Probat. per *cap. prædicator 64. c. 16. q. 1. Add. Sirac. c. 4. v. 36.*

4. Quomodo parœmia hæc applicari possit in materia donationis & usucapionis? vid. *dissert. de Usucapionibus sub præsidio D. Biccii Argentorati habita n. 43.* Scilicet inferre voluit prælaudatus Autor ex hac nostra parœmia, quod si donatarius rem donatam usuceperit, postea vero rescisscat, illam non ad donatorem pertinuisse,

nec consequenter donari ab eodem potuisse, magis pie faciat possessor, si rem restituat, quam si retineat, modo sine notabili rei familiaris dispendio id facere possit. Nam si ad restitutionem rei emtæ sine pretii refusione, tenemur, quæ ad venditorem non pertinuit, multo minus aliquis retinere potest injuste & cum damno innocentis proximi dono data. Sehet zu, daß es nicht gestohlen seye, gebets dem rechten Herrn wieder. *Tob.* 2. *v.* 21. Jocum magis quam veritatem sapit ille versus Owenianus:

Accipere humanum est, inopi donare Deorum.
Nunquam tam paucos credo fuisse DEOS.

Add. *Woldenbergius in Micario Juris p.* 91.

LXXXVIII.

1. GEben und doch behalten gilt nichts. Dare, & tamen retinere, nihil valet. h.e. quando aliquid datur, & tamen non traditur, tunc idem est, ac si non datum fuisset. Est proverbium imprimis Parisiensibus usitatum. Belgæ dicunt: Niemant kan geven ende houden.

2. R. (1) quia dare, & tamen retinere effective idem est ac non dare (2) quia proprie id saltem datur, quod in alium transfertur, cum dare sit dominium transferre §. *sic itaque* 14. *inst. de Action. l.* 75. §. *fin. ff. de V. O.* dominium autem non transfertur, nisi traditione interveniente *Hoppius in Comment. instit.* §. 43. *d. K. D.* sive illa vera sive ficta sit. *ibid.*

3. Declara, quatenus nimirum a privato in privatum transferendum est dominium: nam quotiescunque beneficio legis aut officio judicis transfertur dominium, toties traditione non est opus ibid.

4. Fallit in donatione mortis causa quæ valida est, & tamen res data retineri potest, donec dator mortuus est. Idem dicendum de donatione conditionali, ubi itidem tam diu res data retineri potest, quam diu conditio non existit. Conf. *Del. ad tit. inst. de donat.*

LXXXIX.

1. Gedancken sind Zoll-frey. Cogitationis pœnam nemo patitur.

2. Rationem suppeditat *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Com. sub voc. cogitatio ax.* 1. *ex Julii Clari Praxi Crim.* §. *fin. q.* 91. *&* *Cujacio L.* 8. *ob.* 22. hanc quia sola cogitatio non est delictum. Ratio verior autem hæc est, quia de internis nec Ecclesia judicat nec judex civilis *Sonnemannus in LL. Notab. p. m.* 64. *lit. C. n.* 10. ratio rationis, quia actibus hominum internis, sive cogitationibus leges applicari nequeunt. *Hoppius in Comment. inst. tit. de J. & J.* §. 1. *p. m.* 23. hinc quoque recte *Paulus* notat in *l.* 1. §. 1. *ff. de furt.* solam cogitationem furti faciendi non facere furem, cum furtum non fiat sine contrectatione.

3. Convenit cum parœmia nostra *l. cogitationis* 18. *ff. de Pœn. & cap. cogitatio* 20. *dist.* 1. *de Pœnit.*

4. Declara regulam accipiendam esse de pœna quoad forum soli. *Sonnemannus d. l. p. 65.* & quatenus cogitans actu quodam externo non prodidit animi sui sensa, sed in terminis cogitationis nudæ mansit *Brunneman. in Comment. ff. tit. de Pœn. Tabor & Sonnemannus d. l.*

5. Amplia eam (1) in tantum, ut nec de crimine læsæ majestatis teneatur cogitans, quamdiu scil. cognitio vel consilium mentis in nullam mali externi erupit speciem. *Sonnemann. d. l. p. 64.* nec etiam de crimine hæreseos, si sc. nulla ratione illa cogitatio hæretica magistratui innotuerit. *Illustris Dn. Stryk de Jure Sensuum diss.* 10. *c.* 4. *n.* 16. *p.* 612. Hinc optime Rex *Prussiæ in Edicto quodam de A.* 1703. *d.* 28. *Aug. contra Judæos publicato:* Diejenige, welche die Gottes-lästerliche Worte wider Christum im Gebett Oleno zur Schmach unsers Heylands heimlich, oder auch in ihren Hertzen sprechen möchten, wollen wir der göttlichen Allmacht überlassen haben, und wird Christus JEsus unser Erlöser seine Ehre zu retten wissen. Tentzel *in Bibliotheca curiosa de A.* 1705. *p.* 125.

6. Ampl. (2) ut non tantùm procedat in cogitatione vaga de delicto aliquo perpetrando, sed & in plena delicti volitione & intentione. Idem *Dn. Stryk. d. l. n.* 13.

7 Fallit (1) in foro poli Marci 7. v. 21. quia nulla cogitatio latet DEUM omniscium *B. Geierus in Commentario supra proverbia Salomonis c.* 12. *v.* 5. *p.* 594. *& c.* 15. *v.* 26. *p.* 783. Conf. *Hebr.* 4. *v.* 12. *Matth.* 5. *v.* 28. *&* 22.

1. *Joh.*

1. *Joh.* 3. *v.* 14. 15. *Galat.* 5. *v.* 24. *Rom.* 7. *v.* 7. Add. *Meisnerus* in wiederlegten Sprüchwörtern *n.* 3. *p.* 4. & *Hutterus in Compendio Theol. Loc.* 30. *Q.* 4.

8. Fallit (2) quoties cogitans ad actum externum progreditur *Brunnem. Tabor & Hoppius d. l.* ita tamen ut non ordinariè sed extra ordinem puniatur cogitans *Excell. Dn. Stryk. apud Barbosam in Thes. Loc. Com. sub voc. cogitatio ax.* 2. *Carpzov. in Praxi Crim. P.* 1. *Q.* 17. *n.* 13. Plura vid. *apud eund. Dn. Strykium de Jure Sensuum Diss.* 10. *per tot.*

XC.

1. Wer sich in die Gefahr begiebt, kommt in der Gefahr um. Periculo qui se committit, in periculo etiam perit. Prob. per *l.* 203. *ff. d. R. I. l.* 7. §. 1. *ff. qui satisd. cog. l.* 11. *ff. ad L. Aquil. cap.* 3. *Eccles. v.* 27.

2. R. quia id temeritatem sapit, quæ DEO exosa est.

3. Declara, quatenus nimirum quis temere & sponte in periculum se conjicit. *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Com. sub voc. necessitas ax.* 3. v. g. quando illud prævidere poterat, nec tamen illi cessit *l. si quis* 3. §. 6. *ff. de SCto Syllan. l. si mulier* 21. *in pr. ff. de eo quod met. caus.* Aliud ergo quando quis citra suam culpam vel invitus ad necessitatem aliquam redigitur, sic enim audaces fortuna juvat, & necessitas in virtutem

vertitur, man muß auß der Noth eine Tugend machen/ præsertim in bello. Vid. *Zeilerus Epist.* 585. *p.m.* 992. *Epist.* 44. *Cent.* 2. *p.* 420. *Lipsius Lib.* 5. *Polit. c.* 20. *n.* 15.

4. E. G. Qui pro aliquo intercedit & fidejubet, persuasus, debitorem principalem ipsumet satis esse solvendo, adeoque fidejussionem nihil nocere posse, illum hac persuasione non obstante omnino oportet solvere, adeoque in periculo perire; in quod se conjecit, si debitor principalis ipsemet debitum suum persolvere nequit, quia sua culpa id damnum sentit *l. fidejussor* 29. *ff. mand.* Vid. *Bronchorst. in Comment. ad tit. de R. I. l.* 203. *p.m.* 446. *seq.*

XCI.

1. EIn gefangener Mensch / ein armer Mensch. Captivus homo miser est.

2. R. (1) quia inclusus carceri humano præsidio orbatus in tanta fortunæ angustia sibi non constans, de sano & salutari consilio redemtionis suæ, meditari nequit *Crusius de indiciis delictorum P.* 1. *c.* 11. *n.* 6. (2) Quia captivus homo non solum multis obnoxius est calamitatibus, sed & jure civili factus erat servus *§.* 1. *inst. de Jur. Person.* Servus autem pro civiliter mortuo habitus *l.* 12. *ff. d. R. I.* Hinc qui captivum non redemit, vitam civilem ei ademisse censebatur. *Stryk. JCtus sine pari, de Successione ab intestato Diss.* 12. §. 24. *p.* 990. & liberi paren-

parentes suos in captivitate detentos redimere non festinantes exheredari possunt. *Nov.* 115. *c.* 3. §. 3. Quapropter etiam inter misericordiæ & dilectionis opera ac specimina refertur captivorum redemtio. Recte *Ovidius:*

Regia crede mihi res est succurrere lapsis,
Conveniens homini est hominem servare voluptas.

3. Declara valere parœmiam hanc imprimis quoad illos Christianos, qui ab hoste captivi abducti, aut alias innocentes sunt, & in carcere detinentur. Conf. *Speidelius in speculo sub voc.* **gefangene Christen.** Utut enim etiam facinorosi & criminis alicujus rei miseri sint homines; attamen miseriam suam sibi ipsi consciverunt, & hinc non eadem digni sunt misericordia.

4. Effectus, (1) quod ille, qui se in fugam conjecit, eapropter non statim præsumatur reus esse Vid. *par.* **flüchtig Mann, schuldig Mann** *sub voc.* **Flucht** imprimis si timore justo aufugit, certior factus inquisitionem contra se motum iri, cum fatuus videatur, qui, cum in statione libera deducere possit innocentiam, pro libertate servitutem eligit. *Crusius d. l. & ibi allegatus Gailius L.* 2. *ob.* 109. quod in tantum a nonnullis ampliari solet, ut peccare illum putent, qui aufugere potest, & tamen illud intermittit, ad rationem naturalem provocantes, quæ nocitura evitare solet. *Crusius d. l.*

5. Effect. (2) quod captivus miles gaudeat jure postliminii, si in civitatem revertatur §. *ult.*

inst. quib. non est perm. fac. test. & quod ad lytrum solvendum proni esse debeamus. Quod vero alios captivos attinet, eorum carcer non sit obscurus, & teter, sed tolerabilis & lumini solari obvius, adeo ut pro homicidis habeantur, qui subterraneis carceribus miseros includunt captivos *l.* 1. *C. de Custod. & art.* 11. *Const. Crim. Car. V.* Die Gefängnüß soll zur Erhaltung, und nicht zur schwehren Peinigung der Gefangenen gemacht und zugerichtet seyn, qui textus convenit cum *l.* 8. *§. solent* 9. *ff. de Pœn.* Conf. *Brunnem. in Processu Criminali inquisitorio c.* 8. *m.* 1. *n.* 20. *p. m.* 63.

XCII.

1. Güther müssen sich sebst vertheidigen. Bona ipsa pugnare ac se defendere debent, h. e. Omnes sumtus, qui intuitu bonorum faciendi, e bonis quoque depromendi sint.

2. R. quia alias nomen bonorum non merentur, & magis oneri sunt, quam lucro.

3. Ampliatur, sive defensio sit adversus vicinum, & consequenter sumtus concernant litem, sive adversus hostem, quorsum tributa & collectæ pertinent. Conf. *Celeberr. Dn. D. Beierus Præceptor quondam noster fidelissimus in Tr. de Artificibus Palatinis P.* 1. *c.* 18. §. 1. *n.* 780. *p.* 224.

4. Hinc beati quoque deprædicantur possessores. Vid. par. Seelig ist der Besitzer.

XCIII.

XCIII.

1. Glück (a) und Glaß
Wie bald bricht das.

Fortuna vitrea eſt, cum maxime ſplendet, frangitur, vel, fortuna inconſtans eſt, cui nemo ſe committere poteſt.

2. (a) Dicitur a vocabulo gelingen, *Speidelius in Addit. ad Beſoldi Theſ. Pract. ſub voc.* Glücks-Hafen, *p.* 326. *Vide tamen* Spate im Teutſchen Sprach-Schatz *p.* 674.

3. Ratio quia ſicut omnium rerum perpetua viciſſitudo eſt juxta *Comicum in Evnucho Act.* 2. *Sc.* 2. ita imprimis fortuna omnium rerum inconſtantiſſima eſt. Unde etiam repreſentatur tanquam virgo globo ſubinde volubili inſiſtens.

Paſſibus ambiguis fortuna volubilis errat
Et manet in nullo certa tenaxque loco.

O fortuna, inquit Pamphilus apud *Terent. in Hecyr. Act.* 3. *Sc.* 3. *ut nunquam perpetuo es bona.* Wann das Glück nicht weiter kan, ſo gehet es wieder zurück, weilen es nicht ſtill ſtehen kan. Darum iſt es am beſten hübſch auf der Ebene bleiben, ſo fällt man fein nicht hoch. *Chockier in Theſauro Politico L.* 5. *c.* 7. *p.m.* 612. *ſeqq.* Specialiorem rationem ex *Tacito* & Seneca adſert *Chokier. d. l.* quem evolve.

4. Cave igitur ne fortunæ nimium fidas, & rebus ſecundis inſoleſcas: ex ſecundis enim adverſa naſcuntur *Lipſius Lib.* 5. *Pol. c.* 18. *n.* 16. ſummaque & ima miſcentur *Tacit. Lib.* 4. *Hiſt. c.* 47. *n.* 2.

Wann Glück am meisten bricht herfür,
So hält das Unglück vor der Thür.

Add. Reinkingk *de Regim. Sec. & Eccles. L. 2. cl. 3. c. 3. n. 32. p. m.* 484.

XCIV.

1. DA man schrieb den Edel und Vest,
Da stund die Sach am allerbest,
Da man schriebe Hochgebohrn,
Da war Hopff'n und Maltz verlohrn.

Tunc temporis bene agebatur cum rebus humanis, cum equites salutarentur nobiles ac strenui; postquam vero generosissimorum ac illustrissimorum sustinere cœperunt titulum oleum perditum ac opera. Eodem illi rhytmi recidunt:

Da man schrieb dem Ehrsamen und Frommen,
Da war noch was zu bekommen,
Da man schrieb dem Ehrenvesten,
Da stund es schon nicht mehr zum besten,
Da man schreibt dem Hoch- und Wohlgebohrn,
Da ist Hopffen und Maltz verlohrn.

2. Ratio quia ampliores isti honorum tituli rem œconomicam ita fecerunt angustam, ut plurimæ antiquissimarum familiarum fere ad inopiam, si non plane ad incitas, redactæ sint. Hinc soli suas narrant miserias, & ex sociorum fatis se consolari solent, quando lunæ illas narrare pudet.

3. Ampliatur, ut hoc procedat etiam quoad statum civicum, die Edelleute wollen Grafen, die Bürger Patricii oder Edelleute, und dann die Bauren Bürger seyn, und weilen der Etât und die Oeconomia darnach muß eingerichtet werden, so kan es nicht anders seyn, als daß man endlich in Armuth verfället. Add. *Besoldus in Thes. Pract. sub voc.* Herrschafft *p.* 378. *seq.* Heut zu Tag giebt es hier in Francken-land keine Dörffer mehr, sondern wir haben nichts als Flecken, wann es auch gleich nur ein Weiler von etlichen Häusern seyn solte, und wird es bald so weit kommen, daß das Wort Bauer ein vocabulum injuriosum seyn wird. Hinc recte ille rusticus Saxonicus dixit: Damals stunde es noch gut, da man einen Wagen Wagen, eine Hur Hur, einen Schelm Schelm, und ein Futterhembd Futterhembd hiesse: nachdem man aber einen Wagen Schaise, (Chaise) eine Hur Madame, einen Schelm Procurator, und ein Futterhembd Wespe (Veste) nennet, da ist es zu weit kommen.

XCV.

1. Von hörsagen (*a*) leugt man gern, *vel* hörensagen ist halb gelogen, *vel* von hörensagen lernet man Lügen; von hörensagen wird man auf das Maul geschlagen. Ex relatu referre mentiri est.

2. (*a*) Hörsagen, oder hören sagen est cognoscere aliquid ex eo, qui id ex aliis audivit, quando

rem

rem aliquam ipsi auribus non percipimus, sed ab alio nobis narratam audimus. Dicitur alias quoque auditus auditûs. Aliter paulo (an satis curate? judicent alii) parœmiam hanc explicat Celeberr. *Dn. Hertius in Select. & Rar. ex Univ. Jurisprud. de Parœm. Jur. Germ. L. 1. par. 109. p. 570.*

3. R. quia, qui rem ab alio narratam audivit, non de re, proprio, sed alieno sensu percepta, loquitur, & hinc facile fallere potest & falli, vid. omnino *Excellentiss. Dn. Stryk. de Jure Sensuum Diss. 3. c. 3. n. 4. p. 184. Dietherrus in Cont. Thes. Pract. Besold. sub voc.* Lügen *p.* 384.

4. Effectus est, ut testes de auditu auditus deponentes regulariter non probent, *cap. testes* 15. *c.* 3. *Q.* 9. *c. licet* 47. *x. de Test. Nepos de Monte Albano de Testibus n.* 154.

5. Limitatur, nisi circumstantia loci, temporis diuturnitas, aut ipsa res, de qua sermo est, auditum proprium non admittat, & Reip. tamen expediat, ne veritas in occulto delictaque impunita maneant, modo *laudatus* Dn. Strykius d. l. n. 9. p. 186. seq.

6. Fallit ergo in factis antiquis, hominum memoriam excedentibus, quia hæc neutiquam probari possunt, nisi de auditu auditus testimonium admittatur *ibid. n.* 10. Deinde si agatur de probanda adfinitate l. consanguinitate *ibid. n.* 20. *p.* 189. & in examine ad perpetuam rei memoriam *ibid. n.* 45. *p.* 195. omnique casu, in quo testimonium de credulitate admittitur. *ibid. n.* 47. & demum in faciendis præsumtionibus *ibid. n.* 48. *p.* 196. add. omnino *Crusius de Judi-*

ciis

ciis delictorum. P. 1. c. 80. p. 282. per tot. Vigelius in methodo Juris Controv. L. 2. c. 13. p. m. 394. in f. sqq.

XCVI.

1. WAs der Hirt in seiner Hut verliehret/ das soll er gelten (*a*). Quicquid pecudum pastor e custodia sua amittit, illud tenetur emendare, sive illius præstare æstimationem.

2. (*a*) Gelten idem est ac büssen / damnum resarciendo æstimationem amissi animalis præstare.

3. Confirm. per *Genes. c. 31. v. 39.*

4. Ratio est, quia pastor mercedem recipit pro sua custodia, & hinc suam custodiam dirigere tenetur ad exactissimam diligentiam s. levissimam culpam. Vid. *Brunnem. ad l. 40. ff. loc. cond.*

5. Consentit jus civile, & quidem in specie *l. si quis domum 9. §. 4. ac l. 40. ff. locat. cond. ut &* Land-Recht *L. 2. art. 48.*

6. Decl. modo pastori aliqua possit imputari culpa *Schneidew. in Comment. Inst. de Servit. præd. rust. n. 40.*

7. E. G. Qui animalia conducit ad pascendum per insidiosa loca, & in via quædam amittit, utique ad eorum restitutionem tenetur. Debuisset enim ista evitare & aliorsum sua conducere pecora. Quodsi vero aliam viam eligere

non

non potuerit, & sic cessaverit culpæ imputatio, cessabit etiam restitutio amissorum animalium. *Struvius in dissert. de jure ovium S. 1. c. 3. §. 29.*

8. Fallit in casu fortuito, quem sicut nemo, ita nec pastor præstare tenetur. *Struvius. d.l.* §.27. Etiamsi oves æstimato datæ sint pascendæ, cum illa tantum æstimatio faciat emtionem & hinc dominium transferat, quæ a contrahentibus eo animo, ut transferatur dominium, initur *l.* 1. *ff. de æstim. act. Illust. Strykius apud Barbosam sub voc. æstimatio ax.* 1. *Struvius d. l.* Probare tamen debere pastorem casum fortuitum recte asserit *idem Struvius d. l.* Dissentit *Tabor apud Barbosam sub voc. custodia.*

9. Ampl. (1) etiamsi domino pelles reportet animalium. *Struvius d. l.*

19. Ampl. (2) ut pastor quoque teneatur respondere de illis damnis, quæ animalia sibi invicem vel etiam hortis aut pratis intulerunt, ab ipso tamen prævideri & hinc facile præcaveri potuissent *Thomæ de noxia animalium c.* 6. *n.* 28. *p.* 94. & *c.* 3. *n.* 103. *p.* 61.

XCVII.

1. Wohin der Dieb mit dem Strang, dahin gehört der Hirsch mit dem Fang, *h. e.* Strick. Quorsum fur cum laqueo, isthuc etiam cervus cum reti pertinet. Clarius: (verba enim hæc metonymice intelligenda sunt) ubi quis habet jus laqueo puni-

puniendi furem; ibi quoque habet jus cervum capiendi retibus.

2. R. quoniam de consuetudine Germaniæ in dubio jurisdictioni aut imperio cohæret venatio. *Wehnerus sub voc.* Forst *p.* 113. *vers. ac hinc est &c.* Speidelius in Spec. sub voc. Forst p. 346.

3. Declara, exaudiendum esse dicterium hoc quoad superiora secula.

4. Fallit hodie. Vid. Döpler in seinem getreuen Rechnungs-Beamten *P.* 2. *c.* 6. *n.* 2. *p.* 218. Conf. Parœmia: So weit ein Straff-Gericht gehet, so weit gehet auch der Forst.

XCVIII.

1. DEr Herren Hertzoge zu Braunschweig-Lüneburg (*a*) Zaun thut der Stadt Hildesheim (*b*) sehr gut. Hildesiensium civitati valde prodest Ducum Brunsuicensium & Luneburgensium sepimentum.

2. (*a*) Ad domum Brunsuicensem & Luneburgensem pertinent hodie Duces Guelferbytani & Beverenses, nec non Hannoverani, quorum primogenitus dignitate Electorali condecoratus, & Accessione Cellensi potentior factus.

3. (*b*) Est metropolis in Episcopatu Hildesiensi, maximam partem Religioni Aug. Confes. addicta, & potentissimæ Domus Brunsuicensis ac Luneburgensis protectioni hæreditariæ obnoxia. Vid. *Autor* deß Europäischen Herolds *p. m.* 114. Et hæc protectio intelligitur

per vocem Zaun, ita ut sensus sit: protectio illa Ducum Brun. & Luneb. valde conducit Civitati Hildesiensi.

4. Ratio, quia sic impeditur, quo minus religio reformetur, aut civitas redigatur ab Episcopo in suam illimitatam potestatem, & sic libertate, qua hactenus gavisa est, privetur. Conf. *Constantinus Germanicus in Epist. ad Justum Severum p. m.* 187. Quid nuper admodum, cum turba quædam cives inter & Magistratum orta; Elector Hannoveranus & Dux Cellensis jamjam defunctus ad exstinguendum ignem in cinere latentem jure protectionis & ex aliis causis faciendum susceperit, videre est im monatlichen Staats-Spiegel *Mense Febr. de A.* 1703. *p.* 3. Quomodo autem res tanden fuerit composita, vid. *ibid. Mense Augusto p.* 11.

XCIX.

1. **Bey Wassersucht und Quartan, Stehen alle *Medici* an.**

Hydrops & quartana (sc. febris) omnes Medicos solicitos facit, h. e. hydrops & febris quartana tales sunt morbi, quibus vix Medici parare possunt medicinam.

2. Ratio, quia causæ earum ita sunt comparatæ, ut vix tolli queant.

3. Declar. (1) ut plerumque non semper, diverbium hoc procedat.

4. Declar. (2) ut intelligatur in-non exclusive, cum adhuc alii morbi dentur, qui difficulter curari possint, v. g. podagra das Zipperlein (juxta versiculum:

Tollere nodosam nescit medicina podagram)

phthisis, epilepsia, arthritis vaga, gangræna (de qua ita Poëta:

Malum late solet immedicabile cancer
Serpere, & illæsas vitiatis addere partes)

& omnes denique morbi chronici, bey welchen nichts bessers ist als eine gute Diæt, Bronnen-Milch-oder auch warme Bad-Cur.

5. Notent igitur incauti Medici pro cautela, ut ne in ejusmodi desperatis morbis restitutionem certo promittant; alias enim perdent sostium.

C.

1. Zeuch gen Straßburg, so findest du den Tisch gedecket. Abi Argentoratum, & ibi invenies mensem stratam. Est proverbium cujus meminit *Besoldus in Thes. Pract. sub voc. mensa p. m.* 662. Sed sine explicatione. *B. D. Johannes Conradus Dannhauerus* (ad quem dict. Besoldus provocat) itidem illius *in Memoriali Evangelico Conc. Dom.* 20. *post Trinit. p.* 790. facit mentionem, & illud spiritualiter etiam verum esse tradit, cum singulis diebus ibi aditus pateat ad Sacræ Synaxis usum. De sensu proprio autem nihil habet. Ex appli-

catione tamen colligi poteſt, quod proverbium noſtrum nihil aliud ſibi velit, quam quod victus copia abundet Argentoratum, & quod ille pro modico ibi haberi poſſit pretio, quod de antiquis, non vero hodiernis ejus temporibus intelligendum. De Argentorato adhuc aliud circumfertur proverbium, nimirum, wann Straßburg wäre vom Himmel gefallen/ so hätte es nicht besser zu liegen kommen können/ quia ſitum eſt in ſolo plano; fertili tamque beato ut nuſpiam magis benigna natura opes deliciasque ſuas oſtendere voluiſſe videatur *B. Dn.*

Wagenseil *in Synopſi Geographica Loculamenti ſecundi Peræp.* 380.

INDEX
RERUM ET VERBORUM,
ſecundum numerum Parœmiarum directus.

A.

ABuſus & conſuetudo quomodo differant? Par. 58
Affirmatio teſtis qualem inducat probationem? 44
Affirmantis an eadem in judicio ſit ratio habenda, ac negantis? ibid.
Alimenta an ad heredes transferantur? 47
quid de illis præteriti temporis ſtatuendum? ibid.
Altdorff: ob das ehedeſſen keine D. Theologiæ habe creiren können? 38
Amor maternus erga liberos qualis? 51
Arma: in moderamine inculpatæ tutelæ an paria eſſe debeant? 40
Artificium: an natura interdum ad illud quid contribuat? 1
Auſtriæ Archiducum Clementia 34

B.

Bonorum communio inter conjuges ubinam recepta? 54

C.

Carcer qualis esse debeat? 91
Carolus V. quibus in expeditionibus succubuerit? 57
Castus juvenis an etiam in senectute talis præsumatur? 69
Casus insolitus an etiam fortuitis annumerandus? 7
fortuitus quinam ille dicatur? 9
administrator an hunc præstare teneatur? ibid.
fortuitum in se recipiens, an etiam damna tempestatibus, bello & sterilitate data recepisse dicendus sit? 7
Caupo an tuissationem hospitis ferre teneatur? 12
Cent: unde derivetur? 78
quomodo differat a voce Send? ibid.
parum affert utilitatis. ibid.
Cogitatio sola an sit delictum? 89
furtifaciendi an furtum faciat? ibid.
quid de cogitatione criminis hæreseos? ibid?

cogi-

cogitans, an ad actum externum delicti progrediens, quomodo puniendus? ibid.
Collecta: quousque ſubditi ad illas teneantur? 60
Collegia Opificum quinam ad illa admittendi? 66
an etiam ſpurii? ibid?
Conjux: ſuperſtes quousque Creditoribus prioris matrimonii reſpondere cogatur? 54
Conſervatio ſui ipſius quousque licita ſit? 63
Cor hominis quale ſit? 21
Creditor an cauſam habeat conquerendi, ſi debitori terminus ſolvendi quatuordecim dierum indulgeatur a judice? 74
Currus duobus in ponte ſibi obviam venientibus, quinam alteri cedere debeat? 55

D.

Damnum ſterile datum in ſe recipiens an ferre etiam teneatur den Wetter-Schaden? 7
Decimæ novalium ad quem hodie pertineant? 77
an ad fructus naturales an vero induſtriales referendæ? 79
decimandi jus quousque ſe extendat? 77
an Franconia conſuetudo militet pro univerſali decimatore? ibid.

Delinquentem ſciens an quis indicare teneatur? 11
Dingen quid? 15
Dominium: quando in illo transferendo traditione opus ſit? 88
Donator an teneatur ad evictionem rei furtivæ? 86
Donata res uſucapta an reſtituenda, ſi donatarius reſciſcat illam non ad donatorem pertinuiſſe? 87

E.

Edelleuthe: ob deren Parole die Krafft eines Juraments habe? 22
Emtor poſterior, cui res tradita, quando priori præferendus? 55
Error calculi, an & quando retractari poſſit? 59
quot annis doceri vel corrigi poſſit? ibid.
quid ſi commiſſus in ſententia? ibid.
Etcætera: ejus ſignificatio? 32
an ſit convicium? ibid.
an alapà compenſari poſſit? ibid.
Exhæredari an liberi poſſint a parentibus, ſi captivi ab illis non redimantur? 91

F.

Fœminæ: an illis tantum fidei habendum, quantum maribus? 62

an ad amorem faciliores sint viris? 69
an in summa ebrietate constitutæ aptæ sint ad coitum? 80
Frater: quando inofficiosi testamenti querela agere possit? 41
Frater: an etiam uterinus illa experiri queat? 41
Fuchß: ein jeder verwahrt seinen Balg. 63
ein alter ist übel zu fangen. ibid.
Fugitivus: an statim ideo reus præsumatur? 91
Fur: an illi deferri possit juramentum? 27
Furtum: ejus requisita, si quando ex necessitate fit. 42

G.

Garten-Werck: Wartenwerck. 84
Gefahr: wer sich darein begiebt, kommt darinnen um. 90
Gefangener Mensch, armer Mensch. 91
Geitz: derer Geistlichen. 67
Geld ist eine gute Waar. 83
Glück: unde hæc vox derivetur? 93
dessen Unbeständigkeit. ibid.

H.

Heres: an evictionem præstare teneatur legatariis, si pecora legata perierint, vel damnum citra ejus culpam fecerint? 86
Hertz: woran der erkennt wird? 8

Hildesheim: gaudet protectione Ducum Brunſvicenſium. 98
Huren-Zoll. 68

I.

Jean Fouttre: unde derivetur? 32
Ignorantia ſupina & craſſa an a dolo remoto excuſet? 11
juris quinam illa excuſentur vel non? ibid.
Indigenæ: quando præ alienigenis promovendi? 35
Injuria non fit volenti. 14
an fœmina malæ famæ injuriam agere poſſit? 33
Injurioſa verba an reddi poſſint impune? 16
verba vi ſua nativa injurioſa an animum injuriandi arguant? 24
Invaſor: furore aut inſomniis agitatum an occidere liceat? 40
Ira: ejus cauſa interna quænam? 65
in quantum excuſet in delictis? ibid.
Judex: an illi, ſe corruptum eſſe dicendi credendum? 61
Jus publicum an pactis privatorum mutari poſſit? 15
Jus ſuum an quis pro arbitrio cedere poſſit? 14

K.

Krämer pflegen nicht leicht einen Marckt zu verſäumen. 2
Kühr: quid? 15

L.

Lascivia an sit culpa? 45
Lascivia armentum fugans qua actione teneatur? ibid.
Lügner: dem siehet man so tieff in den Rachen als dem Wahrsager. 3
Luther: macht viele reich. quare? 4

M.

Malus natura difficulter corrigitur. 29
Martyres diaboli quid sufferre teneantur? 53
Mater: illi liberos suos adulterinos esse dicenti in quantum credendum? 61
Matrimonium: quid de illo senis cum juvencula statuendum? 37
Mauri: unde hæc vox derivetur? 57
Hispania pulsi. ibid.
Medicus: quibus in morbis maxime cautus esse debeat? 99
Meister-Recht: ob die Meisters Söhne davon befreyet? 56
Meister wird nicht gebohren / sondern gemacht? 1
Milch-Zinß. quid 68
Moderamen inculpatæ tutelæ excedens quomodo puniatur? 40
Mola ejus dominus quando in molendo aliis præferendus? 55
Monachus: eorum avaritia. 67
item vita. 81
Morbus: quinam difficulter curari possit? 99

Mor-

Mortuus: an affici possit injuria? 14
Mühlen-Recht: quinam illud habeant in molendinis bannariis? 55

N.

Nachbar gut oder böß, wie viel daran gelegen? 48
mit denen ist gut Stadel bauen. 49
Narren vielerley. 17
deren 99. beysammen. ibid.
deren Unterschied. 50
Nichts ist gut für die Augen. 43
Norinberga: artibus mechanicis celebris. 38
Novalia: quid ad ea requiratur? 77
Nürnberger Hand. 38

O.

Obligatio: an verbis tolli possit? 25
an sese extendat ultra vires? 60
Opifex eorum jura, quatenus valeant? 15

P.

Pacta rumpunt leges. 15
an pacto substantialia contractus mutari possint? ibid.
an pactis privatorum jus publicum mutari possit. ibid.
Parasitus: an ipsi detur actio injuriarum, si aliis postponatur? 85

Pastor: quando ille ad restitutionem pecorum amissorum & præstationem damni ab illis facti teneatur? 96
Pestis tempore quænam cautela? 39
Pignoris jus ratione temporis quale? 55
Pistores: an jus prælationis in molendo habeat? 55
Pompholyx quid? 43
Potentia parit arrogantiam. 52
Pratum ejus fructus an ad naturales an vero industriales referendi? 79
Prioritas temporis ratione alimentationis parentum & liberorum quænam? 55
Probatio per duos testes qualis esse debeat? 71
Promissa jurato res & alteri vendita cui cedat? 55
Promissio nuda an de jure civili Romano valeat? 22
Promittens alienum, quando liberetur, si id implere nequeat? 5
Pupillus: pauperem tutor de suo aluisse præsumitur. 43

Q.

R.

Rabulistæ unde cognoscantur? 28
Relegatio ad tempus indeterminatum ad quot annos intelligenda? 75

S.

Servitiis liberatus rusticus si sit per consuetudinem vel transactionem, an ad illos ordinatio provincialis quoque pertineat? 15

Singularitas quando laudanda vel vituperanda? 26. & 46
Straßburg: allda findet man den Tisch gedeckt. 100
Stulti: eorum quinam principem inter se obtineant locum? 17
Subditus: an illi liceat resistere crudeli domino? 30
quando jus non parendi habeat? 36

T.

Tempestas: quotuplex? 7
Tempore prior potior jure, quando locum habeat? 55
Tempus indeterminatum an & quibus in rebus pro perpetuo habendum? 75
an diviti debitori minus temporis tribuendum sit quam pauperi? 74
Testis: uni quando credendum? 70
Testis: de auditu auditus deponens quando probet? 95
Tintinabula, ornamentum olim Magnatum. 50
eorum abusus. ibid.
Titulorum frequentia & abusus. 94
Tortura: an ad eam sufficiat unus testis? 70
Tuissatio: ubi solita? 12
Turpitudo: an suam alleganti credendum? 61
quando illa efficaciter allegari possit? ibid.
an etiam in præjudicium tertii. ibid.
Tutor: an pupillum alere teneatur? 43

V. Vatter:

V.

Vatter: worann der erkannt wird? 8
Venatio: an hodienum adhuc cohæreat jurisdictioni aut imperio? 97
Venti: qualem tempestatem afferant? 8
Verba sua retrectare quibusnam in rebus licitum? 20
quinam verborum effectus in obligationibus? 23
Vicinum: ob malum an res minoris pretii habenda sit? 48
Victus: res ad eum pertinentes an sub bonis hæreditariis comprehendatur? 47
Vindicta: quænam licita? 13
Vließ: Vliessen quid? 31
Vogel in der Hand rc. 64

W.

Weberland: quodnam? 31
Wetter: woran das erkannt wird? 8
Wille: an deß Menschen gehet viel ab. 6
ist deß Menschen Himmelreich. 14
Willkühr: quid? 15
cui juri opponatur? ibid.
Wirth: muß schlecht seyn, der nicht eine Zeche borgen kan. 13
Wort ist kein Pfeil. 24
Würde ist Bürde. 18
Wurm schneiden quid? 17
Wurm-Zwickel. ibid.
Wurst wieder Wurst. 16

Z.

Zechi boni, magni mœchi. 80
Zeihen ist leicher als beweisen. 76
Zeit hat Ehre. 73
Zeitung neue: quantum fidei judex illis tribuere debeat? 72
Zeit von 14. Tagen: wann das in Wechsel-Recht statt habe. 47
Zwangs-Gäste: ob die einen Vorzug im mahlen haben? 55

FINIS CENT. VIII.

THESAURUS PAROEMIARUM GERMANICO-JURIDICARUM.

Teutsch-Juristischer Sprüchwörter-Schatz/

IN QUO
MILLE ET QUOD EXCURRIT,
GERMANORUM DICTERIA, CUMPRIMIS JURIS, RECENSENTUR,
RATIONIBUS, LEGIBUS, AC DECLARATINOIBUS ILLUSTRANTUR,
ET QUIDEM EJUS

CENTURIA NONA,

OPERA ET STUDIO
GEORG. TOB. PISTORII, U. J. L.
Ill. Comiti Hohenloico-Weickersheimensi a Consiliis & Cancellariæ Directoris.

AUGUSTÆ VINDELICORUM
Apud DAVID RAYMUND MERZ, & JOH. JACOB MAYER.
1724.

ILLUSTRI ET GENEROSISSIMO

DOMINO

DN. JOHANNI de BREHMER,

EQUITI SVECO,

SERENISSIMÆ DOMUS ONOLDO-BRANDENBURGICÆ CONSILIARIO STATUS INTIMO DEXTERRIMO,

SERENISSIMIQUE PRINCIPIS HEREDITARII GUBERNATORI SUPREMO VIGILANTISSIMO.

DOMINO PATRONO SUO, AC FILIORUM MECÆNATI BENIGNISSIMO

HANC PAROEMIARUM CENTURIAM NONAM OFFERT ET DEDICAT

AUTOR.

CENTURIA IX. PAROEMIARUM.

1. Jugend ist nicht allzeit Tugend.
2. Wie die Alten sungen,
So zwitscherten die Jungen.
3. Irren ist menschlich.
4. Wer das Handwerck verstehet, der verräthet den Meister nicht.
5. Hüte dich vor dem Land-Grafen zu Hessen,
Wann du nicht wilt werden aufgefressen.
6. Niemand kan zweyen Herren dienen.
7. Herren können wohl Schaden, aber keinen Schimpff leyden.
8. Herbergen kan niemand mit sich führen.
9. Handwercks-Sachen gehören vor den Rath.
10. Dreyzehen Handwerck, vierzehen Bettelleute.
11. Handel und Wandel muß getrieben seyn.
12. Wenn grosse Herren sich rauffen, so müssen die Unterthanen die Haare hergeben.
13. Haab ist wie der Haaber.
14. Man muß allezeit das beste hoffen.
15. Stille Wasser sind oder grunden gern tieff.
16. Es ist böß rechten, wo Gewalt Richter ist.
17. Was ich meinen Feinden abnehme, das ist mein.
18. Die Nuß-Bäume, Esel und Frauen müssen geklopffet werden.

19. Lieber Land und Leut verlohren,
Als einen falschen Eyd geschwohren.
20. Fische fangen und Vogel stellen,
Verderben manchen guten Gesellen.
21. Ein fleissiger Herr macht fleissige Diener.
22. Spatzen-Arbeit, Fincken-Lohn.
23. Es ist auf keines Menschens Freundschafft gewisse Rechnung zu machen, ehe und bevor man mit ihme eine Erbschafft getheilet.
24. Dein Fund, mein halb.
25. Findel-Kinder, arme Kinder.
26. Wer wohl schmiert, der fähret wohl.
27. Je heiliger das Fest, je geschäfftiger ist der Teufel.
28. Ist der Finger beringet,
So ist die Jungfer bedinget.
29. Eine Frage stehet frey.
30. Ein Narr kan mehr fragen, als zehen Gescheide antworten.
31. Laudo meos Francos.
32. Es ist leichter eine Heerd Flöhe, als eine eintzige Frau zu hüten.
33. Frauen, Pferd und Uhren solle man nicht hinleyhen.
34. Wer da eilt nach fremden Guth.
Auf den wartet schon die Armuth.
35. An fremden Hunden und Kindern ist das Brod verlohren.
36. Freundschafft oder guter Wille macht kein Recht.

37. Siehe dich wohl für, daß es dir nicht ergehe, wie dem Abbt von Fulda.
38. Eine alte Gewohnheit ist stärcker als Brieff und Siegel.
39. Wenn das Kind tod ist, hat die Gevatterschafft ein End.
40. Wer gewinnen will, muß beysetzen.
41. Ein kleiner Gewinn und offt, ist besser als ein grosser und selten.
42. Jung gewohnt, alt gethan.
43. Was einmahl geschehen, das stehet nicht zu ändern.
44. Guth macht Muth.
45. Das Guth folget seinem Herrn.
46. Gewalt kan man mit Gewalt vertreiben.
47. Gerade hat viel ungerades.
48. Die nächste Nifftel erbet die Gerade.
49. Es übergiebt sich niemand leicht.
50. Wider Willen kan man einem wohl was nehmen, aber nichts geben.
51. Gemeine Gebett und gemeiner Fluch vermögen viel.
52. Wer steht bey der Gemein,
Steht allweg gern allein.
53. Wer leicht glaubt, wird leicht betrogen.
54. Gleich sucht sich, gleich findet sich.
55. GOttes Allmacht ist allezeit excipirt.
56. Ein Mann kan sich ehe zu tod grämen als eine Frau.
57. Grosse Herren müssen viel von sich reden lassen.

58. Dreytägiger Gast, ist eine Last.
Dreytägiger Fisch, taugt nicht zum Tisch.
59. Gut Gruß, gut Antwort.
60. Unrechtes Guth fasselt nicht.
61. Der Gutgenug hat sein Lebtag nichts getaugt.
62. Wer ein Gesetz giebt, muß auch über solches halten.
63. Wer das Gesetz giebt, ist daran nicht gebunden.
64. So bald das Gesetz ersonnen,
Ist auch der Betrug gesponnen.
65. Geschwindigkeit ist keine Zauberey.
66. Viel Geschrey, wenig Wort.
67. Es ist kein Geschlecht, darinnen es nicht Hurer und Buben giebt.
68. Das Geruffte ist der Klagen Anfang.
69. Man muß bißweilen fünff gerad seyn lassen.
70. Gar zu gemein, ist selten rein.
71. Gelübd bricht Land-Recht.
72. Wort brechen kein Geleit.
73. Die Vorladung bringt das Geleit mit sich auf dem Rücken.
74. Wo kein Geld ist, da ist auch keine Vergebung der Sünden.
75. So bald das Geld in Kasten klinget,
Die Seel sich auch in Himmel schwinget.
76. Hat einer Geld, so ist er ein Held,
Und der mit güldenen Aepffeln werffen kan, behält das Feld.

77. Geld will einen klugen Vormund haben.
78. Böse Gesellschafften verderben gute Sitten.
79. Es ist niemand des Heil. Grabes Hütter umsonst.
80. Nichts liebers ist auf Erden,
Als Frauen-Lieb, wems kan werden.
81. Verstand kommt nicht vor Jahren.
82. Kein Vieh verbüsst Gewette.
83. Unterthan und Obrigkeit,
Fehlen öffters beyderseit.
84. Vorrede bewahret Nachrede.
85. Vogelfang gehöret zu dem Wildbann.
86. Vorwitz macht Jungfern theuer.
87. Gar zu viel ist ungesund.
88. Niemand hat sich selbst was vor übel.
89. Es kan keiner auf des andern Seel oder Beutel votiren.
90. Tausend Jahr unrecht ist nicht eine Stund recht.
91. Unmässigkeit in Essen und Trincken ist der Medicorum beste Säug-Amme.
92. Wer Vögel fangen will, muß nicht mit Brügeln drein werffen.
93. Wagen gewinnet, wagen verliehret.
94. Der hat Chur, hat Angst.

95. Die Woche zwier,
Giebt deß Jahrs hundert und vier.
96. Was man nicht erlernet / das kan man erwandern.
97. Wanne ist kein Korb.
98. Im trüben Wasser ist gut fischen.
99. Wann die Unterthanen verderben,
Kan der Herr nichts von ihnen erben.
100. Herbipolensis sola judicat ense & stolâ.

I.

1. Jugend ist nicht allzeit Tugend.
Juventus non ſemper virtus eſt. h. e. non ſemper virtuoſe agit, & id quod rectum eſt facit.

2. Ratio conſiſtit in lubrico & imperfecto juventutis judicio, quod ad temeritatem inclinat.

3. Unde in omnibus fere pœnalibus judiciis eorum ætati ac imprudentiæ ſuccurritur. *l.* 108. *ff. d. R. I.* Conf. *Tabor apud Barboſam in Theſauro Loc. Comm. ſub voc ætas ax.* 1. & juvenili ætati aliquid condonatur *ibid. ſub voc. juventus ax.* 3. Add. parœm. Verſtand kommt nicht vor denen Jahren. Jugend iſt eitel *Eccleſiaſt. c.* 12. *v.* 10. und lüſtern 2. *Tim.* 2. *v.* 22.

4. Declaratur quod imprimis hodie procedat:

Die Jugend iſt jetzund in Warheit ſo geſinnt,
Je frömmer Eltern ſind, je ärger iſt das Kind,
Je weicher iſt der Artzt, je fäuler wird die Wund',
Je ſchlechter Jäger hier, je ſchlimmer iſt der Hund.

Vid.

Vid. *Abele in Metamorph. Telæ Judic. P.* 1. *c.*120. 658.

5. Sedulo ergo cavendum eſt, ne ipſi malo exemplo ſimus juventuti, denn die Jugend fängt wie Zunder, quamvis & hæc parœmia in bonam capi poſſit partem, de docilitate nimirum ejus *Beierus de artificibus Palatinis P.* 2. *p.*51. Maxime debetur puero reverentia, ſi quid turpe paras. *Juven.* Conf. *Meiſnerus* in denen widerlegten Sprüch-Wörtern *n.* 2. *p.* 2. ubi refutat parœmiam illam: Die Jugend muß verraſen. & *celeberr. Dn. D. Keſtner in diſſert. de delictis juventutis p.*4.

II.

1. Wie die alten ſungen/
So zwitſcherten die Jungen.
Prouti majores cantabant,
ita pulli pipillabant, h. e. tales ſe exhibent juniores, quales ſunt ſeniores.

2. R. (1) quia juniores diſcunt a majoribus, *a bove majori,* canit Poëta, *diſcit arare minor, prona ſuæ ſequitur filia matris iter,* quæ liberi avida aure hauriunt a Parentibus, illa poſtea data occaſione, repetunt. (2) Quia majores ſanguine ſuam communicant indolem.

3. Declar. quatenus juniores cohabitant, converſantur, & ſociantur cum ſenioribus, cumprimis ubi ingenium juniorum natura ad malitiam pronum eſt. *Ego quod ſum,* inquit illa fœmi-

fœmina apud *Plaut. in Truc. A. 2. S. 5. matris opera sum, & meapte malitia.*

4. Effectus, quod malorum familiaritate utens, malis, & bonorum familiaritate utens, bonis, animum informet moribus, vid. *l. 25. 5. 6. ff. de Ædilit. Edict.* Hinc cum magis vel veneficiis convictis annosis assidua & stricta amicitia copulatus juvenis vel virgo valde verisimilem participationis in hoc crimine incurrit præsumtionem. Vid. *Granzius in defensione inquisitorum c. 4. m. 2. Sect. 2. art. 2. n. 22. p. 289.* Conf. *parœm.* Quad Ey, quad Rücken.

5. Exemplum aliquod in hypothesi vide apud *Georgium Mundium a Rodach. P. 1. cons. 22. n. 43. p. 325.*

III.

1. Irren (*a*) ist menschlich. Errare humanum est.

2. (*a*) Error differt ab ignorantia; illo aliud creditur, quam est; hæc vero est, quando nihil plane de facto constat. *Menochius de Præsumtionibus L. 6. præs. 23. n. 3. & 4.* ille opponitur consensui, hæc vero scientiæ. Add. *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Com. sub voc. error. ax. 5. Molenbecius Division. Jurid. Cent. 2. div. 40. n. 14. p. 330.* Quomodo error & ignorantia differant à dubitatione? exponit *Lauterbach in Comp. Jur. tit. de jur. & fact. ignor.*

3. Ratio, quia per lapsum cujusvis hominis judicium intellectus ita corruptum est, ut nemo

semper

ſemper recte ſe ſentire ac judicare jure gloriari poſſit, aut ſic retinere naturam, ut peccet nihil, Nov. 133. c. 5. Recte hinc imperator: in nullo errare, *divinitatis potius eſt quam humanitatis l. 2. §. ſed etſi C. de Vet. Jur. Enucl.* Conf. §. *ſi quid autem* 13. *de Conſ. Pandect.* ubi hæc verba habentur: *in omnibus irreprehenſibilem ſeu inemendabilem exiſtere, utique ſolius divinæ non autem mortalis eſt conſtantiæ ſeu roboris.*

4. Declaratur, quod cum mica ſalis hoc debeat accipi, conſiderando ſcil. hominem ſecundum naturam corruptam.

5. Effectus eſt, ut error excuſet & nemini proſit *Cujacius L. 5. obſerv. c. 39. n. 25.* non vero ut præſumatur. Culpam enim involvit errare, culpa autem, quæ delictum eſt, non præſumitur. *Menochius d. l. n.* 11. & 12. ne quidem in dubio *Maſcardus de Probat. concl.* 637. Et quidem error facti alieni, non vero proprii & juris excuſat arg. eorum quæ habet *Menochius d. l. n.* 51. *Barboſa in Theſ. Loc. Com. ſub voc. error ax.* 12. & 13.

6. Ampliat. ita, ut hic nemo excipiatur, ne Papa quidem & Imperator juxta illud Lutheri: Paſtor, Epiſcopus, Cæſar, Rex, Vir & Uxor errant, a quo non abludit *Owenus Lib. 2. Epigr. n.* 96. *p.* 197.

Ægrotant Medici, fraudantur Juraperiti,
Deſcendunt multi in tartara Theiologi.

Menſchen / inquit Rex & Propheta David, *Pſalm.* 62. *v.* 10. ſind doch ja nichts / groſſe Leute fehlen auch / ſie wägen weniger dann nichts/

nichts, so viel ihr ist, etiamsi vel doctissimi sint. Add. parœm. Rota sæpe rotat, & Aloysius Charitinus im Discurs von betrüglichen Kenn-Zeichen der Zauberey. §. 31. p. 65.

IV.

1. **Wer das Handwerck verstehet, der verräther den Meister nicht.**

Qui opificium intelligit, ille non prodit magistrum, h. e. vitia ab opifice in opere confecto admissa. Nimirum apud opifices obtinere solet, ut in commune rem suam admodum habeant occultam, adeo ut pactis etiam caveant, ne quis prodat vitia occulta. *Vid. Beierus in dissert. de mercede conductitiorum Jenæ habita n.* 41. Sed enim putarem ego ejusmodi statuta impia esse & illicita, cum non tantum principiis christianæ doctrinæ, sed & ipsi Juri Romano refragentur.

V.

1. **Hüte dich vor dem Land-Grafen zu Hessen,**
Wann du nicht wilt werden aufgefressen.

Cave tibi ab Hasso, si devorari nolis.

Est parœmia, cujus mentionem facit *Hubnerus P. V. Quæstionum ex Historia Politica in introduct. L. 4. P. 3. c. 1. n. 25.* quæ olim de Landgravio, Henrico Ferreo, dicebatur, cujus tanta erat

erat autoritas; ut omnibus fere terror fuerit, & proverbio huic causam dederit. Conf. *P.* 3. zu Herrn Samuels von Puffendorff Einleitung *c.* 13 *p.* 593. *seqq.* alias de Hassis dicitur: Die Hessen / die besten / quod de Hassis belligerantibus nonnulli intellectum volunt, quia imprimis tricennalis belli tempore fortiter egerunt. Unde *Autor anonymus* im Staat von Hessen-Cassel und Darmstadt / ita in laudem eorum scribit: Daß sie sich dermassen in allen Occasionen verhalten / daß jeder / so wohl Freund als Feind ihnen das Prædicat rechtschaffener Soldaten lassen müssen. Unde autem dicantur die Hund-Hessen / de eo vid. *Speidelius in Speculo sub voc.* Hessen *p.m.*596.

VI.

1. NIemand kan zweyen Herren dienen. Duobus dominis nemo servire potest.

2. Fundatur *in N.T. & quidem Matth.* 6. *v.*24. & *can.* 1. *dist.* 89.

3. R. Quia nemo duobus satisfacere potest: nam cum uni adsuerit, alteri abstrahi necesse est, *Woldenbergius in Tr. de Numeris juridicis. p.* 7. Sive ut in Evangelio dicitur, er wird einen lieben / und den andern hassen / einem anhangen / und den andern verachten.

4. Declar. (1) Scilicet ita neminem posse duobus servire dominis, ut utrique eorum in totum idoneus inveniatur.

5. Declar. (2) cumprimis in servitiis sibi invicem contrariantibus & repugnantibus.

6. E. G. Qui factus est miles DEI, desinit esse miles seculi: nec enim quicquam DEO militans implicat se se negotiis secularibus *l. generaliter 52. C. de Episc. & Cler. c. mollities 5. c. 21. q. 3.* mollitiis & laqueis secularibus obligari non debent, qui divinis rebus & spiritualibus occupati, ab Ecclesia recedere, & ad terrenos ac seculares actus vacare non possunt *c. 3. ead. c. 21. & q.* Add. *t. t. fin. L. 3. Decret. Clerice vel Monache dimitte negotia secli! Woldenbergius in Mic. jur. p. 8. & 2. Tim. 2. 3. 4.*

7. Ampl. ut idem valeat quod communitatem, wer der Gemeine dienet, hat einen bösen Herrn, quia plures uno habet dominos, niemand kan zweyen Herren dienen, inquit *Autor* gemeiner Auslegung teutscher Sprüchwörter *p. m.* 229. vielweniger dem viel-köpffigen Thier, Herren jedermann.

8. Hinc prohibitum est a *Justiniano*, ne duobus Magistratibus quisque assideat, & utriusque judicii curam peragat, sed altera sessione penitus semota unius magistratus contentus sit judicio. *Woldenberg. d. l. de Numeris jurid.*

VII.

1. HErren können wohl Schaden, aber keinen Schimpff leiden. Damnum, non injuriam ferre possunt Magnates.

2. Confirm. *per* 2. *Sam.* 10. *v.* 27.

3. Ratio quia existimationis & famæ violatio affert contemtum, Magnates autem volunt honorati, honoremque longe præferunt bonis aliis.

4. Declara (1) quod magis valeat enunciative, quam approbative: tantum enim abest, ut Principes, aliique Magnates indistincte quasvis subditorum & inferiorum vindicare debeant contumelias, ut potius illas generose interdum contemnant, ac remittant, sive ex insania, sive ex levitate, sive ex malitia istæ profectæ *l.* 11. *C. si quis Imperat. maledix.* modo non ad seditionem spectent. *Brunnemannus Comment. ad d. l.* Sich rächen stehet gemeine/ verzeihen königlich. Vid. 1. *Sam.* 10, 27. & 2. *Sam.* 16, 6. 7. 8. 10. 11.

5. Declara (2) Quod imprimis procedat quoad injurias & contumelias a paribus vel aliis magnatibus illatas, ne suis subditis ludibrio sint, in tantum, ut (cæteris paribus) etiam bella ea propter suscipi queant. *Schuz de Statu Rei Rom. Vol.* 1. *Ex.* 1. *th.* 14. *lit. b. p.* 24. Conf. 2. *Sam.* 10. *v.* 4.

6. Declar. (3) ita ut valeat regulariter, cum etiam magnates dentur ex Myrmidonum genere, qui argentum pluris æstimant, quam honorem. (An huc quadret Exemplum Davidis 2. Sam. 10. hæreo.)

VIII.

1. Herbergen kan niemand mit sich führen. Domicilia sive hospitia non sunt portatilia.

2. Ra-

2. Ratio, quia non testudines aut cochleæ sed homines sumus. Vid. *Dn.* Falckner *in Dissert. de Jure hospitiorum, Jenæ* 1666. *habita memb.* 4. §. 4.

3. Ergo tenemur peregrinantes & mendicantes hospitio excipere, si scilicet aliter se tueri nequeunt, nec nostris damnum aliquod aut periculum exinde emergit von Böckellen *in Tr. de jure hospitiorum c.* 3. *§.* 3. *p.* 16. Christus inquit *Matth.* 10, 40. *seqq.* & 25, 36. Ich bin ein Gast gewesen / und ihr habt mich beherberget. Et mandatum Spiritus S. est, nehmet euch der Heil. Nothdurfft an / herberget gern. *Rom.* 12. *v.* 13. seyd gastfrey unter einander ohne murmerln 1. *Pet.* 4. *v.* 9. Add. *Ebræor.* 13. *v.* 2. Gastfrey zu seyn vergesset nicht / denn durch dasselbige haben etliche ohne ihr wissen Engel beherberget. Conf. *Genes.* 18. 3. *c.* 19, 2. 3. Quapropter etiam hospitia alimentorum nomine in jure venire solent & inter privilegia piorum locorum recensentur *l.* 35. *C. de Episc.* & *Cler.* Add. *Blessendorf. in Tract. jurid. de Jure Hospitaturæ c.* 1. *n.* 9. *p.* 3. Quod ipsum tamen ita declarandum, ut peregrinantes grati esse erga suos hospites, nec solum stercus, ut in *l. in omnibus* 7. *C. de Cursu publ.* dicitur, illis pro solatio relinquere, sed sumtus, quos fecerunt, quoad possunt refundere debeant. Es will nicht allezeit genug seyn / daß einer in das Wirths-Hauß gehet / aus dem Kober isset / und hernach wieder seiner Wege marchiret: juxta rhytmos illos:

Ein Fuhrmann der ein Knicker ist.
Und allzeit aus dem Kober iss't,
Auch mit sich bringet Haber und Heu,
Der bring auch mit den Stall und Streu.

Conf omnino huc *Leiserus de Jure Georgico L.* 3. *c.* 20. *n.* 79. *p.* 684.

IX.

1. Handwercks-Sachen gehören vor den Rath. (*a*) Causæ & actiones opificiariæ pertinent ad Senatum, h. e. si lis oritur, in causa opificiaria, tunc illa dijudicanda venit coram Senatu.

2. (*a*) Senatus h. l. opponitur Præturæ urbanæ dem Stadt-Gericht. Scilicet opifices duas habent instantias proximam unam & inferiorem coram collegio opificiario, & secundam seu superiorem coram Senatu oppidano, qui ordinarius dicitur in oppositione ad præturam urbanam, utpote ad quam non nisi certæ causæ opificum qualificatæ sunt. Vid. *Beierus de Collegiis Opificum c.* 17. *n.* 1346. *p.* 379.

3. Ratio (1) quia Senatus concurrentem cum collegiis opificum habent jurisdictionem, sic ut per viam simplicis etiam querelæ plura ejusmodi gravamina ad eum tanquam ordinarium vel etiam superiorem magistratum deferantur. *Beierus d. l.* Ratio (2) & quidem proximior, quia in corpore Senatorio communiter suffragia habent collegia, adeoque inveniuntur ibi, qui negotiorum periti sunt, & affectione quadam collegia

legia amplectuntur; Ratio (3) quia causæ opificiariæ politicam & civilem publicæ rei magis quam justitiæ administrationem desiderant. *Beierus d. l. n.* 1402. *p.* 395.

4. E. G. Pone extraneum quendam turbasse collegiatos certi opificii, seu operando seu negotiando docendove, & tamen coram eorund. consessu comparere nolle, sie wollen vor dem Handwerck nicht stehen, hoc casu non ad præfecturam sed Senatum eundum est. *Beierus d. l. n.* 1347.

5. Declara (1) quod hoc procedat in illis locis, ubi hoc ita receptum, v. g. Saxonia.

6. Declara (2) procedere hoc, quando causa opificialis est & opificum privilegia ac articulos concernens.

7. Fallit quoad causas criminales & communes civiles, quæ non sunt opificiariæ vel non sunt occasione opificii natæ; hæ enim ad præturam oppidanam spectant *Beierus d. l. n.* 1403. *p.* 395. Vel etiam, quoties status causæ a consideratione politica & civili abit ad forensem, & factum opificis degenerat in delictum civile & commune, toties illa jurisdictioni præfecturæ obnoxia est, quatenus nimirum hæc a Senatu absolute non dependet *Beierus d. l. n.* 1439. *p.* 406. Apud nos in Franconia & quidem in Comitatu Castellano vel ad Cancellariam, vel ad Præturam, vel ad judicium centale das Emt-Gericht vel denique ad judicium commune das Hoch-Gericht pertinet, prouti nimirum qualitates loci

& causæ ſe habent. Add. idem Dn. Beierus in Advocato Opiſ. p.m. 120. 98.

X.

1. DReyzehen Handwerck / vierzehen Bettelleute. Tredecim opificia, quatuordecim mendicantes.

Alii dicunt: Vierzehen Handwerck / funffzehen Unglück. It. wer viel Handwercker kan/ deſſen beſtes iſt das betteln oder die Bettel-Kunſt.

Multa opificia exercens raro operæ pretium facit. *Tractent*, dicunt Latini, *fabrilia fabri*.

2. R. Quia qui ad multa opificia animum appellit, neutrum eorum recte perdiſcit; unumquoque enim opificium totum hominem requirit, nec pluribus negotiis unus ſufficit, juxta illud: Wer viel Handwercker mit einander lernet / der lernet ſelten eines recht. *B. Struvius in Deciſion. Jur. Opificiarii decis* 10. *p.* 30. in omnibus aliquid in toto nihil diſcit. Pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus *l. ult. C. de Aſſeſſor.* quam legem pro nota commendat *Woldenbergius in tract. de Numeris jurid. p.* 7. *Beſoldus in Theſ. Pract. ſub voc.* Handwercker *p.* 365. *Tabor apud Barboſam in Theſ. Loc. Com. ſub voc plura ax.* 4. *Hertius in Select. & Rar. ex Univ. Jurisprud. Argum. de Parœm. Jur. Germ. L.* 1. *par.* 120. *p.* 588. Aliud de illis dicendum qui plura diſciplinarum genera deguſtant, & uni tantum deinde incumbunt: diſtingui enim debet

inter

inter encyclopœdiam & ſtudia vagabunda. *Beſoldus d. l. ſub voc.* Lulliſten *p.* 606. nec non de illis, qui ingenio præ aliis valent. Sed caveant tamen, ne illud in eos cadat: Bey vielen Künſten wird man zu einem Narren. ibid. Mein Kind, inquit Sirac. c. 11, 10. ſtecke dich nicht in mancherley Händel, denn wo du dir mancherley vornimmeſt, wirſt du nicht viel daran gewinnen. Melius eſt pauca agere caute, quam multis intereſſe periculoſe. *Nov.* 44. *c.* 1. §. 3. *in f.*

3. Hinc utique laudanda illa ſtatuta ſunt, quæ vetant, nequis plura opificia exerceat *Hertius d. l. Beſoldus d. l. p.* 366. imprimis ſi illa nullam habent inter ſe connexionem. Conf. *Speidelius in Speculo ſub voc:* Zunfft *p.* 1390. *Carpz.* P. 4. conſt. 45. d. 10. Et hæc ipſa cauſa eſt, quare jure Rom. non licuerit amplius quam in uno collegio eſſe *l.* 1. §. *fin. ff. de colleg. & corpor.*

XI.

1. **Handel und Wandel** (*a*) **muß getrieben ſeyn.** Commercia rerum florere debent.

2. (*a*) Wandel h. l. non ſignificat conditionem vitæ, ſtatum aut curſum, ſed mutationem die Wandelung, Spate im teutſchen Sprach-Schatz *p. m.* 2502. Vox Handel vero impræſentiarum idem eſt ac die Handlung negotiatio, mercatura *ibid. p. m.* 755. uno verbo: das Gewerb.

3. Convenit omnino cum nostra parœmia *l.* 34. *ff. de V. O. & l.* 9. *C. de judic.*

4. Ratio, (1) quia commercia fons sunt omnium divitiarum, vid. die Fürstliche Macht-Kunst *cujus editor est Excell. Dn. Bodinus, Professor Juris Halæ Magdeburgicæ celeberrimus, Adfinis mihi colendus, p. m.* 15. ibi: Dieser Brunn (des Reichthums nemlich) muß nun einen steten Zufluß haben, damit er nicht austrocknet, noch ausgeschöpffet wird, und eben dieser Zufluß ist das Gewerbe und die Nahrung. Vis Rempub. nummosam? inquit *B. Dn. Fritschius Disp. de Libertate naturali restricta, quæ extat. in Exercit. ejus Jur. Pub. p.* 788. fac ut floreant in ea artes & opificia, & habebis opulentam & locupletem, arcent enim opifices paupertatem, & tantæ divitiæ insunt artibus, ut nec auri nec argenti sodinæ in nova Hispania aut Peru comparari iis queant, ut perinde recte de iis abierit in proverbium; Ein Handwerck hat einen güldenen Boden. (2) Quia per commercia merces illæ importantur in nostram regionem, quibus carere non possumus, & istæ exportantur, quibus abundamus Reinkingk in der Biblischen Policey *L.* 3. *ax.* 48. *p.* 837.

5. Declar. (1) commercia ita esse sovenda, ut ne prægravemus conscientiam; alias enim ex fonte divitiarum fieret fons æternæ condemnationis ut & paupertatis, dann unrecht Guth fasselt nicht. De quo vid. *hanc par.*

Quamvis enim verum sit, quod in pretio emtionis ex natura hujus contractus naturaliter liceat

liceat contrahentibus se circumvenire *l.* 16. *§.*4. *ff. de Minor.* Die Natur und Eigenschafft des Gewerbs bringet es mit / daß einer seinen Vortheil dabey bevor habe / und daß ohne Gewinn kein Handel wohl seyn könne; attamen lucrum illud, quod tali modo intenditur, honestati & æquitati proportionatum esse debet Reinkingk *d.l.p.* 838. Daß niemand zu weit greiffe / noch vervortheile seinen Bruder im Handel 1. *Thes.* 2, 6. *Levit.* 19, 34.

6. Declara (2) quod imprimis ironice usurpetur de illis, qui subinde res suas cum aliis, maximo etiam damno vel dedecori suo, permutant, die da schachern / und es entweder nicht verstehen / oder fast nicht leben können / wann sie nicht handeln / solte es auch gleich mit ihrem grösten Verderben geschehen.

XII.

1. Wenn grosse Herren sich rauffen / so müssen die Unterthanen die Haar hergeben; oder / was die Herren sündigen / müssen die Bauren büssen. *Vel brevius*: Herren Sünde / Bauren Buß. Quicquid delirant Reges, plectuntur activi.

2. (1) R. quia populus vitiis Principis tacite consentit. (2) quia DEUS summo dominio, quod in vitam necemque singulorum habet, uti potest in pœnam Regis, cujus supplicium est,

ſubditis orbari *Grot. d. J.B.& P. L.* 1. *c.* 3. §. 8. *n.* 16. Lutherus interrogatus, quare DEUS ſubditos puniat intuitu dominorum? reſpondebat: Iſrael war auch nicht rein / wie der Text es giebt / wenn nun GOtt ein Volck ſtraffen will / ſo zeucht er die Hand ab / ſo fällt der König / daher folget die Straff um des Volcks Ungehorſam willen. vid. *Lutheri* Tiſch-Reden *p.m.* 340. & *Autor Anonymus* des Fried-beſtrahlten Ungarn *p.m.* 11.

3. Declar. quod, (1) quando ſcelera vindicantur in populo, illa vindicta regulariter magis rationem damni, quam pœnæ habeat, ob deficientem formam pœnæ, quæ eſt reatus & malum actionis. Sive non eſt pœna intuitu populi, ſed Principis, *Grotius d. l. L.* 2. *c.* 21. §. 17. *n.* 2.

4. Exempla paſſim in S. Scriptura obvia ſunt, vid. Reinkingks Bibliſche Policey *L.* 2. *ax.* 5. *p.* 162. Præ reliquis autem hic allegari meretur exemplum Davidis 2. *Sam.* 24, 17.

5. Declar. (2) quod non valeat reciproce vid. *Exod.* 32. *v.* 32. *ſeqq.* Sic quoque, quando a tumultuante plebe alicui infertur injuria, hæc non ſtatim capiti ejus imputatur, ſed pœna tenet ſuos auctores, *L. ſancimus* 22. *C. de Pœn. L. abſentem* 5. *ff. eod.* Conſ. *Barboſa in Theſ. Loc. Com. ſub voc. pœna ax.* 48. & ibi *Tabor ax.* 33. niſi ſcil. foveantur delinquentes, nec condigno modo puniantur.

XIII.

1. **HAab ist wie der Haaber.** Qualis possessor talis possessio, h. e. bona qualitatem suam (ut scil. vel bona vel mala sint) accipiunt a qualitate possessoris.

2. Ratio, quia bona ἀδιάφορα sunt sive indifferentia & media, quæ per se nec bona nec mala, sed perinde sunt; ut illius animus, qui ea possidet,

3. Declar. quod bona bene utentibus bona, male vero utentibus mala sint, sive prout *Chremes apud Terent. in Heavtontimor A.* 1. *S.* 2. inquit: qui uti scit (scil. bonis) ei bona, illi, qui non utitur recte, mala sunt. Divitiæ enim ut impedimenta improbis, ita bonis sunt adjumenta virtutum. Conf. *Buddeum in Elementis Phil. Pract. P.* 1. *c.* 3. §. 194. *p.* & 87. parœmiam: Geld machet Schälck.

XIV.

1. **MAn muß allezeit das beste hoffen.** Optimum semper sperandum, sive, de quolibet optimum præsumendum *arg.* 1. 56. *ff. d. R. I.*

2. Ratio: quia sicut omnis delicti præsumtio exclusiva est; ita quoque spes semper in meliorem partem abit. Die Liebe glaubet alles, sie hoffet alles 1. *Cor.* 13, *v.* 7.

3. Con-

3. Convenit hoc cum præcepto divino, quod, omnia in æquiorem partem interpretemur, præcipit. *Brunnem. ad l. 51. pro Socio.*

4. Limitatur tunc, quando evidentissime constat contrarium.

5. Ampliatur (1) in tantum, ut nec hostis, nec hæreticus, nec ullus alius excipiatur? *Excellentissimus Thomasius in dissert. de præsumtione bonitatis Halæ* 1700. *habita* §. 21. *p.* 23.

6. Ampliat. (2) ut præsumtionibus contrariis concurrentibus illa non modo capienda, quæ delictum excludit, verum etiam talis exclusiva aliis inclusivis præferri debeat *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Com. sub voc. præsumtio ax.* 17. *& sub voc. bonus vir ax.* 9.

7. Ampl. (3) utut deteriora sequantur, juxta illud: Speramus meliora, deteriora sequnturr.

XV.

1. Stille Wasser sind oder gründen gern tieff. Qua flumen placidum est, forsan latet altius unda.

Curtius L. 7. *c.* 4. inquit: *Altissima quæque flumina minimo sono labuntur.* Sensus est: qui sedatus est, & condicescit, habet vitia in abdito, sive, madet vitiis intercutibus.

2. Prob. per *l.* 18. §. 1. *ff. de Acquir. Possess.* ubi dicitur, *quod sæpe sub specie inumbratæ quietis latitet furor.*

3. R. quia sicut anguis in herba latet, nec se movet, donec inquietetur, ubi damnum inferre solet;

solet; ita comparatum quoque est cum ejusmodi hominibus, qui pauca dicunt, & multa cogitant. Idcirco etiam scopulis comparantur marinis sub aqua latentibus, qui majora damna inferunt, quam illi, qui e mari prominent, & in conspectum incurrunt. Conf. *Lipsius L. 2. Polit. c. 15. n. 18.*

4. Declaratur (1) quod parœmia hæc non universalis, sed particularis sit, prouti particula gern indicat.

5. Declar. (2) quod imprimis intelligenda sit de placiditate & modestia illa simulata. Add. *Crusius de indiciis delictorum P. 1. c. 15. n. 4. seqq. p. 87.*

6, Ampliatur ut procedat quoque in bono sensu, quoad homines non multa de se jactantes, qui profundiori tamen instructi sunt eruditione & prudentia.

(Richt. ax. Polit. 459.)

XVI.

1. **Es ist böß rechten / wo Gewalt Richter ist.** Difficile & grave est ibi litigare, ubi potentia judex est, h. e. *male conducit potentioribus dicam scribere, vel in tali judicio causam agere, ubi judex non tam jure quam vi & potentia illam decidere amat*, juxta illud: Non ex *Jure* manuconsertum sed mage *ferro* Rem repetunt, regnumque petunt, vadunt solida vi.

2. R. quia plerumque imbecillior causa sua, etiam justa, cadit: ut enim quisque superior, ita

ita jurium minus curiosus & vindictæ accommodatior est. *Ventura de Valentiis in Parthenio Litigioso L.* 1. *c.* 1. *n.* 14. *p.* 7.

3. Declara imprimis hoc tempore verum esse nostrum dicterium, ubi potentes opprimunt, primores rapiunt, privati perdunt & miseri flent *ibid.* Parum curatur vulgatus ille versiculus:

Hast du Gewalt / so richte recht /
Denn GOtt ist HErr und du bist Knecht.

Pertinere enim creditur ad simpliciores saltim homines, & quibus ex rudiori mole finxit præcordia Titan. Conf. *B. Dn. Fritschius in Exercit. Jur. Pub. Ex.* 2. *th.* 133. *p.* 81.

XVII.

1. WAs ich meinen Feinden abnehme / das ist mein. Quicquid ex hostibus meis capio, id meum fit, h. e. res hostium a milite occupatæ, militi etiam cedunt, non vero illi, cujus auspiciis bellum geritur.

2. R. Quia quem Jure Gentium necare non inhonestum est, eum nec eodem jure spoliare injustum erit. *Mullerus de Jure Gentium c.* 2. §. 2. *p.* 248.

3. Fundatur in Jure Sax. vid. Weichbild *art.* 2. *n.* 5. *ut & Jure Gentium* §. 17. *inst. de R. D.*

4. Declara (1) modo bellum justum sit, *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Com. sub voc. bellum ax.* 9. de jure naturali scilicet: nam Jure

Gen-

Gentium, etiam in bello injusto, acquisita hosti cedunt. *Mullerus d.l. c. 5. §. 2. p. 316.*

5. Declara (2) procedere hoc dicterium in rebus mobilibus vilioribus, quæ immobilibus non accensentur. *Hoppius in Comment. Instit. ad d. §. 17. p. 266. seq. Grotius de Jure Belli & Pac. L. 3. c. 6. p. 12. Bocerus de Bello & Duello c. 15. n. 2.*

6. Declara (3) modo quoque militibus divagandi & diripiendi a Duce belli concessa sit potestas. *Bocerus d. l.* Conf. *Grotius d. l. §. 2. Voet. de jure militari c. 5. n. 14. p. 273.*

7. Declar. (4) modo res illæ, non tantum apprehensæ, sed & in nostram securitatem ac potestatem, h. e. intra præsidia ac stationes deductæ. *Mullerus in institut. Jur. Gent. c. 5. §. 5. p. 320.*

8. Ampl. (1) etiamsi res illæ ab hostibus nostris aliis ereptæ *Grotius d. l. §. 7.* (a qua tamen sententia ex æquitate recedit *Brunnem. ad l. 28. ff. & l. 12. C. de postlim. revers.* quem etiam Dn. *Hertius* sequitur *d. l.*) in tantum, ut ne quidem, refuso pretio, secundum nonnullorum sententiam, repetere possint, res illas, pristini Domini, vid. *Ziglerus ad Grot. d. l. §. 7. n. 3.*

9. Limit. nisi aliud inter partes belligerantes conventum.

10. Fallit (1) in rebus immobilibus, mobilibus pretiosioribus, ut & illis, quæ in securitatem a capientibus non redactæ, *Hoppius & Grotius d. l.* Add. *Albericus Gentilis de Jure Belli L. 3. c. 5. & seqq.*

11. Fal-

11. Fallit (2) in rebus, quæ non ſunt hoſtium, apud hoſtes tamen reperiuntur, *Grotius d.l.* §. 5. diſſentit *Ziglerus in Not. ad Grot. L.* 3. *c.* 6. §. 5. *Mullerus d.l.* §. 15.

XVIII.

1. **Die Nuß-Bäume, Esel** (*alii dicunt* **Stockfiſche**) **und Frauen müſſen geklopffet werden.**

Nux, aſinus, mulier ſimili ſunt lege ligati.
Hæc tria nil recte faciunt, ſi verbera ceſſent.

2. Ratio, quia ſicut alias nuce & aſello veſci non poſſumus; ita quoque aſinus & mulier ſuum non faciunt officium, niſi vapulent.

Unde quoque Gloſſator Biblior. dialecto veteri Saxonica conſcriptorum, der alten plat-teutſchen Bibel, verba illa *Geneſ. c.* 3. und er ſoll dein Herr ſeyn. ita interpretatur: du ſchalſt ſie pinicken und knipen, ne vecordiæ ſuſpicionem incurrat maritus, jureque maritali ſe plane indignum reddat. *Carpz. Jurisprud. Conſiſt. L.* 2. *tit.* 12. *d.* 212. imprimis quando uxor os habet impudens, denn wenn die Frau das Schwerd in dem Mund führet, ſo ſchlägt ſie der Mann auf die Scheide, ita enim maritus regimen gerere debet domeſticum, ne mariti nomen exuat, maritelli vero induat. Mitior editionis A. 1493. interpres eſt, qui modo allegata verba ita vertit:

Dat iß, he schall over die herschapen. Vid. *Dissert. Celeberrimi Dn. Ladekingii Rinthelii de via facti privatis permissa sub ejus præsidio habita* §. 10. *p.* 12.

3. Concordat quodammodo *L.* 24. §. 5. *sol. matr. L.* 5. *inf.* & *L.* 6. *ad L. aquil. Nov.* 117. *c.* 14.

4. De jure civili hoc ita declarandum; (1) quæcunque causa sufficiens est ad solutionem matrimonii, illa quoque sufficit marito ad plagis excipiendum uxorem. *d. Nov.* 117. *c.* 14.

5. Declar. (2) quatenus de modica & tolerabili, non vero violenta & tyrannica castigatione quæstio est. *Strauch. d. l.* §. 10. *add. Schœnborner Pol. L.* 1. *c.* 6.

6. Decl. (3) ita tamen ut verbis prius corrigatur uxor, quam verberibus, vid. 1. *Petr.* 3, 7. *Ephes.* 5. *v.* 25. cum extrema primo loco tentanda non sint. *Strauch. d. l.* subsidiario & extraordinario remedio locus non est, nisi ubi cessat ordinarium.

7. Amplia, ut procedat non tantum intuitu mariti in vita privata, sed etiam ita, ut si in loco judicii inverecunde loquantur mulieres, merito castigentur. *M. Schulz. in Diss. de blanda mulierum Rhetorica p.* 35. De *Carfania* improbissima ista fœmina vid. *L.* 1. §. 5. *de postul.* Plura de castigatione uxorum vid. in *Tr. Davidis Schirmeri de quæstione:* Ob ein Ehemann seine Frau zu schlagen berechtiget sey.

8. Nec obstat vulgatum illud: An einem Weib erschlägt man wenig Ehre/ scil. quatenus

quis hoc ipso suam vult ostendere fortitudinem; Conf. *Zeilerus in Opere Epist. P. 1. p. 433.* Aliud ergo, quando quis uxorem emendationis causa, & ut resipiscat, plagis excipiat. Conf. *Paulini* in der Zeit-kürtzenden erbaulichen Lust *P. 1. c. 166. p. m. 579.*

XIX.

1. Lieber Land und Leut verlohren,
Als ein falschen Eyd geschworen.
Præstat emigrare quam pejerare.

2. R. quia nihil turpius, nihilque Christiano homine indignius est perjurio: bonorum & possessionum amissio damnum continet temporale, perjurium vero animam ejusque salutem æternam perdit, vid. *Maleach. c. 3. v. 5.* Es schäme sich, inquit *Siracides c. 42. v. 21.* ein Fürst und Herr der Lügen (vielmehr eines Meineyds.)

3. Declar. quod imprimis hoc quoad Principes verum sit, quorum quippe fides exuberans esse debet, in tantum ut etiam promissio eorum sub fide Principum data bey Fürstlichen Trau und Glauben, quoad effectum juramento æquiparetur. Conf. *Mylerus ab* Ehrenbach *in tract. de Nomologia ordinum imperialium per tot.*

4. Hinc Wilhelmus, Hassiæ Landgravius, maluit adversus Religionis Evangelicæ hostes continuare bellum, & sic provincias suas summo exponere periculo, quam Pacem inire Pragensem, & sic fidem antea Suecis datam fallere. Illustrem reddi-

reddidit constantiam suam peculiari cuso nummo, hac inscriptione: Lieber Land und Leut verlohren, rc. Vid. *Burgoldensis ad instr. Pac. P.* 1. *disc.* 1. *p.* 130. *inf.*

XX.

1. Fisch fagen und Vogel stellen/ Verderben manchen guten Gesellen. Per pisces & aves multi periere scholares.

2. R. quia ejusmodi diverticula corrumpunt mores, & animum ab aliis negotiis avertunt, quod deinde in consuetudinem abit, non nisi difficulter tollendam, denn jung gewohnt/ alt gethan. Vid. *par. hanc.*

3. Declara, quatenus nimirum piscatione & aucupio abuti solemus. Quoniam autem pauci in officio se continere possunt, ideo piscatio & aucupium ad regalia hodie referuntur, & ferarum occupatio interdicta est privatis; imprimis vero venari prohibentur clerici *per tot. tit.* 24. *Lib.* 5. *decret.* De adagio illo: Es sind faule Fische. Vid. *Vagedes in Oper. Academ. p.* 234.

XXI.

1. Ein fleissiger Herr macht fleissige Diener. Diligens Dominus diligentes reddit famulos. Oculi domini saginant equum.

2. Ratio remota est, quia ad domini exemplum componitur quoque famulitium: wie Herr so Knecht, wie Topff so Deckel, Vid. *Matthias de Contributionibus c. 3. n. 254. p. 139.* Sunt enim relata dominus ac famulus, & hinc mutuo invicem se respiciunt; sicut autem relatorum idem est judicium; ita quoque extensio de uno fit ad alterum. Conf. *Nic. Everhardus à Mittelburg in locis argumentorum legalibus loc. 20. n. 9.* Ratio proxima est, quia servi & ancillæ metuunt, ne in segnitie deprehensi dominorum suorum iram incurrant. Vid. Döpler in seinem getreuen Rechnungs-Beamten *P. 2. c. 13. n. 12. p. 495.*

3. E. G. Quando dominus diligens est in justificatione & revisione rationum, tunc in illis conficiendis sedulus fit officialis. *Heeser de Rationibus reddendis loc. 4. per tot.*

XXII.

1. Spatzen-Arbeit, Fincken-Lohn, *vel etiam* Zeißleins-Futter. Passerino labori merces debetur fringillæ, h. e. qualis labor, talis merces, exiguus labor compensatur parva mercede, qui laborat instar passeris, ille quoque mercedem recipit fringillæ, wie man arbeitet, so wird auch gelohnet.

2. Ratio: quoniam mercedem inter & laborem debet esse proportio. Ratio rationis, quia merces justa sit oportet, qualis non est, quæ proportione caret.

3. De-

3. Declar. quod civilis tantum exigatur proportio, ita ut læsio quæ infra dimidium est, non attendatur. *l. 2. C. de Rescind. Vent. Carpzov. P. 2. const. 34. def. 10.* E. G. Quando locator operis suis meruit bachimicum, conductor vero solvit pro illarum præstatione aliquantum plus quam dimidium, tunc subsistit contractus. Idem quoque est in locatione operis, quando quis operas suas locat & opus aliquod faciendum conducit v. g. ædes, merces vero ita comparata est, ut altorum tantum superet. *Arumæus ad l. 2. C. de Rescind. Vend. disp. 3. th. 15.*

XXIII.

1. **Es ist auf keines Menschens Freundschafft gewisse Rechnung zu machen, ehe und bevor man mit ihme eine Erbschafft getheilet.** Nullius amicitiæ fidendum, quam diu cum eo non partiti sumus aliquam hereditatem.

2. R. quia in dividenda hereditate de meo & tuo quæstio est; quoties autem de meo & tuo agitur, toties quilibet ingenium suum prodit ac animum, ita ut optimus sane oporteat sit amicus, qui in divisione alicujus rei alteri aliquid indulget. Vid. Nachtenhöfer *in tract. de Vitrico c. ult. n. 12.*

Servaret totum felix concordia mundum,
Ni modo turparet cuncta meum atque tuum.

3. Ampliatur, ut non ſolum ex hereditate, ſed & ex alia quacunque re dividenda de amicitia ferri poſſit judicium.

4. Circumfertur adhuc alia huic non diſſimilis parœmia: Man kan nicht wiſſen, was hinter einem iſt, man habe dann vorhero eine Metze Saltz mit ihme geſſen. *Schœnborner Lib.* 1. *Polit. c.* 6. *p. m.* 16. cujus ratio eſt, quod multi ſuum adeo occultare poſſint ingenium, ut longa cum iis intercedere debeat converſatio, antequam eorum animum cognitum habeamus & perſpectum. Hic habet ſel in ore, & mel in corde; ille mel in ore & ſel in corde. Forma non tantum externa ſed & interna differunt homines. Homo homini ſimilis ſed ſimilis non eſt idem.

Multi videntur & non ſunt,
Multi ſunt & non videntur.
Pauci & ſunt, & videntur.

XXIV.

1. DEin Fund, mein halb. Tuum inventum meum pro dimidio eſt.

Quando duo vel plures ſocii itineris ſunt, & unus ex illis aliquid invenit, tunc reliquis dimidia pars lucri cedit. Hinc eſt, ut plerumque, quando unus eorum aliquid prehendit, reliqui hoc videntes acclament: Halb Part! quo ipſo nihil aliud volunt, quam quod inventa res inventori ejusque ſociis ſit communis.

2. Ra-

2. Ratio nulla alia dari poteſt, quam quod ſint ſocii itineris, & hinc quoque ſortunarum, quæ occaſione ejus obveniunt.

3. Limit. (1) de jure civili, quo ad ſolum occupantem, ſive realiter apprehendentem, res inventa pertinet, ita ut præferatur etiam ei, qui prius rem inventam oculis conſpexit. *Hertius in Tract. Select. & Rar. Jurisprud. Argum. L. 1. de Parœm. Jur. Ger. par. 85. p. 538.* cum invenire ſit apprehendere *l. 13. C. de fidejuſſ. Hoppius in Comment. Inſt. ad §. 18. Inſt. de R. D. p. 268. Stryk. de Jure Senſuum diſſ. 1. c. 3. n. 32. p. 81.*

4. Limit. (2) niſi res inventa habeat dominum; ſic enim neque inventoris, neque ejus ſocii, ſed domini eſt. *Schneidew. ad d. §. 18. Inſt. d. R. D.* Quid vero de fiſco dicendum, ſi de domino non conſtet? R. tam diu contra fiſcum pronunciandum eſſe, usque dum de lege vel conſuetudine aliud doceatur introductum tradit *Hoppius in Commentario ad §. 39. Inſt. de R. D. p. 299.*

XXV.

1. Findel-Kinder (*a*) arme Kinder. Infantes expoſiti, infantes miſerabiles, ſcil. ſunt.

2. (*a*) Ita dicuntur ab inveniendo von dem finden, & veniunt hoc nomine omnes illi infantes, qui a parentibus ſuis in aliquem locum reponuntur, & deinde inveniuntur. Alias Findling appellantur. Et hoc ſenſu latiori *Moyſes*

erat infans expositus, ein Findel-Kind. vid. *Exod.* 2. *v.* 1. *seqq.* It. *Romulus* & *Remus*, si fabula vera est. Conf. *Rosinus in Antiquit. Rom. L.* 1. *c.* 1. *p. m.* 2.

3. R. quia sic deseruntur, & insimul maximo vitæ periculo sæpe exponuntur infantes (2) quia, etiamsi vivi inveniantur, tamen pro spuriis & illegitimis habentur, adeoque a jure successionis abarcentur. Vid. *Besoldus in Thes. Pract. sub voc.* Findling, ut nihil dicam de eo, quod parce & duriter ali soleant, postquam reperti. Vid. tamen Kirchgaßner *in Tribunali Nemes. p.* 344.

4. Declar. (1) parœmiam imprimis tunc valere, quando ea intentione exponuntur, & derelinquuntur, ut inedia conficiantur, v. g. si in locum solitarium exponantur. Hoc casu si pereant infantes, exponentes legis corneliæ, & sic mortis pœnæ rei fiunt. Quod si vero præter opinionem serventur salvi, pœna arbitraria v. g. fustigationis, relegationis &c. puniuntur. Altero casu, ubi expositio in locum, ab hominibus frequentatum, fit, cum in finem, ut prætereuntes & viatores infantem recipiant, & alimenta huic præstent, hic vero nihilominus pereat, exponens itidem fustigari & relegari solet.

Quodsi vero ille conservetur incolumis, fustigatio remittitur, & sola dictatur relegatio. Conf. *Otto in Corpore Juris Crim. Car. V. ad art.* 132. *p. m.* 365. Add. *l.* 1. *C. de inf. expos. & ibi Brunnem. l.* 15. *ff. ad L. Corn. de Sic. Cranzius in defensione inquisitorum cap. VI. m.* 2. *S.* 2. *art.* 3. *n.* 141.

n. 141. *p.* 731. *Berger in Elect. Jurisprud. Crim. p.* 111.

5. Declar. (2) quatenus considerantur infantes quoad statum suum naturalem.

6. Declar. (3) ita ut valeat *ut plurimum*, non *universaliter*, cum sæpe acciderit, ut vel periculosissima expositio felicissime ceciderit in expositi fortunam. Denn was GOtt will erquicken, das läßt er nicht ersticken.

XXVI.

1. WEr wohl schmieret, der fähret wohl. Qui bene ungit & linit (plaustrum scil. sive rotam) ille bene vehitur, sive ut contrario sensu dici solet: Plaustri rota parum uncta stridet. Wer nicht wohl schmieret, der fähret nicht wohl. Gerber. U. S. P. 3. p. 190.

Præterea video quod si non ungitur axis
tardius inceptum continuatur iter.

Applicari autem solet hoc proverbium ad illos litem in foro habentes, qui largitionibus judicem corrumpunt & muneribus labefactant, cujusmodi dona vulgo sordes & axungia nominantur Germ. Schenckalien, Schmiralien, das Heil. Oehl, die gute Wagen-Salb. Vid. *Pellerus ad Politicum Sceleratum c.* 29. *p. m.* 302.

2. R. quia munera crede mihi placant hominésque deosque. Vid. *Exod. c.* 23. *& Eccles. c.* 20. *v.* 31. Argenteis pugna hastis & omnia vinces, schmieren macht gelinde Häute, Geschenck macht leibeigen, qui habet in nummis der macht recht

was krumm ist. *Ventura de Valentiis in Parthenio Litigioso L.* 1. *c.* 12. *n.* 14 *p.* 180. vel das Geld das stumm ist / macht recht was krumm ist. Auro pulsa fides, auro venalia jura. Mutnegra (*argentum*) cum murva (*aurum*) faciunt rectissima curva.

3. Declara (1) intelligendam esse parœmiam enunciative non vero dispositive, vid. *Esaiæ c.* 1. exprimit enim saltem quid vulgo accidat, & quod judices ictus pati soleant argenteos, salseque corruptionem damnat:

Die Herren von Schmiralien-Safft
Seynd übergüldet worden,
Daher kommt die arme Burgerschafft
In diesen schweren Orden.

Speidelius in Speculo sub voc. Reichs-Stadt *p.* 1054.

4. Declara (2) quod de jure liceat capere esculentum potulentumve quod intra dies proximos prodigatur *l. plebiscito* 18. *ff. d. Offic. Præsid.* quatenus nimirum illud non ut judici sed ut magistratui, & quidem advenienti, datur *Brunnemannus in Comment. ad d. l.* 18. *n.* 2.

5. Declar. (3) quod valeat plerumque sive ut plurimum.

6. Ampl. etiamsi causa iniqua sit: dantur enim qui muneribus corrupti jura detorquent & inflectunt. Add. *Kirchgesner in tribunali Nemesis recte judicantis P.* 2. *c.* 1. *n.* 20. *p.* 46.

XXVII.

1. Je heiliger das Fest / je geschäfftiger ist der Teufel. Quo ſanctius feſtum, eo occupatior diabolus eſt.

2. R. quia ſtudet avocare homines a devotione. Sic ſartores & alii opifices nullo tempore opificium ſuum tam ſtrenue exercent quam vigiliis & ipſis diebus feſtis. Vid. *Dn. Bodinus Conſiliarius & Anteceſſor Regius apud Hallenſes in Saxonia famigeratiſſimus, Adfinis honoratiſſimus in diſſert. de commodi privati ſtudio Rinthelii* 1688. *ventilata §.* 39. *p.* 74.

3. Declaranda eſt parœmia, quod valeat enunciative, non vero diſpoſitive.

4. Exemplum ſolenne præbent nobis Epiſcopus ille Hildeſienſis & Abbas Fuldenſis, qui ipſo feſto Pentecoſtes in templo Goslariæ de prioritate diſceptarunt, & diem hunc cruentum fecerunt. Quapropter etiam, cum deinde in choro cantaretur: hunc diem fecit dominus glorioſum, infernalis ille ἐπιχαιρέκακος in templi fornice regeſſit cum tripudio: *hunc ego diem cruentum feci & luctuoſum*, ſive ut *Hildebrandus in Hiſtoriæ univerſalis Synopſi p. m.* 188. habet: *hæc eſt dies, quam ego feci bellicoſam.* Add. omnino *Mal.* 2. *v.* 3. 4. & *Jerem.* 2, 24. Ex quibus patebit, quod diabolus etiam aliis ſceleribus feſta polluere annitatur.

XXVIII.

XXVIII.

1. Ist der Finger beringet,
So ist die Jungfer bedinget.

Virgo annulo donata etiam condicta est, h. e. simul ac virgo ab aliquo annulum accepit, tunc quoque valida adest obligatio sponsalitia.

2. Quia annuli datio signum sponsaliorum est (non vero liberalitatis) *Besoldus in Thes. Pract. sub voc.* Kauffleute *p. m.* 351. adeoque traditionem symbolicam inducit. Conf. *Celeberr. D. Molenbecii Antecessoris Giesensis inclyti diss. de traditione symbolica sub ejus præsidio habita aph.* 21.

3. Declara (1) modo annulus fuerit pronubus, & datus in sponsaliorum indicem, quod optime judicari potest ex circumstantiis v. g. si tractatus ante habitus desponsalibus l. de matrimonio contrahendo probari potest *Hertius in Select. & Rar. ex Univ. Jurisprud. Argum. de Parœmiis Jur. Germ. L.* 1. *par.* 65. *p.* 516.

4. Declar (2) procedere dicterium hoc in quibusdam saltem locis, & quidem imprimis in illis, ubi annuli pronubi certa forma insigniti & sponsæ traditi fuerunt; sic enim certum fidei conjugalis argumentum sunt *ibid.* Add. *Lauterbachii Dissert. de Arrha* §. 95. *p. m.* 59. E. G. Sic in tota Italia, imprimis vero Paduæ consuetudinem hanc obtinere refert *Menoch. de Præsumt. L.* 3. *p.* 2. *n.* 6. *Dn.* Lüdeking *JCtus Rinthelienſis Exercit.* 2. *ad Instit.* §. 17. *p. m.* 122. alias enim annulus ne quidem præsumtionem inducit *B. Pe-*

trus

trus Mullerus in Tract. de Annulo Pronubo. th. 29. n. 17. p. m. 67.

5. Declara (3) scilicet in dubio donec aliud probatum *Lauterbach. d. l.*

6. Declara (4) maxime si annulus sit alicujus pretii & valoris, aliæque circumstantiæ concurrant *Dietherrus in Continuat. Thes. Pract. Besoldi sub voc.* Ring *p. m.* 529.

7. Ampl. ut etiam in illis locis, ubi prædicta consuetudo non obtinet, pro matrimonio præsumatur, si annulus datus fuerit a Sacerdote vel eo præsente *Besoldus d. l. sub voc.* Kauffleute.

XXIX.

1. EIne Frage (*a*) stehet frey. Interrogare cuivis permittitur, sive, interrogatio de jure licita est, sive, ums fragen thut man einem nichts.

2. (*a*) Interrogatio triplex est (1) quæ olim ante judicium fiebat & actionem producebat interrogatoriam, quæ nunc sublata, *Brunnemannus ad l. 1. ff. de interrog. in jure fac. n. 1. seqq.* (2) quæ fit in judicio & hodienum certo modo, vel officio judicis, vel ad instantiam partis peragitur. (3) Quando privatus a privato interrogatur, in, vel extra judicium. Secunda & tertia significatio hujus loci est.

3. R. est enim interrogatio actus indifferens, in se neque malus, neque bonus, qui tamen viam sternit ad eruendam veritatem & informationem, mit fragen kommt man durch die

gantze

gantze Welt; durch fragen wird man berichtet, quatenus nimirum interrogatio fit ad hominem ingenuum & rei, de qua quæris, peritum. Alias enim adhuc magis confundetur interrogans, & illa parœmia tunc obtinet: Wer weit fraget, gehet weit irr.

4. Declar. valere parœmiam imprimis tunc, quando rumores sinistri evulgantur, sprich deinen Nächsten darum an, vielleicht hat ers nicht gethan. *Sirac. c.* 19. *v.* 14. 15. 16. insuperque interrogatio pertinens est ac responsalis, *Brunnemannus ad d. l. n.* 8. *Add. Vigelius in Meth. Jur. C. L.* 2. *c.* 20. *p.* 195. *Autor* des *semper* - lustigen Fabel-Hansens *p. m.* 137. & dirigitur ad talem personam, quæ interrogationem male habere non potest, & quidem de ejusmodi rebus, quæ neque alienæ, neque turpes, neque per se patentes & claræ, neque nimis curiosæ sunt: Vid. omnino *Brunnemannus in Processu Civili c.* 9. *n.* 5. *p. m.* 113. nec enim indistincte de omnibus rebus quærere licet, *Zeilerus Cent.* 2. *Ep.* 86. *p.* 517.

5. Ampl. ut judex interrogare queat, ubicunque æquitas suadet, in quacunque judicii parte, etiam post causæ conclusionem & adversario non petente. *Lauterbach tit. de interrogat. in jur. faciend. p.* 155. Quid de ministris Ecclesiæ dicendum? an illi interrogare possunt, de commisso aliquo peccato? R. quatenus sunt confessionarii & parochi illius: ad quem fit interrogatio, non dubito, quin illud facere possint, conscientia impulsi & ratione officii, modo id fiat

pri-

privatos intra parietes, ad ædificationem miserorum peccatorum, omnisque absit animus injuriandi & diffamandi.

6. Fallit quoad quæstiones criminosas, quæ nonnisi præsupponendis præsuppositis licent judici, de quibus vid. *tit. ff. de quæstionibus ibique Doctores*, multo minus ergo privato, eine Frage gehet wohl hin, es muß aber keine scharffe, noch Henckers-Frage seyn. Fallit porro in quæstione super re, quæ nullam habet dubitandi rationem, & in jure domitiana dicitur, vid. *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Comm. sub voc quæstio ax.* 2. cujusmodi exemplum occurrit in *l.* 27. *ff. qui test. fac. poss.* ut & super rebus turpibus, alienis nimisque curiosis. 1. *ad Cor.* 1. *v.* 4. *c.* 6. *v.* 4. Add. *Zeilerus in opere Epistol. P.* 2. *Ep.* 478. *p.* 574. & *Hertius in Epidipnidibus Par. Jur. Germ. par.* 30.

XXX.

1. EIn Narr kan mehr fragen, als zehen Gescheide antworten. Quærit delirus, quod non respondet Homerus.

2. Ratio, quia quærere nec artis est, nec prudentiæ. Longiori mora opus est, ut solvas quæstionem, quam ut proponas. *Seneca in Epist.* 48. *post pr.* Conf. *Zeilerus in Opere Epist. P.* 1. *p.* 517. *Ep.* 86. *in f. P.* 2. *Ep.* 376. *p.* 251.

3. Declar. quantum scil. ad quæstiones sine judicio prolatas attinet: nam quærere & interrogare aliquem de istis, quæ ad rem faciunt, uti-

utique prudentis est, ein anders ist eine gescheide, ein anders eine närrische Frage.

4. Effectus, ut, si judex videat interrogatoria, ad quæ testis respondere tenetur, continere superfluitatem, ex officio præcidere possit superflua. *Albericus de Maletis de Testibus c. 8. n. 2. p. m.* 312. *Maranta in Praxi Aurea p. m.* 344. *n.* 15. *Praxis aurea Papiensis tit.* 7. *gl.* 1. *n.* 1. *p. m.* 303. Idem diceres quoque de articulis calumniosis, subtilibus ac captiosis, utpote ad quos testis respondere non tenetur *Althusius in Dicæolog. L.* 3. *c.* 29. *n.* 22. An idem quoad inquisitos? *Vid. Brunnem. in Processu Crim. c.* 8. *m.* 1. scil. contra versutiores circuitu aliquo uti licet, non vero contra simpliciores *ibid. n.* 45. *seqq.* in quæstionibus nimis curiosis ac domitianis, extra judicium prolatis, optimum consilium suppeditat Rex *Salomon Proverb.* 26. *v.* 4. & 5. Antworte dem Narren nicht nach seiner Narrheit, daß du ihme nicht auch gleich werdest; antworte aber dem Narren nach seiner Narrheit, daß er sich nicht weise lasse düncken.

Es ist auf Erden kein besser List,
Denn wer seiner Zungen Meister ist,
Viel wissen und wenig sagen,
Nicht antworten auf alle Fragen,
Rede wenig und mach es wahr,
Was du borgest bezahle baar,
Lass' einen jeden seyn wer er ist,
So bleibst du auch wohl wer du bist.

XXXI.

XXXI.

1. LAudo meos Francos. Eſt commune dicterium, a quo diſſertationis ſuæ de ſtatu Reip. Germaniæ ſub Conrado I. exordium capit literatiſſimus *Gundlingius*, & quod natales ſuos debet lepidiſſimo illi capiti, *Friderico Taubmanno*, qui in Franconia noſtra, & quidem in oppido vel vico Wonſeß, non procul à mœno rubro, von dem rothen Mayn ſito, natus erat, de quo vid. *Clarmundi Vitas clariſſimorum in re literaria Virorum P. 1. n. 23. p. 184. & M. Lenzii diſſertatio de Profeſſoribus, natione Francis, qui Wittenbergam illuſtrarunt, n.* 19. ille enim inter pocula (quorum tamen nullus fuit æſtimator) aliquando conſtitutus, per jocum dixiſſe, fertur:

Laudo meos Francos, qui ſe cervice ſupinant
& vino, ex fundo, pocula plena bibunt.

Loquitur autem prælaudatus *Taubmannus*, non de Francis antiquis, qui longe lateque olim ſuum extenderunt regnum, & de quibus evolvi ac legi poteſt Lehmann in der Speyriſchen Chronick *L. 2. c. 1. ſeqq. & celeberrimus Dn. Hambergerus in diſſert. Academica de Francis antiquis Jenæ olim publici juris, facta per tot. nec noc Becmannus in Hiſtoria orbis terrarum c. 9. §. 9. p. m.* 352. Sed de noſtris *Franconibus*, ſive *Oſtrafrancis*, *Taubmanni* conterraneis ac civibus.

2. Rationes, quare Franci noſtri laudandi, ſolicitius conquirere ſuperſedeo. Id ſaltem dicam, quod, ſicut illa Taubmanni ratio jocoſa magis, quam vera eſt; ita etiam eorum indoles admo-

dum idonea ſit ad literarum ſtudia, ſiquidem Franconia noſtra multos nobis dedit viros, in re literaria quam clariſſimos. Sola Wittenberga viginti tres numerat Profeſſores ex Franconia orientali oriundos, inter quos præ cæteris eminuerunt, famoſiſſimus Caroloſtadius, ſive Andreas Bodenſtein, Martinus Pollichius, vulgo Mellerſtadius dictus, primus Academiæ Wittenbergenſis Rector, Fridericus Taubmannus, Paulus Eberus, Kittingenſis, & Georgius Caſparus Kirchmajerus Uffenheimenſis, de quibus ſingulis videri poteſt modo allegata diſputatio Lenzii. In Academia Jenenſi Profeſſorum Theologiæ aut Jurium munere defuncti ſunt ſequentes Franci: Johann. Michaël. Dielherrus, Themarenſis Hennebergicus, Nicolaus Selneccerus Hersbruckenſis Norimb. Johann. Guilielmus Bajerus Norimb. Nicolaus Schellerus Coburgenſis, JCtus, Ortolphus Fommannus Schleuſingenſis, JCtus, Chriſtophorus Philippus Richterus Eisfeldenſis JCtus, Johann. Caſpar. Unrath Schœnavienſis Henneberg. JCtus, Johann. Hofferus Coburg. JCtus, Johann. Chriſtophorus Falcknerus Lauffenſis, JCtus, Johann. Stoſſelius Kittingenſis, Joh. Roſa Hellingenſis, Chriſtophorus Hammer, Hilperhuſanus. Conſ. *Zeumeri Vitas Profeſſorum Theologiæ & Jurium, qui in Academia Jenenſi vixerunt.* Ut nihil dicam, de Philoſophis & Medicis. Kilonium hactenus deprædicavit ſuum Samuelem Reiherum Schleuſingenſem & Chriſtophorum Franck, Norimberg. Rinthelium vero D. Joſuam Stegmannum Sulzfeldenſem, Theologum

gum. Hala Magdeburgica fovet Nicolaum Gundlingium Norimb. Georgium Ernestum Stahlium Kittingensem & Christophorum Cellarium Schmalkaldiensem. Apud Giessenses adhuc memoria custoditur, Georgius Balthasar Metzger, Suinfurtensis, Philosophus & Medicus. Apud Helmstadienses vero Johann. Fabricius Altdorffensis. Lipsia veneranter adhuc colit Henricum Salmuthium Suinfurtensem, Vincentium Schmuck, Schmalcaldiensem, Johann. Ittigium Schleusingensem, Johann. Wilhelmum Schmuck Suhlanum, omnes Professores in Franconia natos. Tubinga laudat Joh. Andr. Fromannum Coburgensem. Inter Nobiles Franconicos immortalem famam & laudem sibi comparaverunt illustris Vitus Ludovicus à Seckendorff & Ulricus à Hutten, quamvis dispari studio & labore. Ille Immortali suo de *Lutheranismo* opere & aliis; hic vero *Obscurorum Virorum Epistolis*, quarum Autor à plerisque ille habetur. Vid. *Clarmundum d.l. P.1.p.m.9.* Quibus omnibus tamen palmam disputat Joachimus Camerarius Bambergensis, restaurator ille elegantioris literaturæ; de quo vid. *Clarmundus d.l. P.6.p.1.*

XXXII.

1. Es ist leichter eine Heerd Flöhe, als eine eintzige Frau zu hüten. Facilius est magnam pulicum copiam, quam unicam custodire uxorculam. Est locutio hyberbolica, cujus sensus huc redit.

Difficile est uxorem custodire: comparatio enim, quæ hîç instituitur, improprie talis est, cum in neutro facilitas insit, sed per tres enunciationes, & quidem affirmantes, copulâ conjunctas, comparatio exponatur, hôc modô: & difficile est custodire cohortem pulicum, & difficile est custodire uxorem, & difficultas custodiendi uxorem superat difficultatem custodiendi cohortem pulicum. Conf. omnino *Bechmanni institut. Log. L.* 2. *c.* 12. §. 48. *seq. p.* 341. Simile est illud Sacræ Scripturæ dictum: Facilius est camelum intrare per foramen acûs, quam divitem introire in regnum cœlorum. *Matth.* 19. *v.* 24.

2. R. quia astutia & versutia mulierum superat virorum prudentiam & solertiam. Vid. parœm. Deß Manns List ist behend, Weiber List hat gar kein End. Es ist kein List, inquit *Siracides c.* 25. *v.* 19. über Frauen List.

3. Declara intelligendam esse parœmiam de mulieribus ἐν μέρει, quæ maritis suis infideles sunt & perfidiosæ, non καθόλε: illas enim custodire & impedire, ne impudice vivant, esset ventum verberare. Weiber müssen sich selbst hüten, sonsten ist es gefehlet. Conf. *Zeilerus in opere Epistolico P.* 1. *p.* 461. Exemplum nobis præbet Italia, in qua mariti fere omnes Zelotypia laborant, variosque modos coërcendi uxores earumque libidines, vel potius conservandi earum vasa integra & illibata, excogitarunt, & tamen subinde egregie falluntur.

XXXIII.

1. FRauen / Pferd und Uhren solle man nicht hinleihen. Uxores, equos & horologia nemo commodato det. Coincidit quodammodo cum illo Persarum dicterio:

Die Küchen / Weiber und das Geld
man billich in geheim behält.

quo de vid. *Casparus Calvœr in Rituali Ecclesiastico P. 1. p. 77.*

2. R. quia facile facere possunt vitium, ita ut vix in eo statu commodatum recipiamus, quô a nobis datum fuit. Nec etiam, quod uxores concernit, commodato locus est, quia non tantum turpe, & contra bonos mores foret, sed & quia liber & ingenuus homo nequit esse objectum alicujus contractus §. 2. *Inst. de inut. stipul.*

3. Declara, posse tamen uxoris operam honestam alicui locari, cumprimis quando illa fidelis est suo marito, qui tamen insimul secum cogitet, occasionem sæpe facere furem, meliusque esse, ut ab initio prospiciatur, & aliquid non indulgeatur, quam quod post vulneratam causam remedium quæratur.

XXXIV.

1. WEr da eilt nach fremden Guth /
Auf den wartet schon die Armuth.

Qui alienis inhiat bonis, illi præsto paupertas est.

2. Ratio consistit in justitia & providentia divina. *Dn. Bœhmer, Moralium Professor apud Helmstadienses celeberrimus, in dissert. de proverbio: male parta male dilabuntur.*

3. Prob. per *Habacuc. c. 3. v. 6.* Wehe dem/ der sein Guth mehret mit frembdem Guth/ wie lange wirds währen/ und lädt nur viel Schlamms auf sich.

4. Declar. valere parœmiam hanc ut plurimum, ita ut veritatem ejus eventus, si non semper, saltem plerumque, comprobet, si non apud ipsos acquirentes, certe apud heredes eorum, quia de male acquisitis non tertius gaudet heres. Nec obstat, filium non portare iniquitatem patris sui: licet enim pœna personale quid sit, & non egrediatur personam delinquentis, damnum tamen ex delicto paterno manere solet filios, etiam scelerum majorum suorum non sectatores, & quidem salvâ justitia divinâ, quantum nimirum pœnam attinet temporalem. *Dn. Bœhmer. d. l.* §. 8. Quod in tantum ampliandum, ut, si malè parta ad heredem perveniant, hæc ipsi rursus extorqueri queant *l.* 4. *ff. de Calumn. cap. tua x. de Usur.* Quatenus nimirum ex dolo defuncti sui facti locupletiores sunt *l.* 12. §. *fin. ff. ad exhib. l.* 23. §. *hanc ff. ad L. Aquil. l.* 1. *ff. de Priv. delict.* Add. *Magnificus Dn. Bodinus, Patronus & Adfinis colendus, in disput. de Privati commodi studio Rintbelii habita p. 77. th. 42.*

XXXV.

XXXV.

1. AN fremden Hunden und Kindern iſt das Brod verlohren. Operam perdit & oleum, aliorum canes qui alit & liberos.

2. Ratio, quia ſicuti canes alieni ſaturati ad ſuos redeunt Dominos, nihilque utilitatis ſuis præſtant alitoribus; ita quoque liberi alieni poſtquam educati & e ſtercore quaſi protracti, alias gratias non agunt ſuis benefactoribus, quam ut pro beneficiis rependant malefacta.

3. Plerumque ſcilicet, non ſemper, & quidem in ſenſu vulgari, non vero theologico: DEUS enim tandem expromiſſorem ſe conſtituit, & pro beneficiis alienæ proli præſtitis beneficia reddit. Unde etiam ſcribit quidam Theologus: Diß Sprüchwort hat der Teufel aus der Höll erſonnen. Wer ein ſolch Kind aufnim̃t in meinem Nahmen, inquit Chriſtus apud Evangeliſtam *Matthæum c.* 18. *v.* 5. der nimmt mich auf.

5. Ampliatur in tantum, ut ille qui arte quâdam alienum inſtruit filium, non habeat actionem ad repetendas a patre naturali impenſas, ſi filius ignorante eô, vel etiam invitô, aliquid addidicit. *Beierus in Tract. de Tyrone c.* 11. *n.* 550. *p.* 123.

XXXVI.

1. FReundschafft (a) oder guter Wille macht kein Recht. Familiaritas sive benevolentia non inducit juris necessitatem, h. e. quæ ex benevolentia aut familiaritate alteri concessa sunt, illa non sunt perpetua, sed semper revocabilia.

2. (a) Vox Freundschafft & guter Wille in jure & apud ejus interpretes latinè per vocabulum familiaritatis exprimitur, acceptô eô impropriè, prout Cicero plerumque amicos suos familiares salutat. Vulgo describitur, quod sit actus, quô amicus amico vel familiari rem ad commoditatem aliquam gratuito concedit ac permittit, ita ut utens nullum jus inde consequatur.

3. Ratio quia actus agentium ultra eorum intentionem explicari non debent *l. non omnis* 19. §. 1. *ff. de R. C.* nec officium suum alicui esse damnosum.

4. Probatur per famosam *l. qui jure familiaritatis* 41. *ff. de acquir. vel amittend. possess.*

5. Declar. (1) quod quamvis familiaritas non faciat jus obligans concedentem, det tamen concedenti facultatem rem gratuito concessam pro lubitu repetendi.

6. Declar. (2) quod in dubio aliquid familiaritatis jure potius permissum esse credatur, quam quod juris sui renunciatio præsumatur *Dietherrus apud Besoldum in Thes. Pract. sub voc.* aus Freund- und Nachbarschafft *p.* 72.

7. De-

7. Declar. (3) modo adſit conceſſio ſpontanea, gratuita, conjuncta cum libera quocunque tempore revocatione: in hiſce enim tribus conſiſtit juris familiaritatis ratio formalis.

8. Ampliatur quoque ad vicinitatem, ita ut quæ vicinus vicinitatis intuitu concedit, ad conſequentiam trahi nequeant *Dietherrus d.l.*

9. Fallit (1) quando utens animum poſſidendi verbis vel facto declarat *Dietherrus d. l.*

10. Fallit (2) quando utens titulum habet *ibid.*

11. Fallit (3) quando utens tale quid exercet, quod non facile jure familiaritatis & gratioſe concedi ſolet, v. g. Jurisdictio, quæ ex gratia vix conceditur *Schneidewinus ad §. poſſidere. Inſt. d. interdict. n.* 127. it. ſervitia & operæ ruſticorum.

12. Fallit (4) quando adeſt pluralitas actuum, per longum temporis intervallum exercitorum. *Wolff in diſſertatione inaugurali Altdorfi de jure familiaritatis habita c. ult.* §. 2.

13. Fallit (5) quando præceſſit cauſa obligationis. *ibid. & Menochius de Arb. Jud. Quæſt. L.*2. *caſ.* 160. *n.* 17.

14. Fallit (6) quando de ſervitute aliove jure propriô conſtat *Wolff. d.l.*

15. De effectu juris familiaritatis vid. *ibid.*

16. Exemplum eſt in jure compaſcui in der Koppelweide / quod omni tempore ſolô familiaritatis & amicitiæ jure, toleratur, quando nimirum duæ pluresve vicinæ univerſitates in prædiis & agris vicinis mutua ſibi invicem compaſcua

concedunt. Aliud ſolenne exemplum habemus in convenatione, ſive venatione ſimultanea in der Koppel-Jagd, ubi duo pluresve nobiles, aliique hujusmodi jure prædıti, in vicinis ſuis agris ad minores feras capiendas convenantur ſolummodo jure familiaritatis & vicinitatis intuitu, cum facultate omni tempore revocandi iſtud & renunciandi *Koeppen P.* 1. *deciſ.* 12. a qua differt venatio precaria die Gnaden-Jagd, quippe quæ conceditur quidem quoque ex amicitia ſed non mutuo: unico verbo: Die Kuppel-Jagd eſt mutuum precarium, die Gnaden-Jagd eſt precarium unilaterale. Conf. *diſſert. de Venatione precaria ſub præſidio Petri Mulleri JCti Jenenſis habita per tot.*

XXXVII.

1. Sieh dich wohl für, daß es dir nicht ergehe, wie dem Abbt von Fulda. Cave ne eadem tibi accidant, quæ Abbati Fuldenſi acciderunt. Eſt parœmia, qua tunc uti ſolemus, quando alicujus hominis nimis curioſi & inſimul improvidi monitores eſſe volumus. Nam cum Abbas Fuldenſis, prælium illud famoſum, in bello tricennali prope Luzenam commiſſum, in quo Magnus ille Suecorum Rex, *Guſtavus Adolphus*, occubuit victor, veniſſet ſpectatum, & ictu aliquo infelici percuſſus ſpiritum emiſiſſet, Saxonibus id in proverbium abibat dicentibus: Siehe dich wohl für, daß es dir nicht ergehe, wie dem Abbt von Fulda.

Vid.

Vid. *Scriptum* deß Sächsischen Glücks bey dem Schwedischen Unglück *in f.* Alias dici quidem solet: Keinem Zuschauer ist das Spiel zu groß; Sed Abbati huic ludus iste militaris Saxonicus utique nimis pretiosus erat: constabat enim ejus vita.

XXXVIII.

1. EIne alte Gewohnheit ist stärcker als Brieff und Siegel. Vetus consuetudo vincit scripta & sigilla, h. e. prævalet statutis, legi & Rescriptis contra consuetudinem impetratis.

2. R. quia præsumtionem Juris & de jure, adeoque rationem non erroneam, sed certam pro se habere censetur. *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Com. sub voc. consuetudo ax.* 1.

3. Prob. *per l.* 2. *C. quæ sit longa consuet. & l.* 1. *§. ult. ff. de Aqua pluv. arc.* Add. 1. *Sam.* 30. *v.* 25. *Ruth.* 4. *v.* 7.

4. Declara quod legem priorem vincat consuetudo, non quidem ratione auctoritatis & obligationis, sed ratione usus, quatenus est posterior. *Strauchius Diss.* 1. *ad Univ. Jus Justin. §.* 1. *p.* 7. modo quoque rationabilis h. e. juri divino ac naturali non repugnans sit *cap. fin. x. de Consuetud. Excellent. Dn. Strykius apud Barbosam in Thes. Loc. Com. d. l. ax.* 6. alias non tam consuetudinis quam corruptelæ nomen meretur. *c.* 7. *& ult. x. de Consuetud. Nov.* 134. *in fin.* Vid.

Dn.

Dn. Hertius in Select. & Rar. ex univ. Jurisprud. Argum. Lib. 1. de Parœm. Jur Germ. par. 3. p. 392. & Perez. in Jur. Publ. c. 42. p. m. 99.

5. Fallit quoad legem posteriorem, quæ omnino fortior consuetudine est, & abrogare hanc potest, ut & priorem, quæ expresse contrariam consuetudinem prohibet *Thomasius in Not. ad Strauch. d. l. p. 8. Barbosa d. ax. 16.*

6. Ampl. ut idem quoque procedat quoad observantiam, sive usum in judicialibus: proprie enim consuetudo circa extrajudicialia versatur.

XXXIX.

1. Wenn das Kind todt ist / hat die Gevatterschafft ein End. Mortuo filio baptismali extinguitur patrinitas, h. e. mortuo illo, cujus intuitu cum altero coluimus amicitiam, hæc dissolvitur. *Ovidius* pulchre ita canit:

Contemnunt spinas, cum cecidere rosæ.

2. Ratio quia vinculum per mortem omnia solventem sublatum est.

3. Declaratur, scilicet quoad susceptum & susceptorem; aliud vero de suscepti consanguineis dicendum, utpote inter quos & susceptorem durat adhuc nexus ille spiritualis, licet hominum vulgus contrarium sibi persuadeat. Add. *parœm.* Wenn die Frau todt ist / so hat die Schwägerschafft ein End.

LX.

1. WEr gewinnen will, muß beysetzen. Qui aliquid lucrari vult, apponere debet pecuniam Est lusorum dicterium.

2. R. quia hæc duo inseparabiliter quasi connexa sunt; hoc præcedit, tanquam necessarium antecedens, illud sequitur, & quidem ita, ut tentetur fortuna, lucrum vel damnum adferens. Sicut autem illius eventus incertus est, ita etiam spes emolumenti damni metum compensat, & læsio insuper habetur. *Hertius in Select. & Rar. ex Univ. Jurispr. Arg. Lib.* 1. *de Parœm. Jur. Germ. par.* 43. *p.* 456.

3. Nisi quis sibi stipulatus sit jactum gratuitum einen freyen Wurff, aut talis ultro alicui concedatur. Eodem illud recidit: Wer will trincken, muß auch lassen klingen. Antecedens qui vult, velle etiam debet consequens, & vice versa, consequens qui vult, velle etiam debet antecedens, wer Eyer haben will, muß die Hüner gehen lassen, quatenus nimirum unum cum altero necessario & inseparabiliter connexum est.

XLI.

1. EIn kleiner Gewinn und offt, ist besser als ein grosser und selten. Lucra modica, sed iterata, præstant magnis & immodicis.

2. Ra-

2. Ratio (1) quia lucrum modicum radices agit, immodicum vero non, cum turpe ſit & malum, lucrum malum vero ſimile ſit diſpendio, ſchändlicher Gewinn iſt effective ein Schad. Quemadmodum autem ſecundum Philoſophi effatum illud quod cum malis non eſt conjunctum præſtantius eſt eo, quod mala habet admixta. Vid. *Dialect. Jur. Pottii c. 3. Q. 26. p. 84.* ita (2) Si plus juſto & æquo cum aliquo agimus, reliqui emtores, & alias nobiſcum contracturi, deterrentur exemplo deceptorum cauti, wenn man einen übernimmt und ſchnellt / ſo ſpiegeln ſich andere dran.

3. Declara, (1) quod intelligendum hoc ſit de lucris modicis iteratis. Quapropter etiam in ipſa parœmia verbum und offt addictum, cum hodie modicum, & cras modicum & perendie modicum, faciant unum grande ſatis. *Tabor apud Barboſam in Theſauro Loc. Com. ſub voc. modicum ax.* 1. Conf. parœm. Wer den Dreyer nicht achtet / wird zum Thaler nicht kommen. Quæ enim ſingula non proſunt, multa juvant, *l. excuſantur* 2. *ff. d. Excuſat. tut.* Add. parœm. Viel Tropffen machen auch ein Waſſer.

Adde parum parvo, parvum ſuperadde puſillo.
Et tunc ex parvo magnus acervus erit.

4. Declara, (2) quod imprimis procedat quoad illud lucrum, quod alterum tantum ferè excedit. Quamvis enim lædere aliquem uſque ad alterum tantum permiſſum ſit jure civili Romano, dubium tamen

tamen non eſt, quin parum benedictionis inſit ejusmodi immodico lucro.

XLII.

1. JUng gewohnt, alt gethan.
In juventute aſſuetum
In ſenectute expletum.

2. R. quia conſuetudo altera natura eſt: quemadmodum autem natura difficulter mutatur, quin furca etiam expulſa ſemper recurrat; ita conſuetudo, quæ naturam naturæ induit, vix omittitur in ſenectute. *Ubi animus ſemel*, inquit Chremes *apud Terent. in Heavt. A.* 1. *Sc.* 2. *cupiditate devinxit mala, neceſſe eſt, conſilia conſequi conſimilia.* & *ibid.* A. 4. S. 6. Quam multa injuſta ac prava fiunt moribus! Unde quoque Latini proverbialiter dicere aſſolent: a teneris aſſueſcere multum eſt.

3. Prob. per illud dictum Salomonis *Proverb. c.* 22. *v.* 6. Wie man einen Knaben gewehnt, ſo läſſet er nicht davon, wenn er alt wird.

4. Declara (1) quatenus nimirum per conſuetudinem non mores plurium ſed unius tantum intelligamus hominis. Conſ. *Acutiſſimus Dn. Thomaſius in Diſſert. ſub ejus præſidio de jure conſuetudinis & obſervantiæ Halæ Magdeburg. ventilata* §. 10.

5. Declara (2) quod quamvis difficile non tamen impoſſibile ſit tale quid dediſcere, cui quis in juventute ſemel aſſuevit. Vid. *Genzken*

in

in Schediasmate morali de Principiis justi p.m. 24. Conf. *Philipp.* 4, 13.

6. Effectus, quod si quis in juventute vitam vixerit lascivam & dissolutam, & deinde in matrimonio criminis accusetur adulterii, præsumtionem contra se militantem habeat, quia fœminæ, quæ admodum puellæ concumbunt, libidinosiores per totam ætatem evadunt. *Mollerus de Cornutis c.* 5. *n.* 22. *p.* 40. Admittitur tamen probatio in contrarium, quod scil. vita correcta vel emendata fuerit. Vid. *Crusius de indiciis delictorum c.* 27. *P.* 1. *n.* 10. *seqq. p.* 140. & *P.* 1. *c.* 104. *n.* 1. *p.* 336.

XLIII.

1. **Was einmahl geschehen, das stehet nicht zu ändern.** Facta infecta fieri nequeunt.

2. Ratio, quia facta, quatenus talia sunt, desinunt esse possibilia ex eo, quod alioquin, quæ vera sunt, eo ipso, quod vera sunt, essent falsa. *Beatus Dn. D. Velthem in institut. Metaph. c.* 10. *Partis prioris* §. 7. *n.* 3. *p.* 652.

3. Probatur per *l. verum est* 32. *ff. d. R. I.* 1. *in bello* 12. §. 2. *ff. de Captiv.* & *postlim. l.* 1. §. 4. *ff. de Acquir. Poss. Nov.* 97. *c.* 1.

4. Declaratur, scilicet quoad rei veritatem, & factum ipsum. *Barbosa in Thes. Loc. Com. sub voc. factum ax.* 30.

5. Am-

5. Ampliatur in tantum, ut ne ipse quidem DEUS facta possit reddere infecta. *Velthem. d. l. Sturcius & Mullerus in Commentariis suis ad d. l.* 31.

6. Limitatur tamen quoad fictionem juris ejusque effectus actusque validitatem, dum lex interdum fingit aliquid infectum esse, quod revera factum est, vid. *Mich.* 4. *v.* 18. 19. *Esaiæ c.* 1. *v.* 28. & fingit aliquid factum, quod est infectum, v. g. cum quid factum contra leges aut bonos mores est, infectum reputatur a lege. *Mullerus & Barbosa d. l. Petrus Fons in Selectis Legibus sub voc. factum p.* 205.

7. Exemplum solenne afferunt Doctores in virginitate corrupta, quæ restitui non potest, & irrecuperabilis est, *l. un. in pr. C. d. Rapt. Virg. Videatur tamen Kornemannus de Jure Virginitatis Q.* 29. *& Velthem. d. l.* ut & in eo, qui semel heres factus, hic enim nunquam potest desinere esse heres ne quidem per restitutionem in integrum prætoriam. Vid. *Consil. Marburg. Vol.* 1. *cons.* 28. *n.* 300. *p.* 440.

8. Effectus, quod in illis, quæ immutari nequeunt, debeamus esse patientes, cum animus æquus optimum ærumnæ condimentum sit Eleganter *Byrrhia* apud *Terentium in Andria. A.* 2. *S.* 1. *ad Charinum dicit: Quæso ædepol Charine, quoniam id fieri, quod vis, non potest, velis id, quod possit.*

XLIV.

1. Guth macht Muth.
Divitiæ addunt animum.

2. Ratio quia divitiæ & opes pariunt potentiam. *Dietherrus apud Besoldum in Cont. Thes. Pract. sub voc.* Reichthum. *p. m.* 527 potentia autem gignit insolentiam. *Quia paululum vobis accessit pecuniæ*, inquit *Phidippus* apud *Terentium in And. A.* 4. *S.* 5 *sublati animi sunt.*

3. Concordat Sacra Scriptura. Ita enim habet omnium sapientissimus Rex Salomon *Proverb.* 30. *v.* 8. *&* 9. Armuth und Reichthum gib mir nicht, lasse mich aber meinen bescheidenen Theil Speise dahin nehmen. Ich möchte sonst, wo ich zu satt würde, verläugnen und sagen: Wer ist der HErr?

4. Declara quod procedat secundum naturam hominis corruptam & genium mundi, qui ex potentia dignitatem & præcedentiam æstimat. Quam male aut bene vid. *Knichen de Saxon. non provocand. jure verb. Ducum c.* 2. *n.* 81. Et quidem pro cujusvis indole; alter enim præ altero insolentior fit divitiis. Vid. *Buddeus in Element. Phil. Pract. P.* 1. *c.* 2. §. 192. *seq. p.* 87.

5. In tantum ut etiam apud civicum ordinem divitiæ homines reddant insolentes. Vid. *Beier in Tr. de Collegiis Opificum c.* 4. *n.* 190. *p.* 54.

6. Hinc e contrario proverbialiter dicitur: Wo kein Geld ist, da ist keine Courage. Monf. de Passi, Medicus Gallicus dicere amabat:

Point

Point d'argent point de courage
Beaucoup d'argent beaucoup de courage.
Omnibus nobis, inquit Pamphilus apud *Terent. in Hec. A.* 3. *S.* 3. ut res dant sese, ita magni atque humiles sumus.

XLV.

1. **D**As Guth folget seinem Herrn. Res sequitur suum Dominum; h. e. res domino supervenienti restituenda est.

2. R. quia dominus præ omnibus aliis validissimum jus habet, unde quoque illam vindicat, ubi eam invenit?

3. Confirm. per jus civile & quidem *l.* 25. *ff. de Ob. & Act. ut & Jus Lubeccense L.* 3. *t.* 4. *art.* 8.

4. Declara, modo res illa sine facto domini ad alium pervenerit. *Mevius ad Jus Lubec. d. l. art.* 9. *n.* 2.

5. Ampl. (1) etiamsi possessor illam justo pretio redimere velit. *Mevius P.* 2. *d.* 271. *Hertius in Select. & Rar. ex univ. Jurisprud. Arg. L.* 1. *de Parœm. Jur. Germ. L.* 1. *par.* 17. *p.* 423.

6. Ampl. (2) adeo ut dominus ne quidem ad pretium inventionis teneatur possessori. *Hert. d. l.* §. 3. De *præmio inventionis* vid. *Differt. inauguralis Dni. Reisenleiteri Altdorfi habita.*

7. Fallit (1) in possessorio, ubi non quis dominus sit, sed quis possideat, quæritur.

8. Fallit (2) quando consensu domini res in alium translata, & accipiens eam rursus alienat,

antequam domino satisfactionem præstat: *Sic* enim res non amplius sequitur dominum, sed illud obtinet: Hand muß Hand wahren. Nisi scilicet dominus sibi reservaverit dominium vel etiam hypothecam. Add. *Mevius ad Jus Lubecc. L. 3. t. 4. art. 9. & tit. 2. art. 2.*

XLVI.

1. Gewalt kan man mit Gewalt vertreiben. Vim vi repellere licet. Pulchre *Ovidius de arte amandi L. 3.*

Judice me fraus est concessa repellere fraudem
armaque in armatos sumere jura sinunt.

2. Prob. *per l. ut vim* 3. *ff. de Just. & Jur. cap. significasti* 18. *de homicid. cap. si vero* 3. *c. perpendimus* 23. *de Sent. Excom. c. jus naturale* 7. *dist.* 1. De Jure Naturali quid liceat? vid. *Pufendorfius de Jure Nat. & Gent. L. 2. c. 5. p. m.* 268.

3. R. quia tantum abest, ut lege aliqua obligati simus ad vim alterius ferendam, ut potius teneamur ad defensionem suscipiendam & vim repellendam, *Grotius de Jure Belli ac Pacis L. 2. c. 1. §. 8. ibique Commentatores*, cum sit juris naturalis præceptivi. *Id. d. l. L. 1. c. 3. §. 1.* cumprimis quantum nostram concernit vitam, cujus non sumus domini sed administratores. *Simon in Not. ad Guilielm. Grot. de Principiis Jur. Nat. c. 7. §. 3. p. m.* 121. Add. *Acutissimi Dn. Thomasii Jurisprudentia Divina L. 2. c. 2. §. 85. seqq.*

4. Declara, quando scil. judex adiri non potest. *Grotius d.l. L. 2. c. 1. §. 16.* & alia requisita justæ defensionis observantur, de quibus vid. *laudatus Dn. Thomasius l. c. §. 95. seqq.* nec enim defensio degenerare debet in ultionem. *Grotius d.l. L. 1. c. 2. §. 8. n. 3.*

5. Ampl. (1) etimasi repulsio fiat cum internecione aggressoris vel vim inferentis. *Grotius d. l. L. 2. c. 1. §. 1. Gailius L. 2. ob. 110. n. 9. p. 504.*

6. Ampl. (2) ut etiam vi liceat se defendere ob bona vitâ minora v. g. vi avertere licet mutilationem membri, læsionem pudicitiæ, ictum alapæ & amissionem bonorum. *Grotius L. 2. c. 1. §. 1. 7. 10. Thomasius d. l. §. 110. seqq.* imprimis ubi erepta subsidio magistratus recuperari nequeunt. *Thomasius d. l. §. 120.* Vid. tamen *Dn. D. Zollius, Antecessor Rinthelienſium celebratissimus in conclusionibus juris Respondente Walthero 1695. ventilatis concl. 2.* Quæ ampliationes tamen ita intelligendæ sunt, ut ne verbis Christi *Matth. 5. v. 39. 40.* aliquid decedat.

XLVII.

1. GErade (*a*) hat viel ungerades. (*b*) Gerada multum iniqui fovet. Vel ut Hertius habet in Epidipnidibus Parœm. Jur. Germ. par. 18. p. m. 22. macht eine ungerade, multum facessiit negotii.

2. (*a*) Gerade veteri more a Rade celeriter, dicitur. Sicut autem alias idem est ac promptum.

procerum v.g. ein gerader Mensch, vel æquum, v.g. das Krumme gerad machen, ex iniquo facere æquum, vel par, v.g. gerad oder ungerad. Vid. Spate im teutschen Sprach-Schatz *sub voc.* rade. *p.m.* 1501. ita h. l. substantive capitur, & secundum Jus Saxonicum, bona utensilia, Haußgeräthe, quæ ex hæreditate materna ad solas filias, vel etiam neptes ex filiabus mortuis & quidem concurrentes cum filiabus, jure repræsentationis, pertinent, significat, uno verbo Geräthe. Quid autem pertineat ad Geradam vid. *Besold. in Thes. Pract.* & *Webner in Observ. Pract. sub voc.* Gerade, *ut* & *Carpz. P.* 3. *c.* 38. Opponitur hæc creatura Juris Saxonica, gerada scilicet, rebus expeditoriis, dem Heergewette, quæ masculis hæredibus, præcipui loco, debentur.

3. *(b)* h. e. iniquum, quod non æquum est, ita ut sensus sit: gerada multum iniquitatis in se habet.

4. R. quia communiter titulo bonorum utensilium fere omnes res mobiles ad se rapiunt consanguineæ, & multæ technæ ac tricæ juri geradæ immiscentur.

5. Declara, vitia hæc magis extrinseca, quam intrinseca esse, & potius ex vitio avaritia nimirum hominum venire quam ex re ipsa.

XLVIII.

1. Die nächste Niftel *(a)* erbet die Gerade. *(b)* Proxima cognata heres est geradæ.

2. *(a)*

2. (*a*) Niftel sive Nichte neptis h. l. sumitur laxius, quatenus scil. sub hac voce non tantum filiæ descendentes, sed & quælibet cognatæ, etiam collaterales, continentur. De derivatione vocis Niftel vid. Spate im Teutschen Sprach-Schatz *sub voc* Nefe *p.* 1320. Hinc Niftel-Gerad sunt illa utensilia, quæ proximæ cognatæ debentur, & differunt a gerada uxorum, quæ præmortuo marito uxoribus debetur. *Almers in Manuali Juris sub voc. Gerada p.* 540. *Gastelius in Spec. Jur. c.* 25. *p.* 425. *Strykius de Successione ab intest. diss.* 1. *c.* 4. §. 10. *p.* 142.

3. (*b*) De hac voce evolvatur parœmia proxime antecedens: Gerad macht viel ungerades.

4. Probatur per Jus Saxon. & quidem Land-Recht *L.* 1. *art.* 27.

5. Ratio, (1) quia in geradæ compensationem agnati proximi capiunt heergewettam, sive res expeditorias, de quibus vide sis *Gastelium d. l. p.* 423. (2) quia utensilia comparata sunt ad usum muliebrem.

6. Procedit in illis locis, ubi Jus Saxonicum hac in parte receptum, & fallit apud nos, ubi dominantur consuetudines & jus civile Romanum, geradam ignorans.

7. Ampliatur (1) in tantum, ut ne quidem per testamentum in præjudicium proximæ cognatæ alienari queat. *Carpz. P.* 2. *c.* 14. *d.* 2. nisi nihil scil. hæc in alienationem consentiat.

8. Ampliatur (2) sive utroque vinculo sc. & patris & matris, sive uno tantum scil. matris intuitu conjuncta sit *idem Carpz. d. l. d.* 27.

9. Exceptio (1) est, quando donationis titulo gerada in alium transfertur. *Carpz. d.l.d.* 5. etiamsi proximæ cognatæ nihil prorsus de hac relinquatur *ibid.* quod etiam Mindæ in Westphalia observari memini. Conf. tamen *Gastelius d. l.* ubi geradam marito ab uxore donari non posse tradit, adeo ut nec morte ejus confirmetur, nisi remunerationis causa adsit. *Carpz. P.* 2. *c.* 13. *d.* 2.

10. Exceptio (2) est, quando gerada in illo loco, ubi petens eam habitat, inusitata est. *Gastelius d. l.*

11. Exceptio (3) est, quando marito uxor geradam vendidit, adeo ut subsit venditio, licet vilissimum sit pretium *Carpz. d. ult. loc. d.* 9. *seqq. Berlichius P.* 2. *conclus.* 25. Egregium inventum in fraudem legis factum!

XLIX.

1. Es übergiebt (*a*) sich niemand leicht. Nemo dando facile excedit.

2. (*a*) Übergeben h. l. proprie accipitur & idem est ac dando excedere zu viel geben / uno verbo donare schencken; improprie idem est ac evomere sich brechen / kotzen / speyen.

3. Ratio quia donare est animi nobilis & liberalis *cap.* 1. *x. de donat.* Conf. *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Com. sub voc. donare ax.* 20. Paucis autem ejusmodi magnus & nobilis est animus.

4. Effectus, quod in dubio nemo præsumatur suum donare velle per *l.* 25. *vers. si vero ff.* *de*

de Probat. l. campanus 47. *ff. d. Oper. Libert. l. fin. C. de Novat.*

5. Declara (1) ita ut imprimis in necessitatibus nemo liberalis existat, *l.* 28. *ff. d. Adim. Leg. Tabor apud Barbosam sub voc. donatio ax.* 21.

6. Declara (2) ut imprimis procedat quoad mulieres, quippe quarum genus avarum est. *id d. l. sub voc. mulier ax.* 2.

7. Limita, ut tamen metus examinis candidatum, male sibi conscium, ut & jactantia, & vanitas, possit aliquem eo impellere, ut in seipsum injurius sit & plus solito pendat. Conf. *Beier in Tract. de Magistro prudentiæ juris opificiarii c.* 10. *pag.* 126. *n.* 364. *seqq.*

8. Exemplum eorum, qui dando excesserunt, vid. 2. *Cor.* 8. *v.* 2. 3. *it. Luc.* 21. *v.* 3. 4.

L.

1. **Wider Willen kan man einem wohl was nehmen aber nichts geben.** Invito aliquid auferri, sed nihil dari potest.

2. Consentit *l. in vita* 69. *ff. d. R. I. l. fin. C. unde legitimi l. nec emere* 16. *C. de jure deliber. l. invitus* 156. *§. quod cuique ff. d. R. I. l. hoc jure* 19. *§. non potest ff. d. Donat.* ut *& Genes. c.* 23. *v.* 11. 2. *Samuel.* 24. *v.* 22. 24. 1. *Chron. c.* 22. *v.* 22.

3. Ratio, quia ad donationem donatarii voluntas ac beneficii acceptatio requiritur; ubi hæc cessat, ibi cessat etiam donatio, quippe quæ non nisi dantis & accipientis consensu absolvitur.

Recte eapropter *Plautus in Trin. A.* 3. *S.* 2. *nullum beneficium esse duco id, quod cui facias, non placet.* Contra vel invitissimo aliquid auferri potest, modo adsit potentia, physice & de facto, non vero moraliter & de jure loquendo.

4. Declaratur, quatenus termini habiles adsunt. v. g. infans nunquam dici potest invitus, quia nec volens esse potest. *Barbosa in Thes. Loc. Com. sub voc. beneficium ax.* 18. Ejus enim est nolle, cujus est velle *l.* 3.*ff.d.R.I.*

5. Limitatur tamen, ut, si consideretur animus benefacere volentis, & commodum, quod ex beneficio ad alium redundat, non male beneficium & illud appellemus, quod nolenti præstatur & invito. *Hertius in Tract. de Selectis & Rar. ex Jurisprud. Universali argumentis L.* 3.*par.* 6. *p.*634. Unde quoque pro invito solvi potest *pr. Inst. quibus mod. toll. oblig.* sed non datur actio contra voluntatem domini negotium gerenti. *Hertius d.l.* Brevibus: si utilitatem tertii privatim vel publice concernit; etiam invito beneficium datur. *Petrus Mullerus in Comment. ad tit. de R.I. d.l.* 69.

6. Ampliatur, sive beneficium ad argumentum bonorum sive ad honores spectat. *Mullerus d.l.*

7. Exceptio est in datione libertatis & tutoris, qui etiam invito pupillo datur, it. in honoribus ac dignitatibus. Sic vel inviti fiunt Episcopi. Exemplum alicujus, qui sibi invito passus fuit obtrudi dignitatem regiam, habemus in Saule 1. *Sam.* 10. *v.* 21. 22. 23. Porro exceptio est in

por-

portionibus deficientium heredum, quæ invitis etiam coheredibus accrescunt. *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Com. sub voc. invitus ax.* 6. Distinguendum ergo inter rationem beneficii & juris, sive inter necessitatem consequentis & consequentiæ. Ut alicui invito beneficium accedat, non facit ratio beneficii sive conditio, sed ratio juris; fit enim necessario ut accedat, sed non manet necessario apud invitum *Tabor d. l.* Deinde exceptio quoque est in ægrotis, maxime phreneticis, quibus vel invitissimis sepe medicina salutaris applicatur.

8. Ampl. (8) ut etiam theologice valeat, quoad vitam nempe æternam, quæ a DEO non datur invitis. *Sirac. c.* 15. *v.* 15. 16. 17. 18. *Esaiæ c.* 65. *v.* 2. *Act.* 13. *v.* 46. *Matth.* 22. *v.* 1. *seqq. collat. cum Lucæ* 14. *imprimis v.* 24.

LI.

1. GEmeine Gebet / und gemeiner Fluch vermögen viel. Preces & execrationes communes, sive conjunctæ, multum valent.

2. Sicut enim vires conjunctæ & unitæ sunt validiores, quam disjunctæ, adversus hostem; ita DEUM etiam magis commovere possumus precibus unitis quam solitariis mit allgemeinen Buß- Bet- und Fast-Tägen. E contrario ille eo magis exosus est DEO, & eo infeliciores negotiorum suorum successus habet, qui diris execrationibus, omnium fere onustus est. Hinc eve-

evenit, ut v. g. pugna raro vel nunquam correspondeat votis, utut causas bellandi justas & necessarias habeant belligerantes, quando miles impius & execrabilis gerit arma: Conf. *illustris Cocceji Dissert. de justo præliorum exitu per tot.* Qua enim felicitate perjurus flagitiosus, DEO, & hominibus exosus, diris execrationibus onustus pugnabit miles. *Conf. Crusius de indiciis Delict. P. 1. c. 51. n. 29. seqq.*

5. Declara quod intelligendum sit adagium nostrum de precibus piis & execrationibus justis. Quemadmodum enim peccatorum impœnitentium preces irritæ sunt; ita etiam malevolorum impiæ execrationes sunt incassum & fulgura ex pelvi. Sane DEUS O. M. in piorum maximum solatium dixit: Ich will seegnen, die dich seegnen, und verfluchen, die dich verfluchen: *Genes. 12. v. 3.* Add. *D. Bæhmeri, Professoris Hallensis, dissert. de jure precum publicarum per tot.* De execrationibus injustis illud valet: unrechter Fluch trifft nicht.

LII.

1. Wer steht bey der Gemein,
Steht allweg gern allein.

Qui a communitate stat, semper solus stat, h. e. qui a communitate aliqua dependet, ille ubique nudus & destitutus est.

2. R. quia uno plures habet dominos, qui, ut singuli, privatum suum quærunt commodum, & com-

& commune (quorſum ille quoque pertinet) negligunt, fide ſusque deque habita. Naturale vitium eſt, inquit imperator in *l. 2. C. quand. & quib. quart. deb.* negligi quod communiter poſſidetur.

3. Declara valere hoc non diſpoſitive ſed narrative: de jure enim ſtudium commodi publici ſemper prævalere debet privati commodi ſtudio.

4. Ampl. ſive quis dependeat a communitate ut officialis, ſive ut ſubditus: uterque infelix eſt. Conſ. *Mundius a Rodach Vol. 2. conſ. 29. n. 58. p.* 458.

5. E. G. Quando apud nos in Franconia habemus tranſitus militares, vel militibus peregrinis hoſpitia ſunt aſſignanda, tunc loca illa ganerbinatus, die Ganerben-Flecken, utpote a pluribus dominis dependentia, præ cæteris vexantur & agitantur.

LIII.

1. WEr leicht glaubt, wird leicht betrogen. Qui facile credit, facile decipitur.

2. R. quia hominem homo ſtudet circumvenire non tantum factis, ſed & verbis, nunquam fere tuta fides. Circumſtantiæ igitur probe ponderandæ ſunt, Siehe für dich, Treu iſt mißlich, trau, ſchau wem, nam trauwohl reitet das Pferd hinweg. *Vid. Joh. Agricola* in der Außlegung gemeiner teutſcher Sprüchwörter *n.* 14. *p. m.* 16.

mis

πίςει χρήμασ' ὄλεσσα ἐ πιςεί η
δ' ἐασωσα - - - -

Imprimis vero judici opus est cauta circumspectione ne statim cuilibet accusationi & responsioni fidem habeat. Man leugt gern auf die Leute, darum glaube nicht alles was du hörest. *Sirac. c.* 19. *v.* 15. Add. *par.* Man soll nicht alles sagen was man dencket, und nicht alles glauben was man höret. Omnia credere & nihil credere utrumque vitium est. Add. Epist. Jac. c. 1. v. 19. Ein jeglicher Mensch sey schnell zu hören, langsam aber zu reden. Lutherus dixit: Glaube nicht alles was du hörest, sage nicht alles was du weist, thue nicht alles was du magst.

LIV.

1. Gleich sucht sich, gleich findet sich. *vel.* Gleich und gleich gesellt sich gern. *item.* Wie der Wirth ist, so beschert auch GOtt die Gäste. Simile simili gaudet. Aves concolores se mutuo amant. Formicæ chara formica. Graculus graculo assidet, h. e. bono bonus, malo malus se sociat. Pertinet huc etiam illud *Terentii* in Phormione *A.* 4. *Sc.* 5. mulier mulieri congruit.

2. Prob. per 1. *Corinth.* 5, 9. *Psalm.* 18. *v.* 26. *Proverb.* 13. *v.* 20. & *Sirac. c.* 13. *v.* 19. 20. & *seqq. c.* 27. *v.* 10. Die Vögel gesellen sich zu ihres gleichen, nec non *l. pen. C. de Haeret.*

3. R.

3. R. quia similitudo est mater amicitiæ, vid. *Præcellentiss. Dn. Thomasii institut. Jur. Div. L. 1. c. 2. n. 28. p. 58.*

4. Effectus, quod noscatur ex socio, qui non cognoscitur ex se, adeo ut frequens cum facinorosis familiaritas, aut conversatio, indicium (certe remotum) ad torturam præbeat. *Hertius in Select. & Rar. ex univ. Jurisprud. Argum. de Paræm. Jur. Germ. L. 1. par. 111. p. 580.*

5. Fallit, quando quis vel necessitate adactus, vel etiam ratione officii tenetur commercium habere cum facinorosis.

LV.

1. GOttes Allmacht ist allezeit *excipirt*. Omnipotentia DEI semper excepta est, h. e. damnum vi majori quam quæ prudentia & dilegentia humana potest averti in contractibus & aliis negotiis humanis non præstatur aut resarcitur.

2. Probat per *l. excepto* 18. *C. locat. cond. & Jacob. c. 4. v. 13. seqq.*

3. Ratio, quia omnipotentia divina in tales potest nos demittere casus, de quibus ne quidem cogitare, multo minus eos præcavere potuimus. Conf. *Mevius P. 5. dec.* 118. *n.* 4. Unde quoque dici solet: Es soll mich nichts abhalten als GOttes Gewalt.

4. E. G. Quando conductor alicujus prædii in se casus recipit fortuitos, deinde vero aliquis evenit, qui vix semel intra centum contingit annos,

annos, & quo prædium vel fruges plane pereunt, tunc pactum illud conductoris trahi nequit ad casum hunc insolitissimum, sed regula nostra recte se defendit conductor.

5. Declar. modo θεῦ βία vere interveniat; alias enim ad actus, de quo sermo est, naturam respiciendum. *Hertius in Select. & Rar. Jurisprud. Argumentis L. 3. par. 5. p. 633.* & ibi allegatus *Grotius de Jure B. & P. L. 2. c. 16. §. 27.* Hinc utut David Sauli jurejurando se obstrinxerit, non perditurum se ejus posteritatem 1. *Sam.* 24. *v.* 22. tamen septem ejus filios tradidisse ipsum Gibeonitis strangulandos, videre est ex 2. *Sam.* 21. quoniam scil. in ipso non erat vindicem Dei manum adstringere. Add. omnino *Hoppius in dissert. de Edaci locustarum pernicie Francofurti ad Viadrum habita.*

LVI.

1. **Ein Mann kan sich ehe zu todt grämen als eine Frau.** Masculus facilius mœrore conficitur quam fœmina.

2. R. quia iste magis quam hæc in hecticam cardiacam inclinat. Ratio rationis, quia in masculo deficit illa via ordinaria, qua humor melancholicus mœrorem causans (Vid. *Riverii institut. Med. L. 3. S. 3. c. 13. p. m. 324*) evacuari potest. Ratio juridica autem nostræ parœmiæ est, quia fœminæ regulariter leves sunt sie sind leichtsinnig, können sich bald etwas aus dem Sinn schlagen. Unde distichon:

Quid

Quid levius fumô? flamen. Quid flamine? ventus.
Quid ventô? Mulier. Quid muliere? nihil.
Recte igitur Imperator non multum earum fidit consiliis *l. cujus bonis 9. ff. de Curat. furios.* Et quamvis interdum mœrore occupentur, hoc tamen non diu duraturum est. Quod cito fit, cito perit. Adde quæ habet *Tabor in Thesauro Barbosæ sub voc. mulier ax. 5.*

3. Effectus est, quod, si salva justitia fieri queat, parcere debeamus aliquantulum masculis in ejusmodi rebus, quæ magnum conciliare possunt mœrorem animique ægritudinem.

4. Exemplum hujus rei novi, ubi quidam eo, quod aliquoties ipsi denegatum fuerit absque præviis literis informatoriis mandatum S. C. in Camera imperiali, ex mœrore sibi contraxerit morbum, ut paucis diebus post efflaverit animam.

LVII.

1. Grosse Herren müssen viel von sich reden lassen. Multorum judicio obnoxii sunt magnates. Vid. *Constantinus Germanicus in Epistola ad Justum Sincerum p. m. 417. & Burgoldensis ad Instrumentum Pac. P. 3. d. 13. §. 1. p. 95.*

2. R. quia in magnates omnium diriguntur oculi, quibus vel admirationem movent eorum virtutes, vel facinora bilem, vel malitia parit calumnias.

3. Declar. quod quamvis convicia interdum spernenda, quia spreta exolescunt, moleste vero lata agnita videntur *Lipsius Lib.* 2. *Polit. c.* 17. *n.* 14. 15. Attamen non quævis convicia semper impune abire possunt, imprimis quando verba proferuntur seditiosa. Vid. *l. un. C. si quis imp. maledix.* aut conniventiâ subditi deteriores fierent.

4. Ampl. ut idem fere procedat quoad Magistratus, & judices subordinatos.

LVIII.

1. **DReytägiger Gast, ist eine Last, Dreytägiger Fisch taugt nicht zum Tisch.**

Post tres sæpe dies piscis vilescit & hospes.

Concordat illud *Plauti in Milite Glorioso A.* 3. *Sc.* 1.

Hospes nullus tam amici hospitium diverti potest,
Quin ubi triduum fuerit, jam odiosus sit.
Verum ubi dies decem continuos immorabitur,
Tametsi dominus non invitus patitur, servi murmurant.

2. Rationem ridiculam dedit *Herboldus*, ille Abbas Murbacensis, *Gudigottus* a proverbio illi usitato, Potz Gud; Gott! dictus, scilicet quia Christus ultra triduum non mansit in sepulchro. Vid. von Böckellen *in tract. de Jure Hospitiorum c.* 5. §. 10. *&* 11. *Zeilerus in opere Epistol. P.* 1. *p.* 145. Cui convenit illud *Johannis III.* Episcopi Herbipolensis verbum: Potz wehrter Christ!

Christ! quo de vid. *Pastorius in Franconia rediviva p.* 49. Vera autem ratio hæc est, quia abusus benignitatis excitat indignationem Zeit hat Ehre.

3. Declara (1) accipi debere parœmiam de hospitibus, qui gratis, & ex mero familiaritatis & officiositatis jure excipiuntur von Böckellen *d. l.*

4. Declar. (2) quod intelligatur pro ratione hospitii, temporis, ut & hospitis activi & passivi: nec enim omnis benignitas cum triduo expirat, sed eo respiciendum, quid circumstantiæ suadeant. Eapropter etiam in latina parœmia additur vocula sæpe. Non ergo ἁπλῶς, sed ut plurimum saltem procedit.

LIX.

1. Gut Gruß, gut Antwort.
Bonam salutationem bona excipit gratiarum actio.
Eodem recidunt ista: Ein gut Wort findet eine gute Statt. Wie man fragt, so wird geantwortet, wie man grüsset, so wird auch gedancket, wie man in den Wald schreyet, so hallet es wieder, wie die Frag, so die Antwort. Sensus est: qui amice tractatur, & humaniter, ille ad reciprocandum humanitatis & amicitiæ officium inducitur.

2. Ratio quia (1) inter cives est obligatio quædam reciproca. *Dn. Wildvogel JCtus Jenensis in Differt. de jure salutationis c.* 4. *§.* 6. *p.* 46.

(2) Gratia gratiam parit, & cuneus cuneum trudit. *Glimpfius est pluris, quam tota scientia juris.*

3. Consona & conformis est *l. Domitius* 27. *ff. qui test. fac. poss.*

4. Ampliat. (1) in tantum, ut ille, qui injuriose salutatur & inciviliter excipitur, eodem modo possit resalutare & retorsionis jure uti. Si mihi pergit, inquit *Terentius in Andria Act. V. Sc.* 4. quæ vult dicere, ea quæ non vult audiet. Ne puta autem, quasi obligatus sis ad inhumane tractandum illum, qui tibi se inhumanum præbuit, non! potest enim etiam hic civiliter tractari, juxta illud *Pauli:* Einer komme dem andern mit Ehrerbietung zuvor *ad Rom. c.* 12. *vers.* 10. Licet enim tantum resalutare jure retorsionis vid. *Geyer in Spicilegio Speidelio-Besoldiano sub voc.* gut Gruß *p.* 59. Non omnia autem quæ licent honesta sunt *l.* 144. *ff. d. R. I.* quemadmodum nec etiam jus retorsionis indistincte & ab omnibus approbatur. Gratiam non vero peccatum rependere debemus. Ampliatio igitur hæc magis de impunitate quam honestate facti intelligenda. Vergeltet nicht böses mit bösem, noch Scheltworte mit Scheltworten 1. *Petr.* 3. *v.* 9. Seegnet die euch fluchen Matth. 5. v. 44. Adde Rom. 17, 21.

5. Ampliat. (2) ut non tantum de verbis sed & rebus accipiatur, secundum tritum illud:

Res dare pro rebus pro verbis verba solemus.

LX.

LX.

1. Unrechtes Guth *(a)* faselt *(b)* nicht. Male parta male dilabuntur, h. e. nullas radices agunt, vel ut *Plautus in Pœnulo Act. IV. Sc. II.* dicit: *male partum male disperit.* Affine est illud: *de male quæsitis non gaudet tertius heres*, an übel gewonnenen Guth, hat der dritte Erb weder Freud noch Muth. Unrecht Guth faselt nicht, hat Adlers-Federn, kommt selten auf den dritten Erben. Item, was der Teufel mit Paucken zusammen führet, das geht mit Trompeten wieder fort.

Res parta furto durabit tempore curto.

Eodem illud Græcorum verbum recidit: κέρδος πονηρὸν ζημίαν ἀεὶ φέρει, übel gewonnen, übel zerronnen, unrecht Guth gedeyet nicht. Quod Belgæ ita efferunt: Qualyck gewonnen, qualick verteert, et gant soo't gekommen iß. Galli vero dicunt: *Ce qui vient de la fleute, s'en retourne au tabourin.*

2. *(a)* Male partorum nomine veniunt hic omnia injuste & injusto modo acquisita, sive fuerint bona privatorum, sive publica, sive sacris sive profanis usibus destinata, sive vi sive fraude & per varias circumventiones vel in contractibus vel extra contractus parta inquit *Philippus Ludovicus Bœhmerus Moralium in illustri Julia Professor in dissert. de proverbio, male parta male dilabuntur* §. 3.

3. (*b*) Fasseln vel vaseln latinis significat itare, commeare, it. augeri incrementô, radices agere, sich bessern / wurtzeln. Vid. *Webnerus in Observat. Pract. sub voc.* vaseln *p. m.* 465. *Mindanus de Processibus L.* 2. *c.* 42. *p.m.* 237. *§.* 3.

4. Probatur per *c. ejiciens.* 11. *dist.* 88.

5. Ratio consistit (1) in socordia & negligentia in bonis male partis administrandis (2) vita admodum delicata & luxuriosa valetudini damnosa & varii generis morbos secum trahente (3) male bona acquirentis hujusque conjugis asotæ vel adulteræ prodigalitate & luxu, peste familiarum (4) liberis & heredibus aliis male educatis, vel in omne vitium ruentibus vitamque dissolutam viventibus (5) delictis, propter quæ male acquirentes certam mulctam solvere jubentur. (6) Variis litibus, quibus injusti bonorum possessores, horumque heredes vel propter ipsa ista bona male parta, vel propter alias causas implicantur *Bœhmerus d. l.* §. 7. & præcipue demum in maledictione DEI. Vid. 1. *Thess.* 4. *v.* 6. & *Job.* 20. *v.* 15.

6. Exemplum (1) est in bonis publicis & ecclesiasticis ad privatum usum translatis. Vid. *Naurath de Rationariis p. m.* 387. (2) in bonis hospitum & cauponum der Wirth und Gastgeber / quia rapacitate & mendaciis ut plurimum parta sunt *id. p.* 389. *Crusius de indiciis delictorum P.* 1. *c.* 36. *n.* 18. *p.* 136. Add. von Böckellen *de jure hospitiorum c.* 5. §. 9. *p.* 50. (3) mercatorum, der Krämer und Kauffleute Güther / quia sine perjurio & mendacio vix esse possunt.

sunt. Ein Kauffmann kan sich schwerlich hüten vor unrecht, und ein Krämer für Sünden *Sirac. c.* 27. *v.* 28. Conf. Monbusch *in diss. de Jure Postarum p. m.* 44. *Simon in dissert. de Mercatoribus Jenæ habita c.* 4. §. 8. (4) molitorum Müller-Güther, quia nemo in re concredita malitiosius & negligentius versatur quam molitor *Wehnerus d. l.* (5) raptorum, furto acquisitorum, lusorum & similium *Naurath d. l.* (6) Sartorum *ibid. p.* 390. lanionum & lenorum ibid. Add. *Wehnerus in Observat. Pract. sub voc.* unrecht Guth *p.* 474. (7) in collectis illicite extortis je mehr man Schatzung nimmt, je weniger ist Geld in der Cammer. Döpler in seinem getreuen Rechnungs-Beamten *c.* 18. *n.* 172. (8) in publicatis stipendiis ad pias causas legatis, wenn man solche contra intentionem legantis einziehet, quæ omnia tamen non καθόλε sed ἐν μέρει de improbis & malis cauponibus, mercatoribus, Sartoribus intelligenda erunt. Aber wehe dem, der sein Guth mehret mit frembden Guth! wie lang wirds währen? und ladet nur viel Schlamms auf sich. *Hab. c.* 3. *v.* 6.

LXI.

1. DEr Gutgenug *(a)* hat sein Lebtag nichts getaugt, *vel*, ist sein Lebtag nichts nutz gewesen. Nunquam in pretio fuit res superficiarie peracta.

(a) Gutgenug est adverbium germanicum, idem valens ac latinorum *satis bene*. Hoc loco autem ut nomen substantivum adhibetur, & omnem rem superficiarie, & obiter factam denotat, ita ut sensus sit: res superficiarie facta nunquam in pretio fuit.

3. Declara, quod imprimis quoad illas res valeat, quæ accurationem & temporis tractum desiderant.

4. Fallit, si per Gutgenug intelligatur frugalitas die Vergnügsamkeit, qua de istud circumfertur: mit vielem hält man Hauß, mit wenigem kommt man auch auß. Exemplo nobis esse potest Apostolus Paulus *Philip*. 4. *v*. 11. 12. Conf. 1. *Tim*. 6. *v*. 6. 7. Ratio, quia natura paucis contenta.

LXII.

1. **Wer ein Gesetz giebt, muß auch darüber halten.** Qui legem fert, eam quoque custodire ac defendere debet.

2. Ratio (1) quia frustranea est legum positio, nisi subsequatur illarum executio. *D. Joh. And. Schmidius in Politica positiva P*. 3. §. 4. *lit. e. Conf. Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Comm. sub voc. lex. ax*. 1. imo sine custodia quasi nullæ sunt *Nov*. 161. *in pr*. (2) quia alias auctoritas legislatoris vilescit, cum contemtus legis pariat quoque contemtum eam ferentis, adeo ut melius sit legem plane non ferre, quam latam vili-

vilipendi, aut non servari. *Vid. Perezii Jus Publ.* §. 35. *p.* 84. *seqq. Lipsius Polit. L.* 4. *c.* 9. *n.* 27.

3. Declar. (1) Legislatorem non tantum defendere legem contra alios, sed & factis eam comprobare debere *l.* 4. *C. de LL. Perezius d. l.* §. 30. *p.* 73. Nam

Turpe est censori cum culpa redarguit ipsum.

vel ut verba *l. altius ædes* 15. *ff.* 51. *servit. vind.* habent: quod alium facientem prohibere necesse habuit, id ipse committere non debuit.

4. Declar. (2) quod legislator alioquin legibus solutus, contraveniendo legi à se latæ pœnæ non fiat reus. Conf. *paræmiam* : **Wer das Gesetz giebt, ist daran nicht gebunden.**

5. Ampliat. in tantum, ut etiam legum mutatio, & dispensatio otiosa sit. *Lipsius l. c. n.* 24. quatenus nimirum illæ non sunt contra Jus Nat. aut divinum positivum. *vid.* **Reinkingck in der Biblischen Policey** *L.* 2. *ax.* 26. *p.* 210.

6. Limit. nisi legislator videat, tempora & necessitatem Reip. aliam legem exigere. *Lipsius l. c. n.* 31. **Liebenthal** *in Coll. Polit. Ex.* 12. *Q.* 2. *p.* 588. *Besoldus in Synopsi Polit. L.* 2. *c.* 4. *n.* 15. Cum die & tempore enim sæpe etiam mores hominum mutantur juxta illud *Terentii in And. Act.* 1. *Sc.* 2. nunc hic dies aliam vitam adfert, alios mores postulat. Conf. parœmiam:

Gebiethen ohne Straff und Macht,
Macht Herren und Gebott veracht.

LXIII.

1. Wer das Gesetz giebt, ist daran nicht gebunden. Qui ipse legem fert, ea non ligatur, *vel*, legislator solutus est legibus.

2. Ratio quia lex est regula â superiori præscripta, se ipso autem nemo superior, & hinc causa materialis legis, subjectiva est subditus. *B. Rev. Dn. Velthem. in institut. Metaph. c.* 24. §. 2. *p.* 864.

3. Probatur parœmia nostra per *l. Princeps* 31. *ff. de LL.*

4. Declara (1) quod procedat quoad legem formaliter talem, & mere civilem, habito respectu ad subditum. Aliud ergo est, quando litem habet cum alio Principe, vel qui juribus Principis gaudet, sic enim ejus causa secundum jus commune, & quidem apud nos in Germania, Justinianeum decidenda venit. *Sonnemannus in legibus Not. sub lit. P. I.* 24. *p. m.* 292. *seq.*

5. Declara (2) quoad vim coactivam, quatenus nimirum nemo eum ad legem servandam cogere potest. *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Com. sub voc. Princeps ax.* 24.

6. Fallit quoad vim directivam, sic enim etiam legem a se datam observare debet legislator *l. digna vox.* 4. *C. de LL. Tabor d. l. Dissentit. D. Simon in Curiosis Justinianeis th.* 9.

7. Fallit (1) in legibus divinis, tam positivis, quam moralibus & naturalibus ac Gentium.

Pere-

Perezius in Jure Publico c. 31. p. m. 75. quia illis se superiorem dicere nequit. Et de hisce legibus quoque intelligi debet *Lipsius* quando *Lib. Pol. 2. c. 10. n. 6. & 7.* tradit: Principem ipsum justitiæ alligo, illex principatus molestus, cui haud facile subsis. Vid. tamen *Grotius de jure Belli ac P. L. 1. c. 4. §. 7. n. 1.* An vero, quando Princeps hisce contravenit juribus, populo in eum competat executio, graviter quondam inter se disceptarunt *Salmasius* & *Miltonus Anglus*, quorum scripta publici juris facta evolvere licet. Conf. *Grotius d. l. L. 2. c. 14. §. 2. Buddeus in Element. Phil. Pract. l. 2. c. 16. §. 7. p. 348.*

8. Fallit (2) quoad illos legislatores, qui supremi non sunt, sed superiorem in hoc mundo agnoscunt, de quibus vid. *Grotius d. l. L. 1. c. 4. §. 8.*

9. Fallit (3) quando Princeps vel alius superior ut pars civitatis spectatur; *ibid. L. 2. c. 4. §. 12. n. 1. & c. 20. §. 24. n. 1.* Add. *Vagedes in oper. Acad. p. m. 237.*

LXIV.

1. So bald das Gesetz ersonnen,
Ist auch der Betrug gesponnen.

Lege latâ, etiam fraus excogitata.

Zeilerus in Opere Epistolico P. 1. Epist. 66. Cent. 2. p. 469. proverbium hoc ita effert: So bald das Gesetz promulgirt, alsbald auch der Betrug erfunden worden.

2. Ra-

2. Ratio consistit in parva concupiscentia, & malitia hominum, qui in vetitum nitentes, & negata cupientes promti sunt ad excogitandum aliquid in fraudem legis. Conf. huc quæ de lege divina habet *Paulus Rom.* 7. *v.* 8. *seqq.*

3. Declara dictum hoc valere non efficienter, quasi lex causa sit fraudis, sed per accidens, & ex vitio hominis. Quid autem juris sit circa id, quod in fraudem legis fit, de eo vid. Commentatores ad *tit. inst. qui & ex quib. caus. man. non poss.* scilicet qui in fraudem legis aliquid facit, ille nihil agit *pr. d. t.* h. e. illud quod agit inutiliter agit, nullumque habet effectum positivum. Add. *Dissert. Dn. Christophori Waltheri, hodie Consulis apud Rothenburgenses prudentissimi, Amici veteris, dissertatio Academica Jenæ habita de his, quæ in fraudem legis fiunt.*

LXV.

1. GEschwindigkeit ist keine Zauberey. Velocitas (agilitas) non est veneficium (magia) h. e. quando quis producit vel efficit aliquod opus mediante velocitate, ea propter non habendus est pro venefico.

2. R. quia veneficus diabolum colit & illo cooperante aliquid efficit. Unde etiam Apostolus huic maleficio deditum vocat hostem omnis justitiæ & filium diaboli omni dolo plenum. Act. c. 13. v. 8. 10. qui vero agilitate aut velocitate decipit homines ut non videant ea, quæ sunt & vide-

videre sibi imaginentur quæ non sunt, arte magis quam magiâ ludit homines.

3. Declara, per se scilicet, & quatenus nulla superstitio ad velocitatem accedit: interveniente enim superstitione minimum ad magiam simplicem pactum implicitum cum diabolo habentem, pertinebit. Quapropter etiam gesticulatores die Gauckler communi nomine cum magis præstigiatores appellantur, de quibus vid. *Althusius in Dicæologica L.* 1. *c.* 103. *p.* 388.

4. Notandum ergo probe est, quod actiones illas, quæ aliquantum miræ nobis videntur & prodigiosæ, non statim decantare debeamus pro magicis.

LXVI.

1. Viel Geschrey, wenig Wort, *scil.* gescheide. Ubi multum clamoris, ibi pauca verba apta sunt. Græci ita loqui amant: πολλὰ καὶ μὴ καίρια, multa nec apta, Galli vero dicunt: Beaucoup de bruit, un peu de fruits. Eodem illud recidit: Viel Geschrey und wenig Wolle, quod ab ovibus, quæ multum balant, & parum lanæ habent, desumtum, sicut illud a gallinis: ein groß Geschrey mit einem Ey. Dicuntur autem hæc omnia in illos homines, qui stentorea voce clamant, & multa proferunt; sed sine judicio & sine prævia animi deliberatione. Paucis: ubi vox prætereaque nihil est, viel Wort und nichts dahinten. Wo man mit Worten umgehet, inquit omnium

Regum

Regum sapientissimus, *Proverb. c.* 14. *v.* 23. da ist Mangel. Sey nicht wie die, inquit *Siracides c.* 4. *v.* 34. so sich mit hohen Worten erbieten, und thun doch gar nichts darzu. Add. *Ventura de Valentiis in Parthenio Litigioso L.* 1. *c.* 13. *n.* 29. *p.* 202. *Nolden in Trebatio* §. 14. sondern laß reden und Thun eines Schlags seyn. Rittershusius in Comment. ad Salvianum Massiliensem p. 506.

2. R. quia imbecillitas nostri intellectûs non permittit, ut multa verba faciamus, & singula simul ponderemus, cumprimis quando ira vel alius vitiosus affectus nos occupat.

3. Quapropter etiam prolixitas & loquacitas odiosa & damnosa est *Rulant de Commissariis P.* 1. *c.* 25. *p.* 49. & consequenter omni studio evitanda. *Betsius de Pactis Familiarum illustrium c.* 1. *n.* 31. Add. *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Com. sub voc. prolixitas p. m.* 175. Exemplo nobis esse potest ipsemet Servator noster, cui πολυλογία in precibus non probatur. Vid. *Matth.* 7. *v.* 7. cum quo convenit illud *Siracidæ c.* 7. *v.* 15. Wann du betest, so mache nicht viel Wort.

LXVII.

1. Es ist kein Geschlecht, darinnen es nicht Huren und Buben giebt. Nulla datur gens, in qua non meretrices sunt & nebulones. Galli dicunt: Chacun de son coté a des putains & des poltrons. Origo hujus scommatis videtur petita esse ab illo

An-

Anglorum veterum dicterio: Es seye in Engelland kein Geschlecht so edel, hoch und vornehm, darinnen nicht ein gehangener Dieb zu finden wäre. Reinhold von Derschau in *Hodosophia Viatoris Christiani p.m.* 260.

2. R. quia nihil ab omni parte perfectum & beatum est.

3. Imprimis valet hoc quoad familias antiquas. *Zeilerus Epistol.* 44. *p.* 123. ita *Nathan Chytræus* ibi allegatus:

- - - Si gens est ampla vetusque
multa etiam scelera & clades sectantur eandem,
filius a patre degenerat, nec fama nepotum
æquat avos, regnant cædes, occulta venena,
insidiæ ac stupra - - -

4. Cave autem, ne vitium unius imputes universo ordini.

LXVIII.

1. DAs Geruffte *(a)* ist der Klagen Anfang. Clamor est judicii initium.

2. *(a)* Das Geruffte vel ut hodie loquimur, das Ruffen significat clamorem illum judiciarium, qui judicium inchoat. Alias dicitur das Zettergeschrey clamor violentiæ de quo vid. *integra Diss. Acad. D. Mascovii, JCti Gryphiswaldensis*, item, Achtgericht, das Beschreyen deß Ubelthäters *Wehnerus in Observat. Pract. sub voc.* Achtgericht, Zettergeschrey. Definitur quod sit actus quidam & processus in judicio criminali

nali & bannitorio, in quo per accuſatorem vel aliam perſonam in hoc actu ſecundum cujusque fori uſum receptum cum clamore committens delictum publice proclamatur & manifeſtatur *Maſcovius d. l. th.* 14. de cujus actus ſolennitate vid. König *in Proceſſu cap.* 143. *p. m.* 793. ille qui clamat dicitur der Blutſchreyer, & ejus vicem in nonnullis locis gerit commentarienſis der Frohnbott.

3. Prob. per Jus Saxonicum & quidem Land-Recht *L.* 2. *art.* 64.

4. Declara, ſcilicet in cauſis criminalibus magnis & momentoſis, ultimum ſupplicium merentibus Weichbild *art.* 43. & quidem in Saxonia & ubi moribus clamor iſte receptus eſt *Wehnerus & Maſcovius d. l.*

5. Ampl. ſive quis in crimine ſive in fuga deprehendatur *ibid.*

6. Fallit quoad Jus Can. & Civile: illo enim ſtatim ab ipſa citatione inſinuata judicium inceptum *c.* 20. *ſeq. x. de off. & Pot. Jud. deleg.* ad id videlicet, quo nihil innovetur *Beſoldus in Theſ. Pract. ſub voc.* Kriegs-Befeſtigung *p. m.* 477. hoc vero, nimirum jure civili a litis conteſtatione Judicium cœptum eſſe dicitur *l.* 15. *ff. rem rat. hab. l. un. C. de Lit. Cont.*

LXIX.

1. MAn muß bißweilen fünff gerad ſeyn laſſen. Interdum quadrata ſunt

ſunt æquanda rotundis, h. e. tempore & ſoro utendum, ſcenæque ſerviendum.

2. Ratio, quia accuratio ſæpe damnoſa fuit.

3. Procedit imprimis, quando ſermo & diſcurſus nobis eſt, cum Principibus & ſuperioribus & quidem de ejusmodi rebus, quæ noſtram conſcientiam non lædunt, & de quibus reſpondere nos non tenemur, hoc enim caſu ad illorum voluntatem ſermo inſtitui poteſt. *Conf.* Spate im teutſchen Sprach-Schatz *ſub voc.* Gerade, *p.* 1501.

4. Fallit in rebus conſcientiæ & juſtitiæ, ubi judicantem cuncta rimari oportet, *cap. judicantem* 30. *q.* 5. Add. *Barboſa in Theſ. Loc. Com. ſub voc. ſubtilitas ax.* 2. ita tamen, ut minima non curet Prætor *l. ſcio* 4. *ff. de integr. Reſt. Barboſa d. l. ſub voc. minima ax.* 4. nec exactitudo vergat in nimiam ſubtilitatem. Man muß nicht alles zu Boltzen drehen. Secus vero eſt, quando quis ſermonem aliquem habet tantum de controverſia juris vel philoſophica, abſtractive conſiderata, ubi res ſuo loco melius relinqui, quam conſtanter contradici poteſt, imprimis quando ſexus ſequior & illi, qui plurimum ſibi credunt, contradicunt.

LXX.

1. GAr zu gemein (*a.*) iſt ſelten rein. Nimia familiaritas raro innocens eſt.

2. (*a*) Gemein h. l. significat familiaritatem: hinc familiarem se reddere alicui, sich gemein mit einem machen. Alias quoque denotat communionem, quorsum pertinet illa parœmia, Gemein ist selten ein, ubi vox Gemein idem est ac communio. Conf. *dict. par. sub ead. hac nostra rubrica.*

3. Ratio, quia familiaritas parit confabulationem & fiduciam; fiducia vero communicat consilia amico, qui deinde illa approbat & cum amico expedit. Hinc alii dicunt: Mache dich klein, aber nicht gemein. Conf. *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Com. sub voc. familiaritas ax* 2.

4. Effectus, quod familiaritas nimia inducat suspicionem, si scilicet ista intercedat cum suspectis hominibus. Vid. *Beatus Struvius in diss. de indiciis c.* 1. *n.* 10. nisi scilicet quis conditionem facinorosorum hominum nesciverit, & sic ignoranter cum iisdem conversatus fuerit. *Crusius d. l. in observ. ad d. c.* 8. *n.* 12. *p. m.* 62. aut etiam ob aliam, honestam tamen causam, conversationem habuerit, *ibid. n.* 13. Unde quoque vox selten parœmiæ inseritur. Quapropter etiam *ordinatione imperio-aulica Ferd. III. tit* 6. §. 2. cautum, ut ne Protonotarius nimis familiarem se reddat Solicitatoribus, Advocatis, Agentibus &c. Uffenbach *de consilio Cæsar. imperiali aulico p. m.* 75. Add. *Crusius de indiciis delictorum P.* 1. *c.* 8. *per tot.* Conf. parœm. Vogel von einerley Federn fliegen gern mit einander.

5. Am-

5. Ampliatur adeo, ut conversatio cum malis indicium ad inquirendum, & interdum etiam ad torturam faciat. *Ræsnerus in supplemento Bechtoldiano sub voc. conversatio p. 81. seq.*

LXXI.

1. Gelübd (a) bricht Land-Recht. Vota rumpunt leges, *sive*, prævalent legibus.

2. (a) Votum est illa obligationis species, quando quis sponte DEO, aliquid promittit vid. *l. 2. ff. de Pollicit.* Differt in eo a pollicitatione, quod hæc sit promissio Reip. facta. Conf. *Dd. ad tit. ff. de Pollicit.*

3. R. quia sicuti DEO, ceu nostro creatori Optimo, Maximo, omnia debemus; ita etiam omnium maxima obligatio erga DEUM est. Conf. *Num. 6. v. 21. Deut. 23. v. 21. 1. Sam. 1. v. 11. 24. 27. 28. Ecclesiastes c. 5. v. 3. 4. l. 2. §. 1. 2. ff. de Pollicit.*

4. Declara valere hoc in ejusmodi rebus, quæ in nostro positæ sunt arbitrio, & jus permissivum ac concessivum attinent.

5. Fallit quoad illa, quæ juris præceptivi, & nostro arbitrio exempta sunt, aut in præjudicium tertii vergunt, quorsum votum Jephtæ *Jud. 11. 35.* pertinet, de quo *B. Johannis Conradi Dannhaueri dissertatio theologica* extat, item vota servorum, quatenus nimirum dominis damnosa sunt. E. G. si servus quidam voveret, se singulis septimanis unum diem velle jejunio impen-

dere & a laboribus abſtinere. Quomodo autem vota ab illis, qui abſolute ſui juris non ſunt, irrita fieri poſſint, vid. *Num. c.* 30. *v.* 17.

LXXII.

1. Wort (a) brechen kein Geleit. (b) Verba non rumpunt (violant) ſalvum conductum.

2. (a) Per verba h. l. intelliguntur verba injurioſa Schmach-Wort, Ehrenverletzliche Wort, ſie geſchehen ſchrifft- oder mündlich.

3. (b) Quomodo ſalvus conductus aliàs appelletur & differat a ſalva guardia ut & cautione de non offendendo *vid. diſſ. Dni. Arumæi de ſalvo conductu th.* 3. 4. & 5. interim adverte, quod ſalvus conductus das Geleit ſit legitimum præſidium, quod præſtatur officio præſidentis vel jus dicentis (NB. ſic differt a cautione de non offendendo, quæ ab illo, qui offenſionem ſupplicanti minatus eſt, præſtatur) citato pro averſione periculi, carceris aut alterius offenſionis, quæ juſtè & probabiliter timetur a judice vel adverſario. *Arumæus d. l. th.* 10. Quæritur igitur, an ſi ille, qui ſalvum conductum impetravit, injuriis afficiatur, violatus ſit ſalvus conductus, & impetrans defendi debeat contra illas injurias illatas? ℞. N.

4. Ratio eſt, quia in frangenda ſecuritate factum aliquod requiritur, ſive violentia, ita ut ſolum verbum non ſufficiat.

5. Pro-

5. Probatur per *arg. l. si quis uxori* 52. §. 19. *ff. d. furt.*

6. Obstant ea quæ objiciuntur a *Wehnero in Observat. Pract. sub voc.* Wortbrechen rc. *p.m.* 512. *& Orth de jure conducendi c.*8.*p.m.*279. *in f.* add. *Hert. L.* 2. *par.* 15. *p.* 610. *& Limnaus in observat. ad A.B. c.* 1. 4. *ob.* 2. *p.* 98. Sed enim R. utut injuriæ verbales incidant in factum, ac importent maleficium *l.* 4. *ff. de injur.* & hinc exinde æque ac ex furto, rapina & damno nascatur obligatio; attamen vocabulum *factum* non adeo late hîc accipiendum esse censeo, prout & injuria factum est, sed aliquantum strictius, quatenus nimirum factum & verbum sibi invicem opponuntur, & quo sensu alias dici solet: *a verbis venitur ad verbera*, sive facta, ita, ut ad salvi conductus violationem præcise tale requiritur factum, quod læsionem corporis denotat vel bonorum.

7. Limit. nisi quis in specie intuitu injuriarum verbalium salvum conductum impetraverit.

LXXIII.

1. Die Vorladung bringt das Geleit mit sich auf den Rücken. Citatio securitatem, sive salvum conductum, secum fert in dorso, h.e. qui citatus est ad judicium, ille in judicio non potest prehendi & detineri.

2. R. quia alias parata esset contra citationem exceptio loci non tuti, de qua vid. *Zangerus de*

Exceptionibus P. 2. c. 5. per tot. Dornsberger *in Syntagmate Juris L. 2. P. 1. c. 16. p. 329. Gastelius in Speculo juris universi c. 26. n. 72. p. m. 587.* (2) quia citationis effectus est securitatis præstatio Schultz *in dissert. Acad. de Citatione Edictali Francofurti ad Viad. habita c. 1. §. 21. p. 15.*

3. Consentanea est *Nov. 17. §. patrocinia & l. 2. §. fin. ff. de in jus voc.* ibi: *nec eum, dum quis apud Prætorem causam agit &c.* Defendi autem parœmiam nostram de jure non posse, demonstrat *Ummius in corollario: an citatio omissa ipsi citato salvum conductum tribuat? disputationi quintæ Ejus disputationum ad Processum annexo.*

4. Declara, intelligi parœmiam de securitate tantum contra violentiam, quæ de facto contra jus infertur *Mynsinger Centur. 1. ob. 82. p. m. 64. Schœnborner L. 5. Polit. c. 25.* & quidem a persona judicis vel adversarii *Colerus de Processu Executivo P. 4. c. 1. n. 203. p. m. 767. Mevius ad Jus Lubeccense L. 1. t. 1. art. 11. p. 94. n. 48.* non vero de vi illa, quæ jure infertur, utpote adversus quam securitas concedi nequit Peinliche Halßgerichts-Ordnung *art. 76. & 156.* etiamsi formula adhibita: zum rechten, und vor unrechter Gewalt dict. *art. 156. Webnerus in observat. Pract. sub voc.* sicher Geleit *p. m. 443. Hertius in Select. & Rar. ex univers. Jurisprud. Argum. de Parœmiis Juris Germanici L. 1. par. 6. p. 398.* Quoniam autem securitas hæc plenam & absolutam non præstat securitatem,

Me-

Mevius P. 1. *dec.* 3. *n.* 9. melius est ut quis opponat exceptionem loci non tuti, & compareat in loco tuto, daß man sich einen Ort außbitte, da man absolute vor aller Gewalt sicher ist, quam ut præter citationem seorsim quoque cautionem securitatis sub sigillo judicis quis mitti postulet, quam cautelam alias commendat *Dn. Hertius l. c.* Conf. Philoparchus in dem klugen Beamten P. I. *t.* 22. §. 25. p. 343. Esse tamen, qui aut plane non concedendam securitatem, aut semel concessam servandam, æquius veriusque esse putent, negari non potest, vid. *Webnerus d. l.* & quidem ex hac ratione, quia in speciem contractûs transiit promissio, ex quo etiam Princeps efficaciter obligatur.

5. Ampl. (1) etiamsi citatio non habeat annexam clausulam fidei publicæ, cum tacite jam tum insit *Mevius ad Jus Lubeccense d. l.* hoc enim est in dorso ferre securitatem *Arumæus in Diss. Acad. de salvo conductu Jenæ* 1617. *habita* §. 33.

6. Ampl. (2) ut citatio non tantum securitatem veniendi sed & recedendi tribuat *Mynsinger d. l. Gail. L.* 1. *ob.* 52. *Arumæus d. l. Zangerus d. l. n.* 8. *Rudinger in observat. Cent.* 1. *ob.* 86. *c.* 1. *p.* 589. Conf. *Grantius de defensione Reorum p. m.* 333.

LXXIV.

1. Wo kein Geld ist, da ist auch keine Vergebung der Sünden. Ubi nulla pecunia, ibi nulla remissio peccatorum

torum est, vel, Wilt du Vergebung der Sünden han, so muß der Beutel offen stahn, ut tibi sit venia pœnæ, sit aperta crumena. *Zeilerus P. I. Ep.* 10. *C.* 2. *p.* 320. Est proverbium, quo monstrum illud vitiorum, avaritiam scil. & simoniam exprimimus. Conf. Derschau p. 565.

2. R. quia pecuniæ amor omnes generaliter solicitat, & omnia pecuniâ venalia sunt.

3. Declara, (1) quod imprimis olim in Romana Curia obtinuerit

Venalia Romæ, Templa, Sacerdotes, cælum venale, DEUSque.

Eodem vulgati illi versiculi recidunt.

Jam latas indulgentias sucht man in aller Welt,
Et causa non discutitur man fragt nur nach dem Geld,
Sit reprobus impœnitens will er nur Pfenning geben,
Etsi foret diabolus er müßt' ins ewig Leben.

Burgoldensis ad instr. Pac. P. 2. *diss.* 11. *p.* 102. Pertinet huc quoque illud Germanorum proverbium, jam tum Ludovici Bavari ætate notum & usitatum, curia Romana non non pascit ovem sine lana, quod tamen sano si intelligatur sensu, adeo malum in se non est, denn ein Arbeiter ist seines Lohns werth, und wer zum Altar gehört, soll sich vom Altar nehren. Add. parœm. Es ist niemand deß H. Grabs Hüter umsonst.

4. Ampliatur ut procedat etiam quoad Protestantium Clericos, quorum paud pauci nummi confessionatii, majorem quam animarum curam habent, & rationem, utut ille saltem in signum gratitudinis dari soleat. *Mullerus in discursu de Nummo Confessionario*, præsertim quando senio conficiuntur; nam ad illos quoque pertinet istud *Micionis* apud *Terent. in Adelph. A. 5. S. 3.* Solum unum hoc vitium adfert senectus hominibus, attentiores sumus ad rem omnem, quam sat est, vel prout Demea loquitur *ibid. A. 5. S. 8.* vitium commune omnium est, quod nimium ad rem in senecta attenti sumus.

5. Declar. (2) quod procedat de facto non de jure. Conf. parœmiam mox sequentem.

LXXV.

1. SO bald das Geld in Kasten klinget/
Die Seel sich auch in Himmel schwinget.

Simul ac argentum in cista resonat,
Anima in cœlum quoque involat.

Eodem recidunt isti rhytmi:

Man fragt nicht mehr nach GOtt / will man nur Heller geben/
Etsi foret diabolus, er müßt' ins ewig Leben.

Vid. *Constant. Germ. in Epist. ad Justum Sincerum p.* 119. Est diverbium, quod in ore Tezelii, famosi istius indulgentiarum nundinatoris, subinde versatum fuit. *B. Dn. D. Petrus Müllerus in commentatione de nummo confessionario th. 8. p. 9.*

2. Ratio, quia pecunia, omnia ſunt venalia, juxta illud: *Venalia Romæ Templa, ſacerdotes, cœlum venale, DEUSque*; ſed enim indulgentiis, non DEO, ſed ſaltem Eccleſiæ offenſæ ſatisfieri poſſe, pro diſpenſatione & condonatione pœnæ, quam iſta in ſingula conſtituit delicta, Sacræ Sctipturæ & primitivæ Eccleſiæ dogmata evincunt, ita n. *Act.* 8. *v.* 20. daß du verdammt werdeſt mit deinem Geld, daß du meyneſt, GOttes Gabe werde durchs Geld erlanget. Conſ. *Schilterus in inſtit. Jur. Can. L.* 2. *t.* 4. §. 20. *p.m.* 201.

3. Procedit ergo non approbative, ſed narrative. *Conf. par. modo præcedentem.*

LXXVI.

1. HAt einer Geld, ſo iſt er ein Held,
Und der mit güldenen Aepffeln
werffen kan, behält das Feld.

Qui pecunia inſtructus, ille heros eſt, & qui aureos jactat talos, victoriam reportat, h. e. qui dives eſt, ille etiam honoratur & auctoritate valet, & qui largitionibus uti poteſt, ille in cauſa ſua obtinet victoriam.

2. Ratio, quia pecuniæ obediunt omnia, & omnia venalia ſunt nummis, *Lipſius Lib.* 4. *Polit. c.* 9. *n.* 51. eſt enim domina, cui divina humanaque parent.

3. Declara (1) quod intelligenda ſit enunciative, non approbative.

4. De-

4. Declar. (2) quod procedat imprimis hodie apud nos in Germania, ubi lues illa, auri ſacra fames, jugiter, quamvis non univerſaliter, graſſatur.

5. Ampliatur (1) ut non tantum in judiciis & ſtatu civili; ſed & eccleſiaſtico ac militari noſtra valeat parœmia. Conf. *Anonymi Diſſert. de uno nummo p. 3. §. 1.* pecunia obtineri poſſunt quævis munera ac dignitates & pinguiſſimæ præbendæ. Omnia caſtella hæc machina (pecunia ſcil.) dejicit, modo aſellus, auro onuſtus, adſcendere poſſit, *Lipſius l. c. n. 53.* Add. *Zeilerus in opere Epiſt. P. 1. p. 497.* ubi Apulejum allegat, eleganter ita ſcribentem: pecuniæ cunctæ ſunt difficultates perviæ, auroque ſolent adamantinæ etiam perfringi fores. Haſtis pugna argentatis, atque omnia vinces *ibid. n. 55.*

6. Ampl. (2) ut ſæpe amorem, alias fortiſſimum affectum, poſſit conciliare & vincere pecunia, vid. *B. Petrus Müllerus in ſuo annulo pronubo th. 4. n. 10. p. 7.* Du ſeyeſt eine Hur oder Dieb / haſt du Geld / ſo biſt du lieb. Qui non habet in nummis, dem hilfft nicht daß er fromm iſt / Qui dat pecuniam ſummis, der macht wohl ſchlecht was krumm iſt. Tiſch⸗Reden *Lutheri p. 445.*

LXXVII.

1. GEld will einen guten Vormund haben. Pecunia prudente indiget tutore, ſive adminiſtratore. Mentionem hujus

hujus facit *Dietherrus in Contin. Besoldi Thes. Pract. sub voc.* **Kinder-Geld** *& sub voc.* **Vormund.** Sensus est, tutorem, cujus pupillus pecuniosus est, debere esse prudentem.

2. R. quia pecunia pupillaris otiosa esse non debet *l. 3. §. 4. ff. de Cont. tut.* nec tamen ita collocari a tutore, ut periculum eapropter subire necesse habeat pupillus. Vid. *Recess. Imp. de A.* 1600. §. **So viel nun ꝛc.** Alias ipse tutor usuras & quidem etiam usurarum *Joh. a Sande L. 3. tit. 14. def. 6.* vel periculum in se suscipere tenetur *l. 7. §. 3. l. 49. l. 58. ff. de Admin. & peric. tut. l. 5. l. 24. C. eod.* nisi occasio elocandi pecuniam pupillarem defecerit, aut pupillus ipse pecunia indiguerit *Dietherrus d. l. & ibi allegatus Carpzovius P. 2. const. 11. d. 22. & 23. Richterus de Adverbiis sub voc. otiosè p. 582.*

3. Declara, quod si tutor pecunia pupillari emat aliquod prædium, illud prædium non tutori sed pupillo acquiratur *Vigelius in Methodo Jur. Civ. p. 535. n. 13. p. 533. n. 4. p. 508. c. 7. R. 1. Barbosa in Thes. loc. Com. sub voc. pecunia ax. 6. Sichardus ad Cod. p. 471. n. 9. Brunnemannus ad ff. tit. quando ex fact. tut. l. 2. Montanus de Jure Tut. c. 31. eff. 4. n. 7. p. 438. Petrus Mullerus in dissertatione de Pecunia pupillari th. 51.*

4. Ampliatur, etiam aliam pecuniam, prudenti indigere dispensatore: nam si quis ejus nimium tenax est, sordium reus fit, sin nimium liberalis est, dispensatio in prodigalitatem denegerat. Hinc nonnulli dicere quoque consueverunt: **Geld will einen guten Hüter haben**, quia tot aucu-

piis

piis atque insidiis expositum est argentum, sic ut nequidem a seipso securus sit possessor, quin profundere incipiat. *Celeberrimus Dn. D. Bejerus de Artificibus Palatinis P. 2. c. 21. §. 1. n. 723. p. 338.*

LXXVIII.

1. Böse Gesellschafften verderben gute Sitten. Pravum sodalitium pravos facit mores. Ducit uva ab uva livorem.

Cum pravis vivens tu quoque pravus eris.

Galli dicunt. Qui dort avec les chiens se leve avec les puces, wer bey Hunden schläfft, steht mit Flöhen auf, h. e. wer sich zu bösen Leuten gesellet, wird auch böß. Salomon dixit: Wer Pech angreifft, der besudelt sich damit.

2. R. quia exemplo facile capiuntur homines, cumprimis quia in malum proclivis est natura hominis corrupta. Consentit Sacra Scriptura vid. *Psalm.* 1. *Proverb. Sal. c.* 1. *v.* 10. *Sapient.* 4. *v.* 12. 1. *Corinth.* 15. *v.* 33.

4. Declara, quod imprimis procedat quoad juvenes, qui instar pomorum sunt, quæ ab unius marcidi contagio maculantur omnia, Jugend fängt wie Zunder. Vid. *Dn. D. Beierus in Tract. de Artificibus Palatinis P.* 2. *n.* 172. *p.* 51. *& Zeilerus in opere Epistolico L.* 1. *cent.* 1. *Epist.* 77. *p. m.* 216. Add. *ejusd. Dn. Beieri dissertatio de injuriis Jenæ prostans c.* 5. §. 3.

5. Exem-

5. Exemplum habemus in Petro, qui simul ac ad aulam Pontificis ingreditur, a Christo egreditur. Unde diverbium istud: Da Petrus zu Hof kommt, wird ein Schalck aus ihm. Conf. *Forsterus in Homil. p.* 608.

6. E contrario bonum sodalitium bonos parit mores juxta notum illum versiculum:

Conversare bonis & ab his bona plurima disces.

7. Effectus, quod si quis cum pravo sodalitio se reddit familiarem, pravus quoque præsumatur vi illius:

Noscitur ex socio, qui non cognoscitur ex se.

Conf. *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Com. sub voc. socius ax.* 7. Coccejus in Differt de fallacibus criminum indiciis §. 29. p. 20. Recte hinc *Palingenius allegatus a Crusio in Tract. de indiciis delictorum P.* 1. *c.* 8. *n.* 17. *p.* 57. *canit:*

- - *Quos esse malos nosti, aufuge! namque*
Haud facile est tribulos & spinas inter eundum
illæsos habuisse pedes illæsaque crura.

8. De conversatione nimia legatur *Pellerus ad Politicum sceleratum c.* 8. *p.m.* 75. *seqq.* Nota quoque insimul illud de Roma dictum: Wer gen Rom gehet, der bringet einen Schalck gewißlich wieder mit nach Hauß. *Faber in Thesauro scholast. sub voc. abydus*, ob rationem, quia a pravis hominibus facile quis ibi seduci & corrumpi potest.

LXXIX.

1. Es ist niemand deß H. Grabs *(a)* Hüter umsonst. Nemo ſepulchri ſancti cuſtos ſine mercede eſt. Conſentanea eſt illa parœmia: Umſonſt iſt der Tod, Mors præmium non exigit, item, nichts umſonſt.

(a) Per ſepulchrum ſanctum h. l. intelligitur locus ille Terræ Sanctæ, ubi Chriſtus ſepultus fuit, & qui etiamnum per Monachos Græcanicos (vid. *Zeilerus Ep.* 63. *Cent.* 1. *p.* 179.) cuſtoditur. Quoniam autem iſti, ſuos eapropter habent reditus, *Becmannus in Hiſt. Orb. Terrarum c.* 8. §. 5. *p.* 316. nec gratis ſuam præſtant operam; ideo proverbialiter dicitur: es ſeye niemand deß Heil. Grabs Wächter umſonſt. Quo nihil aliud indigitatur, quam quod nemo teneatur ſine mercede & præmio ſuam præſtare operam. Conſ. *Franciſcus Irenicus in Mantiſſa Collegii ad Burgoldenſem p.* 26.

2. Ratio: quoniam nimirum nemo vento vivere, *l. ult. C. de alim. pupill.* nec victum & amictum ſine pretio ſibi comparare poteſt, ideo omnis labor optat præmium, & operarius dignus eſt ſua mercede, *can. quicunque* 4. *c.* 12. *q.* 2. *cap. cum ſecundum* 16. *x. de præb.* Et hoc ipſum in tantum verum eſt, ut ratio naturalis illud dictitet. *Dn. Richter in Tr. de ſignificatione adverbiorum ſub voc. laborioſe p.* 433. Add. Tabor apud *Barboſam in Theſ. Loc. Com. ſub voc. labor*

ax.

ax. 1. Ratio specialis est, quia custos sepulchri sancti, etiamsi certam mercedem sibi expresse non sit stipulatus, tacite tamen illam sibi stipulatus esse videatur, quæ legibus vel moribus jam tum determinata. Vid. *Hoppius in Comment. inst.* §. 1. *Inst. de Locat. Cond.*

3. Declar. quod proprie intelligatur de locatione conductione, utpote quam semper ingredi debet merces; sive tacite ab initio contrahatur locatio, sive expresse. Dicis: atqui in parœmia sermo est de custodia circa sepulchrum sanctum, custodia autem non ingreditur locationem conductionem, sed depositum. R. custodia circa rem immobilem, quæ gratis præstatur, constituit mandatum. Vid. *ibid. ad* §. 3. *quib. mod. re cont. p.* 654. quæ vero mercede pensatur, locationem conductionem.

4. Exceptio est in mutuo, deposito & commodato, qui contractus sui natura gratuiti sunt, adeo ut qui pro pecunia mutuo data usuras pro custodia rei depositæ & usu rei commodatæ præmium vel mercedem habere vult, hæc omnia expresse sibi stipulari debeat, quæ conventio deinde naturam contractus plane alterat & in locationem conductionem mutat. Quid de honorario habendum? vid. *Hoppius d. l. ad* §. 2. *Inst. quib. mod. re cont. oblig.*

5. Declara, quod si quis gratis suam possit præstare operam, nec tamen illam præstet, sed ad parœmiam nostram provocet, non parum regulis christianæ refragetur charitatis.

6. De

6. De abusu hujus proverbii apud non nullos clericos vid. Reinhold von Derschau in hodosophia Viatoris Christiani p. 565. ibi: Um Geld kauffen diese Tempel-Herren ihre Weißheit, Titel und Gelahrtheit, ihr Amt und Dienst, für Geld lassen sie sich ins Predig-Amt dingen, um Geld predigen sie, für Geld copuliren sie, für Geld tauffen sie um Geld beichten und absolviren sie, Geld muß da seyn, wann für die schwangere Frau gebetten wird, Geld wann die Frau entbunden wird, Geld wann das Kind getauffet wird, Geld wann die Frau ihren Kirch-Gang hält, Geld für Kinder-Lehr und Examen, Geld wann sie zur Beicht und Communion gehen wollen, Geld wann sie eine Stelle in der Kirchen haben wollen, Geld wann der Sohn oder Tochter für ihre Ehe-Sachen bitten lassen, Geld wann Verlöbniß gehalten wird, Geld wann die künfftige Ehe-Leute aufgebotten werden, Geld wann sie copulirt werden, Geld zu opffern an denen Fest-Tägen, Hochzeiten und Leich-Predigten, Geld wann ein Krancker für sich bitten lässet, Geld wann er die Communion empfänget, Geld wann er aufkommet, Geld wann er ein Testament machet, Geld wann er stirbt, Geld wann er begraben wird, Geld vor die Leich-Predigt, Geld vor die Glocken, Geld fürs Begräbnüß, Geld wann die Schüler drüber singen, Geld wann die Priester folgen ꝛc. ꝛc.

LXXX.

1. Nichts liebers ist auf Erden,
Als Frauen-Lieb, wems kan werden.

Nihil dulcius & suavius amore conjugali est, modo quis illo potiri possit. Est dictum, quod Jesuitæ subinde exprobrant Luthero, qui hujus mentionem facit in glossa ad Proverb. *Salomon. c.* 31. Conf. Dn. Tentzel in denen Monatlichen Unterredungen *Anno.* 1691. *p.* 766. Sed enim tantum abest, ut venerem sapiat hæc parœmia, ut potius in ipsa Sacra Scriptura fundata sit. Vid. *Siracidæ c.* 26. *v.* 19. id tantummodo precandum, ut firmus sit ac constans cujusvis amor conjugalis, cumprimis inter conjuges concorditer viventes:

- - - *Nil dulcius usquam*
Quam thalami pariter concordia sancta pudici.

Ille Dux Saxoniæ dicebat: Nächst seinem Sohn und dem H. Evangelio hat GOtt dem Menschen keine bessere Gabe gegeben, als den Heil. Ehestand. Nec obstat illud *Simonis apud Terent. in And. A.* 1. *S.* 2. omnes, qui amant, graviter sibi dari uxorem ferunt. Loquitur enim de amatoribus impuris, quorum animus inconstans, amor vero vagus est & volubilis.

2. Declar. si scil. uxor sit casta, prudens & pia a DEO data. Vid. *B. Musæus in Bibliis Lutheri Dissert. II. p. m.* 83. *Dissert. V. p.* 341. 345. *&* 350. ubi contra *Jesuitam, Dn. P. Vitum Erbermannum* disputat. Add. & hic in *justa expostula-*

stulatione cum Protestantium Theologis P. III. c. V. p. m. 252. qui Lutherum accusavit, quod spretis bonis interpretationis legibus ex suo sensu proprio & spiritu privato interpretatus sit, & quod versum illum Proverb. 31. mulierem fortem quis inveniet? hac salacissima glossa conspurcaverit & prosanaverit: Nichts liebers ist auf Erden ꝛc.

LXXXI.

1. **VErstand kommt nicht vor Jahren.** Intellectus non præcurrit annos.

- - ingenia & rerum prudentia velox
Haud venit ante annos.

2. R. quia ex sensu oritur memoria, ex memoria experientia, ex multis experientiis in unum collectis exsurgit in universale, quod apprehendit intellectus, ex quo aliquid concludit διάνοια. *Schilterus in Manud. Phil. Mor. c.* 3. *§.* 18. *p.* 101.

3. Declara (1) ut procedat quoad actus secundos, non vero primos, utpote qui cum nato homine adsunt, ita ut vis ejus statim se exerat. Hinc est, quod intellectus comparetur γραμματείῳ, codici, codicillis, tabulæ, cui actu nihil inscriptum, multa tamen cum tempore inscribi possunt. Conf. *Schilterus d. l.*

4. Declar. (2) ut procedat ut plurimum & regulariter: esse enim unum altero capaciorem, & in uno citius se se exerere vim intellectus quam in alio comprobant vulgata illa brocardica, prudentia supplet ætatem, malitia supplet

ætatem *l. si alterius* 3. *C. si min. se maj. dix.* de quo vid. *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Com. sub voc. malitia ax.* 3. Add. Sap. 4, 8. 9.

5. Declar. (3) ut intellectus putetur venire post annum decimum cum dimidio elapsum, ratio, quia regulariter tunc esse censetur pubertati proximus secundum communem Doctorum opinionem *Farinacius in Praxi Crim. q.* 92. *n.* 9. *Falcknerus in Dissert. de juribus impuberum singularibus c.* 2. *n.* 5. *quæ publici juris Jenæ facta.* Nisi scilicet arbitrium judicis aliud judicet ex circumstantiis, ubi tamen probe notandum, quod si puerum nondum excedentem decimum & dimidiatum annum habere velit pro pubertati proximo, id non faciat, nisi relevantibus motus conjecturis, & cautissime id agat, & tandem raro; secus est quando quis annum decimum cum dimidio adimplevit *Menochius de Arbit. Judicum Quæst. c.* 57. *n.* 53.

LXXXII.

1. Kein Vieh verbüst Gewette. *(a)* Nullum pecus luit vel dat mulctam.

2. *(a)* Gewette, Wette ab antiqua voce Wád, pignus, quæ Saxonibus nota & pœnam pecuniariam s. mulctam quæ judici debetur, notat. Vid. Spatens Teutschen Sprach-Schatz *sub voc.* Wád *p.* 2407.

3. Ratio, quia proprie non delinquit, delictum enim præsupponit rationem, qua bruta desti-

destitui notum est. Conf. *Thomæ de noxia animalium c.17. n. 8. p. 262.* Pœna sive malum passionis infligitur ob malum actionis; deficiente hoc deficit & illud. *Hoppius in Comment. inst. tit. de Jur. Nat. Gent. & Civ. ad pr. p. 29.* Hinc etiam pauperies sive damnum ab animali datum dicitur fieri sine injuria facientis *pr. Inst. si quad. pauper. fec. dic.*

4. Proprie scil. loquendo; improprie enim ad id, ut magnitudo delicti ostendatur, bruta etiam occiduntur, v. g. in crimine sodomitico, ubi bruta jubentur interfici, quia tali flagitio contaminata indignam refricant memoriam *c. 4. c. 15. q. 1.* Nec obstat deditio noxæ, quasi scil. hæc in pœnam fiat corporis dediti sive bruti ad id, ut noxam recipiens habeat potestatem mulctandi & quocunque modo velit tractandi animal sibi deditum. Respondetur enim, quod illa deditio potius ad liberandum dominum animalis damnum inferentis ab actione alias adversus ipsum competentis quam ad puniendum istud fieri soleat *Thomæ d. l. n. 9.* ita, ut quicquid recipiens deinde facturus sit cum eo, jure dominii facturus sit, nec ad pœnam aliquam sustinendam obligatum habeat animal deditum. Vel, parœmia hæc loquitur de pœna publica, deditio vero ad actionem privatam & civilem pertinet. *Thomæ d. l.*

LXXXIII.

1. Unterthan und Obrigkeit,
Fehlen öffters beyderseit.

Et ſubditus & magiſtratus ſæpe peccat.

2. Ratio, quia homines ſunt: utut enim Dii ſalutentur magiſtratus, attamen revera tales non ſunt: unde quoque cum addito dicuntur Götter dieſer Welt. Quod ſi autem homines ſunt, quid mirum, ſi interdum fallunt & falluntur: humanum enim hoc eſt, quod autem humanum eſt a nobis non putare debemus alienum. Alauda non ſine criſta eſt, nec vinum ſine acido, nec homo ſine peccato. Caveant igitur Magiſtratus, ne ex ſubditi alicujus peccatillo ſtatim grande aliquod effingant facinus, & ſic ex muſca faciant elephantum, memores vulgati illius dicterii: Groſſe Herren / groſſe Fehler. Vid. Reinkingk in der bibliſchen Policey *L.* 2. *ax.* 91. *p. m.* 407. Imprimis autem generoſe interdum contemnant obtrectationes ſubditorum, dicendo cum Imperatore Sigismundo: Laßts euch nicht ſo beſchwehrlich vorkommen / daß ſie übel von uns reden / dann wir machens auch wohl darnach. *Chockier in Theſauro Politico L.* 5. *c.* 8. *p.* 626. Subditi vero cogitent, in honore obſequii maximam conſiſtere gloriam, *Lipſius Lib.* 6. *Polit. c.* 5. *n.* 41. nec ſtatim ſeditionem cogitent, quando a Magiſtratibus aliquantum juſto durius habentur, mente illud cogitantes: pater ſi bonus eſt, ama, ſin malus perfer: Böſe Obrigkeit

keit soll man zu todt beten: *Ventura de Valentiis in Parthenio Litigioso Lib.* 2. *c.* 3. *n.* 6. Conf. Reinkingk in der Biblischen Policey *L.* 1. *ax.* 113. *p.* 458. *ax.* 115. *p.* 465. *ax.* 117. *p.* 469. *ax.* 116. *p.* 468. Pater, licet legum contemtor & impius sit, tamen pater est *Nov.* 12. *c.* 1. *Reverenter habe, quos superi dant superiores; is spuit in se, qui spuit adversus Olympum.* Taste die Berge an, sie werden rauchen. *Psal.* 144. *v.* 5. Reinkingk *d. l. p.* 465.

LXXXIV.

1. Vorrede bewahrt Nachrede. Reservatio impedit lites. Ejusdem intellectus illa sunt: Vorherbescheid, giebt hernach keinen Streit, vel ut Guestphalica habet dialectus: Vorher bescheid gieft herna neen Kief. Vorsichtigkeit ist das beste im Spiel, und wer sich wohl vorsieht, macht sich selbst zum Schild. Binis: Præstat prometheum esse quam epimetheum.

2. Rationem dares hanc, quia reservatio in aliqua dispositione declarat, quid & quantum ibi comprehensum sit. *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Com. sub voc. reservatio ax.* 3. & jus reservatum conservat.

3. Probatur arg. *l.* 4. §. 1. *ff. quib. mod. pign. solv. l.* 3. §. *penult ff. de Lib. hom. exhib. & cap. indemnitatibus* 43. *in f. de Elect. in* 6.

4. Exemplum solenne habemus in Scriptura Sacra, & quidem *Genes. c.* 1. *v.* 29. ubi DEUS

ſibi reſervavit arborem in medio paradyſi poſitam. In jure exempla paſſim obvia ſunt. Omnium fere ſolenniſſimum eſt in Emtione venditione, quando ſcil. venditor ſibi jus protimiſeos reſervat vel retractus, quo uti non poteſt, niſi qui illud ſibi expreſſe reſervaverit, aut cui per ſtatutum illud jam tum reſervatum ſit. Item, quando judex aliquem in cauſa injuriarum condemnat, nec injurianti honorem reſervat, ille infamis fit. Conf. omnino huc diſſertatio *de Jure Reſervationum* ſub *præſidio illuſtris Strykii Francofurti ad Viadrum habita.*

5. Intellige verum hoc eſſe, ſi ſcil. de jure competat jus reſervatum ad jus reſervantis conſervandum *Tabor apud Barboſam d. l. ax.* 1. ſive reſervatio præſupponit jus reſervatum antecedens, quia quod non eſt, reſervari nequit *ibid. ax.* 2.

6. Limitatur (1) modo reſervatio non ſit juri publico contraria *Strykius d. l. c.* 6. *n.* 10. *p.* 66.

7. Limitatur (2) ut tamen inutilis ſit reſervatio, in illis rebus, quæ jam tum juris ſunt, & tacite ſubintelliguntur, v. g. reſervare in emtione venditione, ut venditor præſtet evictionem.

LXXXV.

1. Vogelfang gehöret zu dem Wildbann. *(a)* Aucupium banno ferino cohæret.

2. *(a)* De derivatione vocis Wildbann/ quod nimirum a Wild & Bann ſit, vid. *Webnerus in Obſervat. Pract. ſub voc.* Forſt-Recht *p.* 112. ejusque differentia a Forſt-Recht & diviſione vide ſis *Mylerum ab Ehrenbach de ſtatibus imperii P.* 2. *c.* 73. §. 9. *p.* 651. 654.

3. R. quia bannus ferinus eſt totum aliquod integrale, quod omnes ſpecies ac partes venationis ſub ſe comprehendere videtur, venationem ſcilicet in ſpecie ſic dictam, aucupium & piſcationem.

4. Declara (1) in dubio, tam diu donec contrarium probetur.

5. Declara (2) imprimis valere dicterium quoad tetraces die Auerhähne & alias nobiliores aves.

6. Limitatur, niſi conſuetudine & obſervantia aliud alicubi introductum ſit; quemadmodum etiam cucupium, quoad turdos, die Krametsvögel/ Amſel/ Droſſel/ Zimmer/ Wachteln/ plerumque ad venationem minorem referri ſolet, utut *Gylmanno in Deciſion. Cam.* 49. *L.* 1. *n.* 9. *p.* 656. nomine majorum avium veniant. Add. *Leiſerus de Jure Georgico L.* 3. *c.* 13. §. 11.

LXXXVI.

1. Vorwitz macht Jungfern theuer. Curioſitas raras reddit virgines, Latini dicunt: *Culex ad lychnum.*

2. R. quoniam virgines virginitatem plerumque perdunt ſua curioſitate, dum infelices diſcunt,

quod melius ignorarent. Sæpe quædam impudica rediit, castior nulla. Curiositas occasionem præbet familiaritati, hæc vero vitiis.

3. Declara, quatenus nimirum curiosæ sunt spectaculorum publicorum, saltationum, ludorum scenicorum, operarum modernarum &c. Quamvis enim hæc omnia simpliciter improbanda non veniant, vid. omnino *Dni. Eliæ Augusti Strykii JCti quondam Kilonensis dissertatio sub ejus præsidio* von Operen, *habita Kilonii* 1693. *per tot.* Verum tamen est illud: Es war außgehen niemahls so gut, innen bleiben war besser. Dann Dina gieng auß zum Tantz, und verlohr den Jungfer-Crantz.

4. Quapropter etiam Romam inter causas, ob quas maritus suam repudiare posset uxorem, numerarunt frequentationem ludorum theatralium, spectaculorum, obnoctationem extra ædes &c. *l.* 8. *§. vir quoque C. de Repud. Nov.* 22. *c.* 15. Confer tamen *Rittershusius in Comment. ad Nov. P.* 4. *c.* 7. *p.* 222. Quoniam scilicet læsam putabant pudicitiam ex ejusmodi curiositate, vid. *Kornemannus de statu & jure virginitatis c.* 16. *p.m.* 57. Adeo enim magna illa erat olim, ut instar apum & formicarum ad ludos ruerent, & spectacula, teste *Ovidio Lib.* 1. *de arte amandi*,

> Ut redit itque frequens longum formica per agmen,
> Granifero solitum dum velit ore cibum,
> Aut ut apes saltusque suos & olentia nactas,
> Pascua per flores & thyma summa volant.

Sic

Sic ruit in celebres cultissima fœmina ludos
Copia judicium sæpe morata meum est.
Spectatum veniunt, veniunt spectentur ut ipsæ.

Add. Reinkingk in der biblischen Policey *L.* 3. *ax.* 17. *p.* 749. Add. *Facetiæ facetiarum. p.* 270.

LXXXVII.

1. Gar zu viel ist ungesund. Omne nimium vertitur in vitium. *Terentius in Act.* 1. *Sc.* 1. *ait:* ne quid nimis!

Zu wenig und zu viel
Verderbt das Spiel/
Maaß und Ziel
Giebt das beste Spiel.

2. R. quia non tantum virtus in medio consistit, sed & in aliis rebus modus adhiberi debet, vid. Par. Maaß ist zu allen Dingen gut.

Est modus in rebus sunt certi denique fines,
Quos ultra citraque nequit consistere ratum.

Imprimis autem parœmia hæc quoad victum & medicamenta procedit. Exemplum de tabaco affert Dn. Tentzel in denen monatlichen Unterredungen *A.* 1691. *p.* 340. De *nimio dissertationem* academicam edidit *B. Petrus Mullerus*, ubi de nimio morali & juridico actum. Conf. Bidembach in Promtuario connubiali th. 63. p. 294. & *Didacus Saavedra in idea Principis Christiano-Politici symb.* 41. *p. m.* 311. *Rittershusius in Commentario ad Salvianum Massiliensem p.* 532. tradit, illud dictum: De bono opere

opere nihil nimis est, deß guten Dings kan man nicht zu viel thun, de virtutis actionibus, in quas non cadit nimium, & quibus nunquam defatigamur, nec unquam in hac vita satis perfecti esse possumus; Hoc vero: ne quid nimis μηδὲν ἄγαν de corporis voluptate & rebus eam afferentibus aliisque similibus intelligi debere. Nec est quod dicas, Salomonis verbum esse: ne sis nimium justus. Talis enim ὀνωνόμως dicitur justus, cum ἀκριβοδίκαιος sit potius quam δίκαιος. Idem Rittershusius d. l.

LXXXVIII.

1. Niemand hat (nimmt) sich selbst was vor übel. Nemo sibi ipse aliquid vitio vertit, sed quævis fere ignoscit. Horatius dixit: Egomet mî cognosco.

2. Ratio (1) consistit in philavtia vitiosa & cœco amore sui ipsius in der Dünckel- oder Selbst-Liebe.

3. Hinc nemo seipsum examinare & judicium de se ipso, quod idoneus sit, ferre, nec in sua causa judex esse potest *l. un. C. ne quis in sua caus. jud. Beyer in Magistro suo opificiario c. 2. n. 60. p. 17.* omnibus enim usque adeo insitus est amor sui, ut neminem tam probum tam modestum, tam attentum, tam oculatum reperias, quin in sua causa æstimanda atque introspicienda quadam animi propensione corruptus coecutiat, caliget, lippiat, fluctuet, hebescat, deliret. Conf. *Brunnem. ad d. l. un.* Il n'est rien de plus difficile que

que de se desabuser de la bonne opinion de soimême *Gracian dans son homme de Cour max.* 34. *not.* 2. *p.* 43. *Rittershusius in Commentario ad Salvianum Massiliensem p.* 113.

LXXXIX.

1. **Es kan keiner auf deß andern Seel oder Beutel** *voti*ren. Nemo voto suo alterius animæ aut marsupio præjudicare potest, h. e. quando de salute animæ vel pecunia alterius agitur, tunc quæstio non deciditur per pluralitatem votorum. Brevibus: in causa religionis & collectarum non obtinet pluralitas votorum.

2. Ratio quoad prius membrum est, quia in his, quæ DEUS præscripsit, & certo modo definivit, quisque tenetur ad rationem conscientiæ & obedientiæ suæ DEI reddendam *Huberus de Jure Civitatis L.* 1. *Sect. V. c.* 4. *n.* 30. *p.m.* 164. quoad posterius vero, quia in iis, quæ omnes tangunt, ut singulos, majora vota non sufficiunt, sed omnium ac singulorum approbatio necessaria est *c.* 7. *x. de offic. Archid. c.* 29. *d. R. I. in* 6. & communiter *Dd. ad l.* 160. *ff. d. R. I.* Ratio rationis, quia res inter alios acta aliis non præjudicat *l.* 63. *ff. de Re jud.* Add. *Bœclerus ad Hug. Grot. de Jure B. ac P. L.* 2. *c.* 5. *§.* 17. *& Autor Meditationum ad Instrum. Pac. Specim. V. p.* 758. *seq.*

3. Probatur parœmia hæc quoad causam religionis per *Instrum. Pac. art. V.* §. 9. Add. *Schuz de Stat. Rei Rom. Ex.* 10. *d.* 15. *lit. A. p.* 835. quoad

quoad causam vero collectarum per *Instrum. Pac. eund. art. V.* §. 19. decisio ad proxima comitia remissa fuit; quæ tamen in *Comitiis de An.* 1654. habitis non secuta. Vid. *Mylerus ab Ehrenbach de Statibus Imp. P.* 3. *c.* 97. *n.* 9. *p.* 828. interim pro affirmativa, quod scil. majoris partis suffragia prævalere debeant, militat *Reinkingk. Stamlerus* & *Klockius* pro negativa *Schuzius, Limnæus,* & dictus *Mylerus*, scribens: huic sententiæ tam diu insistendum, donec in Comitiis, aliud statuatur, imprimis si status supra suas facultates obligari vellent.

4. Ampl. sive negotium inter status utriusque religionis agitatum directe sive indirecte religionem concernat per dict. *art.* 5. §. 51. *Inst. Pac.* Conf. omnino *Dn. ab Edelsheim in dissert. de Pluralitate Votorum &c. Marburgi habita c.* 4. §. 8. *p.* 53. *seqq.* Parœmia ergo hæc exceptionem suppeditat illius dicterii: Wer die meisten Stimmen hat, hat das meiste Recht.

XC.

1. **Tausend Jahr unrecht** *(a)* **ist nicht eine Stund recht.**

2. *(a)* Injustum h. l. dicitur, quando quis scit aliquid ad alium pertinere, & tamen illud vult præscribendo acquirere. Sensus igitur totius parœmiæ est, quod ne quidem centum vel mille annorum lapsu fieri possit, ut quis præscribat illam rem, cujus m. f. possessor est.

3. Ra-

3. Ratio, quia malæ fidei possessor in peccato continuo vixit, cum deberet rem domino restituere, lex autem non nutrire debet peccatum nec assistere iniquis possessoribus. *vid. illust. Strykius de action. S. 3. m. 1. a. 6.*

4. Fundator in *cap. fin. extra de præscript.*

5. Obstat, quod bona fides ex lapsu triginta annorum præsumatur. *Carpz. L. 1.* ℞. 33. *n.* 12. Sed enim ℞. admitti potest hoc si de alieno non vero de proprio facto quæstio est, eapropter ignorantia illius non vero hujus probabilis est. *Stryk. d. l.* Accedit, quod illa præsumtio tanta non sit, ut non admittat probationem in contrarium. Sicut autem in dubio præsumtio est pro bona fide in præscriptione triginta annorum, & tanti temporis lapsus purget m. f. præsumtionem *Strykius d. l. S. 4. m. 5. n.* 281. ita e contrario, si quis malam fidem possessoris probet, cessat illa præsumtio & præscriptio annulatur.

6. Ampl. (1) etiamsi m. f. possessor immemoriale pro se alleget tempus *Strykius d. l. Brunnemannus in Prælect. ad Reg. Jur. Can. R.* 2. *ex Lib.* 6. *decret. n.* 13.

7. Ampl. (2) ut procedat quoque in actionibus personalibus *Brunnemannus c. l. n.* 25.

8. Ampl. (3) etiamsi mala fides vel dubitatio superveniat scilicet in rebus titulo lucrativo, non vero oneroso acquisitis. Idem *Brunnem. d. l.*

9. Limit. in præscriptione actionum personalium *Brunnem. l. c. n.* 6. ubi plures invenire licet limitationes.

10. Et

10. Et hoc proverbium ita prout explicatum, obſervari praxi tradit poſt *Mynſingerum Cent.* 4. *ob.* 6. *n.* 6. *Strykius d. l. n.* 181. *Mundius a Rodach Vol.* 2. *conſ.* 9. *n.* 78. 79. *p.* 127. *Limnæus de Jure Publ. t.* 1. *c.* 11. *n.* 122. Add. parœm. Ein Jahr böß, hundert Jahr böß.

XCI.

1. Unmässigkeit in essen und trincken ist der *Medicorum* beste Säug-Amme. Optima Medicorum nutrix intemperantia eſt.

2. Ratio, quia mala diæta ſive malum regimen non tantum plurimos homini parit morbos, ſed & morbos ſine ejus culpa contractos alit & ſuſtentat, quo ipſo lucrum ac quæſtum ſibi faciunt Medici, wo viel Krancke sind, da giebts viel zu thun, und folglich auch viel zu verdienen. Unius corruptio eſt alterius generatio. Wer vor seinem Schöpffer sündiget, der muß dem Artzt in die Hände kommen.

Inſanos reddit ſanos Medicina per annos
dum nimius potus os capit atque cibos.

Conſ. *Owenus Lib.* 3. *Epigram.* 123. & Dn. M. Groß in seinem bewährtem Artzt p. 14. ſeq.

3. Intelligas hoc non ex-ſed incluſive, ſiquidem adhuc aliæ cauſæ dantur morbum producentes v. g. venus, vita ſedentaria, nimius labor, inflammatio &c.

4. Declaratur ut, ſi ægrotans diætam non obſervet, h. e. in cibo at potu non juxta præ-

ſcriptum

scriptum Medicorum se gerat, sed vel vetito cibo ac potu utatur, aut alias se male regat, illis nihil imputandum sit, utut ægrotans vel tardius reconvalescat, vel prorsus mortem obeat. Idem de vulneratis dicendum. Hinc quando vulneratus ex malo moritur regimine, vulnerans non tenetur de homicidio, nisi vulnus fuerit per se lethale. Conf. omnino *Damhouder in Praxi Crim. c.* 77. *n.* 19. *Gail. L.* 2. *ob.* 3. *n.* 22. *Farinac.* Q. 127. *n.* 54. Add. *Generosus Dn. de Stetteroggen, Amicus Academicus, præ cæteris colendus in eleganti dissertatione, quam de hæmorrhagia vulneratorum Rostochii ventilavit c.* 4. *n.* 73. *seq. p.* 144.

5. Ampliatur & extenditur etiam ad pharmacopolas, chirurgos, & ægrotorum ministros die Krancken-Wärter, nec non ad illos Pastores & Cantores, quibus istud volupe est: **krancken und sterben ist mein Gewinn.**

XCII.

1. **Wer Vögel fangen will, muß nicht mit Brügeln drein werffen.** Aves capturus fustibus non uti debet, h. e. qui aliquem decepturus est, non præposterâ festinatione, & præcipitantiâ aut viapertâ, sed clandestinis, tectisque artibus, & circumspecte admodum, tractare debet negotium. Est locutio allegorica, cujus similitudo ab iis petita, qui fistula alliciunt aves: unde illud Latinorum proverbium:

Fistula dulce canit volucrem dum decipit auceps.

2. Ratio, ſicut enim improvidus vix decipiet volucres vid. par. Ein Jäher giebt keinen guten Jäger, ita qui aliquem vult decipere, machinas & dolos illi ob oculos objicit & glaucoma, adeoque aſtum ſuum clam colit & intentionem occultat juxta illud Saxonum: De Schlicher vorwindt den Bieter, h. e. der Schleicher überwindet den Beiſſer. Ratio rationis, quia alias decipiendus aſtum ſubolſaciens ſubducit ſe & elabitur.

3. Confirm. per illud Siracidæ *c.* 22. *v.* 25. Wer unter die Vögel wirfft, der ſcheucht ſie weg. Hinc *Syrus apud Terentium in Adelphis A.* 2. *Sc.* 2. ineptitudinem exprobraturus Sannioni pulchre dixit: *Nunquam rem facies, abi, neſcis ineſcare homines*, quæ ratio loquendi coincidit cum hoc noſtro adagio: quemadmodum enim aves fiſtula, ita piſces præfixo æri cibo, ſive hamo, captantur.

4. Declara dicterium noſtrum ita, ut ſi agens finem ſibi conſtituat malum, iſtud improbandum ſit, cum ſic res abeat in calliditatem, quæ vitium eſt, & prudentiæ opponitur; quod ſi vero media tendant ad finem bonum, ita ut imprudentia ſaltem taxetur, quæ finem quidem bonum intendit, ſed media, ad eum ducentia, non obſervat aut recte non adhibet. Vid. *Buddeus in Elementis Phil. Pract. P.* 1. *c.*4. §. 22. *p.* 99. tunc parœmia noſtra ſalvari, & defendi poteſt illa JCtorum diſtinctione inter dolum bonum

bonum & malum. Fatendum tamen insimul est, quod illa distinctio non tam generis sit in suas species, quam potius æquivoci in sua æquivocata, cum vox *bonus* sit vox diminuens, quæ, addita voci *dolus*, ita significationem ejus diminuit, ut non amplius significet id, quod significat absque illius adjectione posita. Quapropter etiam a JCtis veteribus per dolum bonum in *L.* 1. §. 3. *ff. de dol. mal.* nihil aliud quam solertia intellecta fuit *Schilterus in manuduct. Phil. Mor. c.* 6. §. 6. *p.* 228. E. G. dolus bonus est, quando quis hominem facinorosum, qui perpetrato delicto aufugit, astu prehendit & in carcerem conjicit, item, quando judex in eruenda facti, vel criminis obscurioris veritate, calliditatem adhibet; judicio tamen & prudentia hîc opus esse non nego. Vid. omnino *Dissert. Dn. Joh.* Eisenharts *Prof. Helmstad. de Calliditate forensi* von scharffsinniger Erforschung und Beweißthum verborgener Händel *per tot.* Add. *B. Dn. Struvii Dissert. Acad. de dolo bono Advocati Jenæ* 1679. *habita, ut & Hartungii Dissert. de Astu a jure non improbato* von zugelassener List und Ranck *ibidem ventilata per tot.*

5. Declar. (3) imprimis adversus hostem, latronemve bonum adhiberi posse dolum per *d. l.* §. 3. juxta illud: dolus an virtus? quis in hoste requirat? sive ille sit negativus sive positivus; uterque enim in bellis jure gentium non illicitus *Joh. Jacobus Mullerus, Professor in Academia Jenensi celeberrimus Præceptor noster quondam fidelissimus, in Institut. Jurisprudentiæ Gentium L.* 1.

art. 2. *c.* 3. *p.* 268. modo cum perfidia non ſit conjunctus, ſic enim injuſtus eſt *ibid.* §. 1. *p.* 269. Add. *Albericus Gentilis de Jure Bell. L.* 2. *c.* 3. 4. & 5.

XCIII.

1. Wagen gewinnt, wagen verliehrt. Tentare fortunam vel lucrum vel damnum adfert. Mentionem hujus facit Lehemann *in Tr. de Variis Ludendi Generibus c.* 2. §. 19. *p. m.* 61.

2. R. quia omnis ſortis & ludi eventus dubius eſt.

3. Declara, quatenus nimirum abſtinetur a fraudibus & vetitis artibus, & quidem in talibus ludis, qui non tam arte, viribus, aut ingenio, quam fortuna peraguntur, & ab ejus incerto eventu dependent *Dn. Hertius in Select. ac Rar. ex Univ. Jurispr. Argum. de Parœmiis Jur. Germ. L.* 1. *par.* 43. *p.* 456.

4. Effectus eſt, quod læſio hîc non attendatur *ibid.* nec conſequenter id, quod fortunæ expoſitum & perditum fuit, repeti poteſt, wer gewinnen will, muß auch beyſetzen *ibid.*

5. Ampl. ut procedat etiam in aliis rebus, in tantum, ut ipſe DEUS audentes ſæpe juvet. Ita enim *Valerius Flaccus L.* 4. *Argon.*

- *Stetimus tamen, & DEUS adfuit auſis,*
Qui idem iterum aderit credo DEUS.

Et notum eſt illud Terentii Phorm. 1. 4.

Fortes Fortuna adjuvat.

Nec

Nec non istud Ovidii:

Audentes DEUS ipse juvat.

Quæ ampliatio tamen ita intelligenda, ut ne audacia hæc laudabilis & cum prudentia conjuncta in temeritatem abeat, adeoque virtus in vitium degeneret.

XCIV.

1. DEr hat Chur (*a*) hat Angst. Qui optionem habet, anxietatem patitur, *sive*, optio est anxia.

2. (*a*) De voce Chur vid. par. Willkühr bricht Land-Recht.

3. Ratio quia eligens novit, quod post optionem semel factam pœnitere non liceat, & variationi amplius non locus sit *Hertius in Selectis & rarioribus ex univers. Jurisprudentia argumentis L.* 1. *par.* 80. *p.* 533. ipsique imputetur, si malum elegerit. *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Com. sub voc. electio ax.* 2. etiamsi ultra dimidium fuerit læsus *Arumæus disp.* 2. *ad l.* 2. *C. de rescind. Vend. p. m.* 1138. *seq.* quamvis dissentiat *Tabor apud Barbosam d. l. sub voc. divisio ax.* 12. *propter l.* 3. *C. com. ut jud. & Schurpfius Cent.* 1. *cons.* 28. *n.* 9.

4. Probatur per *l.* 4. *§.* 2. *l.* 7. *ff. de Legat. com. l.* 35. *ff. de condict. indeb. l.* 106. *de V. O. l.* 20. *ff. de Opt. legat.*

5. E. G. mulier, quæ dotem intulit, mortuo marito arbitrium habet, an dotem illatam repetere, an vero ut dotalitium congruum sibi

aſſignetur, petere velit *Hertius d. l. Carpzovius P.* 3. *c.* 20. *d.* 44. donec autem unum horum elegerit, valde ſe excruciabit animi. Plura exempla habes apud *Mevium P.* 7. *d.* 370. & *P.* 9. *d.* 147.

XCV.

1. Die Woche zwier,
Gibt deß Jahrs hundert und vier.
Bis conſueſcere cum uxore ſingulis ſeptimanis,
Centum & quatuor facit vices ſingulis annis.

Quo ipſo ſignificatur, quod modum & rationem adhibere debeamus in præſtatione debiti conjugalis.

2. R. quia concubitus incendit ac abſumit ſanguinem, corpusque humanum valde debilitat.

3. Declara, procedere hoc maxime quoad maſculos valetudinarios, obſervare volentes regulas ſanitatis. Aliud quoad obligationem inter conjuges initam dicendum: Sic enim Conjux conjugi toties præſtare tenetur debitum conjugale, quoties cupiditate illius hic accenditur; habent enim conjuges mutuam in ſua corpora poteſtatem 1. *Cor.* 7. Quapropter etiam denegatio debiti conjugalis, pro juſta cauſa divortii reputatur, cum denegare illud & deſerere conjugem effective paria ſint. Vid. *Bruckneri Deciſ. Matrim. c.* 18. *n.* 18. *p.* 74. *Strykius de Diſſenſu Spon-*

Sponsal. Sect. 6. §. 20. seq. Quid autem de uxore nimium libidinosa, cujus matrix semper appetit, & nunquam satiatur,

Non herbis hoc fit rigidus, quas educat hortus
carne opus est, illas si saturare velit.

& de marito passere salaciori habendum? Putarem Ego nihilominus tam diu teneri conjugem ad consuescendum, quam diu petens debitum conjugale de jure suo nihil vult remittere & alter ad illius præstationem idoneus est. Christianus Gerber P. 2. der unerkannten Sünden c. 13. von denen Sünden deß Ehe-Betts, p. 371. vid. 1. Thes. 4. v. 2-5. Gal. 5. v. ult. Add. omnino *Mœllerus in Tr. de Cornutis & Hermaphroditis, c. 6. th. 9. n. 43. p. 66.*

4. Effectus, quod si bis in hebdomate ad persolvenda debita se non exhibeat maritus, uxori quærela detur contra maritum. Vid. Facetiæ facetiarum p. m. 173.

XCVI.

1. Was man nicht erlernet, das kan man erwandern. Quod quis in tyrocynio suo non addiscit, id peregrinando adhuc comprehendere potest.

2. Ratio, quia peregrinationes usum suppeditant & experientiam, ita, ut quæ tyro apud magistrum suum non percepit, in exteris locis adhuc addiscere possit.

3. Declaratur (1) intelligi debere parœmiam principaliter de tyronibus opificum. Vid. *D.*

Beierus in Tract. de Tyrone c.4. §. 2. n. 193. p. 20. quatenus nimirum hi in peregrinationibus suis artem, cui se manciparunt, exercent: nam si modo huc modo isthuc currunt, & tantummodo spectatum veniunt, und hernach anders nichts wissen, als daß Hamburg eine grosse Stadt seye, Bremen aber einen Roland habe, tunc vix supplebunt peregrinationibus defectum sui tyrocinii, nec enim peregrinatio per se doctiorem quem reddit in sua arte, sed hujus exercitium.

4. Declar. (2) quatenus tyro modo solito emancipatus est. Alias enim illi peregrinationem ingresso controversia status moveri, nec peregrinatio prodesse podest. *Prælaud. Dn. Beierus l. c. c.9. n. 442. p. 98. seq.*

XCVII.

1. Wanne (*a*) ist kein Korb. Vannus non est corbis. In hac parœmia luditur termino Wanne, qui sine litera E. particula conditionalis est, cum ea vero vannum sive labrum denotat. Sensus est: conditio nihil ponit in esse. Dicitur autem salse in eos, qui, postquam res aliqua minus feliciter cecidit, & infortunatum habuit eventum, communiter inquiunt: Ey wann man es doch so gemacht/ oder wann man doch dieses nicht gethan hätte. Hisce enim responderi solet irridendo: Wanne ist kein Korb; quo nihil aliud indicatur quam quod res jam tum acta sit, nec illa immutari possit per τὸ

wann,

wann, sed videndum, annon alia ratione malo nostro quodammodo consulere possimus. Sic quoque virgini, cui quis se sub conditione spopondit, conditione illa non existente sive cessante, responderi potest: Wanne seye kein Korb, conditionem non esse repulsam.

XCVIII.

1. Im trüben Wasser ist gut fischen. Est captu facilis turbatis piscis in undis. h. e. facile est illum vincere, qui jam tum cum alio confli&ctandum habet, aut alias calamitosus est, vel ex alieno damno suum quærere emolumentum.

2. Ratio, quia ne hercules adversus duos pugnare potis est, ratio rationis, quia ille, qui jam tum quodam afflictus infortunio vires habet debilitas, aut minimum distractas, ita ut adeo potenter resistere nequeat, ac si vires ejus essent integræ. Ein Krancker ist gut schlagen.

3. Declaratur (1) quod imprimis procedat quoad praxin modernorum Regum ac aliarum summarum Potestatum, utpote quæ justitiam causæ invadendi alterum, & utilitatem suam cum istius damno augendi ex commoditate occasionis sæpe metiuntur. Quemadmodum enim rapienda est occasio, quæ benignius præbet responsum *l.* 168. *A. d. R. I.* (de cujus sensu vid. *Bronchorst ad l.* 56. *ff. d. R. I. p. m.* 188.) ita isti rapiunt, non accipiunt occasionem alteri nocendi. *Vid. Burgoldensis ad inst. Pac. P.* 3. *d.* 13. §. 1. *p.* 95.

4. Declaratur (2) hoc diverbium ita, ut magis improbetur quam approbetur secundum Jus Civile Romanum: Namque qui lucrum quærit ex proximi sui damno, ille in dolo esse videtur *l.* 13. §. 4. *ff. de Institut.* Insuper afflicto non est addenda afflictio. Conf. *Ventura de Valentiis in Parthenio Litigioso L.* 1. *c.* 6. *n.* 22. *p.* 86.

5. Limitatur tamen nisi ille, qui jam tum infortunio expositus, damnum facit, ipse me contemnere & irritare audeat, sic enim nullum dubium est, quin ego, etiam cum ipsius damno, & meo commodo, me defendere queam.

XCIX.

1. Wann die Unterthanen verderben, Kan der Herr nichts von ihnen erben.

Subditis ad inopiam redactis, ipse quoque Dominus egebit.

2. Ratio, quoniam Dominorum divitiæ in opibus & divitiis subditorum consistunt: quod si ergo illæ sunt exhaustæ, tunc ut ipse quoque dominus egeat, necesse est. Vid. Leib *Respons.* 34. *n.* 2. *p.* 430. wer kein Ohr hat, dem kan man keines abschneiden. Privatio præsupponit habitum. Add. *Speidelius in Speculo sub voc.* Haupt-Geld *p. m.* 474. *Ventura de Valentiis in Parthenio Litigioso L.* 1. *c.* 6. *n.* 25. *p.* 122. Conf. *par.* Viel Säcke sind deß Esels Tod. Pecus tondere non vero deglubere, & subditorum bonis moderate uti, non vero despotice abuti licitum est. Add.

Rein-

Reinking in der Bibliſchen Policey *L. 2. ax.* 109. *p.* 451. *ſeqq.*

3. Declara, ut tamen e re Principis ſit, illorum minui opes, qui ipſi formidoloſi exiſtunt. Vid. *Lipſius Lib.* 4. *Polit. c.* 11. *n.* 133.

C.

1. HErbipolis (*a*) ſola judicat enſe (*b*) ſtola. Eſt vulgatum] πολυτρύλλητον, quod a non nullis ita proferri ſolet: *Herbipolenſis ſola judicat enſe atque ſtola.* Item, *Herbipolenſis ſola judicat enſe & ſtola.*

2. (*a*) Vulgo Wurzburgum Würtzburg, alias quoque pœpolis, ſita eſt ad Mœnum in Franconia. An autem recte derivetur a voce Würtz quatenus herbam aromaticam aut quatenus virum denotat, aut a Wirico, vel etiam a Wirt de eo non conveniunt Doctores. Conf. interim *Serarius in Geſtis S. Kiliani Franciæ orientalis ſic dicti Apoſtoli, p. m.* 35. *ſeqq. Speidelius in Speculo ſub voc.* Würtzburg *p.* 1374. & *Beſoldus in Theſ. Pract. ſub ead. voc. p.* 1012.

3. (*b*) Enſis h. l. eſt ſignum dignitatis ducalis & Jurisdictionis Secularis Epiſcopatui annexæ. Joh. *Helvicus Sinoldus dictus* Schütz *in prælectionibus ad Jus Publ. L.* 1. *t.* 7. *p.* 226. Unde adhuc hodie fere omnes, qui feuda regalia habent, gladio inveſtiri ſolent, cum olim non niſi ſeculares ita, clerici vero ſceptro inveſtiti fuerint *Stryk. in Exam. Jur. Feud. c.* 3. *Q.* 33. *p.* 53. *Speidelius d. l. ſub voc.* Schwert *p. m.* 1131.

Quo-

Quoniam autem Caroli M. tempore præter Episcopum Herbipolensem & Abbatem Campedonensem nullus Episcoporum & Abbatum titulo Principis & Jurisdictione seculari gaudebat *Autor* deß Europäischen Herolds *p.m.* 97. & 164. *Thomasius ad Monzambano de Statu Imp. Germ. c.* 3. §. 7. *p.m.* 176. ideo quoque in signum singularis præeminentiæ, Jurisdictionis ac potestatis super bonis soli incendio, feudis, hominibus & sanguine gladium sibi præferri curarunt duo isti Præsules *Speidelius d.l.p.* 1375. *Knichen de Jure Superioritatis c. IV. n.* 205. *p. m.* 136. *in f.* Et hæc origo nostri proverbii est. Stola vero vestem clericalem denotat Pharisæis usitatam *Lucæ* 20. *v.* 46. ἀπὸ τȣ̃ ςέλλομαι quod est operire atque induere, de cujus vocis varia significatione vid. omnino *Dn. Stelzeri diss. inaug. de juribus stolæ c.* 1.

4. Ratio est, quia Pipinus Caroli Martelli filius, Burchardo, Episcopo herbipopolitano Ducatum Franconiæ A. 750. cessit potestatem civilem ac criminalem contulit. *Pastorius in Franconia rediviva p. m.* 34. Dahero führen auch Ihro Hoch-Fürstl. Gnaden zu Würtzburg noch biß auf die heutige Stunde den Titul eines Hertzogs in Francken.

5. Fallit hodie, postquam omnes Episcopi, Imperio Rom. Germanico immediate subjecti, evecti sunt ad dignitatem principalem & ense judicant. Add. *Limnæus tom. Addit.* 5. *ad Lib.* 4. *c.* 7. *p.* 251. Fefellit olim quoque quoad Abbatem Campidonensem, utpote qui itidem jam tum

Caroli

Caroli M. tempore enſe judicavit. Unde quoque conjungi ſolent: Herbipolis & Campidona ſola judicant enſe & ſtola; vel etiam, Campidona ſola, judicat enſe & ſtola, Europäiſcher Herold *p.m.* 186. Add. *Wehnerus in Obſervat. Pract. ſub voc.* Cent *p.* 515. *Imhoff. in Not. Proc. Germ. L.* 3. *c.* 4. *p.* 69. *Höpping. de jure inſignium c.* 6. *n.* 62. *&* Spangenberg *in Chron. Henneberg. L.* 2. *c.* 10. Dn. Beck in Diſſert. inaug. de Ducatu Franconiæ Jenæ hab. 1709.

IN-

INDEX
RERUM ET VERBORUM,
ſecundum numerum parœmiarum directus.

A.

ADulterium: illius præſumtio an contra eos militet, qui juvenes vitam vixerunt laſcivam? Par. 42
Amicitia: quomodo cognoſcenda. 23
Annulidatio: quando pro ſigno ſponſaliorum habenda? 28
quando præſumtionem inducat? ibid.
Aucupium: an banno ferino cohæreat? 85
Audacia quando laudabilis? 93

B.

Bacharach: unde derivetur? 90
cujus ditionis ſit? ibid.
nobile ibi creſcit vinum? ibid.
Blut-Schreyer: quis? 68
Bruta in crimine Sodomitico quare interficienda? 82

C. *Ca-*

C.

Casus: insolitus an etiam fortuitis annumerandus? 55
Citatus: an & quare in judicio prehendi non possit? 73
Cautela pro citato. ibid.
Communio: quare dependens ab ea, plerumque infelix sit? 52
Consuetudo qualem præsumtionem pro se habeat? 38
quænam legi deroget priori? ibid.
an etiam deroget posteriori? ibid.
Conservatio: frequens cum facinorosis an judicium faciat ad torturam. 54 70 & 78
Curiositas fœminarum quare improbanda? 86
Custodia: circa rem immobilem quando sit locatio conductio? 79

D.

Divitiæ: Dominorum in quo consistant? 99
Earum fons quænam in Republica? 11
Dolus: bonus quis ille sit? 92
qualis in bello adhiberi possit? ibid.
Donum: an accipere liceat judici? 26
Donatio: an in dubio præsumenda? 49

E.

Error quomodo differat ab ignorantia? 3
Execratio communis effectus quinam? 51

F. *Fa-*

F.

Familia: toti unius vitium ſit imputandum? 67
Familiaritas: ejus definitio 36
an in dubio familiaritatis jure quid potius conceſſum eſſe credatur, quam renunciatio ſui juris præſumatur? ibid.
ratio formalis liberalitatis in quonam conſiſtat? ibid.
quando liberalitas non præſumatur? ibid.
Fides: bona ex lapſu triginta annorum quatenus præſumatur? 80
Findling: Findel-Kinder: quinam? 25
an pro ſpuriis reputandi? ibid.
an a ſucceſſione arcendi? ibid.
Fleiß der Herren macht fleiſſige Diener. 21
Franconia: plurimorum Profeſſorum variarum Germaniæ Academiarum patria. 31
Frauen-Lieb: über die iſt nichts liebers. 80
Fürſt: deſſen Treu und Glauben, ob das ſo viel gelte als ein Jurament? 19

G.

Geleit: quid? 72
ob und wann das durch Wort gebrochen werde? ibid.
Gerada: quid? 47 & 48
ad quem ſpectet? ibid.
an eam uxor marito vendere poſſit? 48

Ge-

Geruffte: quid? 68
Gesticulatio: an ad magiam referenda? 65
Gevatterschafft hat ein Ende wann das Kind todt ist. 39
Gewette: quid? 82
Glauben: soll man nicht leichtlich, quare? 53
Gnaden-Jagd: quid? 36
Gudipottus - Abbas Murbacensis quare ita dictus? 58
Guth macht Muth. 44
Gutgenug taugt nichts. 61

H.

Haab ist wie der Haaber. 13
Handwerck: 14. Handwerck, 15. Bettel-Leuth. 10
Hassorum fortitudo. 5
Heres: an ab eo, male parta rursus extorqueri possint? 34
an per restitutionem in integrum non hæres fieri possit? 43
Homo: liber, an objectum contractus esse possit? 33
Honor: si in causa injuriarum condemnato non reservetur, an ille eapropter fiat infamis? 84
Hospitium: an etiam alimentorum nomine veniat? 8
an privilegiis piorum locorum gaudeat? ibid?

I.

Impensæ: instruens alienum filium arte quadam an a patre naturali illas repetere possit? 35

Infans: deponens illam, quando legis Corneliæ reus fiat? 25

quando fustigationis pœna afficiendus? ibid.

quando religationis? ibid.

Injuria: an Magnates illam ferre debeant? 7

a tumultu ante plebe illata quando ejus superiori imputanda? 12

Intellectus: quoto anno venire putetur in puero? 81

Intemperantia: Medicorum nutrix. 91

Interrogatio: quotuplex? 29

quando licitæ? ibid.

an etiam ministro Ecclesiæ de commisso peccato? ibid.

Inventum: ad quem pertineat, si duobus sociis itineris illud obveniat? 24

Invitus: an & quando illi dari possit? 50

Juventus: quare illi succurratur in pœnalibus judiciis? 1

K.

Kuppel-Weyde / Kuppel-Jagd: quid? 36

L.

Læsio: ultra dimidium, an attendatur in locatione operum? 22

an etiam in ludo? 39
Lex: ejus mutatio aut diſpenſatio quando odioſa ſit? 62
quid juris, ſi quid in fraudem ejus fit? 64
Legislator contraveniendo legi a ſe latæ an pœnæ reus fiat? 62 & 63
Loquacitas: ejus odium. 66
Lucrum: quærens illud ex proximi damno an in dolo ſit? 98
modicum iteratum quare præſtet immodico? 41

M.

Magiſtratus: duobus an quis aſſidere poſſit? 6
Magiſter: quando convicio ſpernere debeat? 57
Male parta quænam ita dicantur? 60
quare cito iterum dilabantur? ibid.
Maritus: quænam cauſa ipſi ſufficiat ad plagis excipiendam uxorem. 18
Maſculi: an & quare mœrore citius conficiantur quam fœminæ? 56
Merces: quando peti poſſit in mutuo, depoſito & commodato? 79
Mobilia: an & quænam hoſtibus erepta militibus cedat? 17

N.

Nifftel=Gerade: cui competat? 48

an per teſtamentum in præjudicium proximæ cognatæ alienari queat? ibid.
Nimium: an in virtutis actiones cadat? 87
Noxæ deditio: an fiat in pœnam corporis dediti? 82
Nummi confeſſionarii quare dentur? 74

O.

Opifex: an ipſi vitia operis ab alio confecti detegere liceat? 4
eorum lites ad qualem Magiſtratum in ſecunda inſtantia pertineant? 9
Optio: an illa facta iterum pœnitere liceat? 94
quid ſi quis ultra dimidium læſus fuerit? ibid.

P.

Pecunia: ejus effectus quinam? 76
Pluralitas Votorum: quibus in cauſis obtineat? 89
an etiam in cauſis religionis & collectarum? ibid.
Poſſeſſor: malæ fidei quare præſcribere non poſſit? 90
Potentes: quare cum illis litigare grave ſit? 16
Poz, wehrter Chriſt! quinam hoc proverbio uſus fuerit? 58
Præſumtio: bonis & malis concurrentibus quænam capienda? 14
Precum communium effectus quinam? 51

Princeps: quatenus ſolutus ſit legibus? 63
quando ipſi contradicere liceat. 69
Prioritas: diſceptatio de illa inter Epiſcopum Hildeſienſem & Abbatem Fuldenſem. 27
Promiſſio nuda: ſub fide Principum data an effectum juramenti habeat? 19
Pupillus: ejus pecunia emtum prædium a tutore, cui acquiratur? 77

Q.

Quæſtio: quando in ea facienda circuitu aliquo uti liceat adverſus inquiſitum? 30

R.

Retorſio: retorquere an liceat ad ſalutationem incivilem? 59

S.

Salvus conductus: quid? 72
quomodo differat a Cautione de non offendendo? ibid.
an per illatas injurias violetur? ibid.
Schmiralien, Schenckalien: eorum effectus? 26
Spatzen-Arbeit, Fincken-Lohn. 22

T.

Taubmanni Profeſſoris Patria 31
Teſtis: ad quosnam articulos reſpondere teneatur? 30
Tutor: quando tenetur ad uſuras, ſi pupilli pecuniam otioſam relinquat. 77

V. Va-

V.

Vaſeln: quid? 60
Warum unrechts Guth nicht vaſele ibid.
Veneficus: juvenis amicitiam cum tali colens an quoque veneficus præſumatur? 2
Vis: quando eam vi repellere liceat? 46
an etiam liceat cum internecione alterius? ibid.
an etiam ob bona vita minora? ibid.
Votum quibus in rebus ſervandum? 71
Vulnerans an teneatur de homicidio, ſi vulneratus malo moriatur regimine. 91
Uxor: quoties cum marito conſueſcere obligata. 95
an uxori detur querela, ſi maritus id non præſtet? ibid.

W.

Wanne iſt kein Korb. 97
Waſſer: ſtille gründen gerne tieff. 15
Weiber: ſind übel zu hüten. 32
Würtzburg: variæ ejus derivationes. 100
an ſola enſe olim judicaverit? ibid.

Z.

Zetter-Geſchrey: quid? 68

FINIS CENT. IX.

THESAURUS
PAROEMIARUM
GERMANICO-
JURIDICARUM.

Teutsch-Juristischer
Sprůchwǒrter-Schatz/

IN QUO
MILLE ET QUOD EXCURRIT,
GERMANORUM DICTERIA, CUM-
PRIMIS JURIS, RECENSENTUR,
RATIONIBUS, LEGIBUS, AC DECLA-
RATIONIBUS ILLUSTRANTUR,
ET QUIDEM EJUS

CENTURIA DECIMA,

OPERA ET STUDIO

GEORG. TOB. PISTORII, U. J. L.
Ill. Comiti Hohenloico-Weickersheimensi a Consiliis & Cancellariæ Directoris.

AUGUSTÆ VINDELICORUM
Apud DAVID RAYMUND MERZ, & JOH.
JACOB MAYER.
1725.

GENEROSISSIMO
DOMINO,

DN. JOHANNI ADAMO de KARCHEN,

ILLUSTRISSIMI COMITIS HOHENLOICO - WEICKERSHEMENSIS CONSILIARIO INTIMO, EJUSDEMQUE AULÆ GUBERNATORI SPECTATISSIMO

DOMINO PATRONO SUO, MULTIS NOMINIBUS HONORANDO,

HANC CENTURIAM PAROEMIARUM DECIMAM DICAT

AUTOR.

CENTURIA X.
PAROEMIARUM.

1. Es muß eine schlechte Mauß seyn, so nicht mehr als ein Loch weiß.
2. Getreuer Herr, getreuer Knecht.
3. Auf einen harten Klotz gehört ein harter Keil.
4. Mit grossen Herren ist nicht gut Kirschen essen.
5. Güldene Kirchen, höltzerne Hertzen.
6. Es ist nichts liebers als Kindes Kind.
7. Wo der Kayser hinkommt, da stehet ihme das Recht offen.
8. Kauffmannschafft leidet keine Freundschafft.
9. Es hacket keine Krahe der andern ein Aug aus.
10. Da der Kranck genaß,
Er viel ärger als vorher was.
11. Eine Jungfer wie du wilt, eine Wittwe, wie sie will.
12. Narra mihi factum! jura novit Curia.
13. Von gewanderten Jungfrauen hält man nicht viel.
14. Eine Jungfer stehet vor einen Mann.
15. Wer eine Jungfrau schändet, stirbet keines guten Tods.
16. Wer deß Geleits geniessen will, muß sich geleitlich halten.

17. Gelehrte Leute und Bienen müssen wohl in Acht genommen werden.
18. Es ist alle Tage gut Geld einnehmen.
19. Es ist nicht gut Gäste laden, deren man nicht mächtig ist.
20. In der Jugend eine Hur, in dem Alter eine Hex.
21. Ein toller Hund lauffet nicht über sieben Tag.
22. Das Guth löset seinen Mann.
23. Ein Fund verholen,
Ist so gut als gestohlen.
24. Man kan nicht länger Friede haben, als der Nachbar will.
25. Wo viel Freyer sind, da sind wenig Nehmer.
26. Jung zum Dienst,
Und jung gefreyt,
Hat niemand gereu't.
27. Mit fragen wird man nicht irre.
28. Wer deß Feuers bedarf, der sucht es in der Aschen.
29. Herren und Heiligen gehen über alles.
30. Lehen fallen nicht auf die Spindel.
31. Herren Gnad erbet nicht.
32. Staupen-Schlag ist die Einweyhung zum Galgen.
33. Ein Dieb stiehlt sich selten reich.
34. Stehlen und Sack aufheben ist eines wie das andere.
35. Stehlen und wiedergeben ist ein hartes Leben.

36. Wer einmahl stiehlt / heisset allezeit ein Dieb.
37. Wann nicht wär der Hehler /
So wär auch nicht der Stehler.
38. Wer sein Hauß will halten keusch und rein /
Der laß keine Studenten und Tauben ein.
39. Wer eine Stiefmutter hat / der hat auch einen Stiefvater.
40. Wann die Henne zum Hahn kommt / so vergisset sie ihrer Jungen.
41. Stillstand ist kein Friedens-Band.
42. Wer die meinsten Stimmen hat / der hat das meinste Recht.
43. Gebieten ohne Straf und Macht /
Macht Herren und Gebot veracht.
44. Wie die Sünde ist / so ist auch die Strafe.
45. Das Hembd ist näher als der Rock.
46. Wer in die Stuben hofiert / und wer es hinauß trägt / hat gleichen Danck.
47. Studenten-Guth ist zollfrey.
48. Hexen weinen nicht.
49. Subtil taugt nicht viel.
50. Suppliciren und appelliren ist niemanden verbotten.
51. Mit dem Halß /
Bezahlt man all's.
52. Halb-Gebuhrt tritt einen Grad zurück.
53. Die Tauben haben keine Gall / und sind der Leute all.

54. Wo Tauben sind, da fliegen Tauben zu.
55. Wo der Mann taub und das Weib stumm ist, da giebt es die besten Ehen.
56. Ein Tausch ist kein Raub.
57. Getauscht ist getauscht.
58. Einen Tax kan ein jeder machen, aber Leute zu schaffen, die auf den gemachten Tax kauffen, ist nicht eines jedwedens Thun.
59. Alles verthun vor seinem End,
Macht ein richtig Testament.
60. Dem Teufel darff man nicht ruffen, er kommt wohl von sich selbsten.
61. Den Teufel muß man anbeten, daß er einem nicht Schaden thut.
62. Wer im Krieg will Unglück han,
Der fang' es mit den Teutschen an.
63. Kleider auß, Kleider an,
Essen, trincken, schlaffen gahn,
Ist die Arbeit, so die Teutsche Herren han.
64. Wem gehört das Hauß,
Der muß hinauß.
65. Het is heel goodt,
Wat hie doodt,
Dien men benimmt;
Het is heel quaad,
Dien men hat,
Wat hie beginnt,
66. Der älteste theilet, der jüngste kieset.
67. Kurtze Thorheit und kleine Haasen sind die besten.

68. Ein jeder kehre vor seiner Thür, so werden die Gassen alle rein.
69. Tittel kosten kein Geld.
70. Der Tod hebt alles auf.
71. So weit Handwercks Gewohnheit geht, so weit können sich auch die Handwercker helffen.
72. Als Demuth weint und Hoffart lacht,
Da ward der Schweitzer Bund gemacht.
73. Eine Schwalbe macht keinen Sommer.
74. Schwartz auf weiß scheidet die Leute.
75. Nimmer gut der Schwäger Rath thut.
76. So mancher Schwager, so mancher Knebel-Spieß.
77. Viel Schwäger und Brüder machen schmale Güther.
78. Schutz- und Schirms-Gerechtigkeit giebt keine Unterthänigkeit.
79. Ein guter Schreiber ist aller Ehren werth.
80. Wer ein Schrifftsaß ist, der hat auch einen Landes-Fürsten.
81. Alte Schuld rostet nicht.
82. An ungewissen Schulden nimmt man Haber-Stroh.
83. Schuld zahlen macht Haupt-Geld.
84. Die de Mann trouwt, die trouwt ook de Schulden.
85. Wer da ist schuldig,
Der muß seyn gedultig.
86. Wer nicht thun kan, was die Leute verdriesset, giebt keinen Schultzen.

87. Es ist keine Kunst eine gute, sondern eine schlimme Sache zu gewinnen.
88. Wann man vor die rechte Schmide gehet, wird man recht beschlagen.
89. Mertzen-Schnee thut den Früchten weh.
90. Wat man schrifft, dat blift.
91. Schreiben, rechnen, singen,
Soll ein Knab aus der Schul bringen.
92. Ein jeder slöpt by siner Fru up sine Wiese.
93. So lang der Schuldner mein Geld brauchet, muß er mir davon Zinß geben.
94. Schreiben schämen sich nicht.
95. Es nimmt kein Schlächter dem andern eine Wurst ab.
96. Gut Ding will Weil haben.
97. Dörffer haben auch Weichbild-Recht.
98. Weiber regieren ist eine schwehre Kunst.
99. Faule Weiber machen die Männer reich.
100. Auf dem Weeg, darauf viel Leute gehen, wächset kein Graß.

I.

1. Es muß eine schlechte Mauß seyn, so nicht mehr als ein Loch weiß. Mus non uni fidit antro, *vel*

Mus miser est antro qui saltem clauditur uno.

2. Dicitur in eos, qui consilio aliquo peremto statim aliud inveniunt, & sic eluctantur. Applicat hoc *Autor dissertationis de Hanreitate* §. 24. *p.* 14. in specie ad uxores, quæ multos modos habent suos decipiendi maritos. Conf. huc parœm. Es ist leichter eine Heerd Flöhe als eine Frau hüten.

3. Ratio quia prudentia instructus ad plures casus esse debet paratus ita ut uno ictu excepto intentari queat alius.

4. Declaratur hoc imprimis quoad consiliarios, & Duces bellicos valere: qui nosse debent, non tantum quomodo hosti damnum inferri sed & quomodo intentatum averti queat, & quidem sæpe in continenti, ita ut ob denegatum

gatum spatium deliberandi rapienda sint consilia. Cunctatione non opus, ubi perniciosior est quies quam temeritas. *Tacitus Histor. Lib.* 1. *c.* 21. *n.* 4. Vid. omnino *Lipsius Lib.* 2. *Polit. c.* 7. *n.* 2. *in not. & paroemia* kommt Zeit, kommt Rath.

II.

1. Getreuer Herr, getreuer Knecht. h. e. Si dominus fidelis est, etiam servus talis erit. Eodem plane illud recidit: Hält unser Herr, so halten wir auch. Domino nostro servante fidem & nos fidem servamus eidem.

2. Ratio (1) quia dominus & servus correlativa sunt. *Everhardus in Loc. Leg. loc.* 20. *n.* 11. *p.* 151. & hinc judicari debent ad paria. *Struvius in Synt. Jur. Feud. c.* 15. *θ.* 18. *Illustr. Stryk. in Exam. Jur. Feud. c.* 24. *Q.* 15. *Vultejus de Feudis L.* 1. *c.* 10. *n.* 37. *Everhardus d. l.* (2) Quia plerumque servi dominorum morbis inficiuntur. *Stamm. de servitute personali L.* 2. *c.* 4. *p. m.* 303.

3. Fundatur hoc πολυθρύλλητον *in* 2. *Feud.* 6. ibi. *dominus quoque in omnibus vicem fideli suo reddere debet* ut & in *Siracid. c.* 33. *v.* 31. Add. *Eph.* 6, 9. *Coloss.* 3, 1.

4. Decl. (1) quod dominus & servus teneantur ad paria, non vero ad eadem. Arctior enim fidelitas debetur domino a servo, quam huic ab isto, Arg. eorum, quæ habet *Finckelthaus. in Controv. Feud. disp.* 11. *cont.* 1. *p.* 394. Hinc male

male ſubditi faciunt, quando Principe ſuo in aliqua re peccante, ſtatim ſuum denegant obſequium. *Conring. Ex. 8. de Negotiis Conventuum Imp. p. m. 427. §. 49.*

5. Decl. (2) quod dominus fidelis ſit in protegendo ſervo, & hic in exhibenda reverentia ac præſtandis ſervitiis domino, vid. *Schilter. in Introd. ad Jus Feud. c. 6. §. 3.*

6. Decl. (3) quod in miniſteriis ſervientes quoque adæquata & ſufficientia debeant habere conſtituta ſalaria, ſi domini velint, ut fideles ſint. Döpler in ſeinem Rechnungs-Beamten *c. 9. n. 9. p. 161.*

7. Limit. in iſtis caſibus, ubi manifeſta adeſt diſparitatis ratio. *Struvius c. 13. aph. 9.*

8. Exemplum luculentum habemus in domino & vaſallo: vaſallus enim domino & dominus vaſallo debet eſſe fidelis. 2. *Feud. 6. Gothofred. Antonius diſp. feud. 7. th. 1. lit. d.* nec tamen ſervitia præſtat vaſallo dominus *Strykius c. l.* nec exhibet ipſi reverentiam *Schuz. in Coll. Jur. publ. c. 8. p. m. 172.* ab initio, ob manifeſtam ſcil. rationis diſparitatem, nec fidelitatem quoque jurat *Antonius & Vultejus d. l. Roſenthal de feudis c. 6. concl. 86. n. 5.* cum majorem fiduciam jus habeat de domino, quod in fide ſit manſurus, quam de vaſallo *Finckelthaus diſp. 7. cont. 23. p. 296.*

9. Ampl. ratione vaſalli eousque, ut ob idem delictum, ob quod vaſallus amittit feudum, etiam dominus privetur dominio directo. *Struvius c. 15. aph. 18.*

10. Plures fallentias, & quidem quindecim, ubi vasallus & dominus ad paria non judicentur, vid. apud *Matth. de Afflict. dec. Neap.* 265. *n.* 3. *sqq.* Add. Tentzel in monatlichen Unterredungen de Anno 1692. p. 960. ubi monetam quandam cum hac inscriptione recenset. Ein treuer Herr und treuer Knecht, sind hier gelobt und dort gerecht.

III.

1. Auf einen harten Kloz gehört ein harter Keil. Latini dicunt: Duro nodo durus adhibendus cuneus est. *sive,* Cuneus cuneum trudit. *vel etiam,* Clavus clavo pellitur, hoc est, rude & boeoticum ingenium ruditer quoque tractandum.

2. Ratio, quia extremis desperatisque morbis extrema adhibenda sunt remedia. *Matthias de Contributionibus c.* 7. *n.* 124. Je grindiger der Kopff, je schärffer muß die Lauge seyn.

3. Ad stipulatur huic *c. quanto in fin.* 2. *q.* 5. ubi dicitur, quod contra in contumacia perseverantes severos nos esse deceat.

4. Declaratur, modo non excedatur ita, ut in crudelitatem abeat severitas.

5. Exemplum habemus in N. T. dum Christus negotiantes in templo non tantum verbis increpavit durioribus, sed etiam flagello e funiculis facto eos verberavit, & e templo eliminavit, quia nimis impudens fuerat illud negotiatorum peccatum. Vid. *c. ex literis* 1. *q.* 3.

6. Exem-

6. Exemplum juridicum (1) affert *Matthias d.l. n.* 123. ubi tradit hoſtili impetu manuque militari coerceri poſſe eos, qui data opera & ex propoſito ſine fine indeſinenter fruſtrantur contributionum collectores, eosque proterve ſpernunt.

7. (2) Suppeditat *Gailius in Tract. de Arreſtis Imp. c.* 11. *p.* 262. *n.* 34. Nimirum quando quis alicujus heredis abſentis bona clandeſtine occupat commoda poſſeſſionis exinde lucraturus, prætor eum non tuetur, ſed heres adverſus ejusmodi iniquum poſſeſſorem bona hereditaria in tempore arreſtare & commodum præcipitate poſſeſſionis implorato judicis officio impedire poteſt.

8. Procedit quoque in injuriis ita, ut ad atrociores injurias atrociter quoque reſpondere queamus, ita tamen ut non impingamus in illud *Petri* 1. 3. *v.* 9. Vergeltet nicht böses mit bösen, noch Scheltwort mit Scheltwort, ſed nos ſaltem defendamus. Similis ſi non plane eadem eſt illa parœmia: Einen harten Knopff aufzulösen, erfordert einen spitzigen Löser.

IV.

1. Mit grossen Herren ist nicht gut Kirschen essen. Ceraſa comedere cum Magnatibus non adeo tutum eſt. Latini dicunt: Tu cede potentis amici lenibus imperiis, noli Chriſtas Regis tangere, h. e. Periculoſum eſt ludere aut jocari cum

cum Magnatibus vel illis familiariter uti contra monitum *Siracidæ c.* 13. *v. c.* 13. 14. 15.

2. Ratio plerumque addi solet: denn sie werffen einem die Stiel und die Kern in das Gesicht. Vid. *Autor Gymnasmatis de Exercitiis Academicorum P.* 4. *n.* 13. *p. m.* 244. *Speidelius in Speculo sub voc.* Nasen *p.* 895. h. e. facile offenduntur, offensi autem male habent socium dignitate inferiorem, factis & dictis illum ludificantes. Conf. *B. D. Mullerus in dissert. quam de Calore juvenili publici juris fecit Jenæ Sect.* 2. *th.* 5. & *Crusius de indiciis delictorum P.* 4. *c.* 12. *n.* 28. *p.* 40. ubi parœmiam nostram ad illos applicat, qui fiscum defraudant, & deinde non tam peculatus quam pro re nata læsæ majestatis rei constituuntur. Occasione vocis cerasi notari potest & illud proverbium: Nach schwartzen Kirschen steigt man hoch, h. e. um etwas gutes lässet man es sich sauer werden.

V.

1. **Güldene Kirchen, höltzerne Hertzen.** Aurea templa, lignea corda. h. e. Templa apud nos splendida, sed corda impura, & ferrea, ita ut religio magis in templorum pretiositate quam cordium puritate consistat. Breviter: est in libris non in fibris. Vid. *Ventura de Valentiis in Parthenio Litigioso L.* 1. *c.* 6. *p.* 85. Galli dicunt: Au tems paſsé du siecle d'or Crosse de bois, Eveque d'or Maintenant changeant les loix Crosse d'or Eveque de bois.

2. Ra-

2. Ratio est penes corruptos ac depravatos mores hominum.

3. Declara (1) valere dicterium hoc imprimis, quoad posteriora secula & tempus Constantini; antea enim non erat sic, sed obtinebat illa parœmia: Höltzerne Kirchen, güldene Hertzen *Lutherus de Censu L. 2. c. 9. n. 23. p.* 323. etiam quoad ipsos sacerdotes ac clericos, zur Apostel-Zeit hatte man güldene Priester und höltzerne Kelche, zu Constantini Zeiten höltzerne Priester und güldene Kelche. Conf. *Dn. Thomasius in Not. ad Monzambanum de statu Imp. c. 2. §. 10. p. m.* 127.

4. Declara (2) procedere istud ἐν μέρει non καθόλου.

5. Minor igitur cultus adhibeatur auro argentoque templis ornandis major autem cordibus virtutum ornatu condecorandis. Add. *Burgoldensis ad instr. Pac. P. 2. p. m.* 70.

VI.

1. Es ist nichts liebers als Kindes-Kind. Tenerrimus amor erga nepotes est, *sive*, nihil charius nepotibus est.

2. R. quia amor non adscendit, sed descendit. Ratio rationis a nonnullis hæc allegatur, quod liberi tantam de parentibus non habeant certitudinem, quantam habent parentes de liberis. Conf. *Dn. D. Bechmann in dissert. Acad. de Amore c. 4. §. 5.*

3. Declara, valere dicterium hoc in oppositione ad consanguineos collaterales, non vero ad consanguineos in linea recta constitutos: hîc enim illud obtinet: quanto sanguis communicatus est propinquior, tanto amor est propensior *ibid.* Eo amamus tenerrime neptes & nepotes, quia redamamus eorum parentes, nostros liberos; propter quod unumquodque tale est, illud ipsum magis est tale.

4. Ampl. sive illi liberorum liberi nepotes sint sive neptes, cum vox liberorum generalis sit masculosque æque ac fœminas comprehendat arg. §. *fin. inst. qui tut. test. dar. poss.* Add. *Besoldus in Thes. Pract. sub voc.* Kindern *p.* 461. *ibique Dietherrus, ut & Hertius de Parœmiis Jur. Germ. in Select. & Rar. ex Un. Jurispr. Arg. L.* 1. *par.* 82. *p.* 534.

VII.

1. Wo der Käyser hinkommt, da stehet ihme das Recht offen. Quorsum Imperator venit, ibi jus ipsi patet, h. e. Imperator in cujuscunque status territorio degat, exercere potest jurisdictionem.

2. R. quia Imperator tanquam omnium supremus judex jurisdictionem non privative concessisse creditur statibus imperii, sed potius in partem solicitudinis & administrationis justitiæ, item in augmentum & firmamentum imperii illos assumsisse. Liebenthal *in Colleg. Polit. Exercit.* 8. Q. 8. *p.* 439. Plures rationes collegit

Autor

Autor dissertationis de Concurrentia Jurisdiction. in Imp. Rom. Germ. quæ extat apud Leuchtium in Tractat. Academ. de Jurisdictione p. 479. Q. 3.

3. Desumtum hoc est auß dem Schwäbischen Land-Recht, vulgo Schwaben-Spiegel, *P.* 1. *c.* 13. *ex rubr.* von des Königs Gewalt, & confirmatur per *jus Saxon.* Land-Recht *L.* 3. *art.* 60.

4. Juxta hanc ergo parœmiam imperator cum statibus imperii concurrentem habet jurisdictionem, præsente imperatore in territorio statuum imperii eorum jurisdictio quiescit, Imperator statuum subditos ab ordinariis judicibus litis causa avocare potest &c. *Mylerus ab Ehrenbach d. l.* §. 20. Unde verisimiliter quoque ortum trahit, quod, Imperatore fines alicujus appropinquante, cives portarum claves ipsi offerre soleant Reinkingk *de Regim. Sec. & Eccles. L.* 1. *cl.* 5. *c.* 7. *p. m.* 310. Vid. tamen *Dn. D. Wildvogel, Antecessor apud Jenenses famigeratissimus in Dissert. de jure portarum sub ejus præsidio habita c.* 4. *n.* 10. *p.* 145. qui imperatorem jure aperturæ clavium oblationem petere posse existimat. Sed enim quia imperatores statibus imperii territoria cum regalibus titulo feudali propter bene merita imperatori & imperio præstita concesserunt hereditario & perpetuo jure, adeo ut jurisdictio territorialis patrimonii jure a statibus imp. possideatur, ideo casus modo adducti hodie negative regulariter deciduntur. *Mylerus ab* Ehrenbach *de statibus imperii P.* 1. *c.* 14. §. 21. Add. *Ordin. Cam. P.* 2. *t.* 1. *in pr. & t.* 5. *Colerus de Processu*

Executivo P. 2. c. 1. n. 140. Rosenthal de feudis c. 5. concl. 5. Liebenthal in Coll. Pol. Exerc. 8. Q. 8. p. m. 438. Paurmeister de Jurisdictione L. 1. c. 27. n. 42. cumprimis ubi formam aristo-monarchicam statuere velimus nostro in imperio, quam mordicus defendit *Hippolythus a Lapide de Ratione status in imperio Romano-Germanico.*

VIII.

1. Kauffmannschafft leidet keine Freundschafft. Mercatura non admittit amicitiam, h. e. mercatores non attendunt, aut respiciunt casus pro amico.

2. R. quia mercatura & commercia pertinent ad justitiam commutativam, ubi omnis personarum respectus cessat & res cum re tantum confertur. Vid. *Hoppius in Com. Instit. ad pr. de Just. & Jur. p. m. 22.*

3. Declara (1) quatenus nimirum mercator qua talis consideratur, sive quatenus commercium suum exercet, im Handel und Wandel siehet man keinen Freund an, hoc scilicet sensu, ut nemo obligatus sit ad id, ut merces suas viliori pretio vendat amicis & consanguineis, & sic damnum suum faciat. Nihil tamen impedit, quo minus mercator de lucro captando, si velit aliquid remittere, & mitius agere possit cum amicis quam cum aliis. Quid? quod exigit hoc ipsum nexus amicitiæ & consanguinitatis, nisi quis velit haberi pro homine indiscreto, incivili & insulso. Paucis: damnum suum nemo face-

facere tenetur intuitu amicitiæ & consanguinitatis, incivilis vero est & discernere nescius mercator, qui in lucro captando versans dispositione *l.* 16. §. 4. *ff. de Minor.* abutitur, & amicos suos æque circumvenit ac alios, variasque cautelas adversus illos adhibet, omnis lucri odorem bonum esse putans, sive commercium nobis sit, cum amicis & consanguineis, sive cum extraneis. Conf. Gerber P. I. der unerkannten Sünden p. 47.

4. Ampliatur, ut procedat quoad omnes contractus, *Hoppius d. l.* in specie vero etiam quoad ludos juxta illud vulgatum: im Spiel gilt keine Brüderschafft/ h. e. lusores & aleatores ne germano quidem fratri parcunt; quod ipsum tamen eodem modo, quo parœmia nostra de mercatoribus declarata fuit, declarandum & limitandum erit, insuperque non tam de jure quam de facto intelligendum.

IX.

1. Es hacket keine Krahe der andern ein Aug aus. Graculus assidet graculo, nec audet cornicum oculos figere, quo ipso nihil aliud significatur, quam quod omnes illi, qui reciprocam exprobrationem metuunt, & in pari reatu sunt, se non offendant nec accusent.

2. Ratio, quia non tantum quilibet ordinis sui amator est, sed & ex paritate reatus par quoque pœna redundaret in accusantem. *Erasmus in*

Adagiis Chil. cent. 2. *ad* 20. p. 57. tradit æqualitatem & ſimilitudinem tam ordinis quam generis benevolentiæ matrem eſſe & conciliatricem.

3. Declara, ita ut procedat, quam diu quis de ordine iſto ſit: nam ceſſante illo, affectio non tantum ceſſat, ſed & ſæpe in odium vertitur, prout exemplum habemus in apoſtatis, qui religionis ſuæ acerrimi oſores ſunt.

4. Hinc quando quis accuſat aliquem ex ſuo ordine, in quo ipſemet adhuc eſt, non præſumitur id ex odio feciſſe aut inimicitia. Conſ. *B. D. Beierum in diſſert. ſub ejus præſidio de Mercede conductitiorum Opificum Jenæ publici juris facta n.* 23. quia nemo perſecutor ſui ordinis eſt *Reinkingk in Reſponſo Juris concernente proceſſum contra quandam ſagam Q.* 3. *n.* 333. *p.* 56.

5. Limit. niſi circumſtantiæ ſingulares contrarium ſuadeant, vel etiam neceſſitas aliquem ad accuſationem impellat. Denn es muß ein harter Winter ſeyn, wann ein Wolff den andern ſelbſt freſſen ſolle. Interdum tamen illud obtinet: figulus figulum odit, quando ſcil. alter alteri impedimento eſt in victu quærendo.

X.

1. DA der Kranck genaß,
Er viel ärger als vorhero was. (a)
Ex morbo convalescens fit deterior.

(a) h.e.

(a) h. e. war, veteres enim Germani pro war dixerunt was, quod etiamnum inferiores Saxones faciunt & Guestphali.

3. R. (1) quia eluctatus morbo novas colligit vires, adeoque in tuto se esse credit, minime secum perpendens, quod malum ex malo, morbus ex morbo nascatur, & quod finis alterius mali gradus futuri, nullaque calamitas sola sit: (2) quia multi homines adeo indurati cordis sunt, ut ne castigati quidem & duriter habiti ad meliorem redeant frugem, GOtt schlägt sie, aber sie fühlens nicht, er züchtiget sie, aber sie bessern sich nicht *Jerem.* 5. *v.* 3. Durante equitem morbo non raro emendationem vitæ promittunt, sed sanitate recuperata promissis adeo non stant, ut potius persæpe vitam agant priori longè pejorem, instar pessimorum quorundam liberorum, qui quam diu virgam sentiunt castigantem, clamitare solent: ich wills nimmer thun. Tantum autem abest, ut cessante castigatione, male agere cessent, ut, potius & castigationis & promissi immemores mox ad priora redeant facinora, novisque illa subinde augeant. (3) Quia homines impii, dum ægrotant, modo quodam violento a peccatorum consuetudine ad tempus revocantur: dum autem pristina ipsis sanitate uti denuo licet, eo majori impetu in peccatorum delicias vehuntur, quo longiori temporis spatio per morbum ab earum usu impediti fuerunt, contra illud Servatoris nostri monitum *Joh. V,* 14.

4. Ampl. ut procedat etiam quoad malum moraliter tale: ſic ſæpe peccator pejor fit criminis abolitione impetrata quam fuit ante ſcelus commiſſum. Qui difficillimas habent lites, ſuperatis illis audaciores fiunt & pugnaciores, utut in ancipiti ſortuna & diſcrimine rerum conſtituti ſæpe illas execrati fuerint.

5. Declar. valere parœmiam non καθόλȣ de omni ægrotante peccante, & litigante ſed ἐν μέρει de improbis malis & litigioſis ingeniis, quæ graphicè depingit *Winter, vulgo ventura de Valentiis, in ſuo Parthenio litigioſo.*

6. Hinc Dietericus, Archiepiſcopus Colonienſis, imperatori Sigismundo, quærenti, qua ratione ſalvari poſſet? optime reſpondit: ea ratione id fieri poſſe, quando ſcilicet imperator talem vitam eſſet acturus, qualem vivere ſe velle, calculi & podagræ doloribus excruciatus, promitteret *D.* Weidling *Orator.* Schatz-Kammer *P.* 4. *f.* 141.

XI.

1. Eine Jungfer, wie du wilt, eine Wittbe, wie sie will. Virgo ad tuum, vidua ad ſuum nutum ſe gerit ac voluntatem, h. e. virgo in matrimonium ducta fingit ac conſormat ſe ad mariti ſui voluntatem, vidua vero ſuum cuſtodit morem. Fingunt nempe, quendam veniſſe olim ad Regem David, & conſuluiſſe eum, quid commodiſſimum ei videretur, an duceret virginem aut viduam,

duam, aut quæ duobus maritis antea nupta fuisſet. Hunc David ad filium Salomonem misit, qui tunc cum pueris aliis equitabat in arundine longa & respondebat: Eine Virgo, wie du wilst / eine Vidua, wie sie will / die zweene Månner gehabt / davor hüte dich / mein Pferd schlågt dich. *Facetiæ facetiarum p.* 291.

2. R. quia virgines informes & rudes gratis moribus imbui possunt, in quemvis habitum sequaces, & in utramque partem flexibiles, trita vero ac veterana mancipia difficile est reformare & ad mores suos formare *L. præcipiunt* 37. *ff. d. Ædil. Edict.* vid. par. Alte Hunde sind übel zu båndigen. *Mœllerus de Cornutis c.* 6. *n.* 30. *p.* 61. Specialis & proprie huc pertinens ratio est, quia virgo præjudicio non occupata est, vidua vero semper allegat maritum defunctum; namque licet ille dæmon fuerit, tu vero angelus, semper tamen tibi objiciet mores primi sui mariti, *Nachtenhœfer in Diss. de Vitrico c.* 1. *n.* 8. Hinc recte

Quæsitus juvenis viduam cur ducere nollet?
In qua quis periit, non bibo, dixit, aquam.

Facet. Facetiarum d. l. p. 295.

3. Declara, quod tunc imprimis procedat, quando virgo ingenio bono prædita, & multos annos nondum habeat, vidua vero singularis, annosa & imperiosi animi sit.

4. Exceptio est in virginibus annosis & ferocibus, ubi natura verberibus etiam expulsa semper recurrit, quæque consiliis pravisque aliorum moribus ad malitiam abripiuntur, & in ea confirmantur, dergleichen

chen spiritus familiares und Ehe-Teufel finden sich genug ein, solten es auch die nächsten Freunde seyn. Man muß machen, daß das Schwestergen die Ober-Hand über den Mann bekommet, und an dasjenige, so von dem Gehorsam der Weiber gegen ihre Männer in der Bibel stehet, sich nicht kehren. Genug ist es, wenn man den Zweck erhält, und den Meister spielen kan, solte man auch gleich deßwegen von andern ehrlichen Leuten vor ein impertinentes Weibs-Stück, der Mann aber vor eine alte Hure und feige Mämme gehalten werden, daran ist nichts gelegen, sondern genug, daß die Frau inzwischen den Meister spielet, und Herr im Hauß, der Mann aber Frau, und der laß dir befehlen ist. Deinde fallit quoque hæc parœmia quoad alterum membrum in fœminis bonæ indolis, & quibus sub priori prudentis mariti regimine cornua, uti dicitur, dejecta sunt, utpote quæ virginibus, male moratis, longe præstantiores sunt.

XII.

NArra mihi factum: jura novit Curia. *vel*, venite ad factum, Curia scit jura. Est Parisiensis Curiæ ad Advocatos de jure invicem se fatigantes dicterium teste *Stypmanno de Referendariis c.* 5. *n.* 105. *p.* 68. cujus sensus talis est: Advocatorum est eruere & narrare factum cum suis circumstantiis, judicis vero & Assessorum (utpote qui per metonymiam adjuncti

juncti pro subjecto h. l. per curiam intelliguntur) nosse jura & applicare hæc ad factum.

2. Ratio quia tria tantum ad decisionem requiruntur litis (1) factum ipsum (2) facti veritas sive probatio, (3) jus quod ex facto oritur: duo priora requisita suppeditare debent clientes, hoc vero inesse debet judici. Vid. omnino *Ventura de Valentiis in Parthenio Litigioso L. 2. c. 13. n. 12. & c. seq. 14. per tot.*

3. Declara (1) valere parœmiam hanc quoad thesin, fallere vero eam plerumque in hypothesi quoad illa judicia, quæ viris vere doctis & prudentibus destituuntur.

4. Declar. (2) quod imprimis procedat, quoad jura civitatis, in qua versatur curia: hæc enim ignorare turpe est Patricio *l. 2. §. 43. ff. de Orig. Jur.*

5. Declar. (3) reprehendi nostro dicterio potius nimias & operosas illas allegationes jurium, quibus causa magis intricatior quam illustrior fit, quam breves & ad rem facientes, quibus judex doctus non tam informatur quam confirmatur, imperitus & idiota vero non tam confirmatur quam informatur. Præterea vel doctissimi etiam sunt homines, quibus facile aliquid elabi, aut accidere potest, ut errent. Memoriam omnium habere, & in nullo errare, divinitatis potius quam humanitatis est *l. 2. §. sed etsi C. de Vet. jur. enucl.* wenigstens kan eine nervose Deduction gleich einer guten Erinnerung nichts schaden, cumprimis in quæstionibus juris dubiis. Add. *Stypmannus d. l. n. 90. p. m. 66.* ubi præjudiciorum

rum casum in terminis decidentium allegationem laudat, quod admitti potest, si illa præjudicia juribus conformia, & superiorum sint instantiarum. Add. *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Bom. sub voc. præjudicia ax.* 1.

XIII.

1. **Von gewanderten Jungfrauen hält man nicht viel.** Quæ multum peregrinantur, haud raro sanctificantur.

2. R. (1) quia ea omnia, quæ addiscenda habent, intra privatos parietes apud lares tradi possunt ac percipi vid. 1. *Timoth.* 5. *v.* 13. (2) Quia in itinere pudicitia virginum multis exposita est casibus; ita ut superare illos admodum difficile sit. (3) Quia est contra sexus sequioris pudorem.

3. Declaratur, quod procedat regulariter saltem & maxime apud infimæ sortis fœminas. Aliud ergo est, quando in loca peregrina filiæ suos sequuntur parentes, uxores suos maritos, vel invisuntur cognati, & quidem modo honestas virgines decenti. Idem dicentum est, quandò virgo aliqua religiosam obit peregrinationem ad locum quendam sacrum wann eine wallfahrtet.

4. Ampl. ut procedat non tantum quoad virgines, sed & quoad mulieres, quæ in conjugio aut statu viduitatis degunt.

5. Fallit quoad juvenes, utpote qui eo majorem accipiunt existimationem, quo plus terra

ma-

marique jactati sunt. Vid. *Dn. Beierus in tract. de Tyrone c. 4. §. 2. n. 193. p. 21.*

6. Effectus quod in fœminam sine justa causa absentem sinistra concipiatur suspicio. *Excellent. Dn. Strykius in Tr. de dissensu Sponsalitio Sect. 4. §. 13. p. 173.* Nec peregrinantis illibata præsumatur pudicitia *Kornemannus de Jure Virginitatis c. 17. p. 61.* nec ipsi facile credatur, si juvenem accuset de stupro sibi illato *D. Schœpfer in dissert. de Juvenum Virginum privilegiis Francofurti ad Viadrum habita c. 4. n. 25. p. 58.*]

XIV.

1. Eine Jungfer *(a)* stehet vor einen Mann. *(b)* Virgo virum repræsentat.

2. *(a)* Per virginem non præcise hîc intelligas eam, quæ virginitatem suam integram adhuc habet & illibatam, non, sed quæ innupta est.

3. *(b)* Vor einen Mann stehen, est locutio elliptica, & subaudiendum, *extra judicium*, ita ut sensus sit: quoad potestatem expediendi negotia extrajudicialia virgo in pari causa est cum viro.

4. Ratio est, quia liberam rerum suarum dispositionem habet.

5. Concordat jus civile, & quidem speciatim *l. 4. l. 8. §. & 5. l. 11. ff. ad SCt. Vell.* ut & jus Saxonicum commune.

6. Declara, modo sit majorennis & alias ad contrahendum habilis. Sic v. g. subsistit donatio a vir-

a virgine sine consensu curatoris facta *Schneidew. in Comment. tit. de donat. inter viv. n.* 54. *p. m.* 456.

7. Amplia hoc, ut idem procedat quoque in viduis. *Vid. Struvii Jurisprudentia Rom. Germ. L.* 1. *t.* 28. *aph.* 4. *p. m.* 117.

8. Fallit de jure Saxonico electorali, ubi indistincte in omnibus actibus etiam extrajudicialibus fœmina opus habet curatore, sive sit virgo sive conjugata. *Struvius d. l.* Et sic concilianda est contradictio inter *Schneidewinum d. l. & Autorem additionis ad eundem.* Hic enim loquitur de Saxonico jure electorali, iste vero de jure Saxonico communi.

9. Quoad actus judiciales ita habendum: Jure Saxonico electorali & communi indistincte nulla fœmina habet legitimam standi in judicio personam, sed opus habet curatore ad litem. *Struvius d. l.*

10. Probatur per Land-Recht *L.* 1. *art.* 46. *& decis. Elect. noviss.* 59. Contrariatur jus civile, quo quælibet fœmina in propria causa potest comparere in judicio *l.* 1. §. 5. *ff. d. postul.* cum hac tamen quoad uxores restrictione, ut in dotalibus & paraphernalibus uxor de jure civili non habeat opus curatore, *l. fin. C. de Pact. convent.* quippe quarum rerum cura ad maritum spectat *Hoppius in Comment. tit. de Excusat. tut.* §. 19. in bonis receptitiis potest quidem maritus esse procurator sed non curator *l. maritus* 21. *C. de procurat. Confer Zangerus de Except. P.* 2. *c.* 8. *n.* 12. Moribus tamen maritum plerumque esse

in

in receptitiis legitimum suæ uxoris curatorem inter alios tradit *Sande L.2. t.4. dec.3. Hoppius d.l. in fin.* dummodo caveat de rato *Zangerus d. l. n.* 13. Quod jus Saxonicum attinet, notandum, quod si maritus tanquam procurator uxoris intuitu receptitiorum agere vel excipere velit in judicio, mandatum exhibere debeat; *Zangerus d.l. n.* 11. Quodsi vero ut curator conjugalis & conjuncta persona, nomine uxoris judicio interesse velit, admittitur, dummodo cautionem de rato præstiterit *Id. d. l. Conf. Gail. L.* 1. *ob.* 133. *per tot.* Objiciunt quidem non nulli, dicentes ex textu **Land-Rechts** *L.* 1. *art.* 46. ducto argumento a contrario sensu sequi, quod fœminæ non opus habeant curatore ad litem in Saxonia, quando reæ sunt, cum textus loquatur tantum de fœminis actricibus. *Vid. Schneidewinus d.l.* Verum enim vero quoad jus Saxonicum electorale respondetur, quod dubium hoc sublatum sit per *P.* 2. *const.* 15. *ibi:* **sie halten gleich Klägerin oder Beklagter statt.** Quod jus Saxonicum commune vero concernit, responderi potest, quod vocabulum **Klage** sumi possit non tantum active sed & passive, ita ut verborum horum **Jungfrauen müssen Vormünder haben in allen ihren Klagen**, talis sit: virgines opus habent curatore in omnibus actionibus, sive ipsæ eas instituant adversus tertium, sive a tertio eæ instituantur adversus fœminas.

11. Exceptio tamen est ab hac doctrina juris communis Saxonici in virginibus illustribus, quæ sine curatore agere possunt in judiciis nisi causæ

nimis

nimis arduæ ſint vid *Dni. Donati diſſert. inaugur. de Virginum jure Altdorfi habita c. 5. §. 21. Hartungius Doctor quondam Jenenſis in diſſert. de Curatore ad litem th.* 13. Hoc caſu rurſus ſtat virgo pro viro, & ſic novum caſum habemus, ubi parœmia noſtra locum habet.

12. Exceptio ſecunda eſt in virgine mercatrice. *Donatus d. l. Conſ. Hoppius d. l. p.m.* 337.

13. Exceptio tertia eſt, quando virgo non proprio ſed alieno, v.g. tutorio nomine in judicio comparet. *Hartung. d. l.*

14. Exceptio quarta eſt in cauſis criminalibus *Donat. d. l.*

15. Exceptio quinta eſt in cauſis matrimonialibus *Carpz. Jurispr. Conſiſt. L.* 3. *d.* 31.

16. Exceptio demum eſt in omnibus illis caſibus, ubi etiam minor, cui mulier in Saxonia æquiparatur, e. g. in cauſa injuriarum opus habet curatore, in hac enim ſicut minor habet legitimam ſtandi in judicio perſonam *l. hi tamen* 11. *pr. ff. de Accuſat.* ita quoque virgo, & conſequenter omnes hi caſus per ampliationem referri poſſunt ad noſtram parœmiam eandemque illuſtrant ac confirmant.

XV.

1. Wer eine Jungfrau ſchändet, ſtirbet keines guten Todts. Qui virginem vitiat, morte naturali non decedit.

2. R. quia grande patrat flagitium, dum virgini rem pretiosissimam & inæstimabilem, virginitatem nimirum, eripit, quæ semel amissa nulla arte recuperari potest.

3. Declar. valere hoc imprimis tunc, quando stuprum violentum infertur. Ita *Euripides:*

Stupra violenta neque ad telam neque fabulas
Unquam audivi habere felicitatem.

4. Nisi stuprator, quantum in se est, damnum reparat, h. e. pœnitentiam agit, & vitiatam in uxorem ducit. Quapropter etiam in Consistoriis semper eo allaborari solet, ut vitiator eo inducatur ut ducat vitiatam, daß er die Geschwächte zur Kirche / und wieder zu Ehren bringe / cum nihil æquius sit, quam ut quis id, quod alteri abstulerat, quoad id facere potest, restituat, reponat & compenset, pudicitia autem erepta alia ratione restitui non potest, nisi is, qui virginem vitiat, eam quoque ducat. *Cypræus de Connubiorum jure c. 9. n. 3. & 4. p. 354. seq.* inquis: Sic fœminæ deteriores saltem fiunt, & eo facilius se corrumpi patiuntur. ℞. (1.) fieri hoc per accidens, adeoque considerationem non mereri (2) distinguendum esse inter casum, ubi puella juvenem, & ubi juvenis puellam acuit ad stuprum. Alias ita dicitur: Wer Frauen / Jungfrauen und Prediger unehrt und schändet / dem gehet es nimmermehr wohl. Item. Wer Priester / Eltern / Frauen und Jungfrauen schändet / dem gehet es nicht wohl. Conf. Richterus in Axiomat. Ecclesiast. n. 128. p. 197. seq.

XVI.

1. WEr deß Geleits geniessen will, muß sich geleitlich halten. Qui effectu & jure salvi conductus vult gaudere, legibus quoque ac conditionibus ejus se conformare debet.

2. R. quia concessio salvi conductus civiliter, modeste & humane intelligi debet *Besoldus in Thes. Pract. sub voc.* Glait. *p. m.* 323. indignusque censetur privilegio, qui eo abutitur *c. privilegium* 63. *cas.* 11. *q.* 3. Conf. *Arumaeus in Diss. de salvo conductu memb.* 2. *n.* 101. *Schneidew. p.* 342. E. G. Quando alicui permissus transitus cum hac conditione, ut per viam rectam iret, & ille deinde iret per prata ac vineas, tunc non viveret secundum salvi conductus legem, & tantum abest, ut ejus gauderet effectu, ut potius salva fide posset capi & ad damnum resarciendum cogi *Besoldus d. l.* aut etiam, quando quis nocturno & insolito tempore iter facit, & sic damnum patitur, concedentes salvum conductum non tenentur de isto resarciendo. Conf. *Orth de Jure conducendi c.* 8. *p. m.* 313. *Hertius in Select. & Rar. ex univ. Jurisprud. Argum. de Paroemiis Jur. Germ. L.* 1. *par.* 14. *p.* 610. Add. *Mylerus ab Ehrenbach de Statibus Imp. c.* 59. §. 10.

XVII.

1. GElehrte Leuthe und Bienen müssen wohl in acht genommen werden. Meminit hujus proverbii *Diether. in contin. Thes. Pract. Besold. p.* 122. De verbo ad verbum ita reddas: Viri docti & apes probe observari debent,

2. R. quia alias (1) sedem suam mutant; unde quoque à non nullis additur: daß sie bleiben; artem enim quævis terra alit. Conf. *Carpz. P.* 2. *dec.* 198. *n.* 2. *seq. Latherus de Censu L.* 1. *c.* 14. *Naurath de Rationariis p. m.* 391. (2) quia digni sunt speciali quadam dilectione.

3. Convenit omnino *auth. habita C. ne fil. pro patre* ibi. *dignum namque existimamus, ut, cum omnes bona facientes, nostram laudem & protectionem omnimodo mereantur, quorum scientia totus illuminatur orbis, quadam speciali dilectione eos ab injuria defendamus &c.*

4. Declara (1) procedere regulam quoad vere, nec non prudenter & cum judicio doctos: siquidem etiam mediocriter, cum judicio tamen docti longe pluris æstimandi, quam qui insigni quidem gaudent eruditione & scientia, sed judicio ac prudentia carent, qui, magis futiles quam utiles, adeoque curandi non sunt.

5. Declara (2) viros doctos non tantum sumtibus ad victum & sustentationem necessariis, sed & præmiis, honoribus ac stipendiis ali debere. Quapropter etiam circumspecta & christiana vetustas bene meritis de re literaria loco

præmii dignitatem doctoralem conferre voluit, singularibus etiam additis symbolis *Waltherus de statu juribus ac privilegiis doctorum c.* 8. §. 40. *in f. p.* 107.

6. Declara (3) valere dicterium nostrum de Jure, sive dicere istud, quid fieri debeat, non vero de facto; hoc enim quod concernit, docti sæpe omnium minimi æstimantur & minime observantur. Vivimus denuo in seculo aureo & argenteo, da das Geld die Losung ist. Hanc conquirendi artem qui callet, ille omnium gratissimus est, sive illa comparetur vi, sive clam, sive precario, nihil refert, modo illa potiri queamus. Imprimis autem avari parum curant eruditos juxta illud juvenalis:

Didicit tam dives avarus
Tantum admirari tantum laudare disertos
ut pueri Junonis avem. Kunst wird von denen Reichen gelobet, aber nicht begabet. Eruditi laudantur & algent.

XVIII.

1. **Es ist alle Tage gut Geld einnehmen.** Singulis diebus pecuniam accipere conducit. Est verbum, quo omnes fere debitores morosi se defendunt, & eo creditores suos dimittunt.

2. Ratio: quotidie enim illa opus habemus.

3. Declar. quod in illis imprimis casibus locum inveniat, ubi terminus sive dies solutionis nondum venit, uno verbo: quando obligatio

in diem contracta, & sic saltem deberi incepit. Vid. *Excellent. Strykius apud Barbosam in Thesauro Loc. Commun. sub voc. dies. ax.* 7.

4. Limit. quando solutionis præfixus terminus est elapsus, quo casu invitus creditor ad ulteriorem expectationem cogi & nostro dicterio dimitti nequit. *Vid. tamen parœm.* 14. Tage sind keine Zeit. Ratio, quia, qui tardius solvit, minus solvit *l. ut si cui* 22. §. 1. *l. minus* 32. *ff. de V.S.* §. *si quis agens* 33. *inst. d. Action.* nemo autem minus accipere tenetur, quam in obligatione est, quod imprimis quoad operarios & mercenarios verum est, qui mercedem, jam dudum promeritam, petentes plerumque cum hac responsione dimittuntur: Ich kan euch vorjetzo nichts geben, ihr möcht warten, es ist alle Tage gut Geld einnehmen contra illud *Levit. c.* 19. *v.* 13. *Deut.* 24. *v.* 14. 15. *Tobiæ c.* 4. *v.* 15. 16. *Sirac. c.* 35. *v.* 27.

XIX.

1. Es ist nicht gut Gäste laden, deren man nicht mächtig ist. Hospites invitare, quorum compotes esse non possumus, minime consultum est. Dicitur in eos imprimis, qui fœdera pangunt cum potentioribus, qui deinde ubique rerum potiuntur.

2. Ratio quia vix a cervicibus illos amoliri possumus man kan ihrer nicht leicht wieder loß werden.

3. Declara quod in bellis præsertim civilibus non expediat in auxilium vocare potentiorem & cum eo inire societatem, nisi scilicet extrema id exigat necessitas. Vid. *Mylerus ab* Ehrenbach *de Statibus Imperii P.* 1. *c.* 17 *n.* 16. *p.* 155. sunt enim potentiores fœderum interpretes, qui omnia in rem suam explicant. Recte Demosthenes; qui rerum potiuntur, imbecillioribus jus interpretantur ac definiunt, & Froschmäußler *L.* 3. *c.* 5.

Es ist selt gut Glück dabey,
Wo sich gesellt ungleich Partey,
Die Starcken regieren alle Sachen,
Und übervortheilen den Schwachen.

Add. Reinkingk in der Biblischen Policey *L.* 2. *ax.* 203. *p.* 676. Aliud quoad Principes & Reges cum externis Potestatibus bellum gerentes dicendum, qui utique socios sibi legere possunt haud mediocri valentes potentia *Lipsius Lib.* 4. *Polit. c.* 9. *n.* 78. *seqq.* Geselle dich nicht zum Gewaltigen und Reichen, du ladest sonst eine schwehre Last auf dich *Sirac. c.* 13. *v.* 2.

XX.

1. IN der Jugend eine Hur, in dem Alter eine Hex. In juventute meretrix, in senectute incantatrix, h. e. quæ in juventute meretricem agit, in senectute præstigias exercet.

2. R. quia qui corpus suum sacrificat diabolo, animam suam illi devovere non dubitat. (2) quia mere-

meretrices variis artibus conceptos partus abigere student, & hoc ipso animum ad veneficium appellunt ac disponunt. Conf. *Crusius de indiciis delictorum P. 2. c. 32. n. 43. p. 150.*

3. Declara (1) intelligendam esse parœmiam de miseris illis & pauperculis meretricibus, qui alium quæstum facere nequeunt, nisi suo corpore: istæ enim quando deformes fiunt & annosæ adeoque quæstum meretricium amplius exercere non possunt, desperatione adactæ præstigiis panem lucrari satagunt.

4. Declara (2) interdum, non semper, illam procedere, & quidem maxime quoad adulteras: cum nullum scelus sit, cujus non facile suspicio in eas cadat, quæ fide rupta sacrique lecti genio contemto adulterum admittere ausa esset. *Crusius d. l.*

Eine Katze so da ist treu,
Ein blindes Pferd so nicht ist scheu,
Und eine andächtige Hur,
Das sind drey rare Creatur.

XXI.

1. EIn toller Hund *(a)* lauffet nicht über sieben Tag. Canis rabiosus non vivit septem dies sc. diu rabies non durat.

2. *(a)* Rabiem esse morbum imprimis canibus vulgatem testatur *Franzius in Historia animalium c. 21. p. m.* 229. h. l. vero denotat tempus, breve indeterminatum tamen.

3. Sensus huc redit: Malus diu non latet, vel malitiam suam non diu perpetrabit gratis.

4. Ratio: nec enim DEUS malitiæ indulget.

5. Limita, ut tamen interdum DEUS propter hominum peccata, vel etiam in pœnam ipsius malitiosi hunc ex arcano & secreto quodam judicio grassari sinat; quemadmodum sæpe videmus, quod non nulli tanta cruciatus polleant patientia, ut tormenta non curent, & prorsus nihil confiteri velint *Crusius de indiciis delictorum P. 4. c. 37. n. 25. seq. p.* 122. sicque impuniti evadant, majora facinora deinde perpetraturi. Conf. *par.* **Es ist nichts so klein gesponnen, so kommt doch endlich an die Sonnen.** Continetur parœmia hæc in rhytmis illis tragica supplicia Grumbachii ejusque sociorum repræsentantibus:

Grumbach, Bruch, Stein, geviertelt seyn,
Baumgärtner geköpfft, auch Brandenstein,
Beyer und Tausendschon gehangen,
O theurer Fürst wie bist du gefangen,
Untreu wird gestrafft offenbahr,
Kein toller Hund laufft sieben Jahr.

Vid. *Burgoldensis ad Instrum. Pac. P.* 1. *d.* 1. *§.* 49. *p.* 50.

6. Comparantur canibus rabiosis tyranni, quorum regimen vix diuturnum: Thales enim interrogatus, quid difficile vidisset? Tyrannum, inquit, senem. Conf. *Lipsius L. 6. Polit. c.* 5. *n.* 25. & Reinkingk in der Biblischen Policey *L.* 2. *ax.* 17. *p.* 187. Hinc recte *Juvenalis:*

Ad

Ad generum Cereris ſine cæde & vulnere pauci
deſcendunt Reges & ſicca morte tyranni.

Quapropter etiam Athanaſius Julianum illum apoſtatam, & Chriſtianorum perſecutorem, vocavit nubeculam cito tranſituram. *Hiſtor. Goth. Eccleſ. L. 2. p. 324.*

XXII.

1. Das Guth löset seinen Mann. Prædium redimit, ſive liberat ſuum dominum, h. e. quando dominus prædii redigitur ad incitas, unde ſibi conſulere queat neſcius, tunc alienare ſuum prædium, & pecunia pro eo ſoluta dependere ac diſſolvere ſuum æs alienum poteſt. Conf. *Celeberrimus Dn. Beierus de Conviciis Opificum P. 3. c. 5. n. 207. ſeq. p. 63.*

2. R. quia dominium liberrimam concedit diſponendi facultatem, qua quisque rei ſuæ moderator eſt & arbiter. *l. 21. C. mandat.*

3. Declar. (1) quatenus nimirum quis prædii alicujus plenum habet dominium; minus plenum enim, ſive reſtrictum & imperfectum qui habet, ille nonniſi adhibito conſenſu eorum, quorum intereſt, prædium vendere & pretium ad commodum ſuum traducere poteſt. E. G. Vaſallus opus habet conſenſu Domini directi & agnatorum.

4. Declar. (2) etiam ita redimi poſſe dominum mediante prædio, quatenus nimirum hic

parsimonia sua fructus exinde perceptos cogit, eosque in pecuniam redigit, & sic ex ære alieno eluctat.

5. Ampl. ut in priori sensu valeat etiam quoad alias res, quæ alicujus pretii sunt.

XXIII.

1. Ein Fund verholen,
Ist so gut als gestohlen.

Res inventa & celata est res furto subtracta.

2. Prob. per *Lev. c. 6. v. 2. sqq. Deuter. c. 22. v. 1. seq. & cap. si quid* 14. *Q. 2. & l. rerum ff. de Act. rer. amot.*

3. Ratio, quia qui invenit rem, & eam animo sibi habendi retinet, ac mala fide celat, alienam rem contrectat lucri faciendi causa; scire enim debet quilibet, quod suum non est, hoc omnibus modis ad alium spectare *L. f. C. unde vi.* furtum autem committit, qui aliquid fraudulenter contrectat animo faciendi lucrum. *§. 1. J. de Obl. q. ex del. nasc.* Conf. *Grotius de J. B. ac P. L.* 2. *c.* 10. §. 1. *Deut. c.* 22. *v.* 1. *seqq.*

4. Declara, quoad reatum ac conscientiam, non vero quoad forum externum & pœnam: fustigari tamen posse inventorem rei alienæ, vide apud *Bechmannum in Comm. ff. tit. de A. R. D. Ob. pr.* 27.

5. Ampliatur secundum Augustinum, ut rapinam commisisse dicatur, qui aliquid invenit, nec

nec reddit, juxta dictum ejus: *Si quid inveniſti, nec reddiſti, rapuiſti.*

6. Limitatur, quando res inventa pro derelicta fuit habita vid. §. 46. *J. d. R. D. Schrœterus in faſciculo caſuum in foro conſcientiæ juridice deciſorum caſ.* 45. *p. m.* 95. Add. *Martini in Diſſert. de Reſtitutione alieni injuſte ablati Witteberga habita n.* 28. *ſeqq.*

XXIV.

1. **Man kan nicht länger Friede haben, als der Nachbar will.** Diutius in pace vivere non datum eſt, quam id vicinus cujusque permittit.

2. R. Quia alias rixoſus & iniquus vicinus quævis damna & injurias impune nobis inferre poſſet. Ad litem nemo provocandus & omnia prius experiri verbis inquit *Thraſo apud. Terent. in Eunucho A.* 4. *Sc.* 7. quam armis ſapientem decet. Quod ſi tamen vicinus inquietus & moleſtus aliter in ordinem redigi non poteſt niſi bello, tunc te & tua virili animo defendes. Vid. *Ventura de Valentiis in Parthenio Litigioſo L.* 1. *c.* 3. §. 4. *p.* 42. *Fritſchius Exercit.* 13. *Jur. Pub. p.* 608. *th.* 19. Bella non provoces, nec tamen etiam timeas. *Lipſius Lib.* 5. *Polit. c.* 5. *n.* 33. Prohibemur litigare captando lucrum, ſed non evitando damnum.

3. Declara (1) quod tamen quantum in nobis eſt, pacem colamus cum omnibus. Iſt es möglich, ſo viel an euch iſt, ſo habt mit allen Men-

Menschen Friede, inquit *Apostolus Paulus in Epist. ad Rom. c.* 12. *v.* 19. Occasionem ergo litiganti nullatenus præbeamus, ne quis de nobis queri, & litem movere possit. Melius est interdum aliquid de jure suo remittere, quam nimis pertinaciter illud defendere. Victoria non semper operæ pensat pretium. Pacificus dicitur, qui corrigit, quod potest, & quod salvo pacis vinculo corrigere non potest, æquanimiter supportat *c. quisquis* 5. 23. *q.* 4.

4. Declar. (2) quod etiam defendendo intra terminos nos continere debeamus *Ventura de Valentiis d. l.* multo minus specie defensionis aliena rapienda sunt *Lipsius d. l. c.* 4. *L.* 5. *n.* 11.

5. Ampl. ut parœmia nostra non tantum de lite privatorum intelligi, sed & ad bellum summarum Potestatum extendi queat.

XXV.

1. **WO viel Freyer sind, da sind wenig Nehmer.** Ubi multi sunt ambientes, ibi pauci sunt ducentes.

2. Ratio: multitudo enim ista ambientium indicium malæ causæ est, quod scilicet tales fœminæ nimis familiares se reddant, wo ein Aaß ist, da sammlen sich die Adler, und wo eine Metze ist, da findet sich ein jeder ein, den die Unkeuschheit plaget.

3. Declara igitur regulam ita ut de illis virginibus, quæ spe futuri matrimonii statim aditum januamque patefaciunt juvenibus.

4. Fallit

4. Fallit quoad illas, quæ ob virtutes, divitias, & elegantiam corporis multos habent ambientes, & tamen in ob certam causam se spondere datrectant.

XXVI.

1. JUng zum Dienst
Und jung gefrey't
Hat niemand gereu't.

Maturæ Spartæ & maturæ Marthæ hactenus neminem pœnituit, h. e. in juventute spartam obiisse & uxorem duxisse, neminem pœnituit. Alias dicitur: Frühe auffstehen/ und jung freyen/ soll niemand gereuen.

2. Ratio: sicut enim negotiorum tractatio peritum reddit hominem & aptum; die Affairen machen Leuthe; ita qui valde juvenis matrimonium contrahit, non tantum mature incipit parsimoniæ dare operam, sed & insuper magis idoneus est ad procreandam sobolem & majorem spem habet educandi illam, quam ævo confectus nupturiens.

Militat in teneris annis amor hospes amœnus,
Ast in canitie ridiculosa Venus.
Virgil. L. 3. Georg.

3. Declaratur, quod tamen non nimium maturandæ sint nuptiæ, ita, ut vix ephebi nubant, ehe sie trucken hinter denen Ohren worden sind. *Bidembach in Promptuario connubiali p.* 230. Sed in Masculo triginta, in fœminis vero octodecim anno-

annorum ætas ex Peripateticorum ſententia requiritur. Conf. *Schœnborn L.* 1. *Polit. c.* 6. *p.* 12. ut & *Mœllerus de Cornutis c.* 5. *n.* 22. ubi nuptias nimis immaturas reprobat, & fœminas, quæ admodum puellæ concumbunt, libidinoſiores per totam ætatem evadere tradit. Nicht zu jung und nicht zu alt, giebt die beſten Heyrathen. Reinkingk in der Bibliſchen Policey *L.* 3. *ax.* 17. *p.* 753.

4. Quoad obeundum munus vero in ſubjecto requiratur idoneitas naturalis, er muß ein gut Naturel haben & aptitudo aliunde acquiſita: Solus vigor non ſufficit. Si unum ex iſtis deficit, magis conſulerem, ut defectum iſtum prius ſuppleret, quam ut ad officium convolaret.

XXVII.

1. Mit fragen wird man nicht irre. Interrogando non erramus. Mit fragen kommt man durch die gantze Welt. Interrogando totus peragrari poteſt terrarum orbis.

2. R. quia intarrogando nos informare & elicere poſſumus rerum certitudinem wer fragt, wird berichtet Dn. D. *Beierus in Tr. de Collegiis Opificum n.* 1724. & 1725. Unde quoque interrogatio remedium quoddam tollendæ dubitationis & explorandæ veritatis dicitur *Calvinus in Lex. Jurid. ſub v. Interrogatio p. m.* 469. & hæc ratio quoque eſt, quare veteres Philoſophi ple-

plerumque interrogando disputaverint, de quo modo disputandi invicem vid. *Dn. D. Treuner Amicus noster Scholasticus & Academicus Integerrimus, in Disput. Phil. sub ejus Præsidio de Antiquo Interrogandi modo Jenæ habita per tot.*

3. Declar. (1) modo interrogatio apta & ad rhombum sit (2) dirigatur ad doctiorem & hominem modestum, & quidem (3) in tali re, in qua interrogatus nullum commodum l. damnum habet; alias enim vix ingenue ille tibi respondebit, vid. *Sirac. c.* 37. *v.* 11. *seqq.* quid? quod dubitationem tuam arripiet, & in damnum tuum detorquebit, qui forte, si interrogatus non fuisset, nullum tibi inferre potuisset damnum, & eatenus, quatenus hæc requisita non observantur, vera est illa parœmia. Wer weit fragt, gehet weit irre, in multis quæstionibus error perpetuus. Add. *Dn. Beier in Tr. de Collegiis Opificum c.* 22. §. 4. *n.* 1725. *p. m.* 504. *& par. illa* Eine Frage stehet frey.

4. Exemplum præbetur nobis in S. Scriptura, & quidem *Act.* 16. *v.* 30. ibi: Lieben Herren, was soll ich thun, daß ich seelig werde? Add. *Joh.* 16. *v.* 5. ex quo Christum etiam interrogasse patebit.

5. Effectus, quod si interrogatus recte non respondet, & interrogans eapropter damnum incurrit, interrogatus ad illud resarciendum teneatur, modo ad respondendum obligatus fuerit.

XXVIII.

XXVIII.

1. Wer deß Feuers bedarff, der sucht es in der Aschen. Qui indiget igne, quærit istum in cineribus, h. e. quælibet res qua opus habemus, loco suo congruo investiganda est. Unde quoque alii addunt: und wer deß Wassers bedarff, suchet es in dem Brunnen.

2. R. quia alias investigatio aut plane inutilis est & frustranea, aut nimis laboriosa.

3. Declar. modo locus ille, in quo res aliqua reperitur, non sit vetitus sed vel in dominio nostro privato vel communis, publicus aut universitatis, quamvis hodie nec in loco privato communi aut publico quamlibet rem cuivis perscrutari liceat. Vid. Dd. *ad tit. Inst. de R. D.* §. 1. *usque ad* §. 6. Termini igitur habiles præsupponi debent. Denn auf der ungekehrten Banck darff man nicht suchen, *l. un. in f. C. de Thes.*

4. E. G. thesaurum in fundo meo licitis mediis investigare permissum, ita ut inventus meus sit; in alieno vero non; quodsi tamen casu fortuito quis ibi inveniat thesaurum, ille pro parte dimidia inventoris fit. *Illustris Dn. Strykius apud Barbosam in Thes. Loc. Comm. sub voc. thesaurus ax.* 2. 3. Aliud de metallifodinis dicendum *Tabor l. c. sub voc. quærere ax.* 2. Add. *B. Brunnemannus ad l.* 3. *C. de metallar. & metall. L.* 11. *t.* 6. *& Dn. Beierus in Tr. de Boëtho* von Handwercks-Gesellen *c.*8.*n.*401.*p.*100.

Porro:

Porro: qui indiget probatione alicujus articuli fidei, quærit illam in ſede propria, ubi præcipue de illo agitur, non vero in illis locis, ubi non niſi incidenter ejus mentio fit. Idem de probationibus juridicis dicendum.

XXIX.

1. HErren (a) und Heiligen (b) gehen über alles. (c) Domini & Sancti omnibus præferuntur.

2. (a) Vox domini, Herr hic in ſignificatu fortiori capitur, prout Imperator, & hodie omnes illi qui imperant, ſive regnant provinciis, oppidis & pagis, domini audiunt vid. *Beſold. in Theſ. Pr. ſub voc.* Herr *in Add.* ſive iſti regentes ſint Duces, ſ. Principes, ſ. Comites, ſ. Dynaſtæ, ſ. civitates imperiales.

3. (b) Sanctorum der Heiligen / appellatione hic veniunt, Kirchen / Univerſitäten / Schulen / geiſtliche Brüderſchafften / Spitäle / Waiſen-Pilger-Einſiedler-Siechen- und andere dergleichen Häuſer.

4. Sc. in concurſu creditorum, ita ut ſenſus ſit: communitates piæ & fiſcus in concurſu creditorum reliquis creditoribus præferuntur. Unde quoque natum latinorum proverbium: Quod non capit Chriſtus, hoc rapit fiſcus. *Hertius in Select. & Rar. Argum. L. 1. par. 92. p. 570.*

5. Ratio, quia debita illa privilegiata dominorum in utilitatem totius Reip. debita vero Sanctorum in honorem DEI cedunt ſive ut

Hertius d. l. habet, quia poteſtates publicæ ſumtus faciunt ad bonos tuendos ac malos coercendos.

6. Quoad dominos probat hoc L. 3. C. de Primipil. L. 12. & L. 1. C. ſi propt. publ. penſ. Quoad uſus pios recurrendum eſt ad ſtatuta & conſuetudinem cujusvis loci. De Jure enim civili in ejuſmodi cauſis tacita quidem hypotheca, multa tamen prælatio obtinet *Richterus de Privil. Creditorum c. 2. memb. 5. n. 49.*

7. Decl. (1) parœmiam hanc non ita intelligendam eſſe, quaſi domini & ſancti immediate eſſent ſubordinati, & indiſtincte omnibus aliis anteferrentur creditoribus in eorundem curſu, non! nam domini ſunt primi in prima claſſe, ſancti vero pertinent ad ſecundam claſſem, & in eadem prælationem præ ſanctis habent expenſæ funeris, medicamenta, & mercedes famulorum, ſed illa intelligi debent de ſanctis in ordine ad reliquas quinque claſſes & illos creditores, qui in claſſe ſecunda ſanctis poſtponuntur, cujusmodi ſunt onera Magiſtratibus ex prædiis debita, annui reditus &c. de quibus vid. *Brunnem in Proceſſ. concurſ. credit. c. 5. th. 29. p. 87.* Deinde quæ de canonibus & penſionibus, quæ eccleſiis & earum Miniſtris, nec non ſcholarum præceptoribus debentur, ut & de decimis, & in genere de ſalariis perſonarum ſacrarum & ſcholaſticarum traduntur, non trahenda ſunt ad debita chirographaria, & contractus mutui ab eccleſia initos, utpote in quibus eccleſiæ jure prælationis non gaudent, ſed aliis creditoribus paria jura habentibus

tibus æquiparantur, adeoque ad quintam classem pertinent. *Brunnem. d. l. c.* 5. §. 18. *p.* 85.

8. Decl. (2) ratione dominorum, ut procedat non tam in caussis ad fiscum, quam ad totam temp. spectantibus. *Tabor apud Barbosam sub v. fiscus ax.* 2. & quidem in re collectabili, utpote in qua superior etiam dominium rei privatum habenti præfertur *Brunnem. d. l.* §. 11. *p.* 74. cum alias in aliis rebus non collectabilibus v. 9. mobilibus dominium rei privatum habens collectis & contributionibus præferri soleat. *ibid.* & §. 8. *p.* 68.

9. Limitatur (1) nostra parœmia in illis caussis, ubi dominus lucrum captat E. G. in pœnis fiscalibus earumque exactione: in his enim cessare jus prælationis, tradit *Brunnem. d. l. p.* 63. Quod onera Magistratui ex prædiis debita & annuos reditus attinet, illa non omnibus, sed saltem quibusdam creditoribus præferuntur, & ad secundam classem, uti dictum, pertinent.

10. Limit. (2) in contractibus, ubi fiscus jure privatorum gaudet *Richterus de Privileg. Credit. p.* 178. sc. intuitu bonorum ante contractum cum fisco celebratum à debitore acquisitorum *Id. p.* 189. *Hert. d. l.*

11. Limit. (3) in legatis ad pias causas relictis: quamvis enim ista adeo privilegiata sint, ut subsistant & debeantur, utut testamentum in se nullum ac imperfectum esse adpareat *Id. p.* 192. attamen eorum intuitu nulla competit prælatio, ne favor piorum usuum extendatur in

præjudicium certum vid. *Tabor l. c. sub voc. piæ causa. ax. 3.*

XXX.

1. **LEhen fallen nicht auf die Spindel.** *(a)* Feuda non cadunt in fusos.

2. *(a)* Spindel oder Spille h. l. per metonymiam adjuncti pro subjecto denotat fœminas, quæ fusis utuntur, ita ut sensus sit: in feudis non succedunt fœminæ.

3. Convenit cum 2. *Feud.* 36. *in f.*

4. R. quoniam feuda plerumque connexa sunt cum onere servitiorum militarium, quæ fœminæ præstare nequeunt *Illustris Dn. Strykius in Exam. Jur. Feud. c.* 4. *Q.* 4. *p.* 60.

5. Exceptio est (1) in feudis francis *B. Struvius in Syntag. Jur. Feud. c.* 9. *aph.* 8. *n.* 2. *p.* 328. *Rosenthal de feudis c.* 7. *concl.* 25. *n.* 1. *Strykius d. l. Q.* 30. *p.* 72. (2) in feudis fœmineis bey denen Weiber-Kunckel-oder Schleyer-Lehen *Besoldus in Thes. Pract. sub voc.* Kunckel-Lehen *Tab. apud Barb. in Thes. Pract. sub voc. feudum ax.* 6. (3) In pignoratitiis de quibus prælaudatus *Dn. Strykius integram dissertationem olim Wittenbergæ habuit.* Conf. *Gailius L.* 2. *ob.* 159. *Besoldus d. l.* (4) In ecclesiasticis conf. *par.* krumm Staab schleußt niemand auß, & *Besoldus sub ead. voc.* Krumstaab. (5) Curmedicis *Webnerus in Observat. Pract. sub voc.* Leymed & *Tabor d. l.* (6) In Fuldensibus, *Webnerus d. l. sub voc.* uldisch Lehen & *Tabor l. c.* (7) In feudis

mero

mere hereditariis. Vid. tamen *Struvius d. l. n. 4. p.* 329. *& c. 4. aph.* 13. *n.* 5. *p.* 134. (8) In feudo censuali in denen Zinß-Lehen & denique (9) quoties mores & pacta fœminas admittunt. *Rosenthal d. l. c. 2. concl.* 8.

6. Ampliatur, etiamsi fœminæ armis adsuetæ & sic ad servitia habiles esse videantur, aut etiam ista per tertium expediri queant *Struvius d. l. n.* 1. *p.* 327.

XXXI.

1. HErren Gnad (*a*) erbet nicht. Gratia dominorum non est hæreditaria, h. e. favore & amore dominorum nemo certo inniti potest.

Ridenti domino & cœlo non crede sereno;
Nam facili causa dominus mutatur & aura.

Herren Gunst und Lägelein Wein inquit *Zeilerus in Opere Epistolico P.* 1. *Ep.* 80. *p.* 228. gehen über Nacht auß. Alii dicunt: Lieber Kittel (Grau-Rock) reiß' nicht, Herren-Gunst erbet nicht; halte lang und fordere nicht, so verliehrest du deines Herrn Gunst nicht.

2. (*a*) Ita (1) dicitur precarium illud jus percipiendi fructus ex prædio ecclesiastico, concessum alicui vel gratuito vel certa mercede numerata vel in compensationem & remunerationem dati beneficii ecclesiastici, prouti remissive habet *Webnerus in Observ. Pract. sub voc.* Herren Gnad *p.* 211. *& Struvius in Decis. Sabbath. c.* 4. *dec.* 1. *p. m.* 58. (2) favorem & amorem illum,

domini suos interdum beant ministros. Et hæc posterior acceptio hujus loci est.

3. Ratio, quia gratia est personalissima res, ad hanc vel illam personam respiciens, omni obligationis vinculo destituta, & hinc semper revocabilis.

4. Declara imprimis tunc nostram valere parœmiam, quando senio conficimur, aut salarii insufficientiam repræsentamus, aut aliquid veritatis odium conciliantis in lucem proferimus, ubi plerumque usu illud obtinet: Vor der Thür drauß ist sein. Doch findet man noch Herren, welche ihrer Ministrorum Treue auch gegen derselben Wittben und Kinder erkennen.

XXXII.

1. Staupenschlag ist die Einweyhung zum Galgen, *vel*, Das Ruthen-außhauen ist die erste Weyhe zum Strick. Fustigatio est invitatio ad furtum, vel via ad patibulum.

2. R. quia fustigationis pœna fures & nebulones non coercet, sed eo redigit, ut ob infamiam ab omni honesto consortio exclusi ex rapto vivere, & peccatum peccato cumulare cogantur. *Speidelius in Speculo sub voc.* Ruthen außhauen *p. m.* 1086. Quapropter etiam multi fustigationis abrogationem urgent & commendant. Conf. *Oldekop in Tractat. contra Carpzovium Dec.* 1. *Q.* 10. *p. m.* 237. *& Besoldus sub*

voc.

voc. Ruthenaußhauen *p.* 849. *& Dietherrus in ejus Contin. p.* 523.

3. Declara dicterium hoc ut plurimum quidem valere, sed tamen per accidens saltem id fieri.

XXXIII.

1. **EIn Dieb stiehlt sich selten reich.** Furando, sive ex rebus furtivis, raro ditescunt fures.

2. Ratio, quia res furtivæ sunt male partæ, res autem male partæ male dilabuntur, übel gewonnen, übel zerronnen, kommen dahero gar selten auf die Erben.

3. Hinc mortuo vel suspenso fure raro locus est condictioni furtivæ; quia, sicuti dictum, raro fures aliquid de furtivis relinquunt rebus. Quodsi tamen contingeret, ut fur quidam suspensus haberet heredes, tunc utique contra illos intentari posset condictio furtiva, utut fur suffocatus fuerit laqueo, adeoque morte extinctum esse videretur delictum, cum pœna sit remedium pœnale, condictio vero furtiva, rei persecutorium, remedia autem pœnalia & rei persecutoria, tanquam ad diversum tendentia, se invicem non consumunt. Quæ doctrina in tantum amplianda est de jure civili, ut nihil impediat, etiamsi nihil de rebus furtivis pervenerit ad ejus heredes; secus atque de jure Saxonico electorali, quo cessat hæc condictio furtiva, si fur laqueo extinctus sit, nec res furtiva ad heredes perve-

 nerit.

nerit. Vid. *Decis. Elect. Saxon.* 86. & *Carpz. P.* 4. *const.* 32. *d.* 23.

4. Declara valere parœmiam communiter, unde quoque illi additur particula selten. Nec est, quod quis objiciat: *Ditescunt plerique mali; contra urget egestas sæpe bonos.*

Nam aliud est ditescere, & aliud divitias suas transmittere ad heredes: fures equidem possunt ditescere, sed divitiæ eorum raro tantas agunt radices, ut perveniant ad heredes.

XXXIV.

1. Stehlen und Sackaufheben ist eines wie das andere. Furari & saccum tollere, h. e. furtum auxilio adjuvare, unum idemque sunt,

2. R. quia præstando auxilium furanti causam dat ipsi delicto, & immediatum influxum in effectum præstat, adeoque causa furti est; cum causa causæ sit etiam causa causati. Conf. *Illustris Dn. Lyncker in Dissert. de auxiliatoribus furum S.* 3. *th.* 4.

3. Declara (1) scilicet quoad paritatem reatus & pœnæ, ita ut fur ejusque auxiliator eodem afficiantur supplicio, modo dolo malo præstetur auxilium *l.* 54. *§. ult ff. de furt. Dn. Lyncker d. l. Sect.* 2. *th.* 1.

4. Modo (2) lucrandi animo istud fiat *ibid. th.* 4.

5. Modo

5. Modo (3) realis opera, sive auxilium cooperativum proximum feratur, ita ut non sufficiat consilium dedisse, ibid. th. 5. & (4) modo illa realis opera immediate furto causam dederit *Carpzovius P. 4. c. 40. d. 3. n. 16.*

6. Fallit (1) quoad illum, qui nudum præbet consilium, ab omni alio adjumento & auxilio alienum, *Carpz. d. l. n.* 4. puniendus enim quidem is est, sed mitius aliquantum.

7. Fallit (2) quoad illos, qui post furtum commissum auxilium præstant, v. g. opem præbendo ad evadendum, & fugam arripiendam, vel viam monstrando, ut ex manibus judicis aufugere possit, vel occultando eum, ne deprehendatur, vel etiam res furto ablatas occultando, vendendo *Lynckerus d. l. th.* 7. Add. ibi allegatus *Matth. Stephani ad Const. Crim. Cur. V. art.* 177. *Menoch. de Arbit. Jud. Quæst. L. 2. cent. 4. cas.* 349. *n.* 21. Conferatur *parœmia*: **Der Hehler ist so gut als der Stehler.**

XXXV.

1. **STehlen und wieder geben**
Ist ein hartes Leben.

Furari & furtivam rem restituere acerbum est & molestum.

2. R. quia sic furti criminis quis reus fit, quod valde ignominiosum est & infamat.

3. Declar. panem furtivum ab initio quidem sapidum esse & furari leve videri vid. *Proverb. Salomon. c.* 20. *v.* 17. **Das gestohlne Brod**

schmecket jedermann wohl, quam diu scilicet furtum in occulto latet; postquam vero illud detectum fuit, tunc pœnitentia tandem sequitur sed sera ac inutilis die Nachwehe kommen hernach, vel ut Rex Salomon ait d. l. hernach wird der Mund voll Kieseling.

4. Ampl. in tantum, ut multi mortem æternam potius obire malint, quam restituere ablatum, utut sciant, non dimitti peccatum, nisi restituatur ablatum *cap. supra* 2. *x. de Rapt. c. peccatum* 4. *de R. J. in* 6. si nimirum illud restitui possit *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Com. sub voc peccatum ax.* 2. Scilicet quantum fures impœnitentes attinet.

XXXVI.

1. Wer einmahl stiehlt, heisset allezeit ein Dieb. Qui semel furatur, ille semper fur appellatur.

2. Ratio, quia qui semel malus, semper talis præsumitur *c.* 8. *de R. J. in* 6.

3. Declar. ut imprimis procedat in eodem genere delinquendi. *Barbosa in Thesauro Loc. Com. sub voc. bonus vir ax.* 9. *n.* 6.

4. Effectus, quod tali homini, qui aliorum criminum jam ante convictus fuit, tortura facilius irrogari soleat (si sc. alia indicia quoad præsens delictum concurrant) quam quidem alias, ubi quis quoad præteritum inculpatæ vitæ fuit. *Thomasius in Diss. de præsumtione bonitatis Halæ habita* §. 33. *p.* 34.

5. Li-

5. Limitat. ut tamen ille, qui semel furatus est, non semper fur sit, utut præsumtio, cæteris paribus, contra ipsum esse queat, est enim commissio furti actio transiens. Nec sequitur: habetur pro fure, E. quoque fur est; cum præsumtio non sit probatio, sed sæpe admodum fallat. *Add. dissert. D. Hornii, Prof. Jur. Wittebergæ sub ejus præsidio de regula: semel malus semper malus, habita.*

XXXVII.

1. Wann nicht wär der Hehler,
So wär auch nicht der Stehler.

Fures non darentur, absque celatore sive receptore si foret.

2. Ratio, quia alias nullum emolumentum, nullumque lucrum facere possent ex furto suo fures, cum diutius latere non possit latro sine receptoribus *l. congruit* 13. *ff. de Offic. Præsid. Cranzius de inquisitorum defensione c.*4. *m.*1. *S.*1. *n.*292. *p.*93. *c.* 4. *m.* 2. *S.* 2. *art.* 3. *n.* 150. *p.* 313.

3. Declar. quod dicterium hoc accipiendum sit cum aliqua restrictione, hoc sensu: absque celatore si foret, tam multi non darentur fures: nec enim putandum, quod sublatis omnibus celatoribus statim quoque omnes extirparentur fures, cum res furtivas ab ipso etiam fure quis bona fide emere, aut illas ipsemet in commodum suum vertere possit.

4. Effectus, quod Magistratui eapropter incumbat coërcere receptores, & graviter in eos ani-

animadvertere *d. l.* 13. imprimis quantum Judæos concernit, qui singularis privilegii loco habere putant facultatem coëmendi res furtivas *Speidelius in Speculo sub voc.* Juden *p. m.* 661. Nec tamen suspendii pœna statim plectendus est, qui furem recepit vid. parœm: Stehlen und Sackaufheben ist eines wie das andere, quia contrectatio ad id, ut pœna hæc locum inveniat, requiritur, quæ sententia uti rationi juris conformis; ita etiam praxi recepta est. Vid. tamen *Hoppius in Comment. Inst. ad* §. 4. *de Obligat. quæ ex delict. nasc.* ubi etiam receptores & celatores rem contrectare tradit. Quid inter *celare* & *indicare* furtum intersit vid. *l. qui vas* 48. *ff. de furt.* ibi: qui furem novit, sive indicet eum, sive non indicet, fur non est, cum multum intersit furem quis celet sive non indicet. Aliud tamen est, cum quis, quærente domino, furem non indicet. *c. qui cum fure de furt.*

XXXVIII.

1. **WEr sein Hauß will halten keusch und rein,**
Der laß keine Studenten und Tauben hinein.

Qui domum vult conservare castam & mundam, ille, ne studiosi & columbæ intromittantur, caveat.

2. R. quia, sicut columbæ stercore suo omnia fere conspurcant; ita studiosi, cumprimis bene

poti

poti aut more suino educati, non tantum multis sordibus contaminant ædificia, sed & vitam minus castam sæpe amant, & hinc facile injicere possunt mentem ad scortandum suis heris, vel earum filiabus, & sic domum inquinare, sequentes regulam *Terentii: Non est vitium adolescentem scortari, & Horatii,* de lupanari agentis:

huc æquum est juvenes descendere.

3. Declara (1) parœmiam ita, ut non procedat universaliter, sed particulariter: nec enim ad unum omnes studiosi libidinosi sunt.

4. Declara (2) ut imprimis sibi senes caveant a studiosis inquilinis.

5. Ampliatur, ut parœmia non tantum de Juris, sed & Theologiæ ac Philosophiæ studiosis intelligatur. Hinc meretrix illa præsumitur, cujus ædes die & nocte frequentant scholares, licet non probetur tactus aliique actus venerei *Crusius de Judiciis delictorum P.* 1. *c.* 26. *n.* 20. Scholaris enim cum muliere colloquens non præsumitur ei velle pater noster dicere *Bart. in L.* 3. *ff. de furt. & L.* 2. *§. f. ff. ad L. Jul. d. Adult.* quæ omnia tamen non nisi concurrentibus certis circumstantiis admitti possunt.

6. Effectus quod locator non habeat jus expellendi studiosum, quando hic in domum conductam meretricem inducit, cum antea debuisset considerare, quod studiosus non victurus esset castus, *Baldus in L. ædem C. Locat.* add. *Diss. Anonymi de Hanrettate* §. 35. *p.* 22. Sed hanc Baldi sententiam non facio meam. Ita forte olim fuit, hic dies vero aliam vitam, alios mores postulat.

XXXIX.

XXXIX.

1. Wer eine Stiefmutter hat, der hat auch einen Stiefvater (a) *h. e.* qui habet novercam, habet quoque vitricum. Et hoc eſt, de quo *Virgilius* conqueritur:

Eſt mihi namque domi pater
eſt injuſta noverca.

2. *(a)* Unde derivetur vox Stief non una eademque omnium eſt opinio. Quidam enim putant Stief idem eſſe ac geſtifftet, quidam vero eam derivant ab antiquo ſtüf, ſteif h. e. durus, ita ut noverca ſit mater dura. Utrumque incertum eſt.

3. Ratio, quia novercæ odium in privignos incredibile eſt, & hinc variis artibus ac perſuaſionibus concitare norunt maritos, ut contra proprium ſanguinem ferant judicium. Unde quoque eſt, quod ſecundæ nuptiæ adeo odioſæ ſint juri noſtro. vid. *Forſterus de Succeſſ. L. 7. c. 9. n. 6. 7. & Petrus Mullerus in diſſ. Jenæ de odio ſecundarum nuptiarum habita.*

4. Probat ſed non approbat hoc *l.* 10. *ver. ſed quemad. C. de ſecund. nupt ibi: irrationabile odium ad priores liberos l.* 3. *ff. d. inoff. Teſt.* & *l. ædiles* 25. §. *hoc autem* 6. *ff. de Ædilit. Edict.*

5. Declara ita ut hoc procedat non univerſaliter ſed tantum plerumque Locum enim interdum habet illud Naſonis:

Parcite paucorum crimen effundere in omnes
Spectatur meritis quæque marita ſuis.

6. Am-

6. Ampliatur, ut procedat quoque vice versa, ita, ut, si alicujus mater ad secunda convolet vota, & sic vitricum superinducat, mater quoque evadat noverca, wer einen Stiefvater hat, der hat auch eine Stifmutter, ratio est, wann die Henne zum Hahn kommt, so vergisset sie ihre Jungen, sive, ut in *Nov.* 22. *c.* 4. dicitur: *Mater nubendo memoriam defuncti & charitatem liberorum negligere solet.* Vid *parœm.* **Wann die Henne zum Hahn kommt 2c.** Plures tamen dari vitricos benignos quam novercas, affirmare ausim, doctus experientia & ductus argumento *l.* 15. *C. de Neg. Gest. Conf. Nachtenhöferi Tr. de Vitrico c.* 1. *n.* 7.

XL.

1. **WAnn die Henne zum Hahn kommt, so vergisset sie ihrer Jungen.** Galina ad gallum delata pullorum obliviscitur. Dicitur in viduas ad secunda vota transeuntes, quæ amore novi mariti captæ liberos ex priori matrimonio natos susque deque habent.

2. Prob. per l. 22. C. de Administrat. tut. ubi dicitur: quod fœminæ plerumque novis maritis non solum res filiorum, sed etiam vitam addicant.

3. R. quia amor conjugalis prævalet στοργῇ sive amori erga liberos. Ein Weib wird Vater und Mutter verlassen, und ihrem Mann anhangen. Inter parentes & liberos est proxima

saltem

ſaltem cognatio & conſanguinitas, ſed maritum inter ac uxorem eſt eadem caro. Conf. *Rittershuſius ad Nov. P.4. c. 3. n.4. Tabor apud Barboſam in Theſ. Loc. Com. ſub voc. noverca in f.*

4. Hinc etiam matri, quæ vitricum libris aſcivit, educatio denegatur *l. 1. C. ubi paup. educ. deb. Nov. 22. c. 38. Tabor d.l. Brunnemannus ad d. l. 1. & 2. C. ubi paup. educ. deb.* Quod tamen non tantum in Gallia ſed & hodie apud nos in Germania fallit, quatenus nimirum vitricus honeſtæ famæ eſt, ubi educatio plerumque matri committitur *Celeberr. Dn. Hertius in eleg. & rar. ex. Univ. Jurisprud. arg. L. 1. parœm. 71. p. 524.*

5. Declar. quod procedat plerumque non vero univerſaliter. Conf. par. proxime antecedens: Wer eine Stiefmutter hat, der hat auch einen Stiefvater.

XLI.

1. Stillstand *(a)* ist kein Friedens-Band.

2. *(a)* ſc. armorum, latine induciæ, barbare armiſtitium, item treuga. Plura ſynonyma vide apud *Mullerum, Præceptorem olim meum, in inſtitut. Jur. Gent. L. 2. c. 4. p. 519.* Facere tamen nonnullos hanc differentiam, ut treuga ſit armiſtitium longi, induciæ vero modici temporis tradit *Calvinus in Lexico jurid. ſub voc treuga. Add. idem ſub voc. induciæ & Beſoldus in Theſ. ſub voc.* Anſtand, ubi derivationem vocabuli treugæ inve-

invenite licebit. Quomodo distinguantur *vid. Mullerus d. l. p. 526. & Almers manuale jur. sub voc. treuga.*

3. Ratio dari potest ex ipsa definitione induciarum, cum sint, definiente *Grotio de Jure Belli & Pac. L. 3. c. 21. n. 1.* conventio, per quam *bello manente* ad tempus bellicis actibus abstinendum est. Cum qua fere coincidit illa, quam tradit *Dn. Buddeus in Element. Philos. Pract. P. 3. de Jurisprud. Gent. c. 11. §. 14.* Aliam e contrario suppeditat *JCtus Paulus in l. 19. §. 1. ff. de capt.* quem tamen excusatum it *Pufendorfius in de Jur. N. & G. L. 8. c. 7. §. 3.* & sequitur *Albericus Gentilis de jure belli L. 2. c. 12. lit. a.* induciæ enim bellum non finiunt, sed tantum suspendunt *Grotius d. l. n. 2.* Unde quoque a Gellio eleganter dicuntur *belli feriæ. Non pax est,* dicit idem Gellius alicubi, *induciæ, bellum enim manet, & pugna cessat.*

4. Quod autem induciæ non sint pax probat *l. 19. §. 1. ff. d. Captiv. & locus Gellii L. 1. c. 25.*

5. Declara (1) ut induciæ quidem non sint pax formaliter & proprie, attamen effective & abusive talis *vid. Alber. Gentilis d. l. p. 302. seq.* Hinc omne illud, quod fit vi adversus hostem per induciarum tempus, fit contra jus gentium *Grot. d. l. §. 6. n. 1. &* e contrario actus, qui non sunt bellici, liciti sunt *Buddeus d. l. §. 16.* Referuntur enim induciæ ad commercia belli. *Grotius d. l. §. 1. n. 1.*

6. Decl. (2) ut induciæ excludant diem, a quo eas ordiri placuit, & includant eum ad quem extensæ sunt, secundum sanæ interpretationis doctrinam *Buddeus d. l.* §. 15. *Pufend. d. l.* §. 8.

XLII.

1. Wer die meinsten Stimmen hat, der hat das meinste Recht. Qui plurima vota pro se habet, ille quoque plurimum juris habet, h. e. majora vota tribuunt jus.

2. Notandum autem majora vulgo esse triplicia (1) respectu partis numerosioris (2) partis sanioris, h. e. quæ melioribus ac fortioribus nititur rationibus, & (3) respectu partis dignioris, de quibus vide *Dietherrum in Continuat. Thes. Pract. Besoldi sub voc.* meinste Stimm *p.* 401.

3. Probat. per *l.* 46. *C. de Decur.* §. *sed etsi Inst. de satisdat. Tut. vel Curat. c. cum nobis* 19. *c. venerabilem* 34. *de Elect. c.* 1. *de Arbit. in* 6. *&* *art.* 5. §. 52. *Instrum. Pac. Guestph.*

4. R. quia major pars trahit ad se minorem, ita ut hæc consentire teneatur in id, quod major pars concludit. *Besoldus in Thes. Pract. sub voc.* meinste Stimmen *p.* 628. vel ut alias dici solet: major pars habet jus integri, de quo vid. *Velthemius in Instit. Metaph. c.* 1. *ax.* 2. *p. m.* 181. Ratio rationis posita est in præsumtione naturali, quod ubi major pars, ibi major quoque per-

perſpicacia circa res agendas præſumatur, cum plus videant oculi quam oculus. Plures rationes vide apud *Bœclerum in Not. ad Hug. Grot. de Jure B. & P. L. 2. c. 5. §. 17. p. m. 475.*

5. Declara (1) verum eſſe verbum noſtrum in iis rebus, ob quas conſociatio quæque inſtituta eſt, quia alias nulla datur ratio expediendi negotia ad univerſitatem illam pertinentia *Grotius, Beſoldus & Dietherrus d. l. Carpzov. P. 1. dec. 82. n. 25.* etiamſi major pars non ſit ſimul ſanior pars. Quis enim, quæſo, ponderaret illorum votorum ſanioritatem. *Dn. de Jena de Rat. Stat. Diſſert. 15. concl. 2.*

6. Declara (2) de jure canonico pluralitatem votorum in rebus eccleſiaſticis conjunctam eſſe debere cum ſanitate *Dietherrus d. l. p. 402.* ita ut vota non tam numeranda quam ponderanda ſint. *Tabor apud Barboſam in Theſ. Loc. Com. ſub voc. votum ax. 2.*

7. Fallit in illis rebus, quæ ad ſingulos de univerſitate tanquam ſingulos, non ut univerſos ſpectant *Bœclerus d. l.*

8. Exemplum ubi major pars rem non conficit, habemus in cauſa contributionum, vid. par. es kan niemand auf deß andern Beutel votiren/ & religionis *Inſtrum. Pac. Osnabrugo-Monaſterienſe art. 5. §. 18. 19. 20.* Addatur *Autor* deß Europäiſchen Herolds *p. 462. Praſchius in Tract. de jure majoris partis §. 20. Dni. ab Edelsheim diſſert. de pluralitate votorum in negotiis imperii Romano-Germanici tam publicis quam privatis Marburgi Cattorum 1691. habita per tot.*

XLIII.

1. GEbiethen ohne Straf und Macht,
Macht Herren und Gebot veracht.

Legem dare nec tamen in ejus transgresſores ſtatuere pœnam, & illam dare executioni, auctoritatem legis & legislatoris proſtituit. Eſt vulgatum dicterium deſumtum ex Froſchmäußler *P.* 4. *c.* 5.

2. Ratio quoad pœnam eſt, quia homines per corruptam ſuam naturam magis formidine pœnæ, quam amore virtutis, boni ſunt; quoad executionem vero, quia ex ejus omiſſione ſubditi præſumunt animum levem, inertem, negligentem & vecordia laborantem:

Denn wo kein Straf iſt, iſt kein Ehr,
Und wo kein Ehr, da iſt kein Lehr,
Und wo kein Lehr, da iſt kein Recht,
Der Herr gilt wen'ger als der Knecht,
Dieß alles geht durch einen Hauffen,
Gleichwie die Säu zum Thor einlauffen.

Froſchmäußler *d. l.* Add. *parœm.* wer ein Geſetz giebt, muß auch drüber halten.

3. Ampl. ut non tantum procedat, quoad obſervationem legis, de quo exaudiendum etiam illud Froſchmausleri:

Kein Boltzen fleucht vom Bogen recht,
Wo nicht die Senn hernacher ſchlägt.

Sed & quoad executionem conſiliorum & ſententiarum. De illis notum eſt aliud adagium: Kein Rath iſt gut, man folge ihm dann. Conſilia

silia bona, si nemo pareat, in usu non sunt: Quod sententias attinet: illæ sine executione dicuntur umbræ sine substantia, ideæ sine corpore, corpora sine anima, campanæ sine pistillo.

Die Glocke weder klapt noch klinget,
Der Schall auch nicht zu Ohren tringet;
Viel weniger Folg bey uns erlangt,
Wann sie ledig ohne Klüppel hangt.

Conf. Reinkingk in der Biblischen Policey *L. 2. ax. 54. p. 822. & Burgoldensis ad Instr. Pac. P. 2. d. 7. p. 61.*

XLIV.

1. Wie die Sünde ist, so ist auch die Strafe. Quale peccatum, talis pœna, h. e. Pœna quadrare debet ad delictum, si hoc magnum, etiam illa talis esse debet.

2. R. quia peccatum inter & pœnam debet esse proportio vid *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Com. sub voc. pœna ax. 36.*

3. Hinc qui publice peccat, publice etiam puniendus *c. 1. x. de pœnit. & Rem. Tabor d. l. sub voc. peccatum ax. 5.*

4. Declaratur tamen, ut modo proportio geometrica modo arithmetica attendatur, prouti scilicet pœna infligenda est vel secundum justitiam distributivam vel commutativam. Conf. *Hoppius in Comment. instit. ad pr. de Just. & Jur. p. 22. & Tabor apud Barbosam sub voc. peccatum ax. 10.*

5. Notandum, quod dicterium nostrum quoque ita intelligi possit, eodem modo peccantem puniri, quo peccatum fuit commissum secundum illud latinorum vulgatum,

Per quod quis peccat per idem punitur & idem

Cum quo coincidit ille hexamater:

Justa malis hæc admisso pro crimine pœna est;
Si quæ fecerunt, eadem patiantur & ipsi.

E. G. servo ad barbaros fugienti amputatur pes *l. fugitivi C. de Serv. fug.* qui peregrinum testari non permisit, in non testandi factione punitur *auth. omnes peregrini C. commun. de Succes.* Add. *Speidelius in speculo sub voc.* Strafen *p.* 1195.

XLV.

1. Das Hembd ist näher als der Rock. Indusium cuilibet propius est tunica, & tunica propior pallio, *item*, plus stringit interula quam tunica, Græci dicunt: γόνυ κνήμης ἔγγιον. Genu sura propius. Sensus est; quo propius aliquis nos attingit, eo majorem quoque ei debemus amorem.

2. R. (1) quia amoris fundamentum est obligatio; sicuti vero uni magis obligamur, quam alteri; ita etiam omnibus exhibendus amor, sed salva tamen gradus differentia *Grotius de J. B. ac P. L.* 2. *c.* 15. *§.* 10. *n.* 2. (2) quia vires humanæ haud sufficiunt, ut unus par sit tot mortalibus, quod ope operaque juvari aut volunt aut debent *Dn. Slevogtius Polyhistor ille Jenensis in Diss. de Naturali hominum inter se amore* §. 15. *p.* 27.

p. 27. (3) quia hominum naturæ id conveniens eſt: quisque enim natura ad ſe ipſum amicitiam habet, ita ut vix exprimi queat, qua voluptate is perſundatur, qui rem aliquam, tanquam propriam conſiderare poſſit. Ita Terent. in And. Act. II. Sc. 4. Omnes ſibi malle melius eſſe quam alteri & in Adelph. Act. I. Sc. 1. Vah quenquamne hominem in animo inſtituere aut parare quod ſit carius quam ipſe eſt ſibi. Conf. l. 6. *c. de ſervitut. Conf. Rittersbuſius in Commentario ad Salvianum Maſſilienſem p.* 508. *inf.*

3. Decl. (1) ita, ut tamen amor ordinatus & ab omnibus pravis adſectibus purus ſit, neç jus alienum tollat. Et ſic præſuppoſitis præſupponendis, primus in ordine eſt amor erga DEUM, utpote, qui noſter Creator, Conſervator, Salvator & Sanctificator eſt. (2) Amor erga patriam, quæ non tantum opes, ſed & vitam noſtram ſibi vindicat, adeo, ut pro patria mori pulchrum & decorum ſit. Juſtitiæ, inquit Ambroſius, pietas & prima in DEUM, ſecunda in patriam, evolvatur omnino elegans *Diſſert. M. Rothii quam de votis patriæ edidit Ulmæ* 1683. *per tot.* (3) Amor erga ſe ipſum conſ. *Grotius d. l. L.* 1. *c.* 2. §. 1. *n.* 1. *ſqq. c.* 3. §. 3. *n.* 3. Magis ergo de facto, quam jure loquitur *Beſoldus* dicens: *Quilibet ſe ipſum magis in ungue pedis, quam alterum in vertice capitis diligit* conſ. *Terent. in Hec. A.* 3. *S.* 5. ibi: *nunc me pietas matris potius commodum ſequi jubet.* (4) Amor erga conjuges: cum grano enim ſalis accipiendum eſt illud Poëtæ:

Omnis amor magnus, sed aperto in conjuge major.

(5) Amor erga liberos vid. *Illustris Dn. Baro de Lyncker in Decis. P. 1. Dec. 440. p. 277.* (6) Amor erga parentes. (7) Amor erga reliquos consanguineos (8) Amor erga amicos (9) Amor erga remotiores cognatos. Add. *Dn. Slevogtius Præceptor noster Academicus d. l. & Dn. Hertius in Select. & rar. ex Univ. Jurispr. Arg. L. 3. de Parœmiis Jur. Germ. par. 3. p. 631.* Hos si non antecedunt, tamen immediate sequuntur religionis consortes, Lasset uns gutes thun an jedermann, allermeist aber an deß Glaubens Genossen inquit *Apostolus ad Gal. c. 6. v. 10.* Add. *D. Bechmanni Diss. de Amore c. 2. §. 2. sqq. Jenæ habita* 1669.

XLVI.

1. Wer in die Stuben hofieret, und wer es hinauß trägt, hat gleichen Danck. Qui hypocaustum luto sive stercore conspurcat, & qui illud stercore purgat, eandem gratiam ineunt. Dignus & indignus, habet Grammatica regula, simpliciter ablativum adsciscunt. Tu diceres, dignus & indignus eandem remunerationem adsciscunt.

2. Ratio, quia plerumque deficit illa mentis facultas, qua merita dijudicantur & otia, vitia & virtutes. Immeritis, canit Juvenalis, franguntur crura caballis, je grösser Dienst, je schlechter Lohn, & præmia proponuntur iis qui novum quoddam redditionis genus inveniunt,

die

die da wissen wo man einem armen Bauer auf eine neue Weise sein Blut abzapffen kan, das sind die besten Diener, und die werden am reichlichsten belohnet. Abeat in malam rem inutile istud literatorum hominum genus! inquit vulgus mundi.

3. Declara (1) ergo insimul regulam, quòd sæpe indigni melioris conditionis quam digni sint, imprimis in Aulis, ubi illud valet: Das Kind, so in die Stube hofiert, ist gemeiniglich das liebste.

Vita hominum est pelagus, regina pecunia nauta;
Navigat infelix, qui caret hujus ope.

4. Declara (2) ut non procedat universaliter & apud omnes, sed tantum particulariter. Dantur enim, qui & vitia æstimare possunt & virtutes, harumque gradus, adeoque suum cuique tribuere sciunt. Add. omnino *Zeilerus in opere Epistolico P. 1. p. 181. ubi Fridericum a Doen* usum fuisse hoc dicterio erga Cancellarium Electoralem Saxonicum *Pontanum* scribit.

XLVII.

1. STudenten-Guth ist Zollfrey. Studiosorum sive Scholasticorum bona immunia sunt a vectigalibus.

2. R. quia eorum scientia totus illuminatur, orbis &c. *auth. habita C. ne fil. pro pat.*

3. Declara (1) modo per solennem ritum depositionis in ordinem studiosorum recepti & nomina eorum a Rectore Academiæ sint inserta

matriculæ sive albo Universitatis *Liebenthal in Disput. de Privilegiis Studiosorum th.* 19. *p.* 355. *in Collegio Ejus Ethico*, vel etiam albo alicujus Universitatis nomina sua inserere volunt: nam & hic cingendus haberi debet pro cincto ob favorem studiorum. Confer. *Gail. L.* 1. *ob.* 21. *Menoch. P.* 2. *præs.* 18. *n.* 3. *Brunnemannus in Comment. Cod. ad d. auth.*

4. Declara (2) modo studiis quoque vere incumbunt: illi enim qui neque publice neque privatim literis invigilat, privilegio hoc indignus est *Liebenthal d. l.* §. 8. *Gœhausen in Dissert. ad dict. auth. habita Rinthelii* 1627. *habita* §. 45. *Sichardus ad d. auth. n.* 5.

5. Declara (3) eousque hoc procedere, quousque se extendit imperium Rom. *Gœhausen d. l.* §. 41. vel etiam statuto aut consuetudine illud introductum.

6. Extenditur (1) per ampliationem ad studiosorum nuncios, famulos &c. *Liebenthal. d. l. p.* 355.

7. Extenditur (2) etiam ad studiosos studiorum causa iter facientes *ibid.*

8. Ampl. (3) sive in sive extra patriam literis operam navant. *ibid.* §. 12.

9. Ampl. (4) sive studiosi nobiles sint sive ignobiles *Gœhausen d. l.* §. 47. *Peschwiz in Discursu de jure & privilegio Nobilium* §. 25. *p. m.* 29.

XLVIII.

1. HExen (a) weinen nicht. Sagæ lacrimas non emittunt.

2. (a) a hecken, quod in ſolitudine degerent, atque in eremis & inter dumeta habitarent, Spate im Teutſchen Sprach-Schatz *ſub voc.* Hexe *p. m.* 727. Alias dicuntur Truten, a veterum Germanorum Druidibus, qui religioſi & ſacerdotes erant ſub lucis & arboribus (Hecken) rem divinam facientes & vaticinantes *Calvör Rit. Eccleſiaſt. P.* 2. *p.* 375. *ſeq.* item, Unholden, Zauberinne.

3. Ratio hæc dari ſolet ſupernaturalis, quod hoc fiat a providentia divina in pœnitentiæ ſavorem, cujus ſignum ſunt lacrymæ Göhauſen *in Proceſſu judiciario contra Sagas t.* 2. *p.m.* 113.

4. Declar. ita tamen ut indicium hoc fallax ſit Göhauſen *d. l. Hertius in Tract. Select. & Rar. jurisprud. Argum. de Paræm. Jur. Germ. L.* 1. *par.* 113. *p.* 581. *Beſoldus in Theſ. Pract. ſub voc.* weinen *p.* 997. *& ſub voc.* Hexen *p.* 384. *Cruſius de indiciis delictorum P.* 2. *p.* 148. *n.* 27.

5. Ampliatur, etſi torqueantur, & omni conatu lacrymari ſtudeant *ibid.* Add. *Hildebrandus in Gœtia vel Theurgia p.m.* 255.

Obſtat vulgatum illud: er hat ſich ein Geſicht gegrinnen wie eine alte Hexe. ℞. hoc forte de rubore tantum oculorum intelligendum erit.

XLIX.

1. *Subtil* taugt nicht viel.
Subtilitas parum conducit.

2. Prob. per *l.* 1. *C. ut act. ab hered. l. lege* 14. *C. de Legit. hered. l.* 91. *de V. O.*

3. Ratio, quia plerumque in cavillationem & ſycophantiam degenerat de qua vid. *l. ea eſt cauſa ff. d. R. J.* & malitiam juxta illud *Terentii in Heaut. act.* 4. *Sc.* 4. ſummum jus ſæpe ſumma eſt malitia; imo & ſtultitiam. *Speidelius in ſpeculo ſub voc. Subtilit*äten *p. m.* 1200. Was zu ſpitzig iſt, wird leicht ſtumpff, ſubtile Fäden brechen gern. Gar zu ſpitzig ſticht nicht, gar zu ſcharff ſchneidt nicht, gar zu klug taugt nicht, allzuſcharff macht ſchärtig.

4. Declar. (1) ut procedat imprimis quoad ſpeculationem, *Thomaſius* im Summariſchen Entwurff derer Grund-Lehren *p.* 5. & illam ſubtilitatem juris, qua nimis acute Leges inſpiciuntur. *Speidelius d. l.* & prout *Blarer ad l. diffamari C. d. ingen. manum. in præfat. ad Lect.* loquitur, ſemoralia deciduntur.

5. Declar. (2) imprimis in rebus claris, *Barboſa d. l. ſub voc. ſubtilitas ax.* 2.

6. Fallit quoad nervoſam ſubtilitatem, quæ in interpretatione juris adhibetur & fructuoſa eſt. *Speidelius d. l. Tabor apud Barboſam ſub voc. ſubtilitas ax.* 1. *& diſſertationem, quæ non ita pridem Rinthelii de ſubtilitatibus juris,* von Juriſtiſchen Gryllen, *ſub præſidio Prænobiliſſimi Ludekingii, Adfinis multum honorandi prodiit.*

L.

1. Suppliciren (a) und appelliren (b) ist niemanden verbotten. Supplicationes & appellationes nemini interdictæ sunt.

2. *(a)* Supplicare est polysimon, & varias habet significationes (1) enim significat conqueri de aliquo gravamine adversus sententiam eo casu, ubi ordinariæ appellationis remedium non habet locum, de quo vid. *Stryk. in introd. ad Praxin For. c.* 23. §. 28. *p.* 188. (2) rogare judicem, ut processus decernat contra aliquem, & quidem vel viva voce, vel scripto *Almers in Man. Jur. sub voc. supplicatio p.m.* 1211. (3) precibus implorare aliquem Magistratum, ut gratiam alicui impertiat, vel aliquid largiatur eine Supplic, Bittschrifft oder Memorial übergeben. Quælibet significatio suo modo hujus loci est.

3. *(b)* Appellare est judicem superiotem adire, vel ad eundem provocare, & quidem intra decendium, eum in finem, ut sententiam ab inferiori judice latam reformet, & corrigat, de quo *Dd. ad tit. ff. de Appellat.*

4. Ratio, quia supplicatio in prima significatione ut & appellatio juris beneficia sunt, quibus quilibet uti potest, cum ille nemini faciat injuriam, qui suo jure utitur *l. nullus ff. d. R. I.* Quid? quod naturali juri a non nullis adscribuntur. *Vid. Hertius in Tract. Select. & rar. ex Jurisprud. argum. L.* 1. *de Parœmiis German.*

par.

par. 118. *p.* 586. *Nicolai in Processu judiciario p. m.* 366. *ab initio.* Quod tamen non nisi pro certo rerum statu, non primævo, sed illo, qui actum voluntatis humanæ, sequitur, verum est. *ibid.* §. 1. Supplicatio vero in tertia & secunda significatione e genere permissorum est.

5. Convenit cum nostra parœmia *l.* 6. *ff. de Appellat.*

6. Declar. modo appellationes & supplicationes interponantur, decenter, modeste & justo tempore, (denn sonsten schlägt man den Supplicanten auf die Finger) modo porro causa sit appellabilis, & judicis qualitas admittat appellationem.

7. Ampl. etiamsi statutum municipale prohibeat appellationem, quia hoc principaliter respiceret præjudicium superioris *Hert. d. l.*

8. Limit. (1) modo ob certam & prægnantem causam supplicare vel appellare non interdictum sit *Hertius d. l.* Sic v. g. in causis criminalibus & spiritualibus a statibus imperii non licet provocare ad Cæsarem *Blumius in Processu Cam. tit.* 46. §. 56. *&* 57. Nullitatis tamen querela, & alia remedia, adhuc patent gravato.

9. Limit. (2) modo fatalia supplicationis & appellationis non neglecta fuerint.

10. Limit. (3) dummodo pacto non renunciatum sit a partibus, ne appellare liceret *l. ult.* §. *ult. C. de Temp. Appell. Hert. d. l.*

11. Limit. (4) in aliis casibus, quos vid. apud *Blum. d. l. & tit.* 45. *seqq. Conf. huc Dissertatio sub*

sub illustris Dn. Strykii præsidio Halæ Magdeburgicæ de Appellatione illicita habita per tot.

LI.

1. MIt dem Halß bezahlt man all's. Pœna ultimi supplicii solvuntur debita omnia.

2. Ratio, quia qui criminaliter punitur, in totum absolvitur *l. 7. §. ult. in f. ff. de Jur. Patron. Petrus Mullerus in Not. ad Struv. tit. de furt. p. m.* 780.

3. Probatur per *l. un. C. ne ex delict. & Nov.* 22. *c.* 20. *& d. l.* 7.

4. Declaratur (1) scil. illa debita, quæ ex delicto oriuntur *Hertius in Tract. de Select. & Rar. ex Jurisprud. Univ. argumentis L. 3. Parœm. Jur. Germ. par. 7. p. m.* 634. hinc qui ad mortis supplicium aliamve pœnam corporis afflictivam condemnatur, expensas in processum criminalem & pœnæ executionem factas refundere non tenetur *Hertius d. l.* cum crudelitati proximum esset, si reus & pœnam & impensas simul sustineret *Mullerus d. l.*

5. Declaratur (2) quod procedat quoad præstationes personales, ita ut contra defunctum delinquentem ulterius non possit procedi *Hertius d. l.*

6. Fallit quoad illa debita, quæ bonis velut inhærent, eaque ad quosvis comitantur possessores *ibid.* E. G. injustus homicida satisfacere debet occisi heredibus ratione impensarum in Me-

Medicos factarum & ratione alimentorum; Sic fur ejusque heredes rem furtivam aut ejus æstimationem restituere tenentur, licet fur contemnatus fuerit ad suspendium *ibid. Hoppius in Comment. Inst. ad §. 19. Inst. de oblig. quæ ex delict.* nec enim pœnalia remedia tollunt rei persecutoria *l. 7. §. 1. ff. d. Cond. furt.* cum tendant ad diversa *Hoppius d. l.* Add. *Cludius de Conditione furtiva c. 45. n. 4. seqq. p. m. 162. Struvius in Syntag. Jur. Civ. tit. de furtis §. 22. ibique Petrus Mullerus in Not. p. m. 779.* Quod tamen de Jure Saxonico Electorali ad rem furtivam consumtam non extendendum *ibid. pag. 780.* ita ut tantum res ipsa, si adhuc extet, a domino vindicetur *Berger in Electis Jurisprud. Crim. c. 2. §. 7. p. 45.*

LII.

1. Halbgebuhrt *(a)* tritt einen *Grad (b)* zuruck. (herunter.) Partus unilateralis in remotiorem descendit gradum.

2. *(a)* Per partem unilateralem h. l. intelligas eum, qui unico vinculo junctus est, intuitu nimirum tantum patris vel matris, illo casu dicitur consanguineus, hoc vero uterinus Germ. ein Halb-Bruder oder Halb-Schwester.

3. *(b)* Quid per gradum hic intelligendum sit, vid. *Hoppius in Comment. ad Instit. tit. de Nupt. p. 90. §. 9. & Borcholten in Tract. de Gradibus p. m. 4. seq.*

4. In-

4. Intellectus hujus brocardici est, quod illi, qui ex uno latere juncti sunt, in remotiorem collocentur gradum, vel, quod ex uno latere junctus constituatur uno gradu remotior.

5. Ratio est, quia duplex vinculum fortius ligat, quam unum. Quodsi tamen dicendum, quod res est, hæc ratio non videtur esse satis sufficiens, cum non tam excludat, quam duplicem tribuat portionem *Cyprianus Regnerus ab Oosterga in Expositione Novellarum p. m.* 75.

6. Consentit (1) jus civile *per Nov.* 118. *c.* 3. (2) Saxonicum *per textum* Land-Rechts *L.* 1. *art.* 3. (3) Polonicum *teste* von der Linde *in Triga differt. diss.* 2. *c.* 2. *n.* 63. *p.* 150. (4) Lubeccense *L.* 2. *t.* 2. *art.* 1. (5) Mindense *vid. L.* 2. *tit.* 2. *art.* 10.

7. Declaratur (1) quod in successione fratrum sororumve unilateraliter tantum invicem conjunctorum non attendatur bonorum distinctio, an nimirum ista a patre an vero a matre profecta. *Nolden de Successione ab intest. p. m.* 134. *n.* 114. *Forsterus de successione L.* 8. *c.* 8. *concl.* 3. & 4.

8. Declaratur (2) ita de jure civili, ut duplicitas vinculi expiret cum fratrum liberis *Rittershusius ad Novell. P.* 7. *c.* 13. §. 15. *Brunnemann. ad l. si ejus* 2. *C. de Legit. heredit. Schneidewinus in Comment. Inst. p. m.* 741. *Hahnius ad Wesenbecium P.* 2. *p. m.* 413.

9. Exemplum (1) Quando defuncta reliquit ex fratre consanguineo vel sorore unilaterali liberos, tunc hi quidem videntur ipsi esse juncti

in tertio gradu, ſed quoniam ex uno tantum latere attingunt defunctum, ideo uno gradu remotiores atque ſic in quartum conſtituuntur gradum von der Linde *d. l. n. 68. p. 152. ſeq.* Ex quo ſua ſponte fluit, quod, ſi eadem defuncta ex patruo ſuo reliquit liberos, unico verbo: patrueles, hi cum illis, (ſcil. liberis ex conſanguineo fratre vel ſorore unilaterali natis) debeant inæquales partes ſuccedere in bonis ab illa defuncta relictis, quia pariter quarto gradu attinent defunctam; prout hoc atteſtantur *Schneidewinus in Comment. Inſt. tit. de Succeſſ. rubrica de tertio ordine n. 17. Carpz. P. 3. c. 18. d. 18. Cothman. Conſ. Vol. 5. reſp. 45. per tot. Hartman. Piſtoris Q. Q. illuſtr. L. 2. q. 23. n. 1. & poſt eos* von der Linde *d. l. n. 69. qui caſum hunc ex profeſſo per integram tractavit diſſertationem.*

10. Exemplum (2) Sic fratres unilaterales cum germanorum liberis æquales capiunt portiones. *Carpz. P. 3. c. 18. d. 8. n. 6.*

11. Ampliatur de jure Saxonico, ut ſemper deſcendentes ex unilaterali in gradum transferantur remotiorem, ut ut e. g. ſint fratum nepotes aut pronepotes *Illuſtris Stryk. de Succeſſione ab inteſt. diſſ. 3. c. 3. p. 286. §. 8. Berlichius P. 3. concl. 24. n. 92.*

12. Fallit (1) in feudis, ubi nec jure Saxonico aliquid mutatum, ſed conſanguineus cum germano ſimul admittitur *Berlich P. 3. c. 24. n. 50. Richterus de Succeſſione Sect. 3. memb. 1. n. 65. Stryk. d. l. §. 6.* Ratio, quia in feudis ſolum jus agnationis attenditur, ita ut vinculum mater-

ternum impertinens sit. *Schneidewinus d. l. p. m.* 731. *n.* 10. *Forsterus d. l. L.* 8. *c.* 5. *n.* 1. *Nolden d. l. p.* 133. *n.* 11.

13. Fallit (2) in rebus expeditoriis. Hinc frater germanus in iisdem cum consanguineo æqualiter succedit *Stryk. d. l.* §. 1. & 6. Idem judicandum erit de gerada.

LIII.

1. DIe Tauben (*a*) haben keine Gall (*b*) und sind der Leuthe all. Columbæ destituuntur felle & sunt res communes, quæ cedunt occupanti.

2. (*a*) Columbarum diversæ sunt species. Quædam sunt sui natura feræ, als die Holtz- Turtel- oder Lach-Tauben, quædam vero sui natura sunt mansuetæ als die Hauß-Tauben, quæ colores mutant die bald weiß, schwartz, bunt 2c. sind, quod pro indicio animalis sui natura mansueto vulgo haberi solet. Nec obstat dari & ursos & vulpes albicantes, quæ tamen sine omni dubio feræ essent. Sed enim R. aut illos albicantes ursos & vulpes esse plane aliam speciem a nostris ursis & vulpibus, aut naturam interdum aberrare. Quicquid hujus sit, Imperator tamen & has §. 15. *Inst. d. R. D.* feris animalibus accenset.

3. (*b*) Fel per metonymiam efficientis stat hic pro ira, quia enim ira plerumque adscribi solet felli, columbæ autem facile non irascuntur,

 ideo

ideo dicunt potius quam verum est, columbas destitutas esse felle.

4. Ratio quia fera natura præditi, §. 15. *Inst. d. R. D. Thomæ de noxia animalium c.* 16. §. 52. adeoque occupanti cedunt.

5. Statuminat hoc non solum *d.* §. 15. *sed & l.* 5. §. 5. *ff. d. Acq. Rer. Dom. ibi: fiunt occupantium.* Weichbild *art.* 118.

6. Decl. de jure civili, modo columbæ animum revertendi deposuerint *dict.* §. 15. ita tamen ut non per inescationes fucatas reditus ipsis impediatur. *Philippi in Usu Pract. L.* 2. *ecl.* 6. *n.* 9. *Borcholten ad dict.* §. 15. *n.* 3.

7. *A*mpliatur de jure Saxonico etiamsi adhuc animum habeant revertendi, modo foras in campos evolent, quod ipsum tamen nec praxis fori Saxonici hactenus observavit, sed jus civile secuta, regulam illam: columba cedit occupanti non aliter admisit, nisi subintellecto hoc: si animum revolandi amisit. *Conf. Mynsinger in Comment. d.* §. 15. Unde autem judicari queat, id, vid. *Philippi d. l. n.* 5. *Schneidewin. ad d.* §. 15. *n.* 2. *Hoppius ibidem.* Quod in tantum procedit, ut, si quis interea columbas nostras ceperit, furti actione teneatur *Philippi d. l. n.* 8. Hinc quoque est quod columbas in agro repertas non liceat petere sclopis, man darff sie nicht schiessen. *Thomæ d. l. n.* 53. Add. omnino *Antonius Guibertus Costanus Quæstionum Jur. c.* 17. *per tot.*

LIV.

LIV.

1. Wo Tauben sind / fliegen Tauben zu. Ubi columbæ sunt plures advolare solent, h. e. ubi quidam in unum congregantur locum, illis statim plures se jungunt & sociant.

2. R. Consistit in novitatis aviditate, quæ concurrere facit homines, eosque ad videndum, quid concursus ille sibi velit, pellicit.

3. Applicari solet hæc parœmia ad illos, qui in judicando non tam rationes quam autores sequuntur, & bonitatem alicujus sententiæ ex multitudine autorum æstimant, votumque suum numero plurali donant, die es mit dem grösten Hauffen halten. Contingit illis hac in re idem quod gruibus avibusque, quarum una volante, omnes reliquæ inconsulte sequuntur *Art. Duckius de Aut. Jur. Civ. L.* 1. *c.* 8. *th.* 11. Neque enim valet argumentum: pars major, ideo verior est; sed contra non nunquam: major est, ideo pejor. *Pott in Dial. Jur. c.* 3. *Q.* 7. *p.* 64.

LV.

1. Wo der Mann taub / und das Weib stumm ist / da giebt es die besten Ehen. Ubi maritus surdus, & uxor muta est, ibi optimum datur conjugium. h. e. ubi maritus non quodvis verbum, quod uxori ex imprudentia elabitur, ad examen revocat, & nodum in scirpo quærit, sed interdum

ſe intelligere ſciens diſſimulat, & aliquid imbecillitati ejus condonat, uxor vero tunc, quando maritus eam increpat, digito compeſcit labellum, ibi felix & concors datur matrimonium.

2. Ratio, quia tunc evitatur conjugum diſcordia, & exinde oriens infelicitas.

3. Declara (1) parœmiam procedere, quatenus nimirum maritus moraliter ſurdus & uxor moraliter muta eſt.

4. Declara (2) quatenus per felicitatem & beatitudinem conjugii vita pacata & concors intelligitur; cum fieri poſſit, ut conjuges in optima vivant pace & concordia, cæteroquin tamen infelices ſint.

5. Declar. (3) quatenus ſalva conſcientia & ſine inſigni præjudicio ac damno domeſtico maritus ſurdaſter eſſe & uxor tacere poteſt.

LVI.

1. Ein Tauſch iſt kein Raub. Permutatio non eſt rapina.

2. Ratio eſt, quoniam permutatione res redditur æquivalens, quæ ab accipiente retinetur, raptor autem nihil reddit.

3. Declara (1) quod intelligatur hic permutatio vi coacta; nam de voluntaria plane non eſt quæſtio: utpote quæ ne comparari quidem poteſt ad rapinam.

4. Declar. (2) ſi requiſita illa ad rapinam alias neceſſaria non adſint, & tamen ſponte non facta ſit permutatio, tunc hanc non rapinam quidem, atta-

attamen aliam speciem delicti esse, quod pœna extraordinaria relegationis vel carceris coërceri solet. *Carpzov. Pract. Crim. P. 2. q. 91. n. 9. Lynckerus in Analectis ad Struv. Syntag. L. 47. th. 50. Mullerus ibid. in Not. th. 51. p. 833.*

5. Limit. nisi permutatio dicis tantum gratia fiat, & pro re nauci extorqueatur res pretiosa; sic enim non dubium est, quin vera committatur rapina (cæteris scil. paribus) ejusque ordinaria pœna locum habeat *Hertius in Select. & Rar. ex univ. Jurisprud. Argum. L. 1. de Paræm. Jur. Germ. par. 97. p. 559.* nec enim dolus hic per actionem ex contractu ita purgari potest, ut actio criminalis & de dolo cesset.

6. Hinc nota regulam: quoties quis permutationem rerum in via publica extorquet, toties, si res permutatæ extortas valere exæquant, relegatur, sin minus pœna ordinaria tenetur *Berger in Elect. Jur. Crim. c. 2. §. 23. p. 66.*

LVII.

1. **Getauscht ist getauscht.** Quod permutatum est, id permutatum manet, h. e. permutatio semel facta amplius retractari nequit.

2. Ratio, quia, utut permutatio sit contractus innominatus, eandem tamen vim habet, ac alius contractus, cum jus N. differentiam contractus nominatos inter & innominatos ignoret *Hertius in Select. & Rarior. Jurisprud. argumentis tract. de Paræmiis L. 1. par. 8. p. 406.*

3. Declar. ut procedat de jure germanico fallat vero de jure Romano, quo ille, qui dedit, pœnitere potest, quam diu alter non implevit a sua parte contractum *l. 5. pr. & §. 1. ff. de Condict. caus. dat. &c.*

4. Ampl. in tantum, ut solum etiam pactum de permutatione cotrahenda hodie pariat actionem, licet ex neutra parte datio intercesserit *Grænewegen de Leg. abrog. ad l. 3. C. de Rer. Permut. Gudelinus de jure Novissimo L. 3. c. 5. Tabor apud Barbosam sub voc. permutatio ax. 3. & ibi allegatus Mevius P. 3. dec. 27. Brunnem. ad l. 1. ff. & d. l. 3. C. de Rer. Permut.*

LVIII.

1. Einen Tax kan ein jeder machen, aber Leuthe zu schaffen, die auf den gemachten Tax kauffen, ist nicht eines jedweden Thun. Rem quilibet potest pro affectu æstimare, sed emtores conficere sive comparare, qui juxta æstimationem illam emant, non cujusvis est.

2. R. quia quilibet emtor tale offerre amat pretium pro re emenda, quod vere æstimationem ejus exhaurit, non vero quod venditor postulat.

3. Prob. per *l. pretia rerum* 63. *ff. ad L. Falcid. & l. 33. ff. ap L. Aquil.*

4. Effectus, quod nemo obligatus sit tantum dare pro merce aliqua, quanti a venditore vel etiam

etiam a taxatoribus æstimata fuerit, nisi compromissum fuerit in ejusmodi æstimationem, vel etiam insolutum merx aliqua accipienda veniat, etiamsi ad ejusmodi privatam æstimationem juramentum suppletorium accesserit *D. Hertius de Parœmiis Jur. Germ. in Select. & Rar. ex Univ. Jurisprud. Arg. L. 1. par. 45. p. 481.*

LIX.

1. **Alles verthun vor seinem End, Macht ein richtig Testament.**

Omnia ante mortem abligurire est optimum testamentum expedire. Coincidit illud *Heliogabali:* suus sibi quisque optimus heres est.

2. R. quia omnia consumens non opus habet testamento: non entis nulla prædicata sunt, qui nihil habet, de quo disponere potest, ille inutiliter testatur.

3. Declaratur parœmia, quod valeat enunciative, non vero approbative.

4. Ampliatur in tantum a nonnullis, ut non solum sua bona consumant, sed & aliena corripiant & dissipent. Sie verthun alles, machen Schulden, und enterben hernach die Schuldner. Conf. *Latherus de Censu L. 2. c. 2. n. 69. p. m. 211. Ventura de Valentiis in Parthenio Litigioso. L. 1. c. 13. n. 14. p. 195.*

LX.

1. DEm Teufel darff man nicht ruffen, er kommt wohl von sich selbsten. Diabolum ne provoces, ultro & sua sponte venit. Alii dicunt: Den Teufel darff man nicht zu Gast bitten, er kommt wohl ungebetten.

2. R. (1) quia nullam occasionem nocendi nobis amittit: est enim spiritus malignus. Vid. *Pfitzerus in Not. ad Historiam vel potius fabulam de D. Johanne Faustio p. 530. seq.* (2) quia est spiritus superbus contemtum sui pati nescius. *ibid. p.* 93. Conf. *Dn.* Reinhold von Derschau *in Hodosophia Viatoris Christiani c. 7. p. 79.*

3. Declar. subintelligendo: DEO permittente: sine DEI enim permissione nihil potestatis in nos competit diabolo.

4. Exemplum tragicum vid. apud *Zeilerum in Opere Epist. Part.* 1. *Ep.* 29. *Cent.* 3. *p.* 671. cujus veritatem suo loco relinquo. Add. Gottholdens zufälliger Andachten *Cent.* 4. *n.* 22. *p.* 763. *seqq.*

5. Extenditur bona interpretatione ad omnes illos, qui contra se irritant, provocant & concitant malos homines, qui etiam non provocati parati sunt ad damnum nobis inferendum, adeoque procaciter sibi aliquod accersunt infortunium. Alias quoque dicitur: Der Teufel ist überall zu Hauß de quo vid. Gerber in seinen unerkannten Sünden P. 3. c. 6. p. m. 80.

LXI.

1. DEn Teufel muß man anbeten, daß er einem nicht schaden thut. Adorandus est diabolus, ut ne nobis noxius existat. Quemadmodum quoad verba, prouti hæc jacent, impia est hæc parœmia & nullo modo valere potest; ita sensus ejus mysticus huc redit: malis hominibus interdum adulandum est, ut ne illos offendamus & ad iram contra nos concitemus. Bösen Leuthen muß man bißweilen auch einen Mayen stecken. Devincies tibi illos non ut prosint, sed ne noceant, imo prodesse poterunt pro tempore, si recte utaris inquit *Andreas Maximilianus Fredro Polit-Moral. P. 4. n. 44. p. 154.* Brutum amicum habere malles, inimicum magis timeres Cassium, in altero major vis, in altero virtus. *Vellejus L. 2. Histor.*

2. Declara: valere hoc in rebus indifferentibus, & quæ conscientiam non tangunt. E. G. Wann ein böser Mann sich einbildete, er wäre schön, so kan ich ihme wohl flattiren und sagen, ja er seye recht schön; allein wann er sagt, morden seye keine Sünde, so kan ich ihme keinen Beyfall geben.

3. R. quia illud in se moraliter neque bonum neque malum, hoc vero intrinsece malum est. Conf. supra parœm. Um deß Kindes willen ꝛc.

LXII.

LXII.

1. WEr im Krieg will Unglück han,
Der fang' es mit den Teutschen an.

Qui bello infortunium quærere vel infelix esse vult, ille congrediatur cum Germanis. Sunt veteres rhytmi, quorum mentionem facit Limnæus de Jure Publico L. 1. c. 6. p. 35.

2. R. quia Germani omnium fere bellicosissimi sunt, ita ut neque *C. Marius*, neque *Divus Julius* in Gallia, neque *Drusus*, *Nero* & *Germanicus* in suis eos sedibus impune lacessiverint, *Cornelius Tacitus de Moribus Germanorum c. 37. n. 8.* Sunt enim ad arma quasi nati *Corn. Tacitus Histor. L. 4. c. 64. n. 3.* periculorum avidi *ibid. L. 5. c. 19. n. 5.* & læti bello *L. 4. c. 16. n. 2.* in tantum ut non animo sed genere pugnæ & armorum vincantur *L. 1. annal. c. 21. n. 1.* ut & fraudibus & astu. Add. *Barclaji Icon Animorum c. 5. p. m. 157. De la Croix dans sa Geographie universelle Tom. 2. p. 126.* Principem autem locum inter causas, quæ fortitudini Germanorum graviter obstant, tenent discordia & forma Reipublicæ admodum irregularis. Interim sunt & manent nostri Germani fortes, utut in præliis sæpius succumbant, & una civitas, una provincia & regio post aliam a Germania nostra divellatur. Vitium formæ non nocet virtuti personarum.

LXIII.

Kleider auß / Kleider an /
Essen / trincken / schlaffen gahn /
Ist die Arbeit so die Teutsche Herren *(a)* than.

Induere & exuere vestimenta
Curare potum & esculenta
Sunt Equitum Teutonicorum impedimenta.

1. *(a)* Latine dicuntur Equites Teutonici vel exinde, quia eorum ordo nulli nisi Germano ex nobilitate oriundo confertur *Schwederus in Introd. ad Jus Publ. Part. Spec. Sect.* 1. *c.* 7. §. 8. vel a primo conditore, incola civitatis Hierosolymitanæ, qui germanus fuit *Imhoff in Notitia Proc. S. R. I. G. L.* 3. *c.* 2. §. 4. item Mariani, olim Hospitalis S. Mariæ Hierosolymitanæ, deinde fratres militiæ templi, ac crucigeri, a cruce nigra, quam tesseræ loco in campo argenteo habebant *Imhoff. d. l.* Initia sua ceperunt circa finem Seculi XII. sub Henrico VI. *Conringius Exercit.* 3. *d. Urb. Germ. p.* 122. & *Bodinus L.* 1. *de Repub. c.* 9. Anno 1229. venerunt in Germaniam, & ob suppetias Conrado, Massoviæ Duci latas, præmii loco Culmensem districtum acceperunt *Imhoff d. l.* §. 5. Postea Livoniam æque ac Borussiam armis sunt emensi, seden fixam posuerunt in istis oris, & sese cum ensiferorum equitum germanice Schwerd-Brüder dictorum ordine (*de quo peculiaris dissertatio a Dn. Schurzfleischio con-*

conscripta & Vitembergæ habita publice prostat) conjunxerunt *ibid.* Anno 1410. a Polonis subjugari cœperunt, quod demum eorum Rex Sigismundus ita dedit effectui : ut *Alberto Marchioni Brandenb.* ultimo ordinis hujus Magistro eam partem Borussiæ; quæ nondum desciverat ad Polonos, beneficiaria lege concederet. *Becmannus in Hist. orb. Terrarum c.* 8. *§.* 2. *p. m.* 690. *Boterus* in der allgemeinen Welt-Beschreibung *L.* 1. *p.m.* 115. *Imhoff. d. l.* Parilia fata passus est quoque ordo Teutonicus in Livonia, ubi Curlandia & Semigallia cum axiomate Ducis pervenit ad *Kettlerum*, ultimum magistrum provincialem. Revivixit tamen idem ordo sub magisterio *Waltheri a Cronberg* in Germania *Imhoff d. n.* 5. *&* 6. cujus successor hodienum sedem habet Mergenthemii ad Tubarim in Franconia *Mercurius Germanicus p. m.* 491. *Imhoff d. l.* §. 7. Differt ab ordine Johannitico, ab hospitali S. Johannis ita dicto, qui quoque Melitensis ac hierosolymitanus audit. *Imhoff d. l. L.* 3. *c.* 27. §. 2. cujus supremus per Germaniam Magister vulgo audit der Fürst von Heidersheim a castro cum vico adsito in Brisgovia *Imhoff d. l.* §. 3. & plerumque hodie in Aula Electoris Palatini degit. Conf. *l'histoire des ordres religieux* 1. *division n.* 4.

2. Sensus per se patet, scilicet nihil agere in suis commendis equites Teutonicos, nisi quod exuant & induant vestes, edant, bibant atque cubitum eant. Conf. *Burgoldensis ad Instr. Pac. P.* 1. *d.* 20. *th.* 14. *p.* 349. Egregium sane en-

encomium, non parum abludens ab illo Epicuræo: ede, bibe, lude &c. continensque ejusmodi virtutes, quas quilibet ignavus optaret in exemplum *Scharſchmidius in Not. ad Schuz. de Statu Rei Romanæ Vol.* 1. *Ex.* 8. §. 5. *lit. c. d. e. f. p.* 616. An & quousque id verum ſit, noſtrum jam non eſt inquirere. Habet ordo Teutonicus ſua merita, habent etiam ſæpe illius membra ſua vitia, vitia autem quorundam hominum non ſunt imputanda univerſo ordini.

LXIV.

1. **Wem gehört das Hauß /**
Der muß hinauß / *vel*, bleib darauß.

Exeat ille foras, cujus eſt domus.

2. R. quia imbecillior cedere debet fortiori, niſi vapulare malit.

3. Declara (1) parœmiam loqui de facto, contra *l.* 2. *pr. C. de metat. & Epidemeticis L.* 12. *t.* 40. & belli tempore imprimis procedat, ubi ſæpius miſelli domini cum tota ſua familia cedere ſuasque ædes relinquere coguntur. Conſ. *Speidelius in Speculo ſub voc.* Atzung *p.m.* 81.

3. Ampl. in tantum, ut dominus ſi cedere nolit, verberibus plerumque excipiatur: unde quoque a nonnullis addi ſolet parœmiæ: und noch haben Stöß zum Vorauß.

4. Declara (2) proverbium noſtrum tunc quoque de jure procedere, quando ſalus & decentia publica, utpote quæ privatæ prævalet, exi-

exigit, ut dominus ædificium ſuum ad tempus alicui concedat, E. G. bey Krönungen, Reichs-Tägen 2c. Add. *Speidelius d. l. ſub voc.* Einquartirung *p. m.* 275.

LXV.

1. Het is, heel goodt
Wat hie doodt
Dien men benimmt;
Het is heel quaad
Dien men haat,
Wat hie beginnt.

Eſt Belgarum proverbium, quod de verbo ad verbum noſtra dialecto ita redderes: Es iſt gantz gut, was der thut, dem man wohl will. Es iſt gantz böß, wann man haſſet den, der etwas anfänget. Prouti quisque alicui vult, bene aut male, ita quoque ſactum ejus laudat vel culpat: ab eo quod placeas hominibus, inquit *Plato*, actionum efficacia eſt. Conf. *Lipſius L.* 4. *Polit. c.* 8. *n.* 5. Et in hoc ſenſu etiam verus eſt ille Philoſophorum canon: *Duo cum faciunt idem, non eſt idem.*

Placente perſona, placent omnes ejus actiones, diſplicente vero perſona diſpicent omnes actiones.

2. Ratio, quia paſſiones animi & affectus inclinant, ſi non prorſus regunt hominem. Unde etiam affectio magna impedire dicitur veritatem in *c. accuſatores* 12. *cauſa* 3. *q.* 5. cum haud facile

facile animus verum pervidet, ubi affectus officiunt *Lipsius Lib. Pol.* 3. *c.* 6. *n.* 9.

3. Declarat. (1) ut imprimis procedat quoad personas publicas, sive in statu militari sive civili constitutæ sunt; harum enim actiones & res gestæ omnes communiter judicari solent ex affectibus vulgi, wer guten Credit und Renomme hat, der darff bey Einlegung einer Faute vor Entschuldigung nicht sorgen, und wer der Leute Haß sich zugezogen, mag wohl persuadirt seyn, daß wann er auch was Gutes thut, oder etwas, so er nicht ändern können, es ihme an Calumnien nicht fehlen werde, und ist sodann der beste Trost mens conscia recti; murus enim aheneus est nil conscire sibi.

4. Declar. (2) parœmiam nostram non dicere quid fieri debeat, sed quid fiat. Conf. *Sirac. c.* 13. *v.* 26. & 27. Wann ein reicher nicht recht gethan, so sind viel die ihm überhelffen, wann er sich mit Worten vergriffen hat, so muß mans lassen recht seyn. Wann aber ein Armer nicht recht gethan hat, so kan mans aufmutzen, und wann er gleich weißlich redet, so findets doch keine Statt. Conf. Par. Es ist viel an einem guten Deüter gelegen.

LXVI.

1. **DEr älteste theilet, der jüngste kieset.** Major dividit, minor eligit.

2. Ratio in eò posita esse videtur, quia major plus judicii habere, & hinc quoque æqua-

riores præ minore facere posse partes præsumitur. Conf. *Carpz. P. 3. c. 15. d. 2. n. 9.*

3. Probat idipsum (1) jus canonicum & quidem per cap. si episcopus 1. x. de paroch. & alienat. prohibit. (2) jus Sax. Electorale *P. 3. const. nov.* 24. (3) commune Land-Recht *L. 3. art.* 29. (4) generalis totius fere Germaniæ & in Camera approbata consuetudo *vid. Webnerus in observat. Pract. sub voc.* Theilungs-Ruhr *p. m.*461. (5) Jus statutarium *Mindense L. 2. t. 2. art. ult* & (6) demum Sacra Scriptura *vid. Genes. c.* 13. *vers.* 9. & 11. Aliud jure civili cautum, quippe quod vel sorte vel arbitrio judicis divisionem fieri debere dicit *l.* 3. *C. commun. de legat. l. ult. ff. famil. hercisc.* Vid. *tot. Schurpf. cons.* 71. *per tot. Gail. L.* 2. *ob.* 116. *n.* 14.

4. Decl. (1) ut major non ille intelligatur, qui diutius administravit, sed qui ætate & natu major est *Webn. d. l. Carpz. P.* 3. *const.* 15. *d.* 10.

5. Decl. (2) ut jus optionis non transeat ad heredes, nec cedi possit, cum ratione ætatis competat, & hinc personale sit *Brunnem. de cessione actionum c.* 4. *n.* 41. *p.* 127. *Lenz de cessis Nomin. c.* 20. *m.* 3. *n.* 5. 6.

6. Decl. (3) modo major non faciat divisionem captiosam, nec in ea sit quædam fraus aut iniquitas *Mynsinger cent.* 4. *ob.* 37. *n.* 10. nec minor lædatur ultra dimidium *l.* 2. *C. de Rescind. Emt. Vend. Carpz. P.* 3. *c.* 15. *d.* 19.

7. Decl. (4) modo res commodam divisionem recipiat: alias enim major habet electionem an velit rem a judice vel aliis æstimatam retinere & alteri pecuniam dare *Schneidew. in Comment. ad §. 20. Inst. de Act. n. 27. dissentit Carpz. P. 3. c. 15. d. 9. Strauch dict. dissert. th. 27.* quorum etiam sententia in foro prævalere videtur. *Conf. tamen Carpz. d. l. d. 34.*

8. Decl. (5) ut si minor elegerit deinde reliqui pro ratione ætatis usque ad natu maximum optionis prærogativam habeant. *Betsius de pact. familiarum illustr. c. 4. p. 66.* Praxis tamen fori Saxonici divisionem & electionem illam tantum inter *duos* fratres admittit *Carpz. d. l. def. 11.* cum statuta, quæ de duobus fratribus loquuntur, stricte sint accipienda *Schneidew. d. l. n. 64.* Quodsi enim plures heredes sunt, divisio per sortem & officio judicis fit *id. d. l. def. 12.* & sic manetur sub dispositione juris communis *Schneidew. d. l.*

9. Limit. (1) nisi pater in testamento filio juniori hoc jus eligendi ademit, & disposuit, ut major filius haberet bona paterna emta certo pretio, & filio juniori præstaret certam pecuniam, quod tamen forte non nisi de jure Elect. Sax. procedit *vid. Nov. const. 15. P. 3. §. fin.*

10. Limita (2) nisi fœminæ concurrant cum masculo; sic enim masculus eligit indifferenter etiam extra Electoratum Saxoniæ *Carpz. d. l. def. 7.*

11. Ampliatur (1) ad fœminas coheredes etiam ratione geradæ *ibid. d. 6.*

12. Ampl. (2) ad bona feudalia *ibid. d.* 8. *Treutlerus Vol.* 1. *diss.* 19. *th.* 6.

13. Ampl. (3) ad res expeditorias *Crusius def.* 3. *ad Stat. Mind. L.* 2. *t.* 2. *p.* 245. fratrem tamen seniorem habere gladium præcipuum ex illis rebus probat Land-Recht *L.* 1. *art.* 22. *Carpz. P.* 3. *c.* 15. *d.* 4. *n.* 4.

14. Fallit (1) in actione communi dividundo *Carpz. d. l. def.* 18.

15. Fallit (2) in illis locis, ubi consuetudine aliud introductum *Carpz. l. c. d.* 24.

LXVII.

1. Kurtze Thorheit und kleine Haasen sind die besten. Breves facetiæ & pusilli lepores in deliciis sunt.

> Misce stultitiam consiliis brevem!
> Dulce est desipere in loco. *Horat.*

2. Ratio prioris est, quia prolixitas non parit gratiam, sed fastidium absonderlich wann denen Possenreissern und Schalcks-Narren der Verstand zu kurtz ist. Ratio posterioris consistit in mollitie & teneritate carnis pusillorum leporum. Conf. *Besoldus in Thes. Pract. sub voc.* Narren *p. m.* 700. *seqq.* ubi dicterii hujus mentionem facit.

3. Declara tamen ita, ut facetiæ non debeant esse obscenæ, nec nequitiosæ contra *Ephes. c.* 5. *v.* 4. Aliud est verba obscena proferre & scurrari, Zotten reissen aliud vero lepidum esse & face-

facetosum, jocos dicere Possen reissen, Schnacken machen. Add. *Crusius de indiciis delictorum P. 2. c. 24. n. 30. p. 104.* An gehörigen Orten eine Thorheit begehen, ist Weißheit.

Ille Thalete mihi sapientior esse videtur,
Qui suus & pro re non suus esse solet.

Lasset kein faul Geschwätz auß eurem Munde gehen, sondern was nützlich zur Besserung ist, da es noth thut, daß es holdseelig seye zu hören. *Ephes. c. 4. v. 29.*

LXVIII.

1. Ein jeder kehr vor seiner Thür, so werden die Gassen alle rein. Tecum habita, & noris, quam sit tibi curta suppellex. Nosce teipsum. In te descende. In tuum ipsius sinum inspue. Ziehe oder rupffe dich selber bey der Naasen. Greiffe in deinen eigenen Busen. Dicitur in eos, qui aliorum vitia carpunt, & ipsi tamen virtutem parum curant. Quodsi vero quilibet id vitii emendaret, quo affectus est, & magis solicitus foret de seipso corrigendo quam de alio, tunc optime consuleretur rebus nostris humanis. Sed enim æthiopem deridet albus, & æthiops album, prodigus reprehendit avarum, & avarus prodigum, quid? quod æthiops deridet æthiopem, & albus album, avarus vero reprehendit avarum, & prodigus prodigum. Vid. omnino Lucæ 6, 41. seqq. Nemo est quem non suus occu-

occupat error, lapsus & vitium, cum peccetur iliacos intra muros & extra. Deest tantummodo agnitio. Pertinet huc illud Lutherani Catechismi:

Ein jeder lern sein Lection,
So wird es wohl im Hause stohn.

Ut & dictum Pauli Gal. 6, 4. 5. Ein jeglicher prüfe sein selbst Werck, und alsdann wird er Ruhm an ihme selber haben, und nicht an einem andern, denn ein jeglicher wird seine Last tragen. Recte *Owenus*:

Te perpende prius nec det tibi purpura fastum,
Ut tibi, sic aliis arbiter æquus eris.

LXIX.

1. Tittel kosten kein Geld. Tituli nullo constant pretio.

2. Ratio per se patet, quia scilicet in cujusque potestate sunt.

3. Quatenus nimirum titulis alii decorandi sunt. Man kan einem so viel geben, als er haben will.

4. Fallit, quando ipsimet nobis acquirere volumus titulos, v. g. hochgebohren, hochwohlgebohren, wohlgebohren, durchleuchtig ꝛc. sic enim utique suo constant pretio, vid. *Excellent. Dn. Stryk. in Append. Exam. Jur. Feud. p.* 372.

5. Morale est, quod erga illos, qui vanos appetunt titulos, nobis prodesse possunt, liberales esse debeamus, quia alias facile incurrere possumus offensionem. Vid. *Zeilerus P.* 1. *Epist.* 91. *Cent.*

Cent. 3. *p.m.* 558. Add. *idem d. l. p.* 496. ubi mentionem facit illius adagii: Tittel ohne Mittel, titulus sine vitulo. Exemplo nobis ille Syndicus est, qui Principem allocutus, & monitus de honorabiliori impertiendo titulo hisce verbis: höher, höher, tandem in hæc erumpebat verba: ewiger, Allmächtiger. Inter Principes tamen, Comites, Barones & nobiles cum grano salis utendum est titulis, ne sibi præjudicent. *Besoldus in Thes. pract. sub voc.* gnädige Herren, *p. m.* 328. *&* 378.

6. Effectus, quod tanta hodie titulorum luxuria & ambitio sit, ut nec modum nec finem amplius sentiat, & dignus ac indignus, illustris, excellens, magnificus, reverendissimus, consultissimus, nobilissimus audire velit, qui tamen sæpe non nisi vitiis & ignorantia excellit, & nobilissimus nebulo & rabula, quoniam rebus impar alios consulere opus habet, consultissimus fiat, sunt verba Dn. *Ockelii in JCto rationali c.* 6. *th.* 2. *p.* 148. *Hæpping. de jure insignium c.* 12. *n.* 6. *p.* 1011.

LXX.

1. DEr Tod hebt alles auf. Mors omnia solvit. h. e. mortuo debitore omnia ejus expirant debita.

2. Prob. *per auth. de nuptiis §. deinceps. collat.* 4. *Nov.* 22. *c.* 20.

3. Ratio, quia sublata persona, ceu principali, tolluntur quoque accessoria. *l. cum prin-*

cipalis. 128. *l. nihil dolo.* 129. *§.* 1. *ff. d. R. I. Vid. Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Com. sub voc. principale ax.* 1.

4. Declara, parœmiam intelligi de illis juribus & obligationibus, quæ personis cohærent, & per alium æque bene ac a defuncto expediri non possunt. *Brunnem. in Comment. ad l. veteris* 13. *C. de cont. & committend. stipul.* cujusmodi sunt societas, mandatum, quæ singularem industriam, mandatis scil. & socii requirunt. E. G. Quando ego mandavi Titio negotium aliquod expediendum, & Titius moritur ante mandati illius expeditionem, tunc mandatum cum defuncto cessat, ita, ut mandatarii hæredes me neutiquam convenire nec dicere possint, sie wolten das Mandatum vollbringen und außrichten, personæ enim industria hic electa fuit, quæ cum bonis non statim in hæredem transmittitur. *Tabor d. l. sub voc. mors, ax.* 11. *&* 14. Addatur *Sonnemannus in LL. Notabilioribus l.* 11. *sub lit. V. p.* 508.

5. Ampl. (1) ut non tantum procedat quoad defuncti debita, passiva, sed & activa, v. g. patriam potestatem & usumfructum, utpote, quæ itidem cum morte patris & usufructuarii finiuntur.

6. Ampl. (2) ad delicta, ita ut mortuo delinquente cesset accusatio & punitio, exceptis criminibus perduellionis repetundarum, peculatus & de residuis. *Tabor d. l. in f. ax.* 14.

7. Fal-

7. Fallit cæterum quoad jura debitorum exigendorum *l.* 1. *C. si cert. pet.* fidejussorum conveniendorum *l.* 4. *C. qui satisd. cog.* uno verbo: regulariter omnis contractus ita celebratus ita intelligitur, ut hæredes quoque illo obligentur. *Brunnemannus d. l.* etiamsi nulla eorum facta fuerit mentio, cum superflua illa sit formula: **Ich Endes unterschriebener bekenne vor mich und meine Erben**, sive porro obligatio consistat in dando, sive in faciendo, *ibid.* adeo, ut parœmia nostra non tam regulam, quam regulæ in *d. l.* 13. contentæ suppeditet limitationem. Plura, quæ huc afferri possent vid. apud *Sebastianum Medicem in tractatu: mors omnia solvit.*

8. Effectus, quod ex ejusmodi contractu, qui morte contrahentis tollitur, neque pro hæredibus, neque contra illos actio detur. Usum hujus parœmiæ moralem admodum insignem urget Salomo in *Ecclesiast. c.* 9. *v.* 10. **Alles was dir für Handen kommet zu thun, das thue frisch, denn in der Hölle (oder Grab) da du hinfährest, ist weder Werck, Vernunfft, noch Weißheit.** Cujus dicti occasione Angelicus fere Anglus ille Richardus Baxter aureum prorsus libellum scripsit, cui titulus **nun, oder vielmahls**, arbitratus, quicquid fieri a nobis deberet, aut nunc faciendum, aut nunquam postea facturum, quia mors finiret omnia.

LXXI.

1. SO weit Handwercks Gewohnheit gehet, so weit können sich auch die Handwercker helffen. Quousque recepti sunt mores opificiales, eousque etiam opifices sibi ipsi jus dicere & consulere possunt.

2. R. quia secundum mores opificiales quemlibet a conversationibus opificialibus tam diu excludere possunt, donec ille qui satisfactionem debet, isthuc unde fama & denunciatio primitus dimanavit se contulerit & satisfecerit. Vid. *Beierus de Collegiis Opificum c.* 10. *& de Conviciis opificum P.* 3. *c.* 11. *n.* 375. *p.* 114. *seq.* und das heisset man stylo opificiali das Austreiben. Et quamvis hodie per publicas leges valde interpolata fuerit illa consuetudo exagitandi se invicem einander aufzutreiben; attamen in multis locis illa etiamnum valet. *Dn. Beierus de Collegiis Opificum d. l. p.* 430. E. G. Man schreibet denjenigen, von dem man Satisfaction haben will, an die schwartze Tafel, so lang biß er kommet, und seine Sache außmachet, wann er auch gleich 100. Meilwegs davon wäre, wann nur Handwercks Gebrauch gilt an dem Ort, da er sich aufhält. Conf. Staats-Spiegel *de A.* 1707. *mens. Mart. p.* 23. *seqq.*

LXXII.

1. **Als Demuth weint, und Hoffarth lacht,**
Da wurd' der Schweitzer (*a*) Bund gemacht.

Flente humilitate & ridente ſuperbia fœdus Helvetiorum pangebatur.

2. (*a*) Schweitzer, Suizeri nomen ſuum habent a provincia Schwitz, Schweitz Pufendorff in der Einleitung zur Historie *c.* 7. §. 2. *in f. p.* 553. & quidem eapropter, quia provincia Schweitz omnium prima fuit, quæ Anno 1308. fœdere jungebatur *Uraniæ & Unterwaldiæ.* Conſ. *Hagemayerus Epiſt.* 10. *de Jure Publico Europæo* §. 8. *p.* 4. *Speidelius in Speculo ſub voc.* Schweitzer *p.* 1130. *Scharſchmidius apud Schuzium de Statu Rei Rom. Vol.* 1. *Ex.* 1. §. 18. *p.* 53. *Autor* deß Europäiſchen Herolds *p.* 994. *ſeqq. Becmannus in Hiſtoria Orbis terrarum* §. 10. *p.* 197.

3. R. Deplorabant enim tunc temporis miſeri Helvetii ſtatum ſuum calamitoſum, ad quem inſolentia & intolerabili injuria officialium Cæſareorum redacti erant; hi vero lacrymas ſubditorum non tantum ſusque deque habebant, ſed & inſuper quam duriſſime tractabant illos, quaſi ſatis idoneos, ut verbis Terentii utamur, in quibus ſic illuderent. Tandem patientia læſa abibat in furorem, & filiam iſtam, Domui Auſtriacæ adeo nocivam, Rempublicam ſcilicet liberam, enitebatur. Illud autem maxime male habebat

Hel-

Hervetios, quod præfectus Geißler pileum hastæ imposuisset, & ut a prætereuntibus salutaretur, imperasset, de quo Autores citati. Add. *Dietherrus in Continuat. Besoldi Thes. Pract. sub voc.* Hutabziehen *p.* 287. Pfeffinger *in Geographia Curiosa L.* 4. *c.* 14. §. 8. *p.* 377. *Burgoldensis ad Instrum. Pac. P.* 2. *disc.* 21. §. 1. *p.* 237.

LXXIII.

1. EIne Schwalbe macht keinen Sommer. Una hirundo non facit ver, h. e. unus rem non conficit.

2. Ratio, quia unus plurium vices sustinere nequit *l.* 9. *ff. d. Pact. l.* 13. §. 4. *ad SCtm. Trebell.*

3. Declara (1) ut procedat pro rei & negotii qualitatibus. Sufficere enim interdum unum uni negotio constat.

4. Declara (2) ut si unus rem non conficiat plene, efficiat tamen aliquid. Sic v. g. utut unus testis non inducat probationem plenam, inducit tamen præsumtionem & interdum etiam probationem semiplenam. *Add. parœm.* ein Zeug kein Zeug.

5. Exemplum solenne suppeditat *Baldus*, ita scribens: quemadmodum una hirundo non facit ver; ita non intelligitur nobilis genere, ein Alter von Adel, nisi qui probavit, quod antiquitus majores ejus fuerint nobiles h. e. non satis est, patrem habere nobilem, nisi majores quo-

quoque ejusmodi fuerint *Liebenthal in Colleg. Polit. Exercit.* 10. *Q.* 6. *p.* 522. Sic porro unum præjudicium nec praxin facit nec consuetudinem, facit tamen interpretationem antecedentis dispositionis, quæ vera est, etiamsi nonnisi semel evenerit. *Tabor apud Barbosam in Thesauro Loc. Com. sub voc. observantia ax.* 1. & 3. Dissentit *Illustris Dn. Rhezius in institut. Jur. Publ. L.* 1. *t.* §. 31. *p.* 21. ubi etiam ad observantiam plures actus requiri statuit, quæ sententia etiam legibus conformior esse videtur vid. *l.* 37. & 38. *ff. de LL.*

LXXIV.

1. Schwartz auf weiß scheidet die Leute. Litera nigra in charta alba scripta dirimit lites. Allegatur hoc a *Dn. D. Beiero, Professore Jenensi in Tract. de Collegiis Opificum c.* 20. §. 12. *p.* 482.

2. R. quia (1) litera scripta perpetuum testimonium adversus scribentem perhibet, nec facile negari potest. (2) quia diutius duratura voce est. Prob. per *Tob. c.* 17. & 4. *v.* 21. 22.

3. Declar. modo litera scripta satis clara sit & cæteroquin constet debitis suis requisitis.

4. Ampliatur (1) idem etiam quoad literas alio quam nigro colore scriptas valere.

5. Ampl. (2) ut ex nonnullorum opinione contra instrumenta publica nulla probatio detur in contrarium. Vid. tamen *Brunnemannus ad l.* 10. *ff. de probat.*

6. Exem-

6. Exemplum habemus in libris judicialibus, qui pleniſſime probant *l. 2. C. de teſtam. ibique Doctores. Colerus de Proceſſu Executivo P. 3. c. 2. n. 20.* & teſtibus potiores ſunt *l. 10. ff. de Probat. ibique Brunnem.* in libris cenſualibus, von Zinß-Büchern, libris foreſtorum Forſt-Büchern, Saal- und Steur-Büchern, Erb-Büchern, Rahts-Büchern, Lehen-Büchern, Kauff- und Handels-Büchern, Kirchen-Büchern, Pfarr-Büchern, Amts-Büchern, Straf-Büchern, Cent-Protocollis, &c. de quibus evolvi poteſt *Rulant de Commiſſariis P. 2. L. 5. c. 6. p. m.* 134. De libris collegiorum von denen Zunfft-Büchern, libris gabellariorum Zoll-Geleits- und Acciß-Büchern, libris argentariorum Wechſel-Banck- und Mäckler-Büchern, libris monaſteriorum Cloſter-Büchern, vid. *Diſſert. inaugur. Joh. Chriſtoph* Freieslebens *de libris cenſualibus Erfurti habita per tot.* Add. *Dn. Beier in Tr. de Advocato Opificiario p.* 320.

LXXV.

1. Nimmer guth, der Schwäger Rath thut. Senatores affines nunquam aliquid boni ſuadent, h. e. quando collegium aliquod ſenatorium ex ejusmodi perſonis conſtat, quæ affinitatis nexu junguntur, tunc bona non ſuppeditantur conſilia.

2. R. quia vix ab affectibus libera ſunt. Vid. *Mevius ad jus Lubeccenſe L. 1. t. 1. art. 5. n.* 4.

3. De-

3. Declara (1) parœmiam adhuc magis procedere quoad consanguineos, sive vinculo consanguinitatis nexos. Sic v.g. pater & filius, duo fratres, secundum Jus Lubeccense nequeunt esse in collegio senatorio *Mevius d. l. n.* 8. & secundum communem fere observantiam gener & socer *Menoch. L.* 2. *de Arb. Jud. Quæst. cas.* 348. *n.* 14. *Surdus de alimentis P.* 1. *Q.* 38. *n.* 5.

4. Declara (2) modo nexus ille affinitatis vel consanguinitatis sit aliquantum arctior: remotior enim non attenditur.

LXXVI.

1. So mancher Schwager, so mancher Knebelspieß. Quod affines tot hastæ. Originem hujus proverbii quod concernit, petenda illa est ex pristina quadam in Germania recepta consuetudine, dum veteres Germani hastis instructi comparebant in nuptiis, sponsam protecturi, de quo vid. *Geyer in Spicilegio Speidelio-Besoldiano sub voc.* Schwäger-Spiesse *p.m.* 117. & ibi allegatus Harßdörffer. Quoniam autem adfines plerumque invicem invidi esse solent, ideo illi ipsi postea metonymice dicti sunt Knebel-Spiesse, ita ut sensus sit: *adfines sibi ipsi hastæ sunt*, h. e. *inimici.*

2. R. consistit in eo, quia plerumque in hereditatibus dividendis concurrunt & circa meum & tuum occupati sunt, ubi omnis amicitia cessare solet.

3. Exem-

3. Exempla varia ex Sacra Scriptura affert Reinkingk in der Biblischen Policey *ax.* 25. *L.* 3. *p.m.* 773.

4. Procedit ἐν μέρει non vero καθόλε.

LXXVII.

1. Viel Schwäger und Brüder machen schmale Güther. Multi affines & fratres diminuunt bona.

2. Ratio quia affines repræsentant suas uxores, ceu fratrum sorores, quæ æque ut fratres suas habere debent portiones, quo plures autem personæ, eo plures quoque dantur portiones, cum pro numero personarum hic quoque debeantur portiones so viel Mund, so viel Pfund; pluralitas autem sive multitudo portionum diminuit bona dividenda.

3. Declara (1) valere hoc quoad illa bona, quæ communia sunt fratribus & sororibus v. g. paterna.

4. Declara (2) scilicet ita, ut portiones hereditariæ eo minores sint, non vero quod divisio absorbeat & consumat bona. Wo viel Theilhabere sind, da giebt es kleine oder schmale Bißlein.

5. Limit. nisi pacto aut testamento aliud sit constitutum.

6. Exigui quidem momenti videtur esse hæc parœmia, sed si paulo penitus inspiciatur, valde moralis est, & politica. Quodsi enim quæras, quid causæ sit, cur tot & tam illustrium familiarum splen-

splendor adeo obfuscatus fuerit in nostra Germania, alia fere dari non poterit, quam quod Ducatus, Comitatus & Baronias suas diminuerint divisionibus contra illud Friderici Imperatoris constitutum 2. Feud. t. 55. §. præterea, cui adstipulatur Guntherus:

Marchia seu Comitis possessio sive Ducatus integra permaneant feudalia, cætera multis Participanda patent.

Und ist einmahl unwidersprechlich, daß, wann es also fortgehet mit dem theilen, die alten Familien gantz herunter kommen, und ihren Splendorem verliehren, hingegen andere und geringere, so auf die Acquisition bedacht, und dabey das jus primogenituræ einfuhren, sich über dieselbe in die Höhe schwingen werden. Dann wie kan es anders seyn, Standsmässig will ein jeder leben; hat man die Einkünffte nicht dazu, so borget man, worauf anders nichts als die Verkauffung dieses und jenes Antheils von der Herrschafft erfolget, und somit muß die Reputation und Splendor nothwendig Schiffbruch leiden. Minimum divisionibus ita attenuantur, ut pro dignitate statum & conditionem suam vix tueri possint. *Gailius L. 2. obs.* 153. Contrarium tamen, & pro divisione responsum fuisse vide sis apud *Struvium in observat. feudal. Syntagm. Jur. Feud. p. m.* 50. *seq.* Conf. *D. Joh.* Mehlbaums *Antecessoris olim Helmstadiensis dissert. sub ejus præsidio de Jure primogenituræ habita th.* 20. *seqq.*

LXXVIII.

1. **Schutz- und Schirms-Gerechtigkeit, giebt keine Unterthänigkeit.** Jus protectionis non involvit jus subjectionis, sive, qui alteri nexu clientelari est obstrictus non statim illius subditus est, sed manet jurisdictio ordinarii magistratus salva.

2. Ratio, quia patronus sive advocatus der Schutz-und Schirms-Herr nihil aliud est quam defensor. *Webnerus sub voce* Schirms-Verwandten *ab initio.* Ertel *de superioritate territoriali p. m.* 41. Defensio autem ne micam quidem jurisdictionis tribuit *Speidelius in speculo sub voc.* Schutz und Schirm *p.* 1126.

3. Probat hoc *l. non dubito* 7. §. 1. *de Captiv.* ad quam legem integrum tractatum, Syntagma juris publici dictum, scripsit *Jacobus van der Graef.* ut & *cap. recepimus* x. *de Privileg. ibi: clientes liberi sunt.*

4. Decl. (1) ita ut, si Imperii Status aliquem sibi protectorem elegerit, nihilominus tamen imperiali majestati obstrictus maneat, *Mylerus ab Ehrenbach de Stat. Imp. P.* 1. *c.* 10. §. 24. nihilque decedat juri status & territorii *D. Kestner. Professor Rintheliensis, disp.* 4. *de jure Gentium c.* 7. §. 10. *Petrus Mullerus, Professor olim Jenensis, in disput. de auxilio Potentiorum c.* 2. §. 12. 15. *Reinking. de Regim. L.* 1. *cl.* 5. *c.* 4. *n.* 50. *Dietherrus in Cont. Thes. Besoldi sub voc.* anspannen *p.*61. *Conf. Grot. de Jure B. & Pac. L.* 1. *c.* 3. §. 21.

aut

aut protectioni ordinariæ *Rumelinus ad Auream Bullam P.* 2. *diss.* 5. *th.* 10. Non igitur sequitur: jus advocatiæ in decem civitates Alsatiæ cessum fuit *per Instrum. Pac. Monast.* Regi Galliarum; ergo illæ huic subjectæ sunt, cum receptus in protectionem alterius, remaneat sub jurisdictione ordinaria *Gail. L.* 2. *ob.* 54. *n.* 3. Communiter tamen & de facto protectores die Schutz- und Schirms-Herren immutari in Sturm-Herren, docent Verdunum, Cameracium, Tullum & prædictæ decem civitates Alsatiæ. *Add. Mylerus ab Ehrenbach d. l. p.* 172.

5. Decl. (2) quod tamen advocatus prætendere possit exhibitionem reverentiæ (2) jus ea agendi, sine quibus tueri clientes recte non possit; non vero jus aperturæ, muniendi, aliaque superioritatis jura, invitis sc. clientibus *Coccejus in Jurispr. Pub. c.* 26. *n.* 11. 12. *p.* 396. nec jus collectandi *Gail. d. l. n.* 6. *Non obstat, quod Wehnerus sub voc.* Schatzung *p.* 433. statuat: illi deberi collectas, qui debet præstare protectionem; ex hac ratione, quod Schützung & Schutz sint correlativa. R. enim distinguendo inter protectionem ordinariam & extraordinariam: illa est magistratus ordinarii, hæc vero alterius alicujus, ex speciali pacto vel conventione vid. *Dietherr. in Continuat. Besoldi Thesau. Pract. sub voc.* Schutz-und Schirms-Verwandte *p.* 545. illa admittit jus collectandi, hæc vero neutiquam; vel distingue inter collectionem & collectam ipsam, dicendo, illam pertinere ad jurisdictionem & magistratum ordinarium, hanc

vero pertinere posse ad Patronum sive advocatum. Referunt huc quoque non nulli jus alteri protectionem cedendi *vid. Excell. Stryk. in dissert. de Actionibus non cessibilibus c. 2. §. 12. p.m. 20. quæ annexa est ejus tractatui de actionibus invest.* Sed enim & hoc jus possibile esse, docet cessio advocatiæ in Abbatiam Quedlinburgensem ab Electore Saxoniæ, in Serenissimum Electorem Brandenb. nuper facta.

6. Limitatur in favorabilibus, ubi etiam clientes veniunt nomine subditorum; hinc istis pariter ac subditis scribitur, Unsern lieben Getreuen *Orth de regali jure conducendi p. 339. c. 9. Gail. de Arrestis. c. 7. n. 13.* Add. *Dn. Thomasius in Dissert. Acad. quæ de Jurisdictionis & magistratuum differentia secundum mores Germanorum Halæ prodiit th. 23. p. 20.*

LXXIX.

1. EIn guter Schreiber *(a)* ist aller Ehren werth. h. e. Bonus scriba dignus est, qui æstimetur.

2. *(a)* An hæc vox descendat a latino scribere, an vero a belgico schrifen videri potest apud *Morhof* im Unterricht von der Teutschen Sprach und *Poësie c. 2. 3. 4.* Quam varie autem accipiatur, videre est apud Lexicographos, in specie apud *Calvinum sub voc. scriba.* Sufficit in præsentiarum notasse, quod scriba h. l. significet talem, qui scribendo se sustentat, quatenus nimirum scribere idem est ac describere,

einen

einen Scribenten, Copisten, Wezlariæ dicitur: ein Protocollist, a protocollo, quod tenet.

3. Ratio, quia literæ planæ & lectu faciles facile quoque a lectoribus intelliguntur, imo causæ patrono s. advocato gloriam & parti favorem conciliant *Schacherus in Coll. Pract. Proleg. p. 9. lit. d.* illegibilitas e contrario judicem concitare potest ad excandescentiam. Vid. omnino *Schacherus d. l.* imo plane nihil scribit, qui illegibiliter scribit, cum paria sint, nihil scribere & illegibilia scribere. *Id. d. l.*

4. Probationis loco conferri potest *l. 1. C. de Tabul. L. 10. t. 69.*

5. Decl. (1) modo scriba non tantum eleganter & clare scribat, sed & intellectum aliqualem habeat ejus, quod scribit: alias enim sat quidem eleganter formabit suas literas, sed subinde hæsitabit & errabit in re ipsa, atque sic rursus lectori obscurabit sensum suæ scriptionis.

6. Decl. (2) modo quoque sine abbreviaturis ac Ziphris scribat vid. *Id. Schacherus d. l.* ubi obiter nota, quod in Camera Imperiali adjuncta die Beylagen, non signis v. g. Solis, Jovis, Mercurii &c. sed vel Ziphris vel literis signari debeant.

7. Decl. (3) dummodo utatur quoque charta candida, non vero atra bibula aut maculata & deleta, ut & atramento nigro. Exemplum ridiculum alicujus advocati novelli, qui atramentum rubrum adhibuerat in rubrica vid. apud eund. *Schacherum l. c.*

LXXX.

1. WEr ein Schrifftsaß *(a)* ist, der hat auch einen Landes-Fürsten. *(b)* Qui Schrifftsassius est, ille etiam dominum territorialem habet.

2. *(a)* Vox hæc composita est a Schrifft & Sassen. Sassen autem sicut derivatur a sedendo, & idem est ac gesessen, angesessen, vid. *Struv. in diss. de Schrifftsassiis c.* 1.. ita vox Schrifft hic accipitur presse & κατ' ἐξοχὴν pro rescripto domini vel Curiæ Cantzley-Schrifft: denotatque per metonymiam Cancellariam ipsam, ita ut Schrifftsaß idem sit ac Cantzleysaß *Knichen de Electorum &c. jure & privilegio litis provocatoriæ nescio c.6. p.m.* 171. vel talis Landsaß, qui immediate jurisdictioni Domini territorialis, vel ejus Cancellariæ subjectus est, opponiturque denen Amtsassen qui primam suam instantiam habent coram præfectura vor dem Amt, secundam v. demum coram Cancellaria sive Principe: unde quoque hi mediati, isti vero immediati appellantur *Besoldus sub voc.* Schrifftsaß. *Knichen d. l.* Quæ immedietas tamen absolute talis non est, & longe adhuc differt ab illa immedietate imperii.

3. *(b)* Landes-Fürst h. l. non stricte sed large capitur pro domino territoriali, ita ut Comites, Dominos, Civitates imperiales, & quoscunque status imperii comprehendat, sensusque integræ parœmiæ huc recidat: qui cancellariæ cuidam subjectus est, ille quoque agnoscit domi-

num

num territorialem. Vid. *Webnerus sub voc.* Land-sasserey *ab init.* & consequenter neque status imperii neque immediatus est. Ratio quia relative se habent ein Landes-Herr und Schrifft-saß, ita ut unus, sine altero esse non possit.

4. Fundatur hoc passim in jure Saxonico.

5. Decl. (1) ita ut quis esse possit Schrifftsassius intuitu certi prædii, cum jus hoc inhæreat rei vid. *Struvius d. l. c. 2.* cæteroquin tamen immediatus imperii sit ein Reichsaß. E. G. Nobilis in Franconia ratione sui prædii immediati imperio subest; er ist ein Reichssaß quod si tamen prædium possideat in Saxonia, eatenus est Land- & quidem vel Schrifft- vel Amtsässig.

6. Decl. (2) quod nexus vasalliticus non inducat semper Schrifftsassiatum. Sic v. g. multi Principes ac Comites imperii feuda recognoscunt ab aliis statibus *Knichen d. l.* nec tamen sunt Schrifft- sed Reichssassen.

7. Effectus Schrifftsassiatus sunt v. g. ut ad comitia provincialia vocentur, homagium præstent, administrationem justitiæ petant. Conf. *Webnerus d. l.*

LXXXI.

1. Alte Schuld rostet nicht. Debitum quantumvis vetus, rubigine non obducitur. Meminit hujus *Besoldus in Thes. Pract. sub voc.* Schulden *p. m.* 876.

2. Ratio, quoniam tempus non est modus tollendi, obligationes. *l. obligationum* 44. §. 1. *ff. de*

de oblig. & Act. §. 3. inst. de verb. obligat. Barbosa in Thes. Loc. Com. sub voc. tempus ax. 41.

3. Limita nisi sc. debitum intra tantum temporis spatium petitum non fuerit, quantum a jure vel etiam homine determinatum. Utut enim, tempore illo elapso, non sit sublata ipso jure obligatio, ope tamen exceptionis repelli poterit actor. E. G. quando intra triginta annos creditor non interpellavit debitorem, vel etiam, intra terminum, mediante conventione creditori præfixum, (quo scilicet debitum vel petere, vel postea jus illud petendi omissum esse debeat) non convenit debitorem, tunc ipso jure durat quidem adhuc obligatio, sed potest tamen per exceptionem præscriptionis, aut pacti, aliter conventi, statim elidi, & auctor cum repulsa dimitti. Conf. *Geyer in Spicilegio Speidelio-Besoldiano sub voc.* Schuld *p. m.* 116. modo scil. adsit bona fides debitoris, alias enim si hæc deficiat illud obtinet diverbium: Tausend Jahr unrecht ist nicht eine Stund recht. *vid. par. hanc sub voc.* Recht. Conf. *tamen Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Com. sub voc. vetustas ax.* 2. *& de præsidiis debitorum infelicium P.* 4. *art.* 7. §. 16. *p.* 359.

4. Ampliatur, quoque ad alia: v. g. amorem: hinc dici quoque assolet: alte Liebe rostet nicht, cujus sensus est: amor, qui semel radices egit, non facile extinguitur.

LXXXII.

1. An ungewissen Schulden nimmt man Haberstroh. Debita incerta etiam stramine avenario redimuntur. *Alias dicitur:* Si nequit debitor nequam solvere argentum, accipies paleas. *Item*, Antiqua debita sæpenumero stramen pensat. Dicitur quoque: an bösen Schulden soll man Haberstroh nehmen, cujusmodi sunt debita obsoleta, inexigibilia, probatu difficilia &c.

2. R. quia præstat habere parum quam nihil, in stabulo asinum, quam stabulum vacuum. *Brunnem. ad l. 6. C. de omni agro deserto.* Cumprimis si debitor solvendo non est, aut concursus creditorum excitatur. Vid. *B. Petrus Mullerus in Not. ad Syntagma Struv. tit. de solut. ac Liberat. th. 73. lit. δ. p. 658.*

3. Ampliatur in tantum, ut, si debitor præter stramen nihil possideat, nec tamen hoc possit vendere, wann er es nicht versilbern kan, creditor illud vel invitus teneatur accipere in solutum, etiamsi debitum sit certum & verum, modo ratione exigentiæ non sit satis bonum per *Nov. 4. c. quod autem* 3.

4. Obstat, quod aliud pro alio invito creditori solvi vel obtrudi non possit. *l. 2. §. 1. ff. de Reb. Cred. l. 46. C. de solut. Barb. in Thes. Loc. Com. sub voc. solutio ax. 34.* Sed respondetur, procedere hoc, si in debitoris potestate sit, rem ipsam, quam

promisit, præstare die versprochene Sachen in natura zu liefern.

LXXXIII.

1. Schuld zahlen macht Haupt-Geld. (a) Qui solvit debitum, sive ære alieno se liberat, ille sortem ad reditum collocat, der leihet ein Capital auf Zinß auß. *Oldendorpius Class. 6. act. 1. in f.*

2. (a) Haupt-Geld h. l. denotat sortem, sive pecuniam principalem, quæ usuris ac interesse, tanquam accessioni, opponitur, ein Capital, ein Haupt-Stuhl.

3. R. quia solvens debitum ipsemet lucratur illas usuras, quas ob debitum alius hactenus intercepit.

4. Declar. parœmiam hanc intelligi debere effective, non formaliter: unde etiam *Oldendorpius d. l.* notanter dicit: videtur sortem collocare ad reditum, qui debitum exsolvit.

5. Longe aliter parœmiam hanc explicat *Celeberr. Dn. Hertius; qui in Rar. & Select. ex univers. Jurisprud. Argum. L. 1. de Parœm. Jur. Germ. par. 57. p. 504.* talem exinde eruit sensum: Qui usuras pro aliquo solvit, ille sortem sibi constituit. Wer Schuld h. e. Zinse vor einen andern bezahlet, der kan von diesen gezahlten Zinsen wieder Zinse fordern.

6. R. quia hic mutatur creditoris persona: quoties autem personæ debitoris vel creditoris mutantur, toties anatocismus non prohibetur.

Carpz.

Carpz. P. 2. c. 30. d. 48. Exemplum vide apud *Mevium P. 6. d. 322.* Add. Illustris *Strykius apud Barb. in Thes. Loc. sub voc. usura ax. 7.*

LXXXIV.

1. Die de Mann trouwt, die trouwt oock de Schulden. Est Belgarum proverbium. Nos in superiori Germania dicimus: Wer den Mann heyrathet, der heyrathet auch auch seine Schuld. Cui respondet illud Gallotum dictum: Qui epouse femme, epouse ses dettes. Latine: Quæ viro nubit, nubit quoque (h. e. illigat se) ejus æri alieno ac debitis.

2. Ratio, quia inter conjuges quædam bonorum communio est.

3. Fundatur parœmia hæc in statutis & non nullorum locorum consuetudinibus; adversatur vero *t. t. C. ne uxor. pro marito &c.* Ejusmodi statutum datur Coloniæ Agripinæ, teste *Mynsingero ob. 29. cent. 1.* Conf. *Colerus de Processu Execut. P. 1. c. 3. n. 39.* ut & Norimbergæ, Gothæ &c. *Fabricius ad Mynsingerum d. l.*

4. Declar. (1) ut procedat imprimis tunc, quando uxor cum marito communem negotiationem vel cauponariam exercet *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Com. sub voc. uxor. ax. 6. lim. 5.*

5. Declar. (2) modo sit vera uxor, non nuda sponsa, quæ interdum quoque pro uxore est *Zypæus in Notit. Jur. Belg. p. m. 201. §. in aliquibus &c.*

6. Am-

6. Ampl. (1) etiamsi per se sola non contraxerit *Mynsinger d. l.*

7. Ampliat. (2) ut procedat quoque vice versa ita, ut & maritus stare teneatur pro debitis suæ uxoris; quemadmodum & jure Leodiensi hoc ad maritum extendi tradit *Hertius in Tract. Select. & Rarior. de Paræm. Germ. L. 1. par. 69. p. 522.*

8. Fallit in illis terris, ubi jus civile obtinet: hoc enim jure uxor juvatur exceptione SCti Vellejani, & obligatio uxoris pro marito nulla est *Tabor d. l.*

LXXXV.

1. Wer da ist schuldig,
Der muß seyn gedultig.

Debitores debent esse patientes, h. e. verba creditorum duriora æquo ferre animo, & illis interpellantibus comiter respondere.

2. R. quia alias creditores irritare, & in se concitare possunt, cumprimis si illi inclementiores & rigidiores sint.

3. Ampl. ut procedat etiam quoad reos alicujus criminis, qui pœnas debent, (2) quoad ipsos creditores, præsertim temporibus calamitosis & bellicis, ubi citra debitoris extremam perniciem debitum exigi nequit. Nec enim cum sacco, ut eleganter dicitur in l. *quod dicimus* 105. *ff. de solut.* adire debent debitores, sed aliquod temporis laxamentum sive temperamentum eis concedere.

4. Li-

4. Limit. (1) ut tamen injurias a creditoribus illatas ferre non teneantur, sed eapropter illos convenire possint, modo satis virium illis suppetat ad actionem rite persequendam. Alias enim

Qui sapit, ille capit casus patienter amaros.

5. Limit. (2) ut tamen patientia illa non debeat esse dolosa, ita ut nolle in causa sit, non posse vero prætendatur, & dicatur:

Ich bin fromm und gedultig,
Bleib allen Leuten schuldig,
Verleih't mir GOtt das Leben,
Verlang ich keinem was zu geben.

Conf. omnino *Siracides c.* 29. *v.* 4 -- 9. cujus aurea hanc in rem verba pro cautela notari possunt.

LXXXVI.

1. WEr nicht thun kan, was die Leute verdriesset, giebt keinen Schultzen. *(a)* Qui istud, quod homines male habet, facere detrectat, prætorem agere nequit.

2. *(a)* Schultz, idem est ac Schultheiß, quasi Schuldheisch, quia debita postulare & de causis debitorum dijudicare debet, *Webnerus in Observat. Pract. sub voc.* Schultheiß *p.* 430. Alii ab hebraica voce Schalat, præest, præfectus est, vocem Schultz, vel ut alii dicunt, Scholtz, denominationem derivant vid. *Besoldus in Thesauro Pract. sub voc.* Schultheiß *p.* 877. *& B. Dn.*

Dn. D. Hartung in diſſert. Jurid. de Schultetis, Heimburgiis & Scabinis c. 1. §. 3. *p.* 4. Quæ derivatio ſicuti rei ipſi ſatis conveniens eſt; ita etiam latine dicitur præfectus, barbare vero, ſcultetus, ſculthetus, ſchultetus, ſchultaſius, ſculdaſius, ſculdais, ſculthais, ſchultais, ſculteis, ſculthesius, ſchuldaſius, ſcultheiſius, ſculdeſius, ſculdeiſius, *Hartung d. l.* Add. *Conringius Exercit. Acad. de Imp. Germ. Ex.* 6. *th.* 27. *p.* 234. Spate im Teutſchen Sprach-Schatz *ſub voc.* heiſſen *p.* 824. *ſeq.* & *Dietherrus in Continuatione Theſ. Beſ. ſub ead. voc.* Schultheiß.

3. R. quia maxima pars officii ſcultetorum ſive præfectorum conſiſtit in denunciatione eorum, quæ legibus adverſantur, & executione mandatorum Magiſtratus, quam plerumque ægre ferunt, & in malam partem accipiunt ſubditi.

4. Declara approbandum eſſe dicterium, ſi intelligatur de illo tædio ac faſtidio, quod immediatè connexum eſt cum officio prætorio; hoc enim qui voluit & averſatur minime aptus eſt ad prætoris ſpartam condigno modo obeundam v. g. ſi audit, quæ in rem ejus ſunt, & pro eo faciunt, illa vero, quæ ipſi faſtidium afferunt, negligit & ſciens prudensque non audit, uti communiter fieri ſolet, ita ut inde quoque illud natum ſit proverbium: Er hat Schultzen-Ohren, er höret nicht wohl. *Hartungius d. l.* §. 23. *p.* 12.

5. Limitatur ergo quando Prætor officio ſuo abutitur, & in eo, quod ægre ferunt homines, ſe oblectat eorumque vexationem vel directe vel indirecte intendit, quaſi rem ſe ſic bene gerere putans.

6. Am-

6. Ampl. (1) ut procedat quoque quoad Reichs-Stadt- & Amt-Schultheissen.

7. Ampl. (2) etiam ad alios: sic judicis spartam rite ornare nequit, qui odium metuit, & qui persecutionem timet, munus verbi divini ministri gerere non potest, dann so viel Urtheil man spricht, so viel Ubelgesinnete macht man sich, und ein Geistlicher darff vor Verfolgung nicht sorgen, wann er die Sünde der Welt straffet. Vid. omnino *Gal. I*, 10.

LXXXVII.

1. **Es ist keine Kunst eine gute, sondern eine schlimme Sache zu gewinnen.** Artis non est in bona sed in mala causa triumphare, h. e. illi non merentur laudem, qui in evidenter justa causa victoriam reportant, sed qui ex causa vulnerata & apparenter injusta eluctari possunt.

2. Ratio quia non illud sed hoc res est ingenii ac judicii.

3. Declara, per causam bonam h. l. intelligi illam, quæ non tantum in se justa est, sed & quæ ne minimum quidem difficultatis habet, per malam vero, quæ in se quidem bona & justa est, sed ob alias causas extrinsecas inextricabilis fere facta. Aliud ergo dicendum, si quis laudem sibi quærere vellet ex cujusvis litis, sive justa, sive iniqua sit, victoria. Wann man eine jede krumme Sache will gerad machen können. Conf. *Latherus de Censu L. 2. c. 7. p. 295. n. 50.*

n. 50. Ejusmodi Advocatos rectius togatos vultures & Harpijas quam defensores appellares. Add. *Ventura de Valentiis in Parthenio Litigioso L.* 1. *c.* 9. *n.* 42. *p.* 144.

LXXXVIII.

1. **Wann man vor die rechte Schmide gehet/ wird man recht beschlagen.** In bene constituta officina ferraria equus recte calceatur; ubi per officinam ferrariam bene constitutam h. l. intelligitur Magistratus superior; ita ut sensus sit: qui causam ad summum defert Magistratum, ille sententiam causæ adæquatam obtinet.

2. R. quia supremus magistratus non tantum doctrinæ, sed & justitiæ pro se habet præsumtionem.

3. Declara ita, ut procedat, quatenus supremi magistratus jurisdictio, quoad causam illam, fundata est.

4. Ampl. ut procedat quoque in aliis rebus, v. g. artificibus, opificibus, wer was recht gemacht haben will / muß zu einen rechten Meister gehen. *Proba materies data est*, inquit *Plautus in Pœnulo A.* 4. *Sc.* 2. *si probum adhibeas fabrum.* Conf. par. Die grösten Hümpler machen die meisten Späne.

5. Fallit tamen non nunquam, quando quidem magistro sæpe antecellit discipulus, & inferior judex præstat superiori. Mundus regitur opinionibus, ita ut plus in opinione interdum sit, quam in rei veritate.

LXXXIX.

1. MErtzen-Schnee, (a) thut den Früchten weh.

Latine hoc ita redderes: Nix, menſe Martio delapſa, frugibus eſt nociva. Dicitur etiam:

Im Jenner Reiff und Schnee,
Thut den Báumen/Berg und Thálern weh.

2. Ratio noſtri diverbii non eſt in promtu, cumprimis, quia alias nives agris prodeſſe & terram putrefacere ſolent, quemadmodum imprimis illis, quæ aprili demum decidunt menſe, ſingularem adſcribunt pingueſactionem agricolæ. Quicquid hujus ſit, iſti ad ſuperſtitionem uſque hanc eo extendunt parœmiam, ut credant, daß/ wann man den Schnee in einem Sack über das Feld trúge, ſolches denen Früchten wehe thue.

3. Effectus hujus adagii in eo ſeſe exerit, ſcilicet ex *l. fiſtulas* 78. §. *ult. ff. d. C. E. V.* conſtat, quod ſi nives immoderatæ ac contra tempeſtatis conſuetudinem decidentes corrumpant frumenta, venditor teneatur in ſe recipere damnum, ſi ab initio contractus promiſerit: ſe, ſi quid vi a tempeſtate factum eſſet, præſtiturum? Quæritur igitur, an, ſi menſe martio nix corrumpat fruges, damnum ſit penes venditorem? ℞. negando, eapropter, quia lex allegata præſupponit (1) nimiam nivis copiam (2) contra tempeſtatis conſuetudinem delapſam. Jam vero neutrum hic dici poteſt, cum neque copia nivis nimia,

Bbbbb neque

neque insolito fuerit lapsa tempore: nec enim inconsuetum est, ut mense Martio decidant nives. Conf. *Dn. Gravii dissertatio inauguralis Tubingæ de eo, quod justum est circa nivem, habita.* §. 14. *p.* 35. Sic porro dici solet: Viel Schnee viel Heu, aber wenig Korn und Fäsen. *(a)*

(a) Alias dicitur Fasen, Faseln, & in singulari die Fasel fibra radicum, foliorum & venarum, festucæ, capillamenta die äusserste Zäserlein an etwas. Hinc diminutivum: Fäselein, Fäsemlein, Fäserlein. Conf. deß Spatens Teutscher Sprach-Schatz *sub voce* Faß *p.m.* 437.

2. Declar. si scilicet nivium defluxus contra frequentiorem in provincia vel loco contractus consuetudinem admodum copiosus atque immoderatus sit. *Dn. Gravius modo c. l.* §. 15.

XC.

1. Wat man schrifft, dat blift,
Was man schreibet, das bleibet.

Litera scripta manet, h. e. semper adversus nos loquitur ac testatur. Prob. per *l. Publia* 26. §. *fin. ff. Depos.*

2. R. quia charta tam facile non perit, sicuti vox ex imprudentia nobis elapsa, cujus quilibet insuper optimus esse potest interpres.

3. Declara, quam diu scilicet non exoleverit litera: hoc enim facto diceres:

Littera scripta perit, culpa perennis erit.

4. Quod

4. Effectus, quod major omnino fides sit scripturæ quam vivæ vocis. *Colerus de Processu Executivo P. 1. c. 10. n. 150. p. m. 310.*

Litera scripta manet, volat irrevocabile verbum.

XCI.

1. Schreiben, rechnen, singen,
Soll ein Knab auß der Schul
bringen.

Scribere, computare & cantare,
Ex schola puer debet reportare.

Affert adagium hoc *Dn.* Rosenberg *in Triade Philosophica p.* 121.

2. R. quia ars scribendi & computandi non solum ornamento est juventuti eamque singulariter commendat, sed & adultioribus de pane lucrando est; musica vero insuper etiam animum recreat, adeo ut DEUM etiam illam movere posse credatur, juxta illud:

Musica serva DEI nobis hæc otia fecit
illa potest homines, illa movere DEUM.

Vid. *Gymnasma de Exercitiis Academicorum, P.* 2. *Sect.* 1. *n.* 19. *p.* 105.

3. Declar. ut minimum hæc tria puer addiscere debeat in schola, si copia & occasio ista addiscendi sit.

4. Ampl. quodammodo etiam ad fœminas, imprimis quod artem scribendi attinet: namque non ubique verum est, eruditas mulieres lascivas esse. Vid. *B. Petri Mülleri Dissert. de literis Amatoriis th.* 6.

5. Nota ergo, in recipiendis ludi moderatoribus ad tria hæc attendi debere, non tamen unice, cum alia adhuc sint, quæ officium ejus requirat.

XCII.

1. **Een ieder slöpt by siner Fru up sine Wiese.** Nostra dialecto dicimus: **Ein jeder schläfft bey seiner Frau nach seiner Weise.** Quisque suo modo cum uxore sua consuescit.

2. Ratio, quia non eadem omnia æque omnibus suavia sunt. Diversos diversa juvant. Velle suum cuique est. Quot capita tot sensus: **Einem jeden Tappen gefäll't seine Kappen.**

3. Declara ita ut procedat, quatenus ille modus honestati, pudicitiæ & juri naturali conveniens est: quæcunque enim lædunt pietatem, existimationem, verecundiam, & ut generalius dicam, quæ contra bonos mores sunt, nec facere nos posse credendum est, sunt verba elegantissima *l. 15. ff. d. Cond. Inst.* An licitus quoque modus sit, quando retrorsum (Galli dicunt par derriere) coeunt conjuges, dubium est. *Anonymus Gallicus de Tableau de l'amour Liv.* 1. *chap.* 10. *p.* 200. putat modum hunc honestati non repugnare, utpote reliquis animalibus quoque usitatum & conceptioni apprime aptum, imprimis quando conjuges ordinario modo coire nequeunt. *Kornemannus de Linea Amoris p. m.* 132. Dissentit *Excellent. Strykius ad Brunnemanni Jus Eccle-*

Ecclesiast. L. 2. *c.* 17. §. 7. *p.* 669. qui mavult dissolvi ejusmodi matrimonium, quam talem coitum præposterum permitti. Add. *Dissert. acutissimi Dn. Cocceji, de his quæ præpostere fiunt, sub præsidio ejus Francofurti ad Viadrum habita c.* 2. *S.* 4. §. 8. *p.* 51. & *Simon de Impotentia Conjugali c.* 2. *th.* 4. *n.* 1. *seq.*

XCIII.

1. So lang der Schuldner mein Geld brauchet, muß er mir davon Zinß geben. Quam diu debitor mea utitur pecunia, mihi usuras præstare tenetur.

2. R. quia æquitas non patitur, ut re aliena quis fruatur, & exinde fructum percipiat cum alterius jactura. *l. curabit* 5. *C. de Act. Emt.*

3. Declara quatenus nimirum pecunia ista mihi debetur ex contractu b. f. ubi a tempore moræ peti possunt usuræ. Aliter cum judiciis stricti juris comparatum, ubi nullæ usuræ, ne quidem a tempore moræ, debentur, nisi creditor illas sibi stipulatus fuerit v. g. in mutuo. Conf. *Lauterbach in Compendio Jur. tit. de usuris lit. b. p. m.* 418.

4. Fallit quando usuræ restantes ultra alterum tantum excreverunt: tunc enim sisti usurarum cursum notissimi juris est, quia alioquin accessio major foret principali *Tabor apud Barbosam in Thes. Loc. Com. sub voc. usura ax.* 5. *ibique illustris Dn. Strykius ax.* 6. nisi debitor interpellatus in mora solvendi sortem fuerit.

CXIV.

1. Schreiben schämen sich nicht. Charta (Epiſtola, inquit *Cicero*) non erubeſcit, h. e. *Scribentes non erubeſcunt*,

2. Sed ſæpe aliquid literis exprimunt, quod alioquin ore proferre, vel in faciem alterius dicere pudor non admitteret.

3. Ratio, quia rubor plerumque prodit affectum animi noſtri internum, quem tamen occultare ſtudemus in rebus, quæ alteri offenſioni eſſe queunt.

4. E. G. Quando alicujus rei copiam habere geſtimus, nec tamen voluntatem noſtram oretenus exponere audemus, plerumque literis illam indicamus, man macht Memorialien, Supplicationes, läſſet obligeante Hand-Brieflein ablauffen. Vid. *Zeilerus Tom.* 1. *Ep.* 39. *p.* 110. E contrario, quando alicui aliquid, quod non ad palatum eſt, manifeſtandum & aperiendum habemus, nec tamen ſatis impudentiæ, vel ut rectius dicam, animi nobis eſt, ad oralem exprobrationem, tunc literis utimur, man ſpitzet die Feder, machet ſcharffe Decreta, giebt den Abſchied ſchrifftlich, ꝛc. Imprimis vero ſtrepitus ille anſerinus das Federſpitzen, vel potius, mos ille perverſus cavillandi, conviciandi, objurgandi, &c. Advocatis ſolennis eſt, ſie ziehen einander in denen Schrifften herdurch als wie die Lotterbuben, und wann ſie zuſammen kommen, ſind ſie doch gute Freund, als wie das Keſſelflickers-Geſindlein. Conſ. huc *Ventura de Valen-*

lentiis in Parthenio Litigioso L. 1. *c.* 9. *n.* 17. *p.* 134.

5. Hinc testes regulariter oretenus, non in scriptura deponere tenentur, quia judex ex vultu, trepidatione, modoque loquendi sæpe cognoscere potest, quanta fides testibus adhibenda sit. *Dn. Steuber in dissert. inaug. de Comparitione Marburgi habita th.* 3. *p.* 7.

CXV.

1. **Es nimmt kein Schlächter (Metzger) dem andern eine Wurst ab.** Lanio lanioni non aufert farcimen, h. e. clericus clericum non decimat.

2. R. quia privilegiatus contra æque privilegiatum non utitur privilegio, de quo vid. *Barbosa in Thes. loc. Com. sub voc. privilegium ax.* 45.

3. Prob. per *cap.* 2. *x. de decimis.*

4. Declara (1) ita ut procedat in fructibus beneficiorum ecclesiasticorum. *Illust. Dn. Strykius ad Brunnem. Jus Eccles. L.* 2. *c.* 6. §. 12. ut & accidentalium, quæ sibi invicem remittunt clerici.

5. Declara (2) valere proverbium hoc quoad illos clericos, qui Sacramenta non recipiunt, utpote qui a decimis immunes sunt *Rebuff de decimis Q.* 5. *n.* 9. *p. m.* 42.

6. Fallit (1) in fructibus prædiorum secularium, quæ hereditario jure vel alio civili titulo ad clericos pervenerunt *Dn. Strykius d. l. Carpzovius in Jurisprud. Consist. L.* 1. *t.* 8. *d.* 128. cum

onus hoc reale sit *Mevius P. 9. dec. 68. n. 1. Fritschius observ. Jur. Eccl. 9.* & hinc ipsam rem sequatur *l. omnes 3. C. sine censu vel reliquis &c.*

7. Fallit (2) si ecclesia alia quam dotalia prædia habet; sicut enim dotalia decimis non sunt obnoxia; ita de reliquis prædiis suis omnino illas præstare tenetur. *Rebuff d. l. n. 6. & Strykius d. l.*

8. Fallit (3) in inferioribus clericis h. e. primæ tonsuræ & aliis, postquam Sacramenta recipiunt sicuti laici; hi enim ad decimas & oblationes adstringuntur sive conjugati sint sive non *Rebuff d. l. n. 9.*

9. Fallit (4) in monachis, non sacerdotibus, qui ab aliis curatis pascuntur, nam & hos teneri ad decimas personales tradit idem *Rebuff d. l. n. 10.*

10. Ampliatur etiam ad alias laicas societates & collegia, ita ut eorum membra gratuitum sibi invicem præstare soleant officium, magis tamen ex decoro, quam ex præscripta aliqua lege. Add. *Syringius in Aurea Praxi juris decimandi c. 13. obs. 51. p. 592.*

XCVI.

1. **Gut Ding will Weil haben.** Sat cito, si sat bene. Difficilia quæ pulchra. Lutum nisi tundatur, non fit testa.

2. Ratio, quia tempus habet, maturius rem considerare & ponderare, atque deinde etiam defi-

definire poteſt. Feſtinans canis cœcos parit catulos **eilen thut kein gut.** Quo perfectius quid in ſe eſt, eo plus quoque requirit temporis. **Allein Haar und Unglücke, wachſen alle Tag ein Stücke.**

Præconia ancipiti titubant molimina talo
Aſt maturatum perpetuatur opus.

3. Declara (1) ut imprimis procedat in rebus arduis *Sonnemannus in Leg. Notab. l.* 30. *ſub lit. P. p. m.* 299. (2) in conſiliis, cum conſilia calida & audacia prima ſpecie læta ſunt, tractatu dura & eventu triſtia *Livius Lib.* 35. *c.* 32. *Lipſius Polit. L.* 3. *c.* 7. *n.* 2. (3) quoad illos qui aliquantum hebetioris ſunt ingenii.

4. Fallit quoad actiones & conſultorum executiones, quippe quæ feſtinanter exequi nos oportet *Lipſius d. l. n.* 15. Add. *Perez in Jure Pub. c.* 51. *p.* 118. & *Hippolytus a Collibus c.* 20. *p.* 435.

5. Limitatur modo mora non ſit nimia, hæc enim æque in vituperio eſt ac feſtinatio *l.* 7. §. 1. *ff. de Adminiſt. & peric. tut.* Add. *Tabor apud Barboſam in Theſ. Loc. Com. ſub voc. feſtinatio ax.* 1. 2. *&* 3. *& ſub voc. præcipitantia p. m.* 129. Quomodo parœmiam noſtram ad opifices applicaverit. *Dn. D. Beierus, JCtus Jenenſis, Præceptor olim venerandus, vid. in ejus tract. de Collegiis Opificum c.* 9. *n.* 753. *p.* 204.

XCVII.

1. Döffer haben auch Weichbild-Recht. *(a)* Jure Weichbildico etiam pagi gaudent.

2. *(a)* Notandum quod post conditas urbes duo jura successive invaluerint in Saxonia, *Weichbildicum & Lubeccense.* Illud appellationem suam habet a vetusto vocabulo Wick & Bild vid. *Schottelius* von Teutschen Rechten *c. 9. p.* 269. *seqq.* Wick autem vel wich oppidum significat vel vicum *Schottelius d. l. n.* 10. *p.*278. item refugium, asylum, securitatem Spate im Teutschen Sprach-Schatz *sub voc.* wick *p.* 2529. quo sensu sinus maris Balthici apud Dantiscum dicitur das Danzger Wick. Hic autem prior significatio vocis Wick obtinet. Bild e contrario denotat statuam, ita ut Wickbild nihil aliud sit quam statua in oppido seu vico erecta, quæ simul ac jus municipale, aut statuta aut alia jura fori vigere cœperunt in aliquo oppido, erecta fuit. *Schotelius d. l.* Et hæ statuæ sunt illi ipsi colossi, qui vulgo nomine Rolandi veniunt. *Schottelius d. l. p.* 278. Addat. *Vagedes in Op. Acad. p. m.* 8. & 289. Postea Weichbild pro ipso jure municipali, territorio, diœceli & districtu sumtum Spate *d. l. sub voc.* Bild *p.* 148. & *Schottelius d. l. p.* 279. & *p.* 287. Dicitur alias quoque Willkühr, Stadt-Recht, Marckt-Recht. In specie autem hic intelligitur jus illud municipale Saxonicum, in 137. articulis consistens, quod a jure provinciali

ciali dem Land-Recht quodammodo differt. *Schottelius d. l. p.* 286. quamvis ab uſu ejus etiam in quam plurimis locis Saxoniæ hodie receſſum ſit. Supremum ejus dicaſterium olim fuit Magdeburgi; quapropter etiam a non nullis dicitur jus Magdeburgicum das Magdeburgiſche Recht, & tam late olim ſeſe extendit, ut etiam *Bohemi, Luſati, Sileſii & Poloni* ibi jus ſibi dici petierint *Speidelius in Speculo ſub voc.* Magdeburgiſch Recht *p.* 821. *Conringius de origine Juris Germanici c.* 29. *p.* 174. Erronea ergo ſunt ea, quæ vulgo de ſtatuis illis in urbibus plerisque Saxonicis videndis & Roland dictis, quaſi ſigna libertatis imperialis eſſent, circumferuntur *Schottelius d. l.* 279. *ſeqq.* Confirmavit me in hac ſententia oppidum *Bramſtedenſe* in Holſatia, quæ coloſſum iſtum Rolandicum erectum habet, & tamen vix unquam libera imperialis fuit.

3. Ratio quia jure Weichbildico non tantum civitates ſed & villæ, quas nunc pagos dicimus, utebantur. *Speidelius d. l.*

4. Nec obſtat, quod Weichbild-Recht dicatur Stadt-Recht, & opponatur dem Land-Recht. Nec enim ita dicitur, quaſi jus municipale obligaret tantum civitates, & jus provinciale pagos, non! ſed quia illud originem ſuam habet a civitate. Vid. *Conringius d. l. p.* 176. hoc vero continet conſuetudines cum aliorum, tum in ſpecie Saxonum *Petrus Mullerus ad* §. 41. *Ex.* 2. *Struvii Syntagm. Jur. Civ. & ſic totarum provinciarum.* Utrumque conjunctim ſumtum vocatur Speculum Saxonicum *ibid.* Addat.

Carp-

Carpzov. de Lege Regia Germ. c. 9. Sect. 1. n. 9. p.m. 214.

XCVIII.

1. WEiber regieren ist eine schwehre Kunst. Mulieres dirigere sive gubernare res non levis artificii est.

2. R. quia vanum & mutabile cor habent *l. filia 20. ff. de inoff. test.* & plerumque adversus commodum proprium laborant l. 4. C. de Sponsal. Conf. *Latherus de Censu L. 2. c. 2. p. 209. n. 59.*

3. Declara valere parœmiam hanc imprimis quoad fœminas, quæ malæ indolis sunt. Inquis atqui omnes tales sunt juxta illud:

Fœmina nulla bona est, & si bona contigit illa;
Nescio quo fato res mala facta bona est.

Sed ℞. versum hunc magis ingeniosum & jocosum quam verum esse. Conf. *Zeilerus in opere Epistolico P. 1. p. 433. & Schulzius in dissert. de blanda mulierum Rhetorica Lipsiæ habita p. 59.*

XCIX.

1. FAule (*a*) Weiber machen die Männer reich. Uxores putrescentes maritos reddunt divites.

2. (*a*) Faul alias idem est ac piger; h. l. vero improprie capitur, & putridum, sive id quod putrescit, faulend denotat, ita ut uxor putrescens eadem sit cum defuncta.

3. R.

3. R. quia ſic mariti earum fiunt heredes.

4. Declara valere hoc in quantum uxores opulentæ ſunt, & mariti earum heredes exiſtunt. Et eatenus quoque iſtud diverbium valet: Wem die Pferde wohl ſtehen, und die Weiber wohl abgehen, der wird bald reich. Vid. Meiſnerus in denen widerlegten Teutſchen Sprüchwörtern n. 110. p. 125. Pertinent huc iſti verſiculi Luthero vulgo ſed falſo adſcripti:

O GOtt durch deine Güte,
Beſcher uns Kleider und Hüthe,
Auch Mäntel und Röcke,
Fette Kälber und Böcke,
Ochſen, Schafe und Rinder,
Viele Weiber, wenig Kinder.
Schlechte Speiß und Tranck
Machen einem das Jahr lang.

de quib. vid. *Dn. M. Chriſtianus Junckerus in Vita D. Martini Lutheri p.m. 225.*

C.

1. Auf dem Weg, darauf viel Leute gehen, wächſet kein Graß. In via trita nullum creſcit gramen. Eſt verbum, quod in meretrices dicitur, quæ non tantum promiſcue omnibus, ſed & frequenter ſe proſtituunt, quarumque ſymbolum eſt illud, Juliæ Auguſtæ dictum: *Si libet, licet*, quo de vid. *Lipſius Polit.* 2. *c.* 10. *n.* 8. & quas *Eraſmus Roterodamus* in Colloquio *de Adoleſcente & Scorto* recte cum matula & cum cloaca publica compara-

paravit, *ad quam commeant quilibet ſordidi, impuri, ſcabioſi, ſuamque ſpurcitiam in iſta repurgant.* Sententia autem parœmiæ huc redit: commune proſtibulum prægnans fieri nequit.

2. Ratio vulgo eſſe creditur, quia quod unus ædificat, alter rurſus deſtruit. Sed enim ſi fundamentum habet illa Hippocratis doctrina, quod ſcilicet matrix, quæ ſemen virile ſemel recepit, ita clauſa ſit, ut divelli & disjungi deinde nequeat vid. *Mauriceau* in der ſchwangern und kreiſtenden Weibs-Perſonen allerbeſten Hülffleiſtung *L.* 1. *c.* 4. *p. m.* 74. non video, quomodo illa deſtructio fieri queat, ſed potius credo, quod aliæ cauſæ ſint, quæ conceptionem ab initio ſtatim impediunt, vel etiam ſemel factam deſtruunt ac intervertunt. Aut igitur parœmia noſtra fallit, aut alia ejus aſſignari debet ratio, aut erronea eſt illa Hippocratis doctrina.

IN-

INDEX
RERUM ET VERBORUM,
ſecundum numerum parœmiarum directus.

A.

Accis-Bücher: qualem probationem faciant? Par. 74
Adulari: quando liceat? 61
Advocatiæ jus an inferat ſubjectionem? 78
Advocatus: an jus aperturæ muniendi &c. prætendere poſſit a clientibus? ibid.
quid ratione collectarum hic ſtatuendum? ibid.
an etiam alteri cedi poſſit? ibid.
Æſtimatio: an tanti quis emere teneatur mercem, quanti a taxatoribus æſtimata fuerit? 58
Ætas nupturientium quænam eſſe debeat? 26
Allegationes juris ubi adhibendæ? 12
Ambientium multitudo quando ſit indicium malæ cauſæ? 25

Amor:

Amor: parentum erga nepotes qualis? 6
conjugalis, an prævaleat amori erga liberos? 40
Amts-Bücher: quomodo probent? 74
Amtssaß: quis? 80
quasnam habeat instantias? ibid.
Anatocismus: quando licitus sit ~~sit~~? 83
Austreiben: apud opifices quid? 71
an hæc consuetudo licita sit in Imperio Romano? *ibid.*

B.

C.

Claves portarum: quare Cives Imperatori appropinquanti offerre soleant? 7
Clerici: quinam a decimis non sint immunes? 95
Closter-Bücher: qualem probationem faciant? 74
Coire: an retrorsum liceat cum Conjuge? 92
Columbæ: quando cedant occupanti? 53
capiens illas, quando furti actione teneatur? *ibid.*
an illas sclopetis petere liceat? ibid.
Consilia: rapienda sunt Ducibus belli & Consiliariis. 1
Contractus: an ex tali, qui morte contrahentis tollitur, pro hæredibus vel contra illos actio detur? 70
Contributio: ejus collector frustrans quomodo puniendus? 3

D. *De-*

D.

Debitor: quando aliud pro alio ſolvere poſſit? 82
an injurias a Creditore illatas ferre teneatur? 85
Debitum: an ad ejus præſcriptionem bona fides requiratur? 81
Delicta: quænam cum mortuo expirent? 70
Dieterici Archiepiſcopi Colon. Conſilium Sigismundo Imperatori datum ad quæſtionem: qua ratione ſalvari poſſit? 10
Diſcordia: Conjugum quomodo evitari poſſit? 55

E.

Eccleſiæ: ejus prædia quænam decimis ſint obnoxia! 95
Educatio liberorum: an matri deneganda, ſi vitricum liberis adſciſcat? 40
Erb-Bücher: qualem probationem faciant? 74
Eruditi: quomodo æſtimandi? 17

F.

Facetiæ: gratiam quando concilient? 67
Familiarum illuſtrium ſplendor quare hodie plerumque tam obſuſcatus ſit? 77
Feſtinatio: ubi obſit vel proſit? 96
Fœdera: cum potentioribus inire an conſultum? 19
Fœminæ: quibus in feudis ſuccedere poſſint? 30
Forſt-Bücher: qualem probationem faciant? 74
Frater: duo fratres an in uno Collegio Senatorio eſſe poſſint? 75

Fustigatio: an abroganda? 32
Fur: ejus contra heredes quænam actio competat? 33 & 51
& ejus auxiliator quando eadem afficiendi sint pœna? 34 & 37
Furtum: an illius semel convictus, semper pro fure habendus? 36

G.

Geleit-Bücher: qualiter probent? 74
Germani: eorum fortitudo quænam? 62
quare non semper vincant? ibid.
Grumbachius: rhytmi de illo & ejus sociis. 21

H.

Handels-Bücher: qualem probationem faciant? 74
Herren Gnad: erbet nicht. 31
wird leicht verschertzet. ibid.
Hexen: unde hæc vox derivetur? 48
ob und warum die nicht weinen können? ibid.
Homicida: an occisi hæredibus ratione impensarum in medicos factarum, item alimentorum satisfacere teneatur? 51
Hur in der Jugend, eine Hexe im Alter. 20

I.

Impensæ: in processum criminalem factas, an condemnatus ad pœnam corporis afflictivam refundere teneatur? 51
Induciæ: quid? 41
a quo die incipiant & quo finiantur? ibid.
Injurias ad atroces an atrociter respondere liceat? 3

In-

Instrumentum: contra publicum an probatio in contrarium locum habeat? 74
Interrogatio: an interrogatus, quando ad damnum responsione sua datum teneatur? 27
Inventum: illud celans, an furti teneatur? 23
quousque extendi possit celantis pœna? ibid.
Johanniticorum Equitum Magistri sedes ubi? 63
Jurisdictio: statuum imperii an quiescat præsente Imperatore? 7

K.

Kauff- und Handels-Bücher: quomodo probent? 74
Kirchen: güldene, hölzerne Hertzen. 5
Kirchen-Bücher: quomodo probent? 74
Kirschen: ist nicht gut essen mit grossen Herren. 4
Knebelspieß: quid? 76
viel Schwäger, viel Knebelspieß. ibid.
quare veteres Germani illis instructi comparuerint in nuptiis? ibid.

L.

Landsaß: quinam ille sit? 80
Lehen-Bücher: quomodo probent? 80
Legis & legislatoris authoritas quomodo conservanda? 43
Libri: judiciales an plene probent? 74
Lis: ad ejus decisionem quid requiratur? 12

M.

Mäckler-Bücher: quomodo probent? 74
Magistratus: an superior majorem doctrinæ & justi-

justitiæ pro se habeat præsumtionem quam inferior? 88
Magnates: illis familiariter uti periculosum est. 4
Majora scil. vota: quotuplicia sint? 42
quibus in causis concludant? *ibid.*
Mercator: an amico vel consanguineo merces suas viliori pretio vendere teneatur quam alii? 8
Meretrix: an illa præsumenda, cujus ædes a scholaribus frequentantur? 38
an locator studiosum expellere possit, si in domum conductam meretricem inducat? ibid.
meretrices, quare difficulter imprægnentur? 100

N.

Nix: quid juris in contractibus de damno per nivem dato? 89
Nuptiæ secundæ quare odiosæ? 39

O.

Obligatio: quænam intercedat inter dominum & servum? 2
item inter dominum & vasallum? ibid.
quænam cum mortuo expiret? 70
Observantia: an ad eam plures requirantur actus? 73
Optio: optionis jus in dividenda hæreditate an transeat ad hæredes? 66
quid juris, si res optioni subjecta commodam divisionem non recipiat? ibid.
an solum inter duos, an vero plures fratres locum habeat? ibid.

an

an pater ratione optionis aliud in testamento disponere possit? ibid.
quid juris, si fœminæ concurrant cum masculo? ibid.
Ordo: accusans aliquem in ordine, in quo est, an id ex odio fecisse præsumatur? 9

P.

Pacificus: quis ita dicendus? 24
Pater & filius an in uno collegio senatorio esse possint? 75
Permutatio: coacta in via publica, quando pro rapina habeatur? 56
quando pœna ordinaria puniatur? ibid.
an producat actionem, si ex neutra parte datio adhuc intercesserit 57
Pfarr-Bücher: quomodo probent? 74
Prælatio: qualemnam habeat fiscus & piæ causæ in concursu Creditorum & quibus in debitis? 29
Protectionis jus an involvat subjectionem? 78

R.

Raths-Bücher: quomodo probent? 74
Rolandi statua quid denotet? 97

S.

Saal- und Steuer-Bücher: quomodo probent? 74
Salvus conductus: quomodo eo utendum? 16
Schnee: in welchen Monathen der denen Früchten schädlich? 89
Schrifftsaß: quid? 80
an nexus vasalliticus semper inducat Schrifftsassiatum? ibid.
quomodo differat von einem Amtssassen? ibid.
Schul: was ein Knab aufs wenigste auß derselben bringen solle? 91
Schultheiß: unde hæc vox derivetur? 86

varia hujus vocis synonyma. ibid.
in quonam consistat eorum officium? ibid.
Schutz- und Schirms-Gerechtigkeit: ob die die Unterthänigkeit mit sich bringe? 78
Schirms-Herren, Sturm-Herren. ibid.
Schwäger: ob die in einem Raths-Collegio **sitzen können?** 75
Schweitzer: unde nomen suum habeant? 72
quare a Domo Austriaca defecerint? ibid.
Scribere illegibiliter an officiat? 79
Scriptura: an illi major fides tribuenda quam vivæ voci? 90
an testetur contra scribentem? ibid.
Servus ad barbaros aufugiens quomodo puniendus? 44
Signum: quibusnam in Camera Imperiali adjuncta sive **die Beylagen** signanda? 79
Stief: unde hæc vox derivetur? 39
Stief-Väter: ob die gütiger, als die Stief-Mütter? ibid.
Stimmen: die meinsten, warum die das meinste Recht geben? 42
Straff-Bücher: quomodo probent? 74
Studiosi: quare & quales sint immunes a vectigalibus? 47
an etiam eorum nuntii & famuli? ibid.
Subtil: **taugt nicht viel.** 49
Successio: quando quoad eam duplicitas vinculi expiret? 52
an in successione fratrum vel sororum unilateraliter conjunctorum attendatur distinctio bonorum? ibid?
Sünde: wie die ist, so ist auch die Strafe. 44
Supplicare: quid & quotuplices ejus Significationes? 50
quibus in causis statibus Imperii non liceat? ibid.

T. Tau-

T.

Tauben: ob man die fangen oder schiessen dörffe? 53
wo Tauben sind, da fliegen Tauben zu. 54
Testari prohibens peregrinum quomodo puniatur? 44
Testis: quare oretenus & non in scriptura deponere teneatur? 94
Teufel: dem darff man nicht ruffen, er kommt von sich selbst. 60
Teutonici Equites: unde nomen suum habeant? 63
quando in Germaniam venerint? ibid.
eorum conjunctio mit denen Schwerdt-Brüdern. ibid.
quando Polonis fuerint subjugati? ibid.
ubinam eorum Magister hodie sedem suam habeat? ibid.
Thesaurum: an in loco alieno quærere liceat? 28
quid juris, si casu fortuito in illo reperiatur? ibid.
Tittel, ohne Mittel. 69
tituli quinam pretio constent? ibid.
Treuga: quid? 41
quomodo differat ab induciis? ibid.
Truten: unde hæc vox derivetur? 48
Tyrannorum Senectus rara. 21

V. U.

Vasallus: & Dominus quomodo ratione fidelitatis præstandæ a se invicem differant? 2
cujus consensu opus habeat in alienatione feudi? 22
Virgo: an eam ducere præstet quam viduam? 11
quid de peregrinantibus virginibus præsumendum? 13
quid si ejusmodi virgo juvenem accuset de stupro? ibid.
ubi illa in pari causa sit cum viro? 14

an

an donatio a virgine valeat absque Curatoris confensu ? ibid.
virgines illustres in Saxonia quando sine Curatore agere possint in judicio? ibid.
virginem vitians, qua morte pereat? 15
Usuræ: quando & quibus in Contractibus peti possint? 93
quando ultra alterum tantum crescant? ibid.
illas solvens pro alio, an iterum de illis usuras petere possit? 83
Uxor: ubi & quando marito debita solvere teneatur? 84
quibus in causis non opus habeat curatore? 14
quid hic juris in Saxonia? ibid.

W.

Wechselbancks-Bücher: quomodo probent? 74
Weiber: diese zu regieren, warum das eine schwere Kunst? 98
faule Weiber, warum die die Männer reich machen? 99
Weichbild: quid? 97
unde derivetur? ibid.
quomodo alias quoque vocetur? ibid.
an etiam pagi illo gaudeant? ibid.
ubinam supremum ejus olim fuerit dicasterium? ibid.
quomodo differat a jure Provinciali? ibid.

Z.

Zinß-Bücher: an plene probent? 74
Zoll-Bücher: quomodo probent? 74
Zunfft-Bücher: qualem probationem faciant? 74

FINIS CENT. X.

XXXX IX. 85
VI. 89

Pistorius, Georg Tobias,

Thesavrvs Paroemiarvm Germanico-Ivridicarvm In Qvo Mille Et Qvod Excvrrit Germanorvm Dicteria, Cvmprimis Ivris, Recensentvr ... = Teutsch-Juristischer Sprichwörter-Schatz

Lipsiae 1716 - 1725

J.germ. 140 m
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10552157-6
VD18 14626713-001